This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

From the library of
PHILIP WHALEY HARSH
1905–1960
Professor of Classics at Stanford
1937–1960

[illegible] Harsh

7/c

SYNTAXIS

PRISCORUM SCRIPTORUM LATINORUM

USQUE AD TERENTIUM.

SYNTAXIS

PRISCORUM SCRIPTORUM LATINORUM

USQUE AD TERENTIUM.

SCRIPSIT

FR. GUILELMUS HOLTZE.

VOLUMEN I.

LIPSIAE.

OTTO HOLTZE.

1861.

JV

PA2285
H6

Lipsiae Typis C. E. Elberti.

Praefatio.

In describenda hac syntaxi priscorum scriptorum Latinorum id egi, ut non solum qui esset usus loquendi singulorum scriptorum a primis, quae extant, literarum Romanarum monumentis usque ad P. Terentium Afrum, sed etiam quae loquendi rationes atque formulae omnium scriptorum, qui quidem huc pertinent, communes essent, quae contra singulorum scriptorum propriae ac peculiares, denique quae saeculis procedentibus sensim mutatae atque aliae factae essent, clare ac dilucide perspiceretur. Quod ut efficerem, temporum ratione atque ordine in digerendis et afferendis exemplis et locis scriptorum mihi utendum fuisse consentaneum est. Ita autem hac in re versatus sum (et est hic labor, aliis studiis et occupationibus saepe intermissus, sed semper denuo revocatus, plus viginti annorum), ut primum, quaecunque extant literarum monumenta Romanarum a primis originibus linguae usque ad Terentium, accurate perlegerem et quae ad syntaxin eorum pertinent, adnotarem, deinde vero etiam grammaticae latinae scriptores a Sanctio et Ruddimanno usque ad nostra tempora omnes, qui quidem magni momenti sunt, pertractarem et quae utilia invenirem, in usum meum converterem. In legendis scriptoribus ubique optimis, quae extant, adiumentis et editionibus usus sum, sic in legibus XII tabb. Dirksenii libro accuratissimo, deinde, in universum quod attinet ad priscos scriptores, Eggeri latini sermonis vetustioris reliquiis, tum in oratoribus Meyero, in

Catonis libro de re rustica Schneideri editione, in fragmentis autem eius praeter Meyerum libris Lioni, Bolhuisii recentissimique eorum editoris Iordani, in scriptoribus scenicis praeter Plautum et Terentium fragmentis eorum a Vahlenio et Ribbeckio collectis, in Terentio exemplari Fleckeiseniano, in verbis Donati afferendis editione Klotzii, in Plauto editionibus Ritschelii et Fleckeiseni. In earum autem Plauti fabularum, quae ab his viris non sunt editae, locis constituendis confugiendum erat ad Pareanam secundam eiusque supplementum in crisi Plautina, Taubmannianam ex recognitione Gruteri. In metrica ratione harum quidem fabularum constituenda plerumque Bothium secutus sum, utpote qui, cum ab eius asynartetis, qui non sunt tolerandi, discesseris, verba Plautina ad severissima praecepta prosodiae ab Hermanno profecta, a Ritschelio aliisque approbata magis quam quisquam alius exegerit et constituerit. Subsidiorum criticorum in Plauto iisdem siglis et compendiis scribendi usus sum, quae primum a Ritschelio in prima editione Bacchidum, deinde vero etiam a Kampmanno et Fleckeiseno in exercitationibus Plautinis usurpata sunt, ut Δp et Δg significet veterem codicem Palatinum testibus Pareo et Grutero, Θp autem, Θg, Θs codicem Palatinum decurtatum testibus Pareo, Grutero, Schneidero. Fragmenta Plauti secundum paginas editionis Gronovio - Ernestianae, collationem locorum Plautinorum ad cod. Ambrosianum ab Angelo Maio institutam secundum editionem Tauchnitzianam, ceteros locos Plautinos, prout commodum fuit, aut secundum continuam totarum fabularum in versus descriptionem, quae est in editionibus Ritschelii et Fleckeiseni, aut secundum veterem et usu receptam distributionem in actus, scenas, versus, quae quidem extat in editione Gronovio - Ernestiana, attuli. Nonnulla, quae feruntur vetustioris latini sermonis monumenta, ab investigatione mea seclusi, sic fragmenta iuris Papiriani (quorum maximum servatum est a Macrobio Saturn. III, 11), sacra Argea, Marcii vatis carmina, quoniam non ea forma, qua scripta sunt, ad aetatem nostram pervenerunt, praeterea, quod ad sacra Argea attinet, ne de tempore quidem satis certi quidquam constat.

Ad rerum tractationem quod attinet, erunt fortasse qui nimiam copiam — vix vereor penuriam — locorum a me allatorum reprehendant, sed multitudine demum exemplorum inter se comparatorum, quorum aliud cum alio, si connexam seriem verborum totamque enunciationis sententiam spectas, raro tantum plane congruit, usus loquendi clare cognosci atque perspici potest. Deinde mirum fortasse multis videbitur, quod adverbia, quorum origo vel significatio certe casibus cognata est, ipsorum casuum doctrinae inserui, sed eo hoc feci, quod his adverbiis, quae sit vis atque significatio singulorum casuum generum, magis etiam atque melius illustratur: accedit quod in ipsa particularum doctrina, quae in extremo libro a me tractabitur, vix erit iis enumerandis aptior locus, quoniam haec pars maxime eas particulas complectetur, quae enunciationibus inter se coniungendis destinatae sunt. Minor erit disceptatio de eo, quod idem praepositionibus feci, quoniam ex his ipsis casus apti sunt, quamquam nonnullas earum in cap. quinto substantivorum separatim tractandas putavi, cuius rei quam causam habuerim, illo loco exposui. In ablativo loci sine praepositionibus posito (§. 15) doleo a me praetermissum esse unum exemplum, quod extat apud Plautum, ablativi *rure* ad interr. *ubi* respondentis, Cas. I, v. 22: *Rure incubabo usque in praefectura mea*, ubi Δp a manu correctoris habet *iure*, cum antea fuisse videatur *rure*. Locos autem de ablativo instrumenti prolatos video nunc me melius ordinare potuisse, quamquam qui iis uti voluerit, facile hac opera defungetur. Locis de *opus est* allatis p. 141 adde Terent. Andr. IV, 3, 13, ubi Bentleium secutus Fleckeisenus correxit *si forte opus sit ad erum iurato mihi*, quum antea vitiose scriberetur *iurandum*. Id Weissenbornius de gerund. cum Rittero ad h. l. per abundantiam quandam sermonis explicare volebat, sed haec ferri non potest, quoniam nominativus gerundii pro infinitivo positus ab usu linguae latinae alienus est. Ad §. 3. extr. adde exemplum Terent. Eun. II, 3, 66: *senem mulierem*, de Eunucho. Ad acc. loci sine praepositione positum §. 43 extr. p. 196 adde Eun. III, 3, 30: *Malam rem hinc*

ibis? Locus Plaut. Cas. II, 5, 29 p. 305 allatus non pertine huc, sed ad dativum loci p. 313 extr. Ad *clam* p. 213 add exemplum Terent. Andr. I, 5, 32: Nec *clam te* est. Locun Truc. I, 1, 37 p. 286 transpone ad p. 275 et pone pro e Bacch. v. 375 sq.: ut *celem patrem,* Pistoclere, *tua flagitia* au *damna* aut *desidiabula?* — p. 298 init. adde Bacch. IV, 4, 33 Bacchidem — suspicabar — Male *mi consuluisse.* — Ad p. 30 adde Bacch. v. 684 sq. — Exemplis p. 304 allatis adde Bacch v. 416: Paulisper — est lubido homini *suo animo opsequi* et v 459: *Opsequens oboediensque mori* atque *inperiis* patris. — p. 31 adde Bacch. v. 387: Nisi deos *ei* nil *praestare.* — Ad exempl genitivi qualitatis p. 334, §. 73 adde Bacch. III, 2, 16: Sisne necne ut esse oportet: malus, bonus *quoiquoi modi.* — p. 337 exemplis participiorum cum genitivo coniunctorum adde Bacch. v. 651: egens consili. — p. 367 §. 17 adde Bacch. v. 397: *Illum* laudabunt boni: *hunc* etiam ipsi culpabunt mali, et Phorm II, 1, 36. Ad p. 370 §. 19 adde Phorm. I, 2, 58 haec. — p. 371 exemplis, ubi *istic* pro pronomine secundae personae est, adde Bacch. v. 411: *istaec* adsentatio = tua, et Hec. I, 1, 74 sq. — Ad p. 398 addo *aliqui* etiam pro adiectivo esse posse, ut Bacch. v. 638: respiciet no *aliquis deus.* — Ad pronomen *nullus* quod attinet (p. 409) omisi, esse illud posse et pro substantivo, ut Amph. I, 1, 136 Bacch. v. 190: Qui scire possum? CH. *Nullus* plus, ib. v. 336 *nullus*t Ephesi quin sciat, ib. v. 542, et pro adiectivo, ut tribu exemplis apud Catonem, quae vide enotata in ind. ed. Iordani deinde apud Ennium semper, apud Plaut. Bacch. v. 622 *nullus* est *homo*, ib. v. 808, Stich. V, 4, 38, Rud. I, 2, 56 Pers. III, 1, 39. Apud reliquos scriptores scenicos, qui quidem huc pertinent, vulgari significatione nusquam invenitur. — Pro *nihil nihilum* dictum est Rud. IV, 4, 90 sec. coniecturam Acidalii, quam secutus est Fleckeis., cum ΔΘpg habeant *nullum.* Denique ad exempla ablativi modalis p. 176 additum velim Plaut. Amph. I, 1, 165: *Olet homo quidam malo suo*, ubi abl. est effectûs (des Erfolges). Ex libellis, qui separatim agunt de singulis locis e syntaxi Plauti et Terentii, adhuc usus sum Kampmanni egregiis commentationibus de praepositionum AB.

IN, DE, EX usu Plautino, libro Schaefferi, commentationis de usu praepositionum Terentiano particula I, Luebkeri commentatione de usu infinitivi Plautino. Heinrichsii liber, qui agit de ablativi apud Terentium usu et ratione quique prodiit Elbinga 1859, tum demum in manus meas pervenit, cum hae plagulae typis describerentur, quapropter non iam mihi eo uti licuit, legens tamen eum nihil, quod esset magni momenti, a me omissum esse intellexi.

Fundamenta quasi iacere volui hac opera mea qualicunque et viam munire, quam alii ingredi possent ad reliquorum scriptorum, qui post Terentium vixerunt, syntaxin simili modo describendam. Tum demum, quum id factum et hoc modo usque ad Ciceronem perventum erit, diiudicare poterimus, quibus in rebus Cicero cum superioribus scriptoribus consentiat, quibus ab iis discrepet quaeve in dicendi genere novaverit. Sed erit non unius hominis hic labor. Volumen alterum libri mei, quod syntaxin verbi, adiectivi, participii, doctrinam enunciationum et particularum complectetur, quam primum id fieri poterit, a me edetur. Scribebam Numburgi idibus Iul. a. MDCCCLXI.

Summarium.

Sectio prima. Syntaxis substantivorum, praepositionum atque pronominum.

I. Substantiva. Cap. I: Notio substantivorum p. 1—15. 1. Singulares notiones pro generalibus, inprimis abstracta pro concretis p. 1—6. 2. Significatio collectiva p. 6. 3. Generalis et specialis significationis subst. inter se coniuncta ita ut alterum iuxta alterum ponatur p. 6 sq. 4. Generalis notio cum speciali in genitivo posita coniuncta p. 7 sq. 5. Appositio syntactica p. 8 sq. 6. Singulares notiones se convertunt in significationes, quae latius patent p. 9 sq. 7. Substantivum cum ablativo alius substantivi in unam notionem coniunctum. Hyphen. Substantivum alii substantivo cum praepositione coniuncto additum. Constructio substantivorum verbalium p. 10—15. Cap. II: Numerus substantivorum p. 15—19. 1. Singularis significatione collectiva p. 15 sq. 2. Singularis pro plurali p. 16. 2. Usus pluralis p. 16. 4. Pluralis nominum propriorum p. 16 sq. 5. Pluralis de uno p. 17. 6. Pluralis nominum abstractorum. Gratia et gratiae p. 17—19. Cap. III: Casus substantivorum p. 19—340. A. Nominativus et vocativus p. 20—34. 1. Nominativus casus nominandi p. 20. 2. Nom. pro vocativo p. 20 sq. 3. Nominativus casus subiecti coniunctus cum verbis impersonalibus p. 21—23. 4. Nominativus coniunctus cum praedicato p. 23—28. 5. Usus anomalus nominativi p. 28—30. 6. Vocativus sine interiectionibus et coniunctus cum interiectionibus p. 30—32. 7. Vocativus

pronominum et numeralium p. 32—34. B. Ablativus p. 34—182. I. Ablativus quantitatis p. 36—123. Ablativus, quo status subiecti extrinsecus constituitur p. 36—115. Ablativus loci p. 36—99. a. principii p. 36—65. 8. Abl. principii sine praepositione p. 36—40. 9. Abl. cum praep. *ab* coniunctus p. 40—48. 10. Abl. cum praep. *ex* coniunctus p. 48—54. 11. Abl. cum praep. *de* coniunctus p. 54—58. 12. Adverbia, quae respondent ablativo loci principii 58—65. 13. b. Ablativus medii p. 65 sq. c. Ablativus habitus. 14. Locativus p. 66—74. 15. Abl. loci sine proepositione positus p. 74 sq. 16. Abl. loci cum praep. *in* coniunctus p. 75—85. 17. Praep. *sub*, *super*, *tenus* cum abl. coniunctae p. 85 sq. 18. 19. Adverbia, quae ablativi formam induerunt p. 86—89. 20. *Cum* praep. c. abl. coniuncta p. 89—99. 21. Adverbium *una* p. 99. Ablativus temporis p. 99—115. a. principii. 22. Abl. temporis cum praep. *ab*, *ex*, *de* coniunctus p. 99 sq. 23. Adverbia temporis p. 100—102. 24. b. Abl. medii p. 102. c. Abl. habitus (temporis) p. 102—115. 25. Abl. temporis p. 102—104. 26. Adverbia temporis formam ablativi habentia p. 104—106. 27. Adverbia alius formae tempus exprimentia p. 106—112. 28. Abl. rem significans, quae in idem tempus cum alia re vel actione incidit. Abl. absoluti p. 112—114. 29. Praep. *in* cum temporis notionibus iuncta p. 114 sq. Ablativus, qui interiorem quantitatem s. gradum exprimit p. 115—123. 30. a. Abl. principii (comparationis) p. 115—117. 31. b. Abl. medii (differentiae) p. 117—122. 32. c. Abl. habitus (dignus etc.) p. 122 sq. II. Ablativus qualitatis p. 123—182. Ablativi ii, qui ad exetriorem statum constituendum pertinent p. 123—176. 33. a. Abl. principii (causae efficientis vel auctoris) p. 123—125. b. Ablativus medii p. 125—146. 34. Abl. instrumenti p. 125—141. 35. Abl. causae p. 141—146. c. Ablativus habitus p. 146—176. Abl. habitus attributiva significatione usurpatus (casus adverbialis) p. 146—175. 36. Adverbia modi, quae formam et significationem habent ablativi p. 146—149. 37. Adverbia, quae significationem tantum habent abl. modalis p. 150—170. 38. Abl. modi attributiva significatione usurpatus p. 170—175.

39. Ablativus modi accessoria significatione usurpatus p. 175 sq. 40. Abl. absoluti significatione causali et conditionali p. 176. Ablativi qualitatis ii, qui ad interiorem statum subiecti formandum pertinent p. 176—182. 41. a. Abl. principii (originis) p. 177—181. 42. b. Abl. habitus (qualitatis) p. 181 sq. C. Accusativus p. 183—291. I. Accusativus quantitatis p. 194—233. Accusativus quantitatis extensivae p. 194—221. a. regionis p. 194—218. 43. Acc. sine praepositionibus positus p. 194—196. 44. Acc. cum praep. *ad* coniunctus p. 196—202. 45. Acc. cum praep. *in* coniunctus p. 202—209. 46. Acc. cum aliis praep. coniunctus p. 209—218. 47. b. Acc. progressionis, spatii et temporis. Acc. graecus p. 218—221. Accusativus quantitatis intensivae p. 221—233. 48. a. Acc. regionis (admodum, eo, adeo, quo, quo usque) p. 221—226. b. Acc. progressionis. 49. multum, plus, plurumum, quantum, tantum, aliquantum, nimium, parum, parumper, plerumque, pausillum, tam, quam p. 226—233. 50. Adverbia comparativorum et superlativorum p. 233 sq. II. Accusativus qualitatis p. 234—291. Prius genus est id, ubi actio ita se explicat, ut interior eius vis et natura in medium proferatur p. 234—245. 51. a. Acc. regionis (cum *ad, in, ob, propter, per* coniunctus) p. 234—236. b. Acc. progressionis p. 236—245. 52. *α*. Si actio est productiva p. 236—244. 53. *β*. Si actio est receptiva p. 244 sq. Alterum genus acc. qualitatis est, si obiecto demum natura actionis explicatur p. 245—291. a. Acc. regionis p. 245—248. 54. Primum, si obiectum respondet ad interr. *quo? quorsum?* (supinum in *um* desinens et gerundium cum praep. *ad* coniunctum) p. 245—247. 55. Deinde, si acc. respondet ad interr. *ad quam rem pertinens?*, praep. *per* ponitur cum acc. p. 247 sq. b. Acc. progressionis p. 248—291. 56. *α*. Si actio est productiva (acc. c. inf.) p. 248—269. 57. *β*. Si actio est receptiva p. 269—286. 58. 59. Duplex acc. p. 286—291. D. Dativus p. 291—315. I. Dativus qualitatis p. 297—313. 60. a. Dativus effectus p. 297—309. 61. b. Dat. personae, cui studium est p. 309—313. II. Dativus quantitatis p. 313—315. 62. Dativus loci p. 313 sq. 63. Dat. in comparatione magni-

tudinis p. 314 sq. E. Genitivus p. 315—340. I. Ea genitivi forma, qua altera notio in fines quasi nominis, quod in genitivo positum est, recipitur et sic eius ambitus coercetur p. 323—331. a. Genitivus quantitatis p. 323—328. 64. Primum eius genus est genitivus partitivus p. 323—327. 65. Genitivus totius quod mensi sumus p. 327 sq. b. Genitivus qualitatis p. 328—331. 66. Cuius primum genus est genitivus personae vel rei, cuius aliquid proprium est p. 328—330. 67. Genitivus personae, quo gradus propinquitatis exprimitur p. 330. 68. Genitivus possessoris p. 330. 69. Genitivus propinquitatis morum, animi, ingenii p. 330—331. II. Ea genitivi forma, qua exprimitur id, quod in notione apposita inest p. 331—340. a. Genitivus quantitatis p. 331—334. 70. Cuius primum genus est genitivus mensurae p. 331—332. 71. Genitivus pretii p. 332—334. 72. Genitivus materiae p. 334. 73. b. Genitivus qualitatis, coniunctus cum verbis, adiectivis, participiis. Genitivus epexegeticus s. definitivus p. 334—340.

II. Appendix doctrinae substantivorum, de eorum ellipsibus et pleonasmis, de praepositionibus p. 340—349. Cap. IV: Ellipses et pleonasmi subst. p. 340—343. 1. Ellipses p. 340—342. 2. Pleonasmi p. 342 sq. Cap. V: Praepositiones p. 343—349. 1. Primigenia earum significatio adverbialis p. 343. 2. *Absque* p. 344. 3. *Sine* p. 344 sq. 4. *Prae* p. 345 sq. 5. *Pro* p. 346—349.

III. Doctrina Pronominum. Cap. VI: p. 349—414. I. Pronomina personalia, possessiva, reflexiva p. 349—367. 1. Nominativus pron. person. primae et secundae personae p. 349. 2. Suffixa, *met*, *te*, *pte* iis addita p. 349 sq. 3. Genitivus pron. personalium primae et secundae personae p. 350 sq. 4. Remotius spectant ad personas quae iis significantur p. 351. 5. Dativus pron. person. p. 351. 6. Pleonasmus pron. person. et ellipsis p. 352. 7. De formula *absente nobis* p. 352. Pronomen personale tertiae personae *is ea id* p. 352—358. 8. Eius significatio et usus p. 352—355. 9. Repetitio substantivi apud pron. *is* p. 356. 10. Neutrum pron. *is* p. 356. 11. Ellipsis pron. *is* p. 357 sq. 13. Pronomina possessiva p. 358—360.

14. Pronomen reflexivum *sui sibi se suus* p. 360—365. 15. 16. Pron. *ipse* et *idem* p. 365—367. III. Pronomina demonstrativa p. 367—374. 17. De pron. demonstr. in universum p. 367 sq. 18. Significatio pronominis *hic* p. 368—370. 19. Genus, numerus et attractio pron. *hic* p. 370 sq. 20. *Iste* et *istic* p. 371 sq. 21. Ille p. 372—374. III. Pronomen relativum p. 374—389. 22. Significatio pron. relat. p. 374—383. 23. Genus et numerus pronominis relativi p. 383—385. 24. Collocatio pronominis relativi p. 385 sq. 25. Attractio pron. relat. Additamentum. p. 387—389. IV. Pronomina interrogativa p. 389—397. 26. 27. quis quid, qui quae quod p. 389—394. 28. Abl. *qui* p. 394 sq. 29. *nescio qui* s. *nescio quis* p. 395. 30. *Quoius* et *quoiatis* p. 395 sq. 31. Ecquis p. 396 sq. 32. Numquis p. 397. V. Pronomina indefinita et numeralia p. 397—414. 33. quis qui quae quid quod p. 307 sq. 34. Aliquis p. 398—400. 35. Quisquam p. 400—403. 36. Quispiam p. 403. 37. Quidam p. 403 sq. 38. Quisque p. 404 sq. 39. Quilubet, quivis, umquem p. 405 sq. 40. Alter, alius, neuter, utervis, uterque, ambo p. 406—408. 41. ullus, nullus, nemo, nihil p. 408—410. 42. Omnis p. 410 sq. 43. Totus, solus, complusculi p. 411. 44. tot, tantus, tantumdem, talis, quot, quantus p. 411 sq. 45. Appendix de syntaxi numeralium p. 412—414.

Sectio prima.

Syntaxis substantivorum, praepositionum atque pronominum.

I. Substantiva.

Cap. I.

De notione substantivorum.

In syntaxi de substantivi notione atque significatione tantum ea tractanda sunt, quae ad usum singularem generum quorundam substantivorum, qui iterum ac saepius reperitur, spectant, non vero significationes singulares singulorum substantivorum, quas enumerare lexicologiae est, non syntaxis, quamquam non potest negari, in hac ipsa parte grammaticae fines atque limites utriusque doctrinae non posse tam accurate constitui et quasi circumscribi, ut non interdum haud pauca in syntaxi commemoranda sint, quae proprie ad lexicon pertinent. Si vero immensam substantivorum, quotquot sunt, copiam perlustramus, facile poterimus duo praecipue genera eorum discernere, quorum unum substantiva magis specialis atque singularis, alterum magis generalis significationis complectitur.

1. Iam usus maxime memorabilis et praeter ceteros dignus, qui in adumbratione huius partis syntaxis latinae commemoretur, qui etiam latissime patet, hic est, ut pro notionibus singularibus generalis magis significationis substantiva, quorum ambitus latius patet, haud raro usurpentur, quo pertinet inprimis, si abstracta pro concretis ponuntur. Idem usus est apud Graecos, de quibus vid. Bernhardy Synt. graec. p. 46 sq. Plurima autem substantiva, quae huc pertinent,

aut in vituperationem aut in laudem dicuntur. Plaut. Merc. I, 1, 59: *Convitium* tot me annos iam se pascere, de homine. Men. I, 3, 1: *Anime* mi, Menaechme, salve. Bacch. I, 1, 48: Aput me, mi *anime*. Men. v. 361: Animule mi. Mil. IV, 8, 20: O mei oculi, o mi anime. Asin. III, 3, 74: meus ocellus, mea rosa, mi anime, mea voluptas. Most. I, 4, 23: anime mi. Cas. I, 46 sqq: Mi *animule*, Mea *vita*, — mea *festivitas*, — *voluptas* mea! — meus *festus dies*, Meus pullus passer, mea columba, mi lepus. Most. I, 1, 3: Egredere, *erilis permicies*, ex aedibus, cui respondet, quod Bernh. l. l. p. 47 ex Graecis affert, ὄλεθρος. Pseud. I, 3, 130 sqq. haec sunt maledicta in lenonem: pernicies adulescentum. — fraus popli. — caenum. Bacch. V, 1, 9: Is me *scelus* auro usque attondit dolis doctis. Amph. II, 1, 7: tibi — Scelestam, *scelus*, linguam apscidam. Mil. III, 2, 14: Non te istuc rogito, *scelus*. ibid. v. 27. Pseud. V, 2, 10: scelus. Pers. IV, 114. II, 2, 35. 4, 19. IV, 9, 6. Rud. IV, 3, 54. Bacch. V, 2, 57: Abin a me, *scelus*. Bacch. IV, 7, 5: Eho tu, [*scelus*]. Pers. 5, 2, 15. Asin. V, 2, 77: Modo, quom dicta in me ingerebas, *odium*, non uxor eram. Truc. II, 1, 1: introivit *odium*. Truc. II, 2, 64: Sed *odium*, eccum, progreditur *meum*. Mil. III, 3, 49: *Populi odium* quidni noverim, magnidicum, cincinnatum —? Bacch IV, 7, 22: *Terrae odium* iam pridem ambulat, et v. 24: *Tun terrae* me *odium* esse autumas? Rud. II, 2, 13: Deorum *odium* atque hominum, *malum*, mali viti probrique plenum. Poen. I, 2, 139: odium. Curc. I, 3, 34 sqq.:

Iam huic *voluptati* (Phaedromo) hoc adiunctumst *odium* (Palinurus). PA. Quid ais, *propudium?*
Tune etiam cum noctuinis oculis *odium* me vocas,
Ebriolae persolla, *nugae?*

Truc. IV, 4, 7 sq.: quid agitur, *voluptas mea?* DI. Non voluptas. ibid. V. v. 7: mea voluptas. Mil. IV, 8, 35. Pseud. I, 1, 50: mea voluptas. Men. I, 3, 7: mea voluptas. Most. v. 249 R.: Philolaches *voluptas mea*. Poen. I, 2, 152 sqq.:

Mea voluptas, mea delicia, mea vita, mea amoenitas,
Meus ocellus, meum labellum, mea salus, meum savium,
Meum mel, meum cor, mea colostra, meus molliculus caseus.

Ib. v. 167: mea voluptas. Ib. v. 169 sq.:

hem *voluptatem* tibi,
Hem mel, hem cor, hem colostram, hem *salutem*, hem savium!

v. 172: Et iam ocellum addam et labellum et linguam.

v. 174 sqq.: — huius *voluptas*, —
Huius mel, huius cor, huius labellum, huius lingua, huius savium,
Huius colostra, huius *salus amoena*, huius *festivitas*,
Huius *cura*, huius *studium*, huius dulciculus caseus, mastigia.

v. 180. 182: — *voluptas* huius atque *odium meum*:
Oculus huius, *lippitudo* mea: mel huius, fel meum.

Truc. II, 4, 67: mea voluptas. Truc. II, 6, 40. 55: mea voluptas. Truc. II, 4, 2. Most. I, 3, 136. 139. Curc. I, 3, 43: hanc amas, *nugas* meras. Aul. III, 1, 5: Totus doleo atque oppido perii: ita me iste habuit senex *gymnasium* (h. e. in quo fustem exerceret, ut expl. Weisius. Vide de hoc versu Herm. el. d. m. p. 91. Fleckeisen. exercitatt. Plaut. p. 19. Schneider. gramm. lat. elem. II, p. 732). Asin. II, 2, 31: *Gumnasium* flagri. Asin. II, 2, 32: o virgarum lascivia, quod Lamb. recte explicat: „in cuius tergo lascivire et exsultare solent virgae.“ Ex exemplis usque adhuc allatis patet etiam, nonnunquam activa substantiva illa, nonnunquam passiva significatione usurpari. Sic *scelus* activa, in quo inest scelus, qui committit quasi scelera, *odium* autem passiva, qui odio est, quem oderunt homines. Sic etiam *virgarum lascivia*, qui patitur lasciviam virgarum. Truc. IV, 2, 46: inlecebra de meretrice. Bacch. V, 2, 48: *Probripellecebrae* et persuastrices, de meretricibus, item Asin. I, 2, 7:

capitis te perdam ego et filiam,
Pellecebrae, pernicies, adulescentum exitium.

Fragm. p. 458, v. 19. Gron.: Non ego te novi, navalis scriba, *columbar* impudens? Aul. III, 5, 48: Aut aliqua *mala crux* semper est, quae aliquid petat = qui cruciat (v. Taubm. ad Men. prol. v. 66). Alia significatione est crux Pers. V, 2, 17, id. q. cruce dignus: Quid ais, *crux*, stimulorum tritor? ubi Pareus in lexico male coniungebat stimulorum cum crux. Non huc pertinet locus Bacch. IV, 2, 2: quae te mala crux agitat —?, ubi crux idem ac Furia significat, ut Pareus expl. — Pers. III, 3, 2 sq.:

— Eho, *lutum lenonium*,
Commictum caeno stercilinum publicum.

v. 4. idem leno dicitur labes popli, v. 10 iterum lutum. Respondet leno Toxilo v. 13 sqq.: — stabulum servitutium, —

suduculum flagri, — pristinorum civitas. Most. V, 2, 45 lutum de homine, item Mil. II, 3, 54: Quia ludo luto. Truc. II, 7, 31: Tune ais me inpudentem esse, ipsa quae sis *stabulum flagiti?* Truc. II, 6, 20 in versu corruptissimo est sec. emendationem Bothii et Kampanni de AB praep. p. 24: Quid ad hoc egeo te, *malum*, admonitrice? Most. I, 1, 39 germana inluvies de homine. Cas. III, 4, 2: Qui me atque uxorem ludificatust, *larüa*. Cum Camerario larüa positum existimo pro homine larvato et insano. Men. I, 2, 24: hoc ad *damnum* deferetur, quod est, ut Lamb. expl., pro scorto damnoso. Bach. IV, 9, 131: Scivi ego iam dudum fore me *exitium* Pergamo. Truc. II, 7, 50: Meone ero, inprobe, tu maledicere audes, *fons viti et periuri?* Bacch. II, 3, 49 fungus de homine inepto, item V, 1, 2. — Curc. I, 1, 78 de meretrice ebriosa: Quasi tu *lagaenam* dicas, ubi vinum solet Chium esse. Cas. II, 1, 12: faciam ut, proinde ut dignus est, vitam Colat, *Acheruntis pabulum*. Rud. III, 4, 28: etiam opprobras vim, *flagiti flagrantia?* Poen. V, 5, 30: *ligula*, i in malam crucem, quae est significatio viri pusilli et contemnendi Pers. IV, 3, 64: numquam ego te tam esse *matulam* credidi Pers. II, 2, 56: *Merx tu mala's*. Pseud. IV, 1, 44: *Mala merx* est. Cas. III, 6, 22: novi *malas* ego illas *mercis* (mulieres) Truc. II, 4, 55: O *merces malae!* Bacch. V, 2, 33: Quamquams *mortem* amplexari (h. e. senem decrepitum). Poen. I, 2, 60 propudium pro homine scelesto, item Bacch. IV, 1, 7: ut pulsat *propudium*. Pseud. I, 2, 70: Quin conveniunt? quin uni omnes *peste* hac populum liberant? Aul. I, 1, 6 stimulorum sege ab Euclione appellatur Staphyla anus. Rud. II, 2, 21: sceleris semen. Asin. V, 2, 42: Perii misera:. ut ausculatur carnufex *capuli decus*, de sene. Mil. III, 3, 65: decus popli, thensaurus copiarum, Salus cett. Pseud. I, 4, 19: Ex hoc *sepulcro veter* viginti minas Effodiam ego hodie, de sene. Curc. V, 2, 76 Sed eccum lenonem, incedit, *thensaurum meum*. Bacch. V, 2, 57 Sine, *mea pietas*, te exorem, quod est blandientis. Simile est quod Bernhardy affert e Graecis synt. p. 46: ὦ φιλότης. Pers V, 1, 13: oculus meus. Pseud. I, 2, 46 sq.: ubi isti sunt qui bus vos oculi estis, Quibus *vitae* estis, quibus *deliciae*, savia, mam millae mellitae? Most. I, 4, 12: Oh oh. ocellus es meus: tuus sum alumnus, mel meum. Asin. III, 3, 101: Mi Libane, ocellus aureus, donum decusque amoris. Most. I, 3, 11: Volo me placere Philolachi, meo ocello. Bacch. v. 27 sq.: cor meum, spe

mea, Mel meum, suavitudo, cibus, gaudium. Epid. V, 1, 8: Quid agis, *mea commoditas?* Poen. I, 3, 12: mea commoditas, mea salus. Men. I, 2, 28: O mea commoditas, o mea opportunitas. Pseud. I, 1, 129: Atque ipse egreditur intus, *periuri caput.* Rud. IV, 4, 54 sq.: Scelerum caput — periuri caput. Mil. II, 6, 14: scelerum caput, item Pseud. v. 446 et IV, 5, 3. Bacch. IV, 7, 31: scelerum caput. Asin. III, 3, 138:

Ego *caput* huic argento fui [tibi] hodie reperiundo.

LI. Ego pes fui.

Cas. II, 2, 13: Uxor mea *mea*que *amoenitas,* quid agis tu? Curc. II, 3, 78: meosne *amores?* (h. e. amicam meam). Eodem modo Stich. v. 737: ad *amores* tuos Foras egredere, et Mil. IV, 8, 67: ibo hinc intro nunc iam Ad *amores* meos. Bacch. IV, 3, 25: *Tuam copiam* eccum video Chrusalum. Stich. V, 5, 1: Morigerabor, meae *deliciae.* Most. I, 1, 14: Tu urbanus vero scurra, *deliciae* popli, Rus mihi tu obiectas? Pseud. I, 2, 90: *deliciae* summatum virum. Cas. III, 3, 14: Quid agis, mea *festivitas?* Trin. V, 1, 7: ei rei pater sit *fundus* potior, i. e. auctor. Bacch. IV, 2, 19 sq.:

Illius sum *integumentum corporis.*

PI. Nequam esse oportet quoi tam *integumentum* inprobumst.

Stich. IV, 2, 38: o lux oppidi, quod est blandientis alteri. Curc. I, 3, 8: mel meum. Bacch. V, 2, 80: *Mel meum,* amabo, istaec fiunt. Trin. II, 1, 17: mel meum. Truc. II, 6, 47. Stich. V, 4, 57: mel meum. Cas. IV, 4, 14: Meum corculum, Melculum, verculum. Curc. I, 1, 11 est feram — melculo dulci meo? h. e. puellae meae Planesio. Curc. IV, 4, 8: Set quid agit *meum mercimonium* aput te? h. e. puella empta. Most. I, 1, 62: *saginam* caedite. Aliam significationem habet v. sagina Mil. III, 2, 31: Post [e] *sagina* ego eiciar cellaria, ubi est pro ipso loco e quo saginari possis, item Most. I, 3, 79. — Cas. IV, 3, 3: quid agis, *mea salus?* Cist. III, 13: O salute mea *salus* salubrior. Stich. IV, 2, 5 sq.: [o] sperate Pamphile, o [*salus*] mea, O mea *vita,* o mea *voluptas.* Asin. III, 3, 24: Certe enim tu mihi *vita's.* Stich. V, 5, 14: mulsa mea *suavitudo.* Truc. II, 4, 2: *ver* vide, de vernante quasi muliere. Men. II, 2, 55: Volcani ad violentiam, h. e. ignem. Cas. III, 2, 6: Sed eccum egreditur *senati columen, praesidium popli.* Ep. II, 2, 5: *senati* qui *columen* cluent. Caecil. Stat. Plocium fr. 1, v. 144: Ut si taceam, tamen *indicium* sim. Terent. Adelph. II, 1, 34 sq.:

Leno sum, *pernicies* communis, fateor, adulescentium,
Periurus, *pestis*.

Adelph. III, 3, 81: ego vero hinc abeo, quando is, *quam obrem* huc veneram, Rus abiit, h. e. propter quem, ubi notio hominis, quae angustius valet, notione rei, quae latius patet, comprehenditur. Eun. IV, 3, 3: *Scelus*, postquam ludificatust virginem, h. e. scelestus. Eun. V, 4, 19 scelus. Eun. I, 2, 5: Accede ad *ignem* hunc (de meretrice). Eun. II, 3, 92 cruces de meretricibus. Heaut. V, 4, 10 fraus. Phorm. III. 2, 41 leno appellatur sterculinum. Eun. I, 1, 34: Sed eccam ipsa egreditur, nostri fundi *calamitas*. Phorm. I, 1, 16: Puer *causa* erit mittundi. Andr. V, 4, 38:

Dignus es
Cum tua religione, *odium* . .

2. Deinde substantivis magis generalis significationis etiam plures res aut homines significantur, ita ut *significationem* habeant *collectivam*. De Graecis vide Bernh. p. 47. Huc spectat, si regionis nomen pro incolis ponitur, ut a Catone ap. Gell. III, 7 (Rudd. inst. II, p. 387): Propter eius virtutes omnis *Graecia* gloriam atque gratiam praecipuam claritudinis inclitissimae decoravere monumentis signis statuis — aliisque rebus. Plaut. Pseud. I, 2, 68: iuventutem Atticam. Men. I, 1, 1: iuventus. Curc. II, 3, 21: Ita nunc *servitiumst*, h. e. servi. Most. I, 1, 64: ego ire in Piraeum volo In vesperum parare *piscatum* mihi, h. e. pisces. Eodem modo III, 2, 42: *piscatu* probo, electili Vitam colitis. Aul. II, 2, 29: Neque illo quisquamst alter hodie ex *paupertate* parcior, h. e. ex ordine seu numero pauperum, ut explicat Camerarius, ex pauperibus. Pseud. I, 1, 124: *Pube* praesenti, ubi pubes auctore Festo pro puberibus dictum est.

3. Proximum est, si generalis magis et specialis significationis substantiva inter se *coniunguntur*, quod triplici modo fieri potest, aut ita ut alterum simpliciter iuxta alterum ponatur, aut ut alterum in genitivo positum ab altero pendeat, ut in unam notionem ambo coalescant, aut appositione syntactica. Primum si alterum substantivum simpliciter iuxta alterum ponitur, generalis quaedam notio singulari quasi adiectivo sive attributivo definitur, sed etiam substantiva duo diversi plane generis, minime inter se cognata esse possunt,

ut singularis notionis altera quasi praedicatum efficiat. Ordiamur a simpliciori genere. In lege Numae ap. Gell. IV, 3 (Egger. monum. vet. Lat. reliq. p. 82) est: *acnum* (al. *arnum*) *feminam* caidito. Q. Fabius Pictor in annalibus et Ennius (annal. I, v. 70 et 73) sec. Quintil. I, 6, 12 lupus femina dixerunt, ut Cato R. R. c. 134. Cato R. R. c. 17: *Robus materies*, item pro ridica, ubi solstitium fuerit ad brumam, semper tempestiva est. H. l. *materies* (als Rutzholz) et *pro ridica ἐκ παραλλήλου* posita ambo spectant ad robus. Recte explicat Schneiderus: „cum ad materiam seu fabricam, tum ad ridicas. Robus seu quercus fabricae et ridicae materiam praebet.“ C. 20: digitum pollicem. Plaut. Asin. II, 4, 64: hominem servom. Epid. I, 1, 58. III, 1, 7. Stich. I, 2, 1. V, 4, 10. Ib. III, 1, 37: homines servolos. Merc. II, 3, 78: ancillam viraginem. Truc. II, 2, 29: musca — femina. Idem Plautus [ap. Philargyr. ad Virg. ecl. II, 63] etiam leo femina dixit (Nam audivi feminam ego leonem semel parire). Bacch. I, 1, 55: homini adulescentulo. Most. I, 3, 124: Quibus *anus* domi sunt *uxores*. Pers. V, 2, 3: pessumus hic mihi *dies* hodie inluxit *corruptor*. Diversi autem generis substantiva coniuncta sunt in his exemplis: Poen. III, 1, 40: Obsecro hercle, *operam celocem* hanc mihi, nec *corbitam* date! et Rud. IV, 3, 60: vidulum — piscem.

4. Si generalis notio cum speciali in *genitivo* posita coniungitur, unam ambae efficiunt notionem, quo primum multae dictiones periphrasticae formantur. Ennii annal. l. I, fr. 57, v. 96 sq. ter quattor *corpora* sancta *Avium*. Plaut. Bacch. II, 3, 74: Megalobuzi filius, h. e. Megalobyzus, v. adnot. Taubmanni ad h. l. (Bernh. p. 51 affert: *παῖδες Ἑλλήνων, Ἀσκληπιοῦ παῖδες*, negat tamen adnot. 85 numero singulari hoc fieri apud Graecos.) Megabyzi sive Megalobyzi omnes appellabantur sacerdotes Dianae Ephesiae. Deinde voc. res per circumlocutionem Plautus usus est, ut Graeci *χρῆμα* (Bernh. p. 52), Truc. I, 2, 39: rem — amoris, h. e. amorem. Amph. II, 2, 1 res — voluptatum (Ruddim. p. 372), h. e. voluptates. Truc. II, 1, 4: ob *amoris prandium*. Lamb.: i. e. ob amorem. Weis.: „propter impensas, quas ille amoris causa fecit.“ Poen. I, 2, 1: *Negoti* sibi qui volet *vim* parare, ubi v. vim auget notionem v. negoti. Audacius dictum est ab Ennio annal. l. II, fr. 1: Olli respondit suavis sonus Egeriai. In his omnibus exemplis id substantivum potissimum est maximique momenti, cuius notio maxime pre-

mitur, quod in genitivo est appositum. Sed habemus etiam coniunctiones nominum abstractorum et concretorum tales, ubi contrarium apparet, ut notio genitivo expressa minoris momenti sit quam altera. In hac ratione unum et totum per ambo substantiva exprimitur ita, ut illud, unde genitivus pendet, in adiectivum possis mutare. Plaut. Mil. V, v. 41: *scelus viri* Palaestrio. Pers. II, 2, 19: *Scelus* tu *pueri's*. Curc. V, 2, 16: scelus viri. Pers. II, 2, 22: Paegnium, *deliciae pueri*. Ib. V, 2, 67: frustum pueri. Menachm. V, 1, 9: *flagitium* tu *hominis*, item III, 2, 24. Aul. IV, 8, 3: hominum mendicabula, h. e. mendicos. Poen. I, 2, 61: Monstrum mulieris![1]) V, 5, 31: hallex viri. Pertinet huc fortasse etiam Rud. II, 2, 19, si vera est coniectura Fleckeiseni (Iahn. nov. annal. phil. 1851, vol. 61, 1, p. 25): exulatum *scelus lenonis* abiit.

Denique pertinent huc etiam pleonasmi nonnulli (similes apud Graecos vide ap. Bernh. p. 54), ut Stich. I, 2, 69: Edepol vos lepide temptavi vostrumque *ingenium ingeni*, ad q. l. Taubm.: „i. e. animum et sensum vestrum, sicut alias ingenium pro natura et moribus alicuius rei usurpatur.“ Epid. IV, 1, 4: Paupertas, pavor territat *mentem animi* (mens est pars animi). Cist. II, 1, 5: Ita nubilam *mentem animi* habeo. Similiter Bacch. III, 4, 11: Sed satin ego *animum mente* sincera gero.

5. *Appositione syntactica* attributa rei vel hominis cuiusdam per se spectantur, ita ut et totum per se et eas eius partes atque attributa, de quibus potissimum agitur, animo contemplemur. Huc spectant haud pauca exempla Catonis. Sic or. pro Rhod. ap. Meyerum orat. Rom. fragm. p. 105: *mille minus* dimidium familiae mulcta esto, ad q. l. Meyerus p. 107: „mille minus] sic codd. probante Huschkio, qui expl.: mille (int. H. S.), dummodo minus id sit quam (quam omittitur) dimidium bonorum eius.“ H. l. igitur *minus* est appositio vocis *mille*, sed paulo brevius ideoque obscurius a Catone haec elata sunt. Origin. l. II, fragm. 2 ed. Bolhuis. p. 26: Marsus hostem occidit prius quam Pelignus: propterea *Marrucini* vocantur, de Marso *detorsum nomen*. R. R. c. 93: postea *amurcam cum aqua* commisceto *aequas partes*, ubi v. aequas partes appositionem efficiunt v. amurcam et aquam, pro quo cum aqua a

---

[1]) Vulg. *En m. m. Θρ Et m. Δρ* nec *en* nec *et* habet, quod abiiciendum est cum Beckero de com. Rom. fab. p. 7.

scriptore dictum est. C. 8: Sub urbe *hortum omne genus, coronamenta omne genus,* bulbos megaricos — haec facito uti serantur. Eodemque modo v. genus cum notione singulari ἐκ παραλλήλου positum est in his exemplis: C. 42: *Quod genus* aut *ficum* aut *oleam* esse voles, inde librum scalpro eximito, ubi cave putes quod genus pro cuius generis dictum esse. C. 40: postea capito tibi *surculum, quod genus* inserere voles. C. 41: Terebra vitem quam inseres, pertundito, eo *duos surculos vitigineos, quod genus* esse voles, *insectos obliquos* artito ad medullam. C. 42: alterum librum cum gemma de *eo fico, quod genus* esse voles, eximito (quod non dictum est pro: quod genus eius, sed utraque notio ex aequo posita est). C. 11: summa homines XVI, pro quo cap. 10 dictum est: summa hominum XIII. Quamquam haec non est proprie appositio, cum verbum substantivum esse omissum cogitandum sit, tamen propterea hoc exemplum h. l. commemoravimus, quod notiones diversae, generalis summa et singularis homines inter se coniunctae et ex aequo positae sunt. Ennius annal. fr. inc. 42, v. 493: *Septingenti* sunt paulo *plus* aut *minus anni.* Hic appositio plus aut minus correctionem quasi efficit eius quod dixerat, septingenti anni, et tamen ambae notiones ex aequo positae sunt, quasi idem significarent. Catonis loco supra allato (R. R. c. 8) similis est Plauti Most. I, 1, 18: Cis — paucas tempestates — Augebis ruri *numerum, genus ferratile,* ad q. l. Taubm.: „genus ferratile est explicatio indicatque cui hominum numero sit accessurus Tranio.“ Cas. II, 8, 11: mastigia, stimulorum loculi. Capt. II, 1, 36: Nam *maxuma pars* fere morem hunc *homines* habent.

6. Quemadmodum autem notiones generales significationibus singularibus usurpari ex iis, quae adhuc disputata sunt, apparet, sic *singulares* notiones in significationes se convertere possunt, quae latius patent, quod aut ita fieri potest, ut rei vocabulum symbolice quasi ponatur pro alterius rei vel hominis vocabulo, ad quod quasi pars ad totum pertinet, aut ita e contrario, ut id substantivum, quod positum est, partem totius rei, quae significatur, et eam quidem, de qua potissimum agitur, designet. *Totum* per partem significatum est Ennii annal. l. VII, fr. 20: Russescunt *frundes,* h. e. silvae. Id. Med. fr. 20: Salvete, optima *corpora* (corpora liberorum Medeae), ad q. l. Bothius: „Personas περιφράζουσι verbis σῶμα et corpus.“ Plaut. Epid. I, 1, 86: plane hoc coruptumst *caput,* ad

q. l. Gron.: „i. e. ego. Caput pro homine usitatum.“ Asin. II, 4, 89: Scibam *huic* te *capitulo* hodie Facturum satis pro iniuria. Stich. V, 5, 10: fugit *hoc* libertas *caput*. Poen. III, 3, 32: *capiti vostro* istuc quidem. Rud. III, 6, 47: *istic capiti* dicito. III, 2, 11: suum — caput, = se. Mil. III, 1, 131: O lepidum caput. Pers. II, 2, 2: Ain vero, *verbereum caput?* Pseud. II, 4, 33: si quidem *hoc* vivet *caput*, h. e. ego. Nonnullis locis materia dicitur pro rebus, quae ex materia illa conficiuntur, velut Curc. V, 2, 8: gemma, h. e. anulus. Curc. III, v. 40: explevi totas *ceras* quattuor, h. e. ceratas tabellas, et Amph. I, 1, 185 est cornu pro laterna cornea. Terent. Heaut. III, 3, 7: Vel heri in *vino* quam inmodestus fuisti, h. e. inter pocula, in convivio. Heaut. III, 1, 2: a pueris, h. e. a pueritia.

Rarius totum quiddam positum est, ut pars quaedam praecipua sive res, quae ad totum illud qualicunque ratione pertinet, eo significetur. Sic Plaut. Rud. III, 6, 11: vicinus *Veneris*, h. e. aedi Veneris. Amph. I, 1, 185 Volcanus dictum est pro igne, item Aul. II, 6, 10. Rud. III, 4, 54. — Mil. I, 1, 22: *gloriarum* pleniorem, h. e. gloriationum. Referendi huc sunt etiam omnes ii loci, quibus *Philippus* pro nummo illo aureo Philippeo dictum est; non dico eos locos, ubi vocabulo *Philippus* substantivum additum est, ut adiectivi munere fungatur (quo pertinet etiam Mil. IV, 2, 70, ubi codd. habent quidem talentum Philippium, sed Ritschelius retinet vulgatam ex ed. princ. profectam Philippum), sed eos, ubi solum est positum, ubi non est mente addendum nummus, sed rex est ipse dictus pro nummo, in quo est ejus imago. Sunt autem hi: Poen. III, 1, 55: trecentos Philippos. Bacch. IV, 8, 27: Nunc nisi ducenti *Philippi* redduntur mihi. 38 et 78: ducentis Philippis. Bacch. 9, 74: ducentos Philippos. v. 87 sq., 9, 127: Binos ducentos Philippos. V, 2, 64. — Mil. v. 192 os est dictum pro impudentia, item Terent. Eun. IV, 7, 36 (os durum).

7. Praeter eas, quas supra commemoravimus, etiam aliae extant rationes, quibus substantiva cum aliis verbis appositis in unam notionem coniunguntur. Primum huc spectant exempla, ubi substantivum cum ablativo alius substantivi ita coniunctum est, ut cum eo in unam notionem coalescat. Qui ablativus aut loci esse potest originem exprimens, aut qualitatis.

a) *Abl. loci originem exprimens.* Taubm. ad Plaut. Bacch. II, 2, 53 e Catone affert Syracusis soleae, quae sunt soleae

Syracusanae. Both. ad. Naev. fr. 2 Harioli affert Plaut. Merc. V, 2, 99: Video ibi *hospitem Zacyntho.* — ib. v. 102: *Zacyntho ficos* fieri non malas, h. e. ficos Zacynthias. Poen. V, 2, 36: *Hannonem* sese ait *Carthagine.* Asin. II, 4, 92: Periphanes *Rhodo mercator.* Pseud. I, 3, 36 (Krueger. gramm. lat. p. 665): salve multum, *serve Athenis pessume.*

b) *Abl. qualitatis.* Cato R. R. c. 8: Telanas atras pediculo longo. Plaut. Merc. I, 2, 97: forma eximia mulierem. Pers. IV, 3, 53: Forma expetunda liberalem mulierem. Merc. v. 9: Ibi amare occepi *forma eximia mulierem.* II, 1, 36: aspicio *forma eximia mulierem.* Most. I, 3, 49: *mulierem* lepidam et *pudico ingenio.* Terent. Heaut. V, 5, 17: Rufamne illam *virginem,* Caesiam, *sparso ore, adunco naso?* Eun. II, 1, 24: ducit secum una *virginem* dono huic: papae, *Facie honesta.* And. I, 1, 91 sqq.: forte unam aspicio *adulescentulam, Forma* SO. *Bona* fortasse. SI. et *voltu,* Sosia, Adeo *modesto,* adeo *venusto,* ut nil supra. Adelph. III, 3, 86: *civium* — *antiqua virtute* ac *fide.* And. I, 1, 42 sqq.: *mulier* quaedam — *egregia forma* atque *aetate integra.*

Deinde substantiva cum adverbio apposito in unam notionem coniunguntur, quae figura a grammaticis vulgo *Hyphen* dicitur (Rudd. II, p. 396 adnot. 10), aut, quod non multum diversum est, cum praepositione addito alio substantivo ex illa pendente. Uno loco simplex negatio substantivo apposita est, Plaut. Asin. IV, 1, 63: Haec sunt *non nugae.* Amph. II, 2, 138: *intus pateram* proferto foras. Pers. III, 1, 57: non tu *nunc hominum* mores vides? Terent. Andr. I, 2, 4: eri *semper lenitas* Verebar quorsum evaderet, quod secundum Donatum, Dacieriam, Schellerum in gramm. lat. p. 742, Bothium, Schmiederum, Zeunium, Ritterum, Reisigium gramm. lat. p. 392 ibique Haasium adnot. 391 idem est ac perpetua lenitas; Guyetus, Boeclerus, Westerhovius, Ruhnkenius, Perletus, Fikenscherus, Ramshornius in gramm. lat. p. 715 semper ad verbum verebar referendum esse censent; illud tamen verum est, nam recte Ritterus dicit, si semper ad verbum spectare voluisset poeta, tum secundum constantem usum ei dicendum fuisse semper veritus sum. Cato R. R. c. 5: sicilimenta de prato. C. 17: semen de cupresso, de pino. C. 108: Vini *sextarium de eo vino,* quod voles experiri. Dubium est exemplum c. 42: alterum librum cum *gemma de eo fico,* quod genus esse voles, eximito, quoniam praepositio de etiam ex verbo exi-

mito pendere potest. Ennii Epicharmus fr. 7, v. 10: qui ventus est et nubes: imber postea Atque *ex imbre frigus:* ventus post fit. Plaut. Mil. II, 2, 5: Quemque *a milite hoc* videritis *hominem* in nostris tegulis. Truc. IV, 4, 23 (v. Kampm. de AB p. 16): Si aufers puerum, *a milite omnis spes* tum mi animam efflaverit (h. e., ut recte expl. Schmiederus, nulla supererit). Hic a mil. omn. spes unam notionem efficiunt, *πᾶσα ἡ ἐλπὶς ἡ οὖσα ἀπὸ τοῦ στρατιώτου.* Bacch. II, 2, 19: Egone ut, *quod ab illo* [me] attigisset *nuntius,* Non inpetratum id advenienti ei redderem?, h. e. illius nuntius, v. Scioppium. Merc. I, 2, 28: resinam ex melle. II, 1, 33: ibi ego conspicor *Navem ex Rhodo.* Weissenb. synt. p. 132 affert Aul. prol. v. 28: de summo adulescens loco, Kruegerus gramm. lat. p. 667 e. Rud. IV, 5, 7: de genere summo adulescenti. Fortasse huc pertinet etiam Epid. II, 2, 22: *a legione omnes* remissi sunt domum Thebis, si hoc dictum est pro: omnes, qui ad legionem pertinent. Ter. Andr. I, 1, 129: Ea primum *ab illo* animadvortenda *iniuriast.* Eun. I, 2, 85: cupere te *ex Aethiopia Ancillulam.* Kruegerus gramm. p. 667 affert Ad. IV. 2, 2: *a villa mercenarium* Vidi, Wuellnerus de casibus p. 27 Hecyr. V, 1, 30: si esset *alia ex hoc quaestu,* haud faceret, scio, h. e. huius quaestus, v. Ruhnk. dictat. in Terent. l. l. et Schaefferum de usu praep. Ter. p. 10. De posterioribus scriptoribus vid. Weissenb. synt. lat. p. 67, adnot. 2.

Inprimis huc spectant substantiva verbalia, maxime in *io,* ad quae quoniam perventum est, de significatione eorum atque reliquo usu nonnulla praefari libet. Substantiva verbalia in io exeuntia, si spectas significationem eorum, medium quasi locum tenent inter reliqua substantiva et verba, a quibus derivata sunt, ideoque exprimunt et actionem, ut verba, et substantiam, ut substantiva, activam, ut ita dicam, substantiam. Maxime cognata sunt infinitivo, sed eo tamen differunt ab eo, quod inf. solum fieri posse cogitatam aliquam actionem significat, ex qua actio certa nondum prodiit, sed in ea latet demum adhuc ut in germine, cui substantivum verbale (ut vel nomen eius docet), substantiam quasi et corpus addit (cf. Plaut. Trin. I, 2, 2: venerare, ut nobis *haec habitatio* Bona fausta — evenat. Mil. II, 2, 55: non placet profecto mihi *illaec aedificatio.* v. 98: Quantum vis *prolationumst.* III, 1, 75: optio. 3, 67: Ubi facta erit *conlatio* nostrarum malitiarum. IV, 6, 22: praedicatio tua. Pseud. I, 2, 39: vobis — hanc habeo *edictionem*

Amph. I, 3, 23: Nequiter paene expedivit prima *parasitatio.* Trin. IV, 3, 5: Si aberis ab eri *quaestione.* Terent. Adelph. IV, 2, 41: Sane hac multo propius ibis et minor est *errratio)* ita tamen, ut cum verbo *esse* coniunctum modo ad infinitivi, modo ad nominativi gerundii sive gerundivi, ut hic, necessitatem exprimens, notionem propius accedat, modo medium locum teneat inter infinitivi et participii perf. pass. naturam, modo verbo finito simile sit, ut docet Luebkerus de usu inf. Plaut. p. 13 (de discrimine tamen, quod intercedit inter subst. verbale et verbum finitum, vide acute disserentem Haasium ad Reisig. schol. gramm. lat. p. 768 adnot. 593). De qua re vide etiam Ruddim. II, p. 117 adnot. 4. p. 243 adnot. 48. p. 373. Exempla haec sunt. Primum duo quae attulit Luebkerus l. l.: Plaut. Poen. V, 2, 136: acerba amatiost. Rud. IV, 5, 14: Nimis paene *inepta* atque *odiosa* eius *amatiost.* Pers. IV, 4, 37: tua merx est: *tua indicatiost.* Poen. I, 3, 36: nunc mihi *cautiost.* Pseud. I, 2, 37: cruminam ne quisquam pertundat *cavitiost.* Cas. II, 3, 43: Me sinas curare ancillas, quae *meast curatio.* Bacch. IV, 2, 15: mihi *cavitiost.* Poen. I, 2, 141. Mil. 6, 64: vide ne *sies* illi *exspectationi,* h. e. ne exspectandus sis, sive, ut Lindem. expl.: ne te exspectari patiaris. Pers. I, 1, 52: cave *fuas* mi *in quaestione.* Cist. II, 3, 49: Ne *in quaestione* mihi sit. Pseud. II, 2, 68: ne *in quaestione sis.* Vide Kampm. de IN praep. usu Plaut. p. 19 nr. 9. Ex Terentio affert Ruddim. l. l. (II, p. 243, adnot. 48) haec duo exempla: Andr. II, 3, 26: Puerum autem ne resciscat mihi esse ex illa *cautiost,* et Adelph. III, 3, 67: ei (pisces) mihi ne corrumpantur *cautiost.* Adde Hec. IV, 4, 28 ap. Ruhnk. dictata in Ter. Andr. l. l. p. 48: Nulla tibi — hic iam *consultatiost* et confer Perizon. ad. Sanct. Minerv. p. 146. Plaut. Rud. V, 3, 15: quae haec factiost? quod exemplum Luebkerus l. l. affert tale, in quo subst. verbalis notio inter infinitivum et part. perf. pass. locum quasi medium teneat. Bacch. IV, 8, 2: quae haec factiost? Amph. I, 3, 21: qnid tibi — est — *muttitio?* Bacch. 4, 2, 1: quae istaec est pulsatio? Capt. IV, 2, 19: Quae illaec est minatio? Stich. v. 283: Quae misera in exspectatione Epignomi adventus virist.

Haec substantiva igitur verbalia, ut iam diximus, item saepissime coniunguntur cum adverbio (loci), item cum praepositione et hanc sequente substantivo, sed etiam cum solo substantivo in eo casu posito, qui sequi solet verba, unde ista

substantiva derivantur, perinde quasi ipsa verba posita sint. Cuius triplicis constructionis exempla, quoniam non possunt seiungi, coniunctim afferam (cf. Donat. ad Terent. Eun. IV, 4, 4. Ruddim. l. l. p. 243, adnot. 48. p. 239. 240, adnot. 35. Lindem. ad Plaut. Trin. III, 2, 86. Reisig. l. l. p. 616 sq. ibique Haasius adnot. 511. Wuellner. de casibus p. 106. Hartung. de casibus p. 25. Weissenborn. synt. lat. linguae p. 150. 202. Krueger. gramm. lat. p. 626, adnot. 1. Madvig. Bemerkungen über verschied. Puncte des Syst. der lat. Sprachl. p. 41 adnot. Michelsen. de casibus linguae latinae p. 182 adnot. 188. Luebker. l. l. p. 13). Plaut. Rud. II, 6, 18 sq.:

Quid mihi scelesto tibi erat auscultatio?
Quidve hinc abitio? quidve in novem inscensio?

Truc. II, 2, 3: Quid tibi ad hasce accessio aedis est prope aut pultatio? Most. I, 1, 6: Quid tibi malum hic ante aedis clamitatiost? (sic Ritschl. cum Acidalio). Truc. II, 6, 30: Quid illi ex utero exitiost? Asin. V, 2, 70: Quid tibi hunc receptio ad test meum virum? Trin. III, 2, 83: Quid interpellatio aut in consilium huc accessiost? Truc. II, 7, 61 sq.:

Quid tibi huc ventiost? Quid tibi hanc aditiost?
Quid tibi hanc notiost, inquam, amicam meam?[2])

Poen. V, 5, 29: Quid hanc tibi[3]) digito tactiost? Men. V, 7, 27: Quid me vobis tactiost? Cas. II, 6, 54: quid tibi istunc tactiost? v. 56: Quid tibi tactio hunc fuit? Aul. III, 2, 9: quid tibi — nos tactiost? Curc. V, 2, 27: quid tibi istum tactiost? Aul. IV, 10, 14: Quid tibi ergo meam me invito tactiost? Epid. II, 2, 113: Nihil in ea re captiost. Most. I, 1, 33: Quid tibi malum me, aut quid ego agam, curatiost? Amph. I, 3, 21: Quid tibi hanc curatiost rem, verbero, aut muttitio? Most. II, 1, 30: quid illi reditio huc etiam fuit? Caecil. Stat. Harpazomene fr. 6: quid tibi aucupatio est Argumentum aut de meo amore verbificatio est patri? Terent. Eun. IV, 4, 4: Quid huc tibi reditiost? vestis quid mutatiost? Ad analogiam substantivorum verbalium in *io* exeuntium est etiam illud formatum a Plauto Amph. I, 1, 12: Opulento homini dura hoc [magis] servitus est, quem locum afferunt Rudd. l. l. p. 239 et Weissenbornius synt. lat. p. 202,

---

[2]) Cum Bothio hos duos versus statuo creticos tetrametros.
[3]) Sic Bothius propter hiatum. Vulgo *tibi hanc*.

deinde Trin. II, 1, 15: celatum indagator (v. Reisig. et Haasius l. l.). Pseud. I, 1, 65: Teneris labellis molles morsiunculae, qui est dativus commodi. Pseud. I, 5, 13: gestores linguis, auditores auribus. Minus offendit Mil. III, 1, 48: neque ego *oblocutor* sum *alteri* in convivio, quoniam hic etiam dativus incommodi statui potest. Non puto huc pertinere Terent. Adelph. IV, 4, 9: *id* anus mi *indicium* fecit, sed potius id esse attributum v. indicium. Etiam *usus est* cum ablativo coniunctum, ut recte dicit Luebkerus, huc pertinet, sed de hoc tum demum agere malumus, cum ad ablativum perventum erit.

Cap. II.

De numero substantivorum.

Nonnullorum substantivorum prisci scriptores singulari utuntur, quae apud posteriores non inveniuntur nisi plurali numero. Huc pertinent mina (Fest. v. mina: Mina singulariter dici pro eo quod minae pluraliter dicimus, Curiatius auctor est. Item M. Cato in suasione ..... *mina cogi nulla potuit.* cf. Lion. Caton. p. 81), offucia Plaut. Most. I, 3, 107, delicia Truc. V, 29. Rud. II, 4, 13 (Scheller. gramm. lat. p. 66), aedis significatione domus Asin. I, 3, 67: Itidem hic apud nos: *aedis* nobis areast, auceps sum ego. (Fr. Florid. in Laurent. Vall. eleg. l. III, c. 7. p. 347 Theod.). Alter autem locus, qui affertur, Most. II, 2, 44, non pertinet huc, nam ibi cum Bothio et Ritschelio scribendum est caputale factumst.

Huic contrarium est, quod nonnulla substantiva, quae ab aliis scriptoribus singulari numero ursurpantur, ita posita reperiuntur, quasi essent pluralia tantum. Sic offendit, quod Cato R. R. c. 10 et 11 molae unae dixit, quum apud alios scriptores singularis mola extet. Adde lienes ibid. c. 157 et ad h. l. Schneiderum.

In syntaxi duplex usus *singularis* spectandus est, alter, cum significationem habet collectivam, alter, cum in pluralis notionem se convertit.

1. Ad *collectivum* usum singularis spectant haec exempla: Cato R. R. c. 16: Dominus *lapidem,* ligna ad fornacem — praebet. C. 35: *Fabam* in locis validis non calamitosis serito. Eodem capite: viciam, lentim (item cap. 116), raphanum. C. 5 et 34:

lupinum et quae sunt huius generis exempla apud Catonem similia. Ennii annal. I, v. 94 et 95:

longe pulcherruma praepes
Laeva volavit *avis*.

ad q. l. Columna: „Multae aves simul e longinquo Romulo apparuerunt, quarum numerum cum is minime distinguere potuisset, poeta omnes *συνεκδοχικῶς* avem dixit.“ Quod probat etiam Merula addens, quum autem propius accessissent, duodecim fuisse cognitas. Plaut. Mil. IV, 3, 6: vestem muliebrem omnem. Terent. Heaut. III, 1, 43: ancillas secum adduxit plus decem, Oneratas *veste* atque auro.

2. Ad pluralis notionem proxime accedit singularis tum, cum ea, quae communia sunt plurium, in unum quasi comprehenduntur, qui usus item apud Graecos et Germanos frequentissime reperitur. Sic Plaut. Amph. I, 1, 83: cadunt *volnere* viri virum. Stich. I, 2, 69: Edepol vos lepide temptavi *vostrum*que *ingenium ingeni*. Cas. III, 1, 10: Cum *cibatu* quosque facito ut veniant, quasi eant Sutrium. Poen. III, 3, 32: *capiti vostro* istuc quidem. Trin. I, 1, 12: Nimioque hic pluris *pauciorum gratiam* Faciunt pars hominum, sed statim v. 14 de eadem re est:

Ita vincunt illut conducibile gratiae,
Quae in rebus multis opstant odiosaque sunt
Remoramque faciunt rei privatae et puplicae.

3. Contrarius huius usus est hic, ubi *pluralis* usurpatus est vocis referendae ad alium pluralem ita, ut ad singula quaeque huius singula illius pertineant. Sic legg. XII tabb., III, fr. 4: Si volet, suo vivito, ni suo vivit, qui em vinctum habebit, *libras* farris endo dies dato, h. e. quovis die unam libram. Plaut. Pseud. III, 2, 19: illi sunt *drachumis* miseri, ubi de una drachma loquitur, sed posuit pluralem, quia de pluribus hominibus loquitur, = singulis drachmis.

Pluralem poni posse substantivi, ad quod pertineant plura epitheta in singulari numero posita, ut apud Caton. R. R. c. 2: *rationes* putare *argentariam, frumentariam* (paulo post legitur: rationem vinariam, oleariam, ut c. 5: Frondem populneam, ulmeam, querneam caedito), neminem potest offendere, quoniam plures rationes cogitandae sunt, quae deinceps enumerantur.

4. Interdum ponitur pluralis nominum quae dicuntur pro-

priorum, si aut multos homines similes alicuius esse significandum est et illi omnes quasi in unam classem comprehenduntur, aut si re vera plures extant eiusdem nominis homines. Sic Plaut. Bacch. IV, 4, 10: Non mihi isti placent *Parmenones, Suri*. Trinumm. IV, 2, 74 (allatum a Perizonio ad Sanct. Minerv. p. 60, quem vide):

At enim multi *Lesbonici* sunt hic: nisi nomen patris
Dices, non possum istos monstrare homines quos tu quaeritas.

5. Interdum pluralis de uno ponitur, qui est e numero plurium eius generis. Sic Plaut. Amph. I, 1, 197: advenisse *familiaris* dicito, ubi de uno tantum familiari loquitur Sosia. Hic pluralis, id quod in Germanica etiam lingua imitari possumus, indefinitum et generale aliquid exprimit, vid. etiam Lindem. ad h. l. Sic etiam Men. II, 2, 46 sqq.: Satin hoc, quod vides, Tribus opsonatumst an etiam opsono amplius, Tibi et *parasito* et *mulieri?* MEN. *Quas mulieres, Quos* tu *parasitos* loquere? Curc. IV, 3, 14: Quas tu mihi Tabulas, quos *luscos libertos*, quos *Summanos* somnias?, ad q. l. Lambinus: „Lyco usus erat numero singulari. Miles autem eadem nomina ponit in plurali.“ Truc. II, 3, 55: o merces malae, quamquam de una tantum loquitur meretrice, pluralis positus est, quoniam haec exclamans de toto meretricum genere cogitat. Similiter Terent. Adelph. V, 7, 9:

Missa haec face,
Hymenaeum turbas lampadas *tibicinas*,

(v. 7 dictum erat de una tibicina), ad q. l. Donatus: „Bene totum pluraliter, ut qui reprehendit sic multa.“

6. Maxime memorabilis est denique pluralis substantivorum abstractorum, quae dicuntur, item concretorum, quae ad abstractorum naturam proxime accedunt, qui usurpatur, cum varia genera et exempla eorum describenda sunt in generalem notionem comprehendenda. Sic Cato apud Paullum p. 27 v. Aeribus (Lion. Caton. 84): *Aeribus* pluraliter ab aere, id est, aeramento, Cato dixit. Dubium est, num hic locus spectet ad orationem, ut plura *aera* equestria fierent, in qua est etiam genitivus aerum equestrium et ablativus aeribus equestribus. (Erasm. Schmidii hypomnemat. p. 127. Priscian. T. I, p. 317 apud Meyerum orat. Rom. fragm. p. 85). Idem Cato etiam audacias dixit numero plurali (Festus in hac voce apud Lion. l. c. 88). Ennii annal. l. II, fr. 8: Et simul effugit, *speres* ita funditus nostras. Eodem

modo l. XVI, fr. 16 (Festus p. 333 M. „speres antiqui pluraliter dicebant, ut Ennius cett.) Plaut. Trin. II, 4, 89: Deos decent *opulentiae*. Stich. II, 1, 28: *Secundas fortunas* decent [*fastidia* et] *superbiae*. Most. II, 1, 1: summis opibus atque *industriis*. Merc. IV, 4, 54: amationibus. Pers. V, 1, 1: Hostibus victis, civibus salvis, re placida, *pacibus perfectis* (quae est rara pluralis forma sec. Herz. ad Sall. p. 277; exemplum nostrum affert Vossius Arist. I, p. 462). Trin. I, 1, 14: gratiae. IV, 3, 21: veteres parsimoniae. Mil. II, 2, 78: astutiarum mearum. v. 98: Quantum vis *prolationumst*. Mil. II, 5, 24: Quae te intemperiae tenent? II, 6, 100: Dum haec consilescunt turbae atque *irae* leniunt. Stich. IV, 2, 53: Viden *benignitates* hominum ut periere et *prothumiae?* V, 2, 7: Fecisti, ere, *facetias*. v. 10 sq.: Quot risiones, quot iocos, — Saltationes blanditias prothumias. V, 3, 5: *munditiisque* adparandis. Amores pro amica Curc. II, 3, 78. Mil. IV, 8, 67 (ad amores meos). Stich. v. 737. Cas. II, 3, 9: *munditiis* Munditiam antideo. Pseud. I, 1, 62 sqq.: Nunc nostri *amores* mores consuetudines — *Conpressiones* artae amantum conparum, Teneris labellis molles *morsiunculae*, Papillarum horridularum *oppressiunculae* cett. Pseud. I, 2, 40: Vos quae in *munditiis deliciis*que aetatulam agitis. Terent. Heaut. III, 2, 28 legitur: Magnarum saepe id remedium *aegritudinumst*. Adelph. III, 2, 33 est spes numero plurali, quemadmodum etiam nonnunquam apud Plautum, ut Pseud. I, 1, 109: In te nunc omnes *spes* sunt aetati meae, Pers. v. 253, Most. II, 1, 59: In tuam custodelam meque et *spes* meas trado, Tranio.

Reliquum est ut de *gratia* et *gratiae* disputem, de quibus dictum est a Bremio ad Nep. p. 54. Bentl. ad Ter. Andr. IV. 4, 31. Lindem. ad Plaut. Amph. p. 17 et ad Capt. II, 3, 13. Reisigio gramm. lat. p. 133 ibique Haasio adnot. 150. Beneckio ad Cic. orat. Catil. p. 48, copiosissime autem a Reinio quaest. Plaut. part. prima p. 9—16. Iam constat gratiam significare gratum animum, gratias autem grata verba, ex quo efficitur cum verbo agere non posse coniungi nisi pluralem, cum referre et habere tantum singularem (sic Plaut. Most. I, 3, 57 et 75. Pers. III, 3, 23: gratiam referre, Men. V, 9, 33: habeo gratiam. Most. II, 2, 1: Habeo, Neptune, gratiam magnam tibi); pluralem tum solum, cum alterutrum horum verborum cum agere in una enunciatione coniunctum est, cuius rei exemplum Bremius l. c. affert ex Plauto, Amph. I, 1, 25:

mi in mentem fuit
Dis advenientem *gratias* pro meritis *agere* atque adloqui.
Ne illi edepol, si merito meo *referre* studeant *gratias*,
Aliquem hominem adlegent, qui mihi advenienti os occillet probe,

ad q. l. Reinius l. c. p. 15 habet haec: „Hic ad membrorum similitudinem efferendam, quo magis locutiones istae sibi respondeant invicem, gratias repetitum esse quamvis non sit improbabile, tamen probabilius est, librarium, cui prius gratias in mentem fuit, id pro gratiam repetisse."

Locos autem, ubi *gratias* coniunctum legitur cum *habere* emendavit Reinius (excepto uno Poen. V, 4, 104, qui solus est, relictus locus, qui dubitationem efficiat). Ac recte quidem sine dubio hoc fecit Asin. I, 2, 17, quoniam metrum ibi hoc postulat, item fortasse Trin. III, 2, 33, quamquam contra codices (vid. Ritschelium in prolegom. p. 323). Locum autem Trin. IV, 1, 2, ubi legitur: Laetus lubens laudes ago et grates, gratiasque habeo et fluctibus salsis, intactum reliquit Reinius, non esse enim hanc tautologiam ait, sed loquacitatem, quae in his verbis sit, laetitia excusari. Propter praegressos autem plurales laudes et grates item gratias pluralem cum verbo habere iunctum esse.[4]) Eodem modo excusat pluralem Reinius Asinar. III, 2, 1.

Cap. III.

De casibus substantivorum.

De casuum doctrina inter recentiores optime egerunt Conradus Michelsenus et Iacobsius in Zeitschrift f. d. Gymnasialwesen von Heydemann und Mützell, 1. Jahrgg. 1847, 2. Heft, p. 93 sqq. et 3. Heft, quos potissimum in singulis casuum significationibus constituendis sequar. Iam diu disceptatum est inter grammaticos, utrum localis quae dicitur casuum significatio esset primigenia et inde demum fluxissent causales quae dicuntur notiones, an contra esset factum. Recte mihi videtur statuere Haasius ad Reisigium p. 608, adnot. 508, quem se-

[4]) Ritschelius tamen in ind. schol. Bonn. 1844—45 p. 4 recte emendationem Bothii recipit: *Laetus lubens laudes ago, gratas gratisque habeo*, et sic etiam in editione sua.

quitur etiam Iacobsius, neutram opinionem rectam esse, sed eo tempore, quo linguae orirentur et formarentur, utrasque significationes, et locales et causales sive ideales etiamtum coniunctas et inter se mixtas fuisse, nondum separatas, ut a nobis fieri solet, qui magis dividimus et separamus ratione nostra ea, quae primis temporibus nondum seiungebantur. Iam si distinguimus cum Iacobsio haec tria, verba, enunciationes, periodos, quae respondent tribus vocibus logicis, notioni, iudicio, conclusioni, et quaerimus, quorsum casuum formatio spectet, recte Iacobsius eam ponit in limite quasi verbi et enunciationis, quoniam tum demum, cum a verbo ad enunciationem formandam proceditur et transitur, casuum formandorum necessitas existit. Sed simplicissimi duo casus, a quibus etiam tota quaestio nostra et doctrina de casibus ordienda est, sunt *nominativus* et *vocativus*.

A. Nominativus et vocativus.

1. Ac nominativus quidem is casus est, sine quo omnino esse enunciatio nulla potest, quoniam est casus, quo ponitur et designatur subiectum enunciationis, casus subiecti. Sed simplicior tamen etiam est usus nominativi, ut sit *casus nominandi*, qui tum usurpatur, cum res quaedam tantum nomine suo designanda et per se appellanda est, nulla ratione habita constructionis in enunciatione. Talis est nominativus apud Plaut. Pseud. IV, 2, 21: Quid est ei homini nomen? SI. *Leno Ballio*. v. 32 sq.: *Polumachaeroplagides* Nomen est. Tales loci non pertinent ad eos, quibus verbum *esse* sequitur etiam praedicati nominativus, sed tantum nomen spectatur eiusque sonus. Huc pertinet etiam Bacch. II, 3, 50, si vera est emendatio Fleckeiseni ed. Plaut. T. I. praef. p. 23: Quom mi ipsum nomen eius *Archidemides* Clamaret dempturum esse, pro quo Ritschelius habet genitivum Archidemidis.

2. Ad hunc usum proxime accedit hic, ut nonnunquam vocativi partes agere videatur. Vocativus eo differt a nominativo, quod sine nominativo esse omnino enunciatio nulla potest, quoniam est casus subiecti in enunciatione, vocativus autem semper extra enunciationem positus est, ut nullam plane vim habeat ad formandam consecutionem verborum. Usurpatur enim tum hic casus, cum vocatur aliquis vel aliquid nomine suo. Cum igitur nomen tantum rei vel hominis significet,

sed ita ut hanc ipsam rem vel hominem alloquamur (quare etiam casus secundae personae dictus est), apparet ex hoc, maxime eius similem esse nominativum, ubi hic non est casus subiecti, sed nominandi tantum, sive, quod non multum differt, *vocandi*. Sic locis Plautinis his: Stich. v. 764: Meus oculus. Pers. V, 1, 13: oculus meus. Poen. I, 2, 153 sq.: meus ocellus, — meus molliculus caseus. v. 178. v. 182: *oculus* huius. Asinar. III, 3, 65: *thensaurus* copiarum. v. 74: meus ocellus — mi anime. v. 101: Mi Libane, ocellus aureus (cf. Ruddim. I, p. 55, adnot. 61). Cas. I, 46 sqq.: Mi animule, — meus festus dies, Meus pullus passer, — mi lepos. (Reisig. p. 199). Ex his exemplis videmus etiam, interdum vocativos cum nominativis mixtos proferri. Truc. V, v. 20: Mitte me, inquam, *odiosus*, ubi tamen fortasse scribendum est odiosu's. v. 53: Iam hercle — tu vapula vir *strenuus*.

3. Nominativus si est casus subiecti enunciationis, primum, quod in syntaxi separatim est commemorandum et spectandum, hoc est, si verba, quae plerumque impersonalia sunt, personaliter, ut ita dicam, usurpantur, diversa tamen paulum nonnunquam significatione, et adsciscunt subiectum, cum haec verba proprie sint talia, quorum subiectum in ipsis sit, ita ut in se ipsis quasi illud includant. Huc pertinent primum verba *interest* et *refert* (cf. Ruddim. II, p. 203). Plaut. Most. II, 1, 60: *Pluma* haut *interest*, patronus an cluens probrior siet. Terent. Eun. II, 2, 1 sq.:

Di immortales, homini homo quid praestat? stulto *intellegens*
Quid *inter est?*

Eun. IV, 18: quasi vero *paulum inter siet*. Adelph. I, 1, 51: Hoc *pater* ac *dominus interest*. Plaut. Pers. IV, 3, 44: Quid *id* ad me aut ad meam rem *refert*, Persae quid rerum gerant —? IV, 4, 44: te — percontari volo, *Quae* ad rem *referunt*. Mil. III, 1, 214: set *quid* meminisse id *refert*, ego [nescio] tamen. Bacch. III, 4, 20 ex emendatione Ritschelii: Tum quom nihilo plus ad suam rem *illut referet*. Stich. II, 1, 48: Tua *quod* nil *refert*, ne cures. Epid. II, 2, 93: Quam ad rem *istuc refert?* Rud. I, 2, 88: Quid *id refert* tua? IV, 3, 27: Nihilo pol pluris tua *hoc* quam quanti *illut refert mea*. IV, 4, 25: Quo modo habeas, *illut refert*, iurene anne iniuria. Merc. II, 3, 117: Quid mea *id refert?* Cas. II, 5, 22: Quid *id refert* tua? Pers. IV,

3, 51: *quod refert* tua. IV, 3, 68: Mea quidem nihil *istuc refert.* Terent. Hec. V, 3, 12: Tua *quod* nil *re fert,* percontari desinas. Phorm. IV, 5, 11: Quid tua malum *id re fert?* Adelph. V, 4, 27: *id* mea minume *re fert.* Similiter Heaut. III, 1, 58: *illud* permagni *re ferre* arbitror (Haasius ad Reisig. p. 640 sq. adnot. 528).

Deinde huc pertinent verba illa animi affectum exprimentia *pudet, piget, paenitet, miseret,* ad quae saepe nominativus pronominis genere neutro numero singulari apponitur, quo fiunt personalia. Unus locus, ubi pro eo nominativus substantivi positus est, Plaut. Stich. I, 1, 50: Et me quidem *haec conditio* nunc non *paenitet,* secundum Ritschelium non est Plautinus. In plurali adeo positum est verbum pudere Terent. Adelph. IV, 7, 36: Non te *haec pudent?* Ex hoc loco apparet etiam pronomina in genere neutro posita, quae in exemplis infra positis inveniuntur, nominativos esse, non accusativos, quoniam, ut tibi constes, omnia exempla eodem modo accipienda sunt. Non constat sibi hac in re Ruddim. p. 205, qui in aliis exemplis accusativum, in aliis nominativum agnoscit. Accusativos semper esse statuunt Pareus in lexico critico et Kruegerus gramm. lat. p. 468, adnot. 2, contra quos Haasius ad Reisig. adnot. 536 ubique nominativos accipiendos esse recte demonstravit. Si autem dictum est: Hoc me pudet: poenitet, miseret cett., ita accipiendum est, quasi dictum sit: Hoc me pudore, poenitentia, miseratione afficit. Plaut. Epid. IV, 1, 1: Si quid hominist miseriarum, *quod miserescat,* vid. adnot. Taubm. Men. v. 642: Quando *nil pudet.* Merc. v. 912: Nil, Charine, te quidem quicquam pudet. Epid. I, 2, 4 (Rudd. p. 205): *Id*ne *pudet* te —? Most. V, 2, 43: Si *hoc pudet,* fecisse sumptum. Mil. III, 1, 30: siquidem te *quicquam* quod faxis *pudet.* Merc. v. 56: *Quod* nisi *puderet,* ne luberet vivere, ubi vid. expl. Douzae. Pseud. I, 3, 136: *Ecquid* te *pudet?* Idem legitur Poen. V, 5, 26: *Ecquid* te *pudet?* ST. *Omnia,* quae tu vis. Pers. III, 3, 19: *nil*ne te *pudet?* Idem legitur Asin. V, 2, 83. — Bacch. V, 2, 37: Quid est *quod pudeat?* Pseud. I, 3, 47: Nimio id *quod pudet* facilius fertur quam illut *quod piget.* Stich. I, 2, 65: Pridie caveat ne faciat *quod pigeat* postridie. Mil. III, 1, 145: *Nil* me *paenitet* iam quanto sumptui fuerim tibi. Bacch. V, 2, 63: *nil paenitet* ut sim acceptus. Pseud. I, 3, 74: *Nil*ne *te miseret?* Caecil. Stat. Plocium fr. 5: *Pudebat,* credo, *commemoramentum* stupri. Terent. Adelph. I, 2, 4 sq.: quem neque *pudet Quic-*

quam, nec metuit quemquam. II, 2, 36: Pudet nil? (int. eum). Phorm. IV, 3, 39: Immo malum hercle: ut *nil pudet!* V, 9, 53: Nil pudere? III, 3, 21: Quaere obsecro: Nequid plus minusve faxit, *quod* nos post *pigeat*, Geta.

Videamus reliqua, primum decet. Plaut. Amph. II, 2, 189: *Istuc facinus*, quod tu insimulas, nostro generi non *decet*. III, 4, 24: Ibo intro, ornatum capiam *qui* potis *decet*. Most. I, 3, 10 (Scheller. gramm. lat. p. 255): Contempla, amabo, mea Scapha, satin' *haec* me *vestis deceat*. Most. I, 3, 125: Agedum, contempla aurum et pallam, satin' *haec* me *deceat*, Scapha. Merc. I, 1, 78: Me *idem decere*. Pseud. IV, 1, 24 (Rudd. p. 207): Set vide, *ornatus hic* satine me *condecet?* Mil. II, 2, 65: propere *hoc* non placide *decet*. Adde lubet. Terent. Phorm. V, 8, 88: In ius eamus. PH. In ius? huc, *siquid lubet*. Plaut. Amph. I, 3, 45: Eamus, Amphitruo: *lucescit hoc* iam (Sanct. Min. p. 266). Curc. I, 3, 26: Nam *hoc* quidem edepol hau multo post luce *lucebit*. Mil. II, 2, 63: lucet hoc. Terent. Heaut. III, 1, 1: *Luciscit hoc* iam.

4. Sed non solum subiecti casus esse potest nominativus, verum etiam ad praedicatum, h. e. verbum enunciationis nominativus apponi potest, qui congruat cum nominativo subiecti. Hoc aut ita fieri potest, ut praedicatum, quod dicitur, sive verbum apposito demum illo nominativo plenum et integrum fiat, quia significationis est tam generalis, ut sine nominativo illo adiecto plenam sententiam non efficiat, aut ita ut appositionem tantum efficiat subiecti nominativus ille ad definiendum et subiectum et praedicatum accuratius, sed secundaria tantum ratione additus et laxius cum praedicato cohaerens. Prior usus nominativi est notissimus ille, ubi usurpatur coniunctus cum verbis *esse*, *fieri*, et cum passivis *videri*, *vocari nominari*, *perhiberi*, *nuntiari*, *reperiri* vel similis significationis. Cato R. R. c. 6: Qui locus vino optimus dicitur esse et ostentus soli. Ennii Epicharmus fr. 7:

Istic est is Iuppiter, quem dico, quem Graeci vocant
Aerem: qui ventus est et nubes: imber postea
Atque ex imbre frigus: ventus post fit, aër denuo.
Haece propter Iuppiter sunt ista quae dico tibi,
Quoniam mortalis atque urbes beluasque omnis iuvat.

Ennii Ambracia fr. 1: per gentes esse cluebat omnium miserrimus. Ennii satur. inc. libr. fr. 4: Hoc erit tibi argumentum semper

in promptu situm. Plaut. Poen. V, 3, 34: ut Haec inveniantur hodie *esse* huius *filiae*. Trin. III, 2, 66: Quis me inprobior perhibeatur esse? Stich. I, 1, 25: Montis qui *esse aurei* perhibentur. Pers. II, 2, 20: Nullus puero hoc *peior esse* hodie perhibetur. Terent. Adelph. I, 2, 45: *Pater esse* disce ab illis, qui vere sciunt.

Pertinent huc etiam ii loci, ubi *opus est* et *usus est* cum nominativo sunt coniuncta, ita ut ille nom. sit subiecti, voc. *opus* et *usus* autem praedicati. Cato R. R. c. 6: materia, si *quae opus sit*, parata erit. C. 9: Et id videto, uti aut domum *opus sient* aut aut venire possint. C. 12: In torcularium *quae opus sunt* vasis quinis. C. 13: In torcularium in usu *quod opus est*. C. 14: Hae rei materiem et *quae opus sunt* dominus praebebit. Ib.: qui bene praebeat *quae opus sunt*. Ibid. §. 4: quae opus erunt. C. 16: Dominus lapidem, ligna ad fornacem, *quod opus siet*, praebet. C. 18: si ita feceris, trabes pedum XXII longae *opus erunt*. C. 13: In cellam oleariam *haec opus sunt*. C. 14: Tigna omnia *quae opus sunt*. C. 21: Ferrum factum, *quod opus erit*, uti idem faber figat. — ib.: LX opus sunt. C. 23: Face ad vindemiam *quae opus sunt* parentur. Ib.: *quae opus sunt*, picentur, cum pluet. C. 29: *id*que tum maxime *opus erit*. C. 31: Ad oleam cogendam *quae opus erunt*. C. 67: quod opus siet. C. 142: quae opus sunt. C. 144: Legulos *quot opus erunt*, praebeto. C. 145: Si *viride oleum opus siet*, facito. Cato ap. Senec. epist. 94 (Lion. Caton. p. 80 sqq. Rudd. II, p. 66, adnot. 57): Emas non *quod opus est*, sed quod necesse est: *quod* non *opus est*, asse carum est. Plaut. Pseud. IV, 7, 89: *Elleborum* hisce hominibus *opus est*. Pers. II, 5, 27: ad eam rem *usus est tua* mi *opera*. Amph. III, 3, 1: si*quid opus est* impera. Poen. V, 2, 80: Et si*quid opus est*, quaeso, dic atque impera. Rud. I, 2, 30: *Quid opust*, adulescens? v. 36: Tu *siquid opus est* dice. Truc. IV, 4, 20 (Perizon. ad Sanct. p. 796): quid *id opust?* Asin. I, 1, 104: si*quid opus fuerit*, de qua formula vide Douzam. Cist. IV, 2, 56: Si*quid est opus*, dic, de qua formula sollemni vid. I. Gul. Poen. V, 2, 48: Roga, num*quid opus sit*. V, 6, 14: *Duplum* pro furto mihi *opus est*. Pers. IV, 4, 71: quam dicit *quod opust*. Truc. V, 14: *Oleum opust, farina* puero *opust*, opust totum diem.[a]) Bacch. IV,

---

[a]) Vulgo: *oleum opus est, farina puero opus est*, contra metrum, quod correxit Bothius.

4, 54: Sed nunc *quantillum ussust* auri tibi, Mnesiloche, dic mihi. Merc. V, 2, 13: Egomet mihi fero *quod usust*. Capt. I, 2, 61 (Scheller. p. 382): Tum *maritumi omnes milites opus sunt* tibi. Pseud. II, 4, 23: quod opus est. Terent. Adelph. III, 2, 37 (Perizon. in add. ad Sanct. p. 798): ac potius *quod* ad hanc rem *opus est* porro prospice. Hec. IV, 4, 43: *Remissam opus sit* vobis *reddictam* domum. Phorm. III, 3, 24: *Quantum opus est* tibi argenti. Heaut. V, 1, 20 (Rudd. p. 67): Sponsae *vestem aurum* atque *ancillas opus esse*. Andr. II, 1, 37: At tu hercle haud quicquam mihi, Nisi ea *quae* nil *opus sunt* sciri. IV, 4, 1: *quae opus fuere* ad nuptias. IV, 1, 58: At iam *hoc opus est*. IV. 2, 21: Iam *hoc opus est*. Heaut. III, 2, 47: Videbimus *quid opus sit*. Adelph. IV, 5, 72: quae opus sunt. Hec. V, 2, 2: quod opus sit. Nonnullis locis dubium est, num nominativi an ablativi positi sint, cum per metrum quidem utrique esse possint. Sic Plaut. Rud. IV, 4, 39 (Perizon. ad S. p. 797. Rudd. II, p. 67, adnot. 61): *Hoc* neque istic *usust* et illi miserae suppetias feret, vid. Krueger. gramm. lat. p. 491, adnot. 4. Poen. V, 2, 127: tua opus est opera.[6]) Pers. II, 1, 11: Quid ei homini *opus vitast?* Truc. V, 44: *alia opust* auri *mina*. Merc. II, 3, 62: Nihil *opust* nobis *ancilla*, nisi quae texat, quae molat. Merc. v. 423: nihil *istoc opust*. Mil. III, 1, 195: Set quid *ea usus est?* Curc. III, 13: ussus est pecunia. Aul. IV, 9, 13: nam quam mi *opus est vita*. Poen. III, 1, 44: Scitis, rem narravi vobis, quod *vostra opera opus siet*.[7]) Poen. V, 6, 16: Et mihi quidem *mna* argenti (int. opus est, quod praecessit). H. l. videtur ablativus verisimilior, quoniam praecessit quidem duplum, sed proxime sequitur suppliciis multis. Terent. Andr. IV, 3, 7 sq.: nunc *opus est tua* Mihi ad hanc rem *exprompta malitia* atque *astutia*. v. 23 (Perizon. ad S. M. p. 799 et in add. ad p. 798): siquid est, Quod *mea opera opus sit* vobis, ad quem locum Ramsh. in gramm. lat. p. 265 adnot. 1 affirmat, ubicunque v. opus est accusativus qui dicitur graecus in genere neutro positus (ut h. l. quod) praecesserit, ablativum rei poni, quod quo argumento nisus dixerit nescio.

---

[6]) Sic recte emendavit Bothius. Vulgo contra metrum: *tua est opus opera*.

[7]) Editores ante *opus* addunt *mii*, quod etiam in codd. est, contra metrum. Recte eiecit Rostius opusc. Plaut. I, p. 149, casuan consulto, non constat.

In extrema hac disputatione ponam eos locos, ubi *opus est* vel *usus est* coniunctum est cum ablativo participii perfecti passivi in genere neutro positi praecedente neutro pronominis, quod utrum in accusativo pendente a participio illo, quod quasi infinitivi ablativus esset, an in nominativo positum statuendum esset, diu disceptatum est inter grammaticos. Ego quoque diu dubitavi, utram in sententiam abirem, donec mihi occurrit locus Catonis in R. R. c. 2: *quae opus sient locato,* locentur, qui extra omnem dubitationem ponit, semper nominativos esse statuendos. Consentit Haasius ad Reisig. p. 233, adnot. 275. Ex Plauti comoediis habes exempla haec. Merc. III, 3, 4: *quod opust facto,* facito ut cogites. cf. v. 5: equidem hercle *opus hoc facto* exaestumo. II, 2, 58: *hoc* mihi *visost opus.* Rud. II, 3, 67: Iam *istoc* magis *usus factost.* Stich. I, 2, 4: quod opust facto. Trin. II, 4, 183: quid facto opus sit. Amph. II, 1, 81: nam mihi *istuc* primum *exquisitost opus.* I, 3, 7: Citius *quod* non *factost usus* fit quam *quod factost opus.* Cist. I, 2, 10: Tacere nequeo misera, *quod tacito usus est.* Cas. III, 3, 24: quod factost opus. Terent. Andr. III, 2, 43 (Rudd. II, p. 69, adnot. 67): *quod parato opus est,* para. III, 2, 10: quid facto esset opus. Adelph. IV, 7, 22 (Rud. II, p. 67, adnot. 62): si illud *quod* maxume *opus est iactu* non cadit. V, 9, 39: Plus scis *quid facto opus est.* III, 5, 75 (Haasius ad Reisig. p. 704): moneo *quid facto usus sit.* Phorm. V, 1, 35: Nunc *quid opus facto sit* vide. Hec. V, 4, 38: quod facto usus sit.

Videamus reliqua verba. Plaut. Trin. I, 2, 5: Hic illest senecta aetate qui *factust puer.* Cato R. R. c. 157: Altera est crispa, *apiacon vocatur.* Ib. Item est tertia, quae *lenis vocatur.* Ennii Euhemerus fr. 4, 27: qui Titani vocantur. fr. 7, 36: quod aether vocabatur. Plaut. Bacch. III, 3, 69: Quis vocatur? LU. Bacchis. De vocari cum nominativo praedicati coniuncto vide etiam Par. et Taubm. ad Amph. I, 1, 226. Merc. prol. v. 5: Graece *haec vocatur Emporos* Philemonis. — Cato R. R. c. 157: prima est, *levis* quae *nominatur.* Plaut. Stich. II, 1, 1: Mercurius, Iovis qui *nuntius perhibetur,* cf. Plaut. ap. Gell. VII, 7: Me volo *fortem perhiberier virum.* Bacch. III, 3, 21: Et discipulus et magister *perhibebantur inprobi.* Stich. v. 11 sqq.: qui usus unice Civibus ex omnibus *probus Perhibetur.* Terent. Adelph. III, 4, 59: si vos voltis *perhiberi probos.* Plaut. Poen. V, 2, 117: Iterum mihi *gnatus videor,* quod te repperi. Terent. Phorm.

I, 2, 44: Paupertas mihi *onus visumst* et *miserum* et *grave*. — Plaut. Most. I, 3, 76: utinam meus nunc *mortuos* pater ad me *nuntietur*. Bacch. III, 6, 12: *reperiuntur falsi* falsimoniis, Lingua *factiosi*, *inertes* opera, sublesta fide.

Minus arte cohaeret cum verbo nominativus iste tum, cum in enunciationem quasi secundariam solvi potest, ita ut praedicatum addito illo nominativo restringatur quasi et accuratius definiatur. Sic apud Livium Andronic. Aegisthi fr. 5: Sollemnitusque deo litat laudem *lubens*. Naev. fr. inc. com. 19: An nata est sponsa *praegnas?* vel ai vel nega. Naev. Lycurg. fr. 24: Vos qui astatis *obstinati*. fr. inc. trag. 4: *Dubii* faventem per fretum introcurrimus. Naev. Colax fr. 4: exanimabiliter *timedus* pedibus protinam me dedi. Ennii annal. l. I, fr. 57, v. 88: omnes *avidi* spectant ad carceris oras. l. VI, fr. 14. l. VI, fr. 18, v. 216: Ut pro Romano populo prognariter armis Certando *prudens* animam de corpore mitto. Pancratiastarum fr. 3: Cum desubito me orat mulier *lacrimans*que ad genua accidit. Satur. l. VI, v. 31: Ille *tristis* cibum dum servat, tu *ridens* voras. Epigramm. 1, v. 4: volito *vivus* per ora virum. Sota fr. 5: Ille ictu' retro reccidit in natem *supinus*. Euhemerus fr. 1: Initio *primus* in terris imperium summum Caelus habuit. fr. 3, 13: Saturno filius qui *primus* natus est. fr. 7, 32: *primus*que in ea ara Iuppiter sacrificavit. Plaut. Trin. II, 4, 72: Edisne an *incenatus* cum opulento adcubes? Rud. II, 1, 13: Domum redimus clanculum, dormimus *incenati*. Pseud. III, 2, 57: It *incenatus* cubitum. Asin. III, 3, 44: Quas hodie adulescens Diabulus ipsi *daturus* dixit, quae est mera attractio. Bacch. III, 6, 24: *Benevolens* vivit tibi. v. 40: Loqueris nunc nugas *sciens*. IV, 3, 3: Incredibilis inposque animi, inamabilis, inlepidus vivo. Pseud. I, 3, 74: Inanis cedis. Pseud. v. 842: Peccavi insciens. IV, 7, 81: tune etiam cubitare solitu's in cunis *puer?* IV, 8, 4: ego iam *inultus* promam viginti minas. Men. IV, 2, 65: Post ante aedis cum corona me derideto *ebrius*. V, 3, 2: Qui vi me cogunt, ut *validus* insaniam? 5, 10: edepol ne ego *homo* vivo *miser*. V, 9, 14: si quid stulte dixi atque *inprudens* tibi. Poen. IV, 2, 84: Tacitus tace. Most. II, 2, 11: Credo, *exspectatus* veniam familiaribus. v. 12. V, 1, 54: nimio plus sapio *sedens*. v. 64: Numquam edepol [tu haec facinora] hodie *inultus* designaveris. v. 66: *elixus* esse quam *assus* soleo suavior. Pers. v. 1 princeps. I, 1, 40: si egomet *totus* veneam. Pers. v. 254: *Lubens*

vitulor. Caecil. Stat. Hymnis fr. 3, v. 69: Quin machaera licitari adversum aeneum coepsti *sciens?* Karine fr. 1, v. 105: quod *viva* ipsi opposivit pignori. Terent. Andr. IV, 5, 3:

Quae sese inhoneste optavit parere hic ditias
Potius quam in patria honeste *pauper* viveret.

5. Reliquum est ut de usu anomalo nominativi dicatur, quo referendi sunt ii loci, ubi vel *absolute* positus esse videtur, vel anacoluthon est in enunciatione, ut extra structuram legitimam verborum enunciationis, quae alium casum desideraret, positus sit. Maxime aptus est nominativus ad hunc usum (inprimis in enumerationibus), quoniam est casus simplicissimus, cui rei egregio documento est locus Plautinus Men. III, 2, 23: Quid ais, homo Levior quam *pluma,* ubi nominativus pluma congruit cum praegresso vocativo homo, ita ut nulli alii casui locus esse potuisset (v. Diomedes p. 206. sec. edit. Colon. 1526). Voc. levior autem, ut vera congruentia nominativi cum nominativo efficiatur, participii instar solvendus est in: qui es levior. Primum pertinent huc loci nonnulli Catonis. Ac minus mirandum hoc est in eo libro eius, qui est de re rustica, quod hic liber ita videtur conscriptus esse a Catone, ut non expertus sit ultimam quasi manum emendatricem, sed ut multa celeriter sibi adnotaret tantum quae postea secundum grammaticae praecepta severiora vellet emendare. Sic cap. 10: Quomodo oletum — instruere oportet: vilicum — opilionem I. *Summa* hominum XIII. boves trinos cett. Hoc loco nominativus summa interiectus est accusativis qui antecedunt et sequuntur, ut enunciationem quasi per se efficiat, ita ut animo scriptoris sit obversatum esse videatur. Similiter cap. 11 v. Summa homines XVI ubique praecedunt accusativi, ut vilicum cett. et paulo infra sequuntur item accusativi: boves II, asinos cett. Ib. cap. 17: *Ea* quae semen viride et maturum habet, uti semen de cupresso, de pino, quidvis anni *legere* possis, ubi pro ea exspectatur potius eam, sed nominativus ipso initio orationis positus est absolute, nulla ratione habita constructionis syntacticae; videtur per attractionem propter sequentem nominativum pronominis relativi demonstrativum etiam in nominativo positum esse. Or. in L. Veturium de sacrificio commisso ap. Festum p. 234: *Servi, ancillae,* si quis eorum sub centone crepuit, quod ego non sensi, nullum mihi vitium facit. H. l. praedicatum facit

non congruit cum subiectis servi, ancillae, quae initio enunciationis sunt posita, sed enunciatio interposita est secundaria: si quis eorum, et iam verbum quoque potissimum enunciationis facit congruit cum partitivo illo quis, ita ut sit anacoluthon et nominativi illi servi, ancillae facti sint absolute positi. Ἀνακολούθως item sive elliptice, certe autem negligenter scriptum est ab eodem Catone de re militari (Lion. Caton. p. 43) ap. Plin. hist. nat. praef. sub fin.: Scio ego, quae scripta sunt, si palam proferantur, multos fore qui vitilitigent: sed *ii* potissimum qui verae laudis expertes sunt, ad q. l. Bolhuis. diatr. lit. in Cat. scr. haec habet: „Abrupta oratio, cum grammatices regulae poscant eos." Mente addere possis post *ii:* hoc faciunt, et hoc puto etiam animo scriptoris obversatum esse. Accedamus ad Plautum. Pseud. I, 1, 62 sqq.:

Nunc *nostri amores mores consuetudines*
Iocus ludus sermo suavis saviatio,
Compressiones artae amantum conparum,
Papillarum horridularum *oppressiunculae:*
Harum mihi *voluptatum omnium* —
Distractio venit.

Men. prol. v. 57 sqq.:

Epidamniensis ille, quem dudum dixeram,
Geminum illum puerum qui surrupuit alterum,
Ei liberorum, nisi divitiae, nil erat:
Adoptat illum puerum surrupticium.

H. l. tamen, ut docet Lambinus, non opus est anacoluthon sive nominativum absolutum statuere, potest enim nominativus ille tamquam subiectum referri ad adoptat, ita ut haec: ei liberorum — nil erat parenthesin efficiant. Locus Poen. IV, 2, 79 sqq., qui vulgo sic scribitur:

— erus meus Agorastocles
Ibidem gnatus, inde surruptus fere sexennis, postibi
Qui eum surrupuit, huc devexit meoque ero eum hic vendidit,

non pertinet huc, nam ibi Bothius facillima et optima mutatione pro gnatus scripsit gnatust, ex Pal., qui gnatus st. Duos locos huc pertinentes attulit Bernhardy synt. Graec. p. 68, adnot. 112, Bacch. I, 1, 55:

Quia istoc inlecebrosius
Fieri nil potest, *nox mulier vinum* homini adulescentulo.

et Terent. Heaut. V, 4, 10:

CH. At ego, si me metuis, mores cave in te esse istos sentiam.
CL. Quos? CH. Si scire vis, ego dicam: *gerro, iners, fraus, helluo,*
Ganeo, damnosus.

Adde Hec. III, 1, 6 (quem locum afferunt Rudd. p. 389. Schulz. gr. lat. p. 666, alii): Nam *nos omnes* quibus est alicunde aliquis obiectus labos, Omne quod est interea tempus prius quam id rescitumst lucrost, ubi, ut recte Schulzius dicit, primum voluit dicere: lucro apponimus, sed quia verbis omne quod nova series sententiarum incipit, iam priorem negligit loquens et enunciationem ita ad finem perducit, quasi omne quod sit subiectum potissimum enunciationis et pergit ita, quasi non nos omnes, sed nobis omnibus dixerit. Recte Bipontinus ait, poetam h. l. anacolutho illo animi perturbationem Pamphili scientem imitari. Minus offendit Eun. prol. v. 10 sqq.:

Atque in Thensauro scripsit, causam dicere
Prius unde petitur, aurum qua re sit suom,
Quam *illic* qui petit, unde is sit thensaurus sibi,

ubi ratio grammatica illum videtur postulare, sed ut recte dicit Donatus, est mente addendum dicat, ita ut haec sit enunciatio secundaria quasi, quam vulgo dicunt subordinatam. Eun. V, 8, 33:

PH. Quor ergo in his te conspicor regionibus?
THR. Vobis *fretus,*

ubi cum Schmiedero Thrasonis orationem, cum nonnulla addere vellet, a Phaedria interruptam esse puto.

6. *Vocativus* primum sine interiectionibus usurpatur, ut a Catone ap. Charisium p. 143: *Vita* deum immortalium, cf. Meyer. or. Rom. fragm. p. 150 et Bolhuis. diatribe lit. in Catonis scripta et fragmenta p. 214, ad q. l. Statilius Maximus: *Ἐκφώνησις ἀρχαϊκὴ ὡς ὦ πόποι.* Plaut. Amph. II, 2, 190: Di inmortales. Ter. Andr. V, 6, 10: Charine, utrobique sine interiectione Fleckeisen. Terent. Andr. II, 6, 2: Dave, ut scripsit Fleckeis. In hanc rem docet Fleckeisenus in Iahnii nov. annal. philol. 1856 p. 686, interiectionem o vocativo additam, nisi in sermone concitato et tum semper initio sermonis, ab usu loquendi dialogi prorsus alienam esse. Deinde variis additis interiectionibus. Disserit de hac re Ruddimannus p. 316. 338 et sq.

Au. Terent. Adelph. III, 2, 38: Au au, mi homo, sanun es?

Ehem. Adelph. V, 7, 3: Ehem, pater mi, tu hic eras? Andr. IV, 2, 3: ehem Pamphile, optume mihi te offers.

Hem. Adelph. III, 2, 45: Hem, mea Sostrata, vide quam rem agas.

Eho. Ennii Cresphontis fr. 6: Eho tu. Plaut. Pseud. I, 3, 114: Eho, Pseudule, I, gladium adfer. Stich. I, 2, 93: Eho Crocotium. Pseud. v. 1217: Eho tu. Merc. I, 2, 77: Eho tu, eho tu. V, 2, 109: Eho tu. Terent. Andr. III, 5, 10: Eho dum bone vir, quid ais?

Eheu. Plaut. Rud. II, 6, 28: Eheu, Palaestra atque Ampelisca, ubi estis nunc?

Heia. Aul. II, 2, 43: Heia Megadore, haud decorum facinus tuis factis facis. Bacch. III, 3, 4: Heia, Lude.

Heus. Men. v. 378: heus mulier. IV, 3, 21: heus tu. I, 2. 26: Heus adulescens. Bacch. IV, 3, 14: [Heus] Mnesiloche, quid fit? V, 1, 30: Heus Bacchis. Pseud. I, 3, 62: Heus tu. Idem legitur IV, 2, 3 et v. 1123 et v. 241 et Most. III, 1, 150. Most. III, 2, 97: Heus Theuropides. v. 103: Heus tu. Most. v. 939: Heus vos, pueri. IV, 2, 72: Heus vos. Pers. v. 845: Heus vos. Merc. IV, 4, 60: Uxor, heus uxor. Terent. Adelph. V, 2, 1: Heus Syre.

O. Ennii annal. l. I, fr. 10: O pietas animi. fr. 34, v. 46: o gnata. fr. 71: O Tite tute Tati. fr. 72: o Romule, Romule dic. ib. v. 117: O pater o genitor o sanguen dis oriundum. l. X, fr. 5, v. 349: O Tite. l. XIV, fr. 8: o cives. Annal. incertae sedis fragm. 2: O genitor noster Saturnie maxime divum! Fragm. Achillis 8: O Patricoles. Alexandri fr. 10: O lux Troiae, germane Hector! Andromacha Aechmalotis fr. 9, v. 118: O pater, o patria, o Priami domus. Erechthei fr. 2: O terra Thraeca. Hecubae fr. 2: O magna templa caelitum. Iphigeniae fr. 2: cessas, o fide senex? Thyestis fr. 14: O Fides alma apta pinnis, et ius iurandum Iovis! Ennii epigramm. 1: o cives. Plaut. Most. II, 2, 17. Pers. I, 1, 16: O Sagaristio. Ib.: O Toxile. Merc. V, 2, 10: O Cupido. Pseud. v. 1065: O fortunate. Men. V, 9, 6: O adulescens. Most. I, 3, 5: O Venus venusta. Truc. II, 4, 37: Quapropter, o mea vita? Pseud. I, 3, 10: O Pseudule mi. Bacch. III, 3, 47: o Philoxene. IV, 9, 9. v. 55; O Nicobule. Stich. IV, 2, 38: o lux oppidi. Mil. IV, 8, 20. Stich. IV, 2, 5 sq.: [o] sperate Pamphile, o [salus] mea, O mea vita,

o mea voluptas. Caecil. Stat. inc. fab. fr. 2: O infelix, o sceleste! Terent. Hec. V, 4, 16: O Bacchis, o mea Bacchis, servatrix mea. Andr. III, 2, 12: O Dave, itan contemnor abs te? Ad. III, 3, 53: o Aeschine.

Pro. Ennii Hectoris lustra fr. 18: pro Iuppiter! Plaut. Most. I, 1, 74: Pro di inmortales. 3, 49 et II, 2, 97: Pro di inmortales. I, 3, 34: Pro Iuppiter. Bacch. II, 2, 4 et 3, 10: Pro di inmortales, item Stich. V, 2, 9. Pseud. II, 1, 1: Pro Iuppiter, item Men. II, 3, 60. V, 5, 53. Most. I, 3, 34. — Men. v. 474: Pro di inmortales, item V, 7, 12. — Poen. V, 3, 3: Pro supreme Iuppiter. Caecil. Stat. inc. fab. fr. 22: Pro di inmortales! Terent. Adelph. I, 2, 31: Pro Iuppiter, tu homo adigis me ad insaniam.

Vah. Plaut. Bacch. IV, 8, 38: Vah, Salus, Me servavisti.

7. Memorabilis est vocativus pronominum et numeralium. Sic Ennii Medeae exulis fr. 21: Iuppiter *tu*que adeo summe Sol. Ennii Cresphontis fr. 6: Eho *tu*. Plaut. Merc. I, 2, 77: Eho *tu*, eho *tu*. Merc. V, 2, 89: tu puere. V, 2, 109: Eho *tu*. Sic heus *tu* legitur Most. III, 1, 150. 2, 103. — Most. v. 939: Heus *vos*, pueri, quid istic agitis? IV, 2, 72: Heus *vos*. Pers. II, 4, 7. — Pers. v. 669 et 672: Heus *tu*, item IV, 4, 63. — Pers. 845: Heus *vos*. V, 1, 15: *Tu*, Sagaristio, accumbe in summo. Bacch. IV, 7, 5: Eho *tu*, [scelus,] loquitatusne es gnata meo. V, 1, 20. Pseud. I, 3, 62: Heus *tu*. Idem legitur IV, 2, 3 et v. 241 et Men. IV, 3, 22. Pseud. v. 1217: Eho *tu*. Merc. III, 2, 24 et V, 1, 9: Flagitium *tu* hominis. Poen. III, 3, 46: *Tu*, si te di amant, agere tuam rem occasiost, quod Ruddim. p. 389, adnot. 79 sine causa anacoluthon habet, rectius Ramshorn. gramm. lat. p. 699 adnot. z tu vocativum esse statuit. Simili modo Pseud. III, 2, 66: Nunc adeo *tu*, qui meus es, iam edico *tibi* et I, 2, 88 sqq.: *Tu* autem, quae — non scis solvere, Phoenicium, *tibi* ego haec loquor. Numeralis autem unus vocativum habes in Plaut. Frivolar. fragm. 7: O amice, ex multis mi *unc* Cephalio (ap. Rudd. I, p. 135, adnot. 93).

Si cum imperativo coniuncta sunt pronomina, ambiguum esse potest, utrum in nominativo an vocativo posita sint statuenda; res ad idem redit nec multum lucramur huius rei disceptatione: tantum certum est, pronomina illa semper appositionem efficere secundae personae, quae imperativo est expressa. Quamquam si spectamus locum Plaut. Men. V, 4, 9, 46: uterque

id, quod rogabo, dicite (cf. IV, 3, 16) ubi uterque certissime est nominativus, videtur etiam omnibus ceteris locis pronomen in nominativo positum statuendum esse, iis tantum exceptis, ubi inter pronomen personale et imperativum alius vocativus personae interpositus est. Exempla plurima in promptu sunt. Naevii Lycurg. fr. 5: Vos qui regalis corporis custodias Agitatis, ite actutum cett. Ennii Eumenid. fr. 7: vos facessite! Plaut. Pers. V, 2, 34: Restim *tu* tibi cape (nom.). Most. v. 815: Quin tu i intro. v. 837: At tu istoc ad vos optuere. III, 2, 168: tu illam aspice. Most. V, 885: Mane tu. V, 2, 51: tu quiesce. v. 59: vos plausum date. Most. v. 897: At tu, quaeso hercle, iam abstine sermonem de istis rebus. Pers. I, 3, 83: tu — adserito. II, 2, 7: tu — sine. v. 13 sq.: tu — fac. v. 34: dic tu. II, 2, 60: At tu hoc face. v. 64: Et tu hoc taceto. Pers. 398: tu me vende. Pers. v. 469: nunc agite *ite vos*. Pers. v. 789: O bone vir, salveto: et *tu*, bona liberta (voc.). Pers. V, 1, 15: *Tu*, Sagaristio, accumbe in summo (hic *tu* certissime est voc.). Truc. V, v. 52. Most. II, 1, 44. Most. III, 2, 123: cave tu. Stich. III, 1, 45: *Ite* hac secundum *vos*. Pers. v. 600: *adi* eum *tute*. IV, 4, 109: *tu* panca in verba *confer*. Merc. IV, 1, 11: *Abi* iam *tu* intro. v. 955: Quin *tu* ergo i modo. v. 137: At *tu* edepol *sume* laciniam. I, 2, 29: At edepol *tu* calidam picem *bibito*. II, 2, 6: *I tu* hinc. II, 2, 39 tu, praegresso seca in superiore versu. v. 270: *Vos*met *videte;* idem legitur I, 1, 102. Men. v. 1076: tu salveto: tu vale. Men.V, 7, 49: tu hic me mane. Men. IV, 3, 16 sq.: utere Vel tu, vel tua uxor. V, 9, 73. III, 3, 23: At tu, quando habebis, tum dato. Men. v. 216: Sequere tu me. II, 3, 63: tu tace modo. Pseud. v. 1234: Sequere tu. Men. I, 3, 6: tu iudicato. Pseud. IV, 2, 29: *tute* eius nomen *memorato* mihi. III, 2, 69: eo *tu spectato* semul. v. 70: [tu] progredimino. v. 72: tu sinito. v. 73: tu teneto. Bacch. IV, 7, 34 sq.: Agedum tu Artamo Forem hanc pausillulum aperi. v. 36: accede huc [nunc] tu. Stich. I, 2, 58. 61. V, 2, 21. Stich. v. 700. 762. 763. Amph. III, 3, 12: Tu gubernatorem ab navi huc evoca. Pseud. I, 1, 18: tute hinc narrato tibi. v. 31: tu istinc ex cera cita. 2, 29: *Tu esto* lectisterniator. *tu* argentum *eluito*, itidem extruito. v. 62 sq.: tu — audi. Pseud. v. 209 sq.: Tu — face. v. 263: ambula tu. I, 3, 78: Semper *tu* ad me cum argentata *accedito* querimonia. v. 128: Perge tu. II, 2, 52: tu epistolam hanc a me accipe atque illi dato. III, 2, 96: *Gu-*

stato tute prius et discipulis *dato.* Most. I, 3, 104: Tum *tu* igitur *cedo* purpurissum. Men. IV, 2, 111: Aperite atque Erotium *aliquis evocate* ante ostium. Pseud. v. 1284: Simoni adesse me *quis nuntiate.* Stich. v. 67: inde *vocatote aliqui.* Merc. I, 2, 21: Aperite aliquis. Merc. V, 2, 69 sq.: *aliquis* actutum huc foras *Exite,* illinc pallium mi *ecferte.* Caecil. Stat. Hypobolimaeus fr. 3: Abi hinc tu, stolide. Inc. fab. fr. 24, v. 272: *praei* hercle *tu.* Terent. Andr. III, 2, 41: *tu* tamen *idem* has nuptias Perge facere ita, ut facis. Ad. II, 4, 20. III, 4, 55. Adelph. IV, 4, 26: *Aperite aliquis* actutum ostium.

B. Ablativus.

De significatione principali ablativi agit Madvig. Bemerkungen p. 29 sqq., etiam p. 32 supra, item de natura ablativi ibid. p. 67 sqq., copiosius autem Iacobsius in ea, quam supra commemoravi, commentatione, cuius sententiam primum, quam paucissimis exponam.

Casibus obliquis in universum utitur lingua ad ea, quae in subiecto et praedicato enunciationis continentur, accuratius definienda et constituenda, quatenus hoc nominibus fieri potest. Iam si prius consideramus ea, quae ad praedicatum accuratius constituendum adduntur, omne id quod affirmatur de subiecto, habitum eius, statum sive condicionem exprimit, in qua versatur, ab eo, qui loquitur, cognitam et animadversam, quae tamen condicio cum a subiecto quasi profecta cogitetur, fit ut simul etiam eius actionem s. vim efficacem et activam animo intueamur. Duplex est igitur, quod in enunciatione consideranda nobis offertur, prout praedicatum magis aut subiectum intuemur, status eius s. habitus quidam aut eius actio. Velut si dico: *arbor floret,* hoc cogitari potest aut ut status arboris, in quo nunc versatur, aut ita, ut significet actionem subiecti: arbor quasi flores ex se procreat. Sed ne in hoc altero quidem utpote fluctuante et inquieto et semper denuo nascente consisti potest; certus quidam terminus et quasi finis actionis statuendus est, ubi iterum redit in statum quietum, qui tamen est *ille status, qui ex vi efficaci et activa subiecti demum prodiit,* non prior ille ab initio in subiecto apparens. Et sic tertia ratio prodit, qua verbum in enunciatione accipi potest. Ut arbor floreat, iam effectum spectatur vi activa et efficacitate subiecti enunciationis, arbor versatur in statu, qui ex actione

eius iam ad finem perducta demum prodiit. Harum trium diversarum quasi *formarum* verbi in enunciatione altera exprimit meram actionem, quae prodit voluntate subiecti, tertia statum, ad quem pervenire voluit subiectum et revera pervenit, prima id quod primo aspectu in subiecto fieri animadvertitur, ita ut nondum cogitetur de actione praegressa. In tertia forma habitus et actio inter se coniuncta, in prima et altera etiamnum separata sunt.

Quod si verbum in prima forma positum est, ita ut nihil nisi statum et habitum subiecti animadversum, nullius alius cogitationis ratione habita, exprimat, ea quae adduntur nullam aliam vim habere possunt nisi hanc, ut status ille variis modis clarius, accuratius, distinctius adumbretur et describatur. Efficitur autem hoc addito nomine in *casu ablativo* posito. Considerantibus autem nobis ea, quae ad habitum subiecti accuratius describendum adduntur, paulo accuratius, primo oculorum obtutu discrimen se offert inter tales res, quae aut re vera aut cogitatione simul cum statu illo extant etiamnum et eas, quae ante illum fuerunt. Illae res, quae eodem tempore cum statu extant, faciunt illum quasi plenum atque integrum; alterae autem, eas dico, quae antea extiterunt, causam quasi efficiunt illius status et declarant unde ortus sit, ita ut ipse status intelligatur esse quasi consequens harum rerum iisque effectus. Utraeque res ita differunt inter se ut quies et motus talis, quo habitus quasi quietus demum efficitur. Illae res ad habitum accuratius designandum additae respondent ad interrogationes: *ubi? quando? quomodo?*, hae ad interrogationes: *unde? ex quo? a quo?* simil.

Habitum autem illum subiecti animadversum non opus est praedicati, quod proprie dicitur, forma expressum esse, potest etiam forma attributi, quod tum fieri solet, cum non mutabilis, sed fixus et immutabilis cogitatur. Quo fit ut ablativus aeque adiectivis ac verbis addi possit, immo cum omne verbum compositum quasi cogitari possit ex copula et notione adiectivi, ad hanc partem verbi, quae adiectivo efficitur, semper spectat ablativus eamque accuratius describit et designat. Addit Iacobsius iam a veteribus grammaticis Latinis duplicem usum et naturam ablativi animadversam esse, ut a Donato, Maximo Victorino, Aspero iuniore, qui ablativo ea, quam priorem posui, significatione usurpato nomen septimi casus indunt.

Potest autem ablativus poni aut sine praepositione aut cum praepositione addita. Praepositio casui additur, si eam significationem, qua eum positum esse volumus, accuratius designari et describi opus est, quoniam solus casus propter varias suas significationes ad hoc non semper sufficit. Quo fit ut praepositiones quasi supplementum sint casuum nominis et simul cum iis tractandae.

Sed ne in his duobus quidem quae supra posuimus ablativi generibus substisti potest, nam tertium etiam est medium quasi utriusque, quod transitum facit a priore genere ad alterum, spatium quasi quod inter utrumque interiacet. Hinc tria existunt genera, quibus nomen ad primam verbi formam addi potest, quae similia sunt tribus casibus qui in lingua sanscritica separatim extant, ablativo, instrumentali, locativo, quorum primo respondet Latinorum ablativus originis, alterum genus transitum, viam, differentiam, instrumentum, simil. significat, locativus autem tertii Latinorum ablativi partem exprimit, quo locus, ubi quid est, spatium quod quid occupavit, tempus, qualitas, forma, simil. significantur. Haec tria genera ablativi possis *ablativum principii, ablativum medii, ablativum habitus* dicere. Quorum ex iis, quae in grammaticis vulgo ponuntur formis ablativi, respondent primo ablativus *loci* ad interrogationem *unde* respondens, ablativus *temporis* respondens ad interr. *a quo tempore?*, abl. *originis*, abl. *comparationis* omisso *quam* positus, et nonnulla genera ablativi *causae*, alteri ablativus *mensurae* positus in differentia metienda, abl. *instrumenti*, plurima genera abl. *causae* et abl. *pretii*, tertio denique abl. *loci* et *temporis* respondens ad interrogationes *ubi?* et *quando?*, abl. *modi*, abl. *qualitatis*.

Omnia autem, quae ad statum subiecti accuratius describendum adduntur, possunt aut ad *quantitatem* aut ad *qualitatem* referri. Illa iterum dividi possunt in ea, quae extrinsecus statum illum constituunt, quo pertinent omnia quae locum et tempus exprimunt, et in ea quae interiorem quantitatem status describunt, quam nos dicimus *gradum*. Haec hactenus Iacobsius.

I. Ablativus quantitatis.

8. *Ablativus loci.* a) *principii.* Ablativus principii exprimit locum, unde actio proficiscitur, quo pertinent nomina lo-

corum et his cognata, velut *domo, rure,* ablativi coniuncti cum praepositionibus *ab, ex, de,* si significationem habent vere localem proficiscendi et distantiae, deinde multi ablativi e verbis pendentes, qui quamquam non semper ipsi locum exprimunt, tamen pro locis, unde aliqua actio proficiscitur, accipiuntur, tum adverbia correlativa *unde* et *inde,* sicut *hinc, illinc, istinc, utrimque.* Naev. bell. Pun. l. I, fr. 5: *Troiad* exibant. Ennii annal. l. IX, fr. 19: *Sarra* oriundi, i. e. Tyro (Probus in Georg. II, 506 p. 53 Keil.: Tyron — Sarram appellatam Homerus docet, quem etiam Ennius sequitur auctorem, cum dicit „Poenos Sarra oriundos"). Plaut. Most. II, 2, 10: *Aegypto* advenio. Truc. I, 1, 74: Nam ego *Lemno* advenio Athenas nudius tertius. II, 4, 4: Qui tam infacetus, *Lemno* adveniens cett. Pers. I, 3, 57: Megaribus. Merc. v. 390: ecquam tu advexti tuae matri ancillam *Rhodo?* Poen. V, 2, 27: Qui illim (sic *Ap*) sexennis perierim *Karthagine.* cf. v. 29. Stich. III, 2, 35: *Ambracia* veniunt huc legati puplice. Bacch. II, 2, 53: Mille et ducentos Philippos tulimus aureos *Epheso.* Pseud. II, 4, 40: Qui ad patrem advenit *Carusto.* cf. v. 47: *ex Carusto* qui huc advenit. Deinde pertinent huc exempla omnia quae iam supra attulimus cum de notione substantivi agebamus, ea dico, in quibus ablativus nominis urbis sive insulae alii substantivo additus est ad originem exprimendam, qua de re vide etiam Schneider. ad Caes. bell. Gall. III, 20, 2. Cato dixit *Syracusis* soleae. Plaut. Merc. V, 2, 99: Video ibi hospitem *Zacyntho.* v. 102: Hospes respondit, *Zacyntho* ficos fieri non malas. Poen. V, 2, 36: Hannonem sese ait *Karthagine.* Asin. II, 4, 92: Periphanes, *Rhodo* mercator. Pseud. I, 3, 36: Salve multum, serve *Athenis* pessume.

Ennii Medeae exulis fr. 1, v. 287: Nam numquam era errans *mea domo* ecferret pedem. Plaut. Cist. IV, 1, 6: Haec cistella numnam hinc a nobis *domost?* Merc. I, 1, 12: Biennium iam factumst, postquam abii *domo.* Poen. sc. ult. v. 4. Bacch. IV, 4, 9: ut *domo* sumeret. Stich. v. 29: Nam viri nostri *domo* ut abierunt. v. 523: si diu afueris *domo.* Stich. V, 3, 3: *Domo* dudum huc arcessita sum. Pseud. I, 3, 121. Mil. v. 376. Men. IV, 1, 6: Pallam — hodie tibi quam surrupuit *domo.* 2, 82: Palla mihist *domo* surrupta. v. 85: Palla, inquam, periit *domo.* v. 101: quando quid tibi erit surruptum *domo.* V, 1, 29: *Domo* suppilas. Amph. II, 2, 6: Nam ego id nunc experior *domo* (v.

Taubm.), *οἴκοθεν*. cf. Merc. II, 3, 20: Scio saevos quam sit, *domo* doctus, ad q. l. Taubm.: „Domo doctus vel domi didicisse dicitur, qui se ipso aliquid expertus est nec opus habuit, ut aliunde disceret.“ Curc V, 3, 7: reddit argentum *domo*. Hartungius de casibus p. 97 affert e Plauti fragmentis: nil *domo* foras nunc dederis. Men. V, 5, 52: At ille suppilat mihi aurum et pallas ex arcis *domo*. v. 63: Hanc *domo* ab se surrupuisse. 9, 78: quoi quam pallam surrupui dudum *domo*, Eam dedi huic. Merc. v. 49. v. 357: me invitam *domo* extrusit ab se. v. 809. V, 1, 2: Hunc hodie postremum extollo *mea domo patria* pedem. Terent. Eun. III, 5, 62: perii, nam domo exulo nunc. Adelph. II, 1, 44: *domo* me eripuit.

Plaut. Truc. III, 2, 1:

Mirum videtur, *ruri* erilem filium
Strabacem non redisse.

Merc. IV, 3, 6: *rure* iam rediit uxor mea. Truc. III, 2, 25: Si *ruri* veniat. Most. V, I, 28: Veniunt *ruri* rustici. Merc. v. 820: *rure* rediit. v. 823: Iam mater *rure* rediit? IV, 5, 12: Adveniens mater *rure*. III, 3, 25: cras si *rure* redierit. Terent. Eun. III, 5, 63: metuo — pater ne *rure* redierit iam. Hec. I, 2, 115: *rure* huc advenit. Eun. V, 4, 45: ecce autem video *rure* redeuntem senem.

Livius Andronicus Aegisthi fr. 8, v. 14: *templo*que hanc deducitis? Naev. fr. 8 Danaes: indigne exigor *patria* innocens. Cato R. R. c. 5: *Alieno* manum abstineat. Ib.: facilius *malo* et *alieno* prohibebit. Ennii annal. fragm. inc. 52: raucum sonus *aere* cucurrit. Ennii Medeae exulis fr. 5, v. 295: *patria* procul. Plaut. Asin. I, 2, 9: elavi *bonis*. Most. III, 1, 69: *Urbe* exulatum. Rud. II, 4, 11: potin' ut *me* apstineas manum? Truc. V, 34: Apstine*) *hoc*, mulier, manum. v. 52: abstine *istac* tu manum. Pers. I, 1, 11: *me* erus meus manum abstinere hau quit tamen. Men. v. 768: Et illi quoque haut abstinent saepe *culpa*. Plura exempla verbi *abstinere* v. in Weisii lexic. Plaut. in h. v. Merc. v. 110: Quem *navi* abire vetui. Merc. III, 4, 69: si *hac urbe* abis. Pers. IV, 4, 17: Evortes tuo arbitratu homines *fundis, familiis*. Truc. IV, 3, 10: *vinclis* exsolvemini. Amph. I, 1, 88: Nec recedit *loco*. Amph. I, 1, 89: Animam omittunt prius

*) Sic V. C. sec. Par. Vulgo *abstine*. Antiqua orthographia servanda fuit sec. Ritschelium proleg. ad Trinumm. p. 115.

quam *loco* demigrent. Truc. I, 1, 63: me exinde amovit *loco*. Bacch. II, 3, 56: Ubi *portu* eximus. Bacch. III, 3, 19: pedem ut eeferres *aedibus*. IV, 3, 19 sq.: Eum ego meis dictis malis *his foribus* atque *hac* [*muliere*] Reppuli reiecique hominem. 4, 9: *pectore* promat *suo*. Trin. v. 1127: Nam exaedificavisset aedibus me *hisce* (ex emendatione Fleckeiseni in Iahn. nov. annal. philol. 1851, Vol. 61, sect. 1, p. 61), ubi vid. Lamb. Idem Fleckeisenus l. c. p. 64 affert Trin. v. 601: Postquam exturbavit hic nos *nostris aedibus*, et p. 62 haec: extrudere *aedibus* Aul. I, 1, 31. Rud. 1046, eximat *vinculis* Capt. 204; *corde* expelle desidiam *tuo* Trin. 650; Trin. 805: cunctos exturba *aedibus*. — Most. IV, 2, 59: Atque eam *manu* emisisse? Pers. IV, 3, 14: iam *manu* emisisti mulierem? Merc. III, 4, 75: *patria hac* effugiam. v. 810: exigitur *matrumonio*. Most. IV, 2, 20: maxumam *his* iniuriam *Foribus* defendat? quod dubitat Schellerus in gramm. lat. p. 491 utrum sit ablativus an dativus, cf. Bacch. III, 3, 39: dum te poteris defensare *iniuria*. Non puto huc pertinere locum Aul. IV, 7, 6, ubi *Δg* habet quidem: Et istuc confido fratre me impetrassere, sed recte editores, etiam Kampm. de AB p. 12 ante fratre addiderunt a, quoniam omissio praepositionis apud illud verbum inaudita est. Etiam Goellerus addidit a, quamquam dubitat, an etiam solus ablativus recte se habeat. Pertinet huc etiam antiqua ablativi forma *qui*. Sic Capt. III, 4, 49: Quia tute ipse eges in patria nec tibi *qui* vivas domist, h. e. unde vivas. Asin. I, 3, 11: Solus *solitudine* ego ted atque *ab egestate* apstuli. Merc. I, 1, 41: Atque animus *studio* amotus *puerilist* meus. I, 1, 73: Postquam recesset vita *patrio corpore*. Men. V, 5, 5: Quem — hominem — *vita* iam evolvam *sua*. Terent. Phorm. prol. v. 32: Quom per tumultum noster grex motus *locost*, ubi vid. Donatum et cf. Beneckium ad Cic. orat. Catil. p. 110. Andr. II, 2, 15: *Qui* scis? = unde. III, 2, 32:

multa concurrunt simul,
Qui coniecturam hanc nunc facio.

Hec. IV, 2, 23: me *hac suspitione* exolvam. V, 2, 26: et te simul *suspitione* exolves. Phorm. V, 4, 4: *cura* sese expedivit. Hec. III, 1, 8: At sic citius qui te expedias *his aerumnis* reperias. Ib. V, 1, 29: teque *hoc crimine* expedi. Phorm. IV, 5, 10: Nos *nostro officio* non digressos esse. Andr. II, 5, 12: *uxore* excidit.

Pertinent huc etiam nonnulli loci, ubi supinum in *u* exiens

significatione loci usurpatum est. Cato R. R. c. 5: [Vilicus] primus *cubitu* surgat, postremus cubitum eat. Plaut. Men. II, 2, 5: Prius iam convivae obambulant ante ostium, Quam ego *opsonatu* redeo. ibid. v. 14: Nunc *opsonatu* redeo.

9. *Ablativus cum praepositione ab coniunctus ad locum exprimendum, unde aliquid proficiscitur.* Hic quoque aut propria aut translata significatione positus esse potest. In legg. XII tabb. IV, fr. 3 est: si pater filium ter venum duit, filius *a patre liber* esto. Naev. fr. inc. com. 3, v. 110: *ab amica* abduxit. Naev. Tarentilla fr. 2, v. 78 [quod Bothio est Ennii fr. inc. trag. 60]: *a labris* alium invocat, ubi Bothius: a labris, non ex animo. Naev. Tarentilla fr. 12: abeatis *ab ignavia*. Catonis apophthegmata (Lion. p. 96) ap. Plin. hist. nat. 15, 18 (20): Interrogo vos — quando hanc pomum demptam putetis ex arbore? — Atqui tertium — ante diem scitote decerptam Carthagine; tam prope *a muris* habemus hostem. R. R. c. 51: Ab arbore *abs terra* pulli (junge Zweige) qui nascentur. Ib.: Haec omnia *a capite* propagari — oportet. C. 133: Ficum, oleam — haec omnia genera *a capitibus* propagari — oportebit. C. 14: Huic operi precium *ab domino bono,* qui bene praebeat quae opus sunt, et numos fide bona solvat. C. 18: *Ab solo* foramen primum cett. vid. Schneider. Cato ap. Gell. VII, 3 (Weissenborn. de gerund. p. 129): transvorsum trudere a recte *consulendo* atque *intellegendo.* R. R. c. 151: facito uti *ab herbis* purges. C. 14: Villam aedificandam si locabis novam *ab solo,* h. e. quod attinet ad solum. C. 34: aperta *ab umbra,* h. e. offen von Seiten des Schattens, non tecta umbrâ. Ennii Telamonis fr. 2, v. 359: *ab eis* drachumam ipsi petunt. Telephi fr. 8: demet *abs te* regimen Argos. Thyestis fr. 6, v. 397: qui quondam *a socru* Oenomao rege Hippodameam raptis nanctust nuptiis. Euhemerus fr. 11, 49: cum *a quoque* digrederetur. Ennii epigrammata 3, v. 7: A sole exoriente. Ennii fr. Alcumaeo 4, v. 55: Diana facem iacit *a laeva.* Ennii Aiax fr. 3: utrum hacin feriam an *ab laeva* latus? Alcumaeo fr. 4, v. 50: pestem abige *a me.* Andromacha Aechmalotis fr. 3: longinque *ab domo* Bellum gerentes. Hectoris lustra fr. 17: ius atque aecum se *a malis* spernit (h. e. rursum segregat) procul. Iphigeniae fr. 12: Postquam *abs te,* Agamemno, ut venirem, tetigit aures nuntius. Ennii annal. inc. sedis fragm. 15: caput *a cervice* revulsum. Plaut. Amph. II, 2, 112: egone *aps te* abii. Mil. IV, 1, 32: Vin tu illam actutum amovere, *a te*

ut abeat per gratiam? Amph. II, 2, 228: Abin hinc *a me*, dignus domino servos? Men. II, 2, 52: Proin tu ne hinc abeas longius quo *ab aedibus*. III, 3, 29: abire *ab his locis lenoniis*. V, 1, 22: An sis abitura *a tuo viro?* 2, 83: non abire possum *ab his regionibus*. V, 7, 54: ut *a med* abeat. Merc. I, 2, 110: iam censes patrem Abiisse *a portu?* Most. I, 2, 50: Protenus abeunt *a fabris*. Pers. III, 3, 37: *a foro* — Abeunt. Bacch. IV, 9, 107: Prius quam *a me* abiret. V, 2, 57: Abin *a me*, scelus? Bacch. v. 16 sq.: Ne *a quoquam* acciperes *alio* mercedem annuam Nisi *ab se*. Trin. II, 4, 2 (cf. v. 18): Minas quadraginta accepisti *a Callicle*. Trin. v. 371: siquid *ab illo* acceperis. II, 4, 19: ille aedis mancupio *aps te* accepit. III, 2, 69: Quid? te dictatorem censes fore, si *aps te* agrum acceperim? IV, 2, 7: has epistulas Dicam *ab eo homine* me accepisse. v. 57: *Ab ipson'* istas accepisti? IV, 2, 122: aurum, quod tu accepsti *a Charmide*. v. 124 sq.: Nempe *ab ipso* id accepisti *Charmide?* SU. Mirum quin *ab avo* eius aut *proavo* acciperem. v. 127: Quod te *a me* accepisse fassu's. SU. *Aps te* accepisse? Bacch. II, 3, 16: Accepitne aurum *ab hospite Archidemide?* Stich. IV, 1, 4: Satis *aps te* accipiam. Falsum autem est abs in vulgata lectione, item ap. Kamp. de AB praep. p. 14 Aul. IV, 1, 19: ni quatriduo Abalienarit, quo abs te argentum acceperit, nam ibi ex V. C. cum Pareo, Acidalio, Beckero de com. Rom. fab. quaest. p. 47, Hermanno in censura Kampmanni libri de AB scribendum est quo ex arg. accep. Most. IV, 3, 19: Minas quadraginta accepisti — *A Philolachete?* v. 20: Quid, ain tu *a Tranione?* Pseud. II, 2, 52: tu epistulam hanc *a me* accipe. IV, 2, 26: Hanc epistulam accipe *a me*. v. 54: *ab eo* argentum accipi — volo. v. 1121: Leno argentum hoc volo *A me* accipiat. IV, 7, 118: Sumbolum qui *ab hoc* accepit. Men. II, 2, 16: Nummum *a me* accipe. Pers. IV, 5, 4: ubi *ab illo* argentum acceperis. Bacch. IV, 4, 35: Me id aurum accepisse extemplo *ab hospite Archidemide*. Pers. IV, 3, 8: Nec satis *a quiquam homine* accepi. Bacch. IV, 7, 4: Ut *ab illo* accepi, ad te opsignatas attuli. Trin. III, 2, 53: Facile inventust: dabitur ignis, tam etsi *ab inimico* petas. Stich. I, 3, 99: Mene, ut *ab sese* petam? Most. II, 1, 14: *a me* argentum petito praesentarium. Most. III, 1, 124: Nempe *abs te* petam? Men. V, 7, 55: Ne tum, quando sanus factus sit, *a me* argentum petat. Bacch. IV, 6, 22: Nunc *ab transenna* hic turdus lumbricum petit. V,

2, 24: numquam *aps te* petam. Merc. IV, 4, 41: Haec vasa — iubebo *abs te* peti. Pseud. III, 2, 107: *a me* opere petiit maxumo. Bacch. IV, 6, 7: ut aurum repetam *ab Theotimo* domum? Pseud. I, 1, 41: salutem *aps te* expetit. Mil. III, 1, 25: *A te* expetere. Stich. v. 17: Nosque *ab eis* volt abducere. Most. III 2, 167: age canem istam *a foribus* aliquis abducat face. Pseud II, 4, 64: Mulierem *ab lenone* abducat. Pseud. v. 902: Sese abducturum *a me* dolis Phoenicium. IV, 5, 4: Abducere *a me* mulierem fallaciis. IV, 7, 56: Atque ut *a me* mulierem tu abduceres? IV, 7, 97: Docuit te, ut fallaciis hinc mulierem a *me* abduceres. Pers. I, 3, 84: si non extemplo *ab eo* abduxero. Bacch. IV, 9, 108: abduce me hinc *ab hac*. Merc. II, 1, 19 illam properem *ab sese* abducere. II, 1, 25: sese *ab simia* Capram abduxisse. Bacch. v. 593: duc te *ab aedibus*. Stich. I 2, 91: Si *ab viro* tibi forte veniet nuntius. Men. V, 3, 8: Odiosus tandem vix *ab aegrotis* venit. Stich. v. 456: iamne *a portu* advenerit. Merc. IV, 1, 1: Quoniam *a viro* ad me rus advenit nuntius. Pseud. I, 2, 44: Facite mi hodie ut munera multa huc *ab amatoribus* conveniant. Stich. I, 3, 100: Immo tu ut *aps te* mutuom nobis duis. Pseud. II, 4, 45: Possum *a me* dare, h. e de meo, int. chlamydem, machaeram, petasum. Men. III, 3 21: Da sodes *aps te*. v. 22: Immo cedo *aps ted*. Trin. I, 2 145: *a me* argentum dedi. Aul. III, 6, 35: iussero Cadum unum vini veteris *a me* afferrier, h. e. e domo mea. Stich. V, 1, 7 Cadum modo hinc *a me* huc cum vino transferam. Capt. II, 3 89: viaticum ut dem *a trapessita* tibi, h. e. ex trapezitae arca Curc. V, 2, 20: rem solvi *a trapessita meo*. Pseud. I, 2. 69 Ubi sunt, ubi latent quibus aetas integrast, qui amant *a lenone*? (h. e. puellam e domo lenonis). Poen. V, 2, 132: Amat *a lenone* hic. Pseud. IV, 1, 17: quist *a milite*. Mil. II, 2, 5: Quemque *a milite* hoc videritis hominem in nostris tegulis. In exemplis proxime allatis ab, ut Kampmanni utar verbis de praep AB p. 15, coniungitur cum notionibus possessionis et opum unde quid depromitur aut iam depromptum est. Stich. II, 1 23: Tantum *a portu* adporto boni, tam gaudium grande adfero Merc. I, 2, 49: Tibi equidem *a portu* adporto hoc. Bacch. II 3, 92: Ut illut reportes aurum *ab Theotimo* domum. Stich. II 2, 14: Ita celeri curriculo fui Propere *a portu*. Epid. V, 2, 16 num *ab domo* absum? Bacch. V, 2, 20: quom *a pecu cetero* apsunt. Merc. V, 2, 53: Non longe hinc abest *a nobis*. Bacch

IV, 2, 13: Ne tibi pol hau longe os *ab infortuniost.* Epid. I, 1, 25: At unum a *praetura tua* — abest. Pers. I, 3, 71: Set longe *ab Athenis* esse se gnatam autumet. Men. prol. v. 64: *ab urbe* haut longule. Bacch. v. 6: Qui viginti annis errans *a patria* afuit. Poen. prol. v. 86: a *Megaribus* Eas qui surrupuit (Megara erant secundum Petitum locus in ipsa urbe Carthagine, hortis et arboribus consitus). Men. II, 3, 42: pallam — quam *ab uxore tua* surrupuisti. V, 2, 63: Hanc domo *ab se* surrupuisse. Epid. II, 2, 66: allatae tabellae sunt ad eam *a Stratippocle.* Trin. III, 3, 55: Censebit aurum esse *a patre* adlatum. Pseud. II, 4, 27: Qui *a milite* adlatust modo. Asin. I, 3, 11: Solus *solitudine* ego ted atque *ab egestate* apstuli. Pseud. IV, 7, 126: Auferetur quod promissi per iocum a me praemium? Pseud. I, 5, 71: Ecquas viginti minas — Paritas ut auferas *a me?* PS. *Aps te* ego auferam? v. 1316: aufersne *Aps tuo ero?* Men. I, 2, 24: Meo quod malo *a mala* abstuli. Men. I, 3, 17 sq.: meo quidem animo *ab Hippolyta* subcingulum Hercules haut aeque magno umquam abstulit periculo. Pers. II, 5, 25: Quo pacto *ab lenone* auferam hoc argentum. Bacch. III, 3, 76: labra a labris nusquam auferat. IV, 4, 88: aurum ut *aps te* [id] auferat. Bacch. III, 3, 19: Digitum longe *a paedagogo* pedem ut ecferres aedibus. Pers. I, 3, 79: *Abs chorago* sumito. Bacch. IV, 9, 13: *ab eo* haec sumpta. II, 3, 105: *Ab eo* licebit quamvis subito sumere. Most. III, 3, 14: *ab danista* ut sumeret. Pseud. I, 5, 94: *Aps te* equidem sumam. SI. Tu *a me* sumes? Stich. v. 708: decumum *a fonte* tibi tute inde. Amph. I, 1, 12: a portu. Men. I, 2, 25: Avorti praedam *ab hostibus* nostrum salute socium. Men. IV, 2, 71: ut dudum devorti *abs te.* Pseud. I, 2, 30: quom ego *a foro* revortar. Amph. I, 1, 93: *ab dextera* maxumo cum clamore involant. Men. V, 2, 84: Ita illa me *ab laeva* rabiosa femina adservat canis. Most. I, 4, 33: Da cito *ab Delphio* cantharum circum. II, 1, 16: eccum Tranio *a portu* redit. Pseud. IV, 3, 11: metuo ne erus redeat etiam dum *a foro.* Most. II, 2, 54: postquam rediit *a cena* domum. Merc. v. 596: *a portu* redisse potuit. Poen. I, 2, 193: cum *ab re divina* rediero. Bacch. II, 3, 70: Quoniam extemplo *a portu* ire nos cum auro vident. Bacch. v. 1123: quom eunt sic *a pecu* palitantes. Most. II, 2, 2: Quoniam amisisti me *a te.* Most. II, 2, 6: Apage, apage te *a me.* Bacch. III, 1, 5: Apage istas *a me* sorores. Most. III, 2, 27: Quo dolo *a me* dolorem procul pellerem. Amph. v. 269:

oportet — hunc — *a foribus* pellere. Most. III, 2, 140: ab in fumo. Pers. V, 1, 19: Age, puere, *a summo* septenis cyathis committe hos ludos. Most. III, 2, 170: Equidem haut usquam *a pedibus* apscedam *tuis*. Most. I, 1, 7: abscede *ab aedibus*. v. 8: abscede *ab ianua*. Most. v. 465: abscede *ab aedibus*. II, 2, 80: Abscede *ab ianua*. Most. IV, 3, 6: *A foro* incedo domum. Men. v. 158: Concede huc *a foribus*. v. 159: Etiam nunc concede audacter *ab leonino cavo*. V, 1, 79: Concede huc — *ab istoc* quam potest longissume. Most. II, 1, 82: Concedam *a foribus* huc. Pers. v. 50: *aps te* concessero. Most. V, 2, 6: Qui *a patre* eius conciliarem pacem. Amph. III, 3, 12: Tu gubernatorem *ab navi* huc evoca. Pseud. I, 3, 62: postquam hercle isti *a mensa* surgunt saturata cute. Pseud. I, 5, 112: ab lenone hoc vicino tuo. II, 2, 3: Septumas esse aedis *a porta*. IV, 2, 5: hoc est sextum *a porta* proxumum Angiportum. II, 2, 23: hinc *a nobis* est mercatus mulierem. Capt. II, 3, 93: illos emi de praeda *a quaestoribus*. Pers. IV, 4, 102: aderit huc et *abs te* redimet me. De verbis *emendi* cum praep. *ab* coniunctis vid. Fleckeisen. exerc. Plaut. p. 49. Pseud. II, 4, 48: (sapit) Hircum *ab alis*. Pseud. v. 1163: Haben argentum *ab homine?* Men. prol. v. 31: Puer inter homines ibi aberravit *a patre*. Men. V, 9, 54: Inter homines me deerrare *a patre*. IV, 2, 108: Quae me non excludet *ab se*. V, 2, 100: Haut male illanc *a me* amovi. V, 7, 22: Eripe oculum isti, te *ab humero* qui tenet. V, 9, 56: tum quom pater *a patria* te avehit. Merc. II, 4, 9: Omnia ego istaec auscultavi *ab ostio*. Bacch. II, 2, 19: Egone ut, quod *ab illo* [me] attigisset nuntius, Non inpetratum id advenienti ei redderem? Bacch. III, 5, 3: si *a me* tetigit nuntius. Most. V, 2, 48: Aliut quidvis inpetrari perferam *a me* facilius. Cas. II, 6, 12: Atque ego censui *abs te* posse hoc me inpetrare. Aul. IV, 7, 6: istuc confido *a fratre* me impetrassere, ad q. l. vide adnotationem Goelleri. Stich. v. 71: spero *ab eo* inpetrassere. Pers. I, 1, 42: tu aquam *a pumice* hercle postulas. I, 3, 83: Continuo tu illam *a lenone* adserito manu. III, 3, 18: Possum *a te* exigere argentum? v. 30: a *foro* Fugiunt. Most. II, 1, 43: ut fugiat longe *ab aedibus*. Bacch. II, 3, 108: Censebam me ecfugisse a *vita marituma*. Pers. v. 604: *A terra* ad coelum quidlubet. Pers. IV, 3, 61: arcessivit illam a *navi*. Trin. III, 3, 29: *Ab amico* alicunde mutuom argentum rogem. Amph. prol. v. 64: Nunc hoc me orare *a vobis* iussit Iuppiter. Bacch. IV, 9, 102: Nunc si

ne fas est orare*) etiam *aps te*, pater. Trin. II, 2, 44: res quaedamst quam volo Ego me *aps te* exorare. Bacch. V, 2, 51: sine me hoc exorare *aps te*. Ibid. v. 58: Ego quidem *ab hoc* certe exorabo. cf. Mil. IV, 2, 80: sistique exorare *ex te*. Men. I, 2, 18: iurgio hercle uxorem tandem abegi *ab ianua*. Merc. I, 2, 3: Abige *abs te* lassitudinem. Bacch. III, 6, 9 sqq.: aegritudo obiectast — Unde? MN. *Ab homine* quem mi amicum esse arbitratus sum. IV, 9, 7: Cepi, expugnavi amanti erili filio aurum *ab suo patre*. Bacch. IV, 9, 40: ut olim ille se Blanditiis *ab illa* exemit, ex emendatione Ritschelii. v. 45: Cepi *ab eo* spolia, ex emendatione Ritschelii. Merc. v. 357: extrusit *ab se*. v. 384: a me von mir hinweg. Merc. v. 49: Trahere exhaurire me quod quirem *ab se* domo. v. 109: a portu. Interdum pronomina personalia pro domo, in qua quis habitat, collocantur (Kampm. p. 3). Sic Merc. IV, 2, 8: Sed quis nam *a nobis* exit? Mil. II, 3, 68: Scin tu nullum conmeatum huc hinc esse a *nobis?*, h. e. e domo nostra. Sic Aristoph. Pac. v. 1149: *κάξ ἐμοῦ δ' ἐνεγκάτω τις τὴν κίχλην*. Mil. II, 6, 44: quando exierit Sceledrus *a nobis*. Truc. IV, 3, 78: Sed nimium pol opportune ecce *ab sese* egreditur foras. Mil. III, 2, 55: dum *ab se* huc transiret. Mil. II, 1, 76: Set foris concrepuit hinc *a vicino sene*. Men. v. 151: eo mi *abs te* caveo cautius. II, 2, 70: *Aps qua* cavendum nobis sane censeo. Pers. II, 5, 16: cave sis *A cornu*. Asin. I. 1, 106: *quo ab* caveas aegrius. Pseud. I, 5, 59: Cavendumst mi *aps te irato*. Most. III, 3, 21: Egon' *abs te* ausim non cavere —? v. 24: si *abs te* modo *uno* caveo. Pseud. IV, 7, 129: *ab eo* ut tibi caveres. Pseud. IV, 7, 44: cave sis tibi a *curvo infortunio*. Pseud. III, 2, 108: Ut mihi caverem *a Pseudulo servo suo*. Pseud. I, 5, 96: Iam dico ut *a me* caveas. Bacch. IV, 4, 87: proin tu *ab eo* ut caveas tibi. Pseud. v. 128: In hunc diem *a me* ut caveant. Huc pertinet etiam dictio ab re, quae (cf. Falster. cogitatt. philol. p. 55. Acidal. ad Plaut. Trin. IV, 4, 22) apud Plautum saepe idem significat ac frustra, cum damno et incommodo. Sic Capt. II, 2, 88: dum *ab re* nequid ores, h. e. contra honestum et usum. Trin. II, 1, 12: subdole *ab re* consulit, h. e. noxie. Truc. II, 6, 40: Eia, haud *ab re*, mea voluptas, tibi istic obvenit labos, h. e. convenit tibi. Asin. I, 3, 71: haut [id] est *ab re* aucupis. Stich. II, 1, 24: Vix ipsa domina

*) Sic Ritschelius. Vulg. *obsecrare abs te*.

hoc, si sciat, exoptare *ab dis* audent. Amph. IV, 2, 12: quia senecta [in] aetate a me mendicas malum. Pseud. IV, 6, 7: Hodie quas *aps ted* est stipulatus. Truc. IV, 4, 23: a *milite* omnis spes tum mi animam efflaverit, ubi voc. a milite spes unam notionem efficiunt. Men. V, 2, 27: quid ille autem *abs te* iratus destitit? v. 59: quid illa autem *abs te* irata destitit? V, 2, 81: ut illos a *me* apsterream. Merc. V, 1, 8: *ab Atticis* abhorreo. Curc. III, v. 35: Inibis a *me* solidam et grandem gratiam, ad q. l. Taubm. haec habet: „Gratiam ab aliquo inire est dato beneficio alicuius gratiam et amicitiam mereri, vid. Donat. ad Terent. Eun. III, 5, 9.“ Stich. IV, 1, 10: Nunc me gratiam *aps te* inire verbis nil desidero. Amph. prol. v. 48: Gratum arbitratur esse id a *vobis* sibi, ubi vide Lindem. Difficilis est locus Poen. III, 3, 77: illi dixerunt — Te quaeritare (hospitium) *a muscis*. C. minume gentium. L. Quid ita? C. quia *a muscis* si mi hospitium quaererem, Adveniens irem in carcerem recta via, de quo vide Kampm. p. 9 et censuram libri Kampmanni ab Hermanno scriptam, qui utrobique scribi vult Musis. Trin. I, 2, 180: Quod si exquiratur usque *ab stirpe* auctoritas, ad q. l. vide Gronov. Rud. IV, 4, 56: Omnia ego istaec facile patior, dum hic (vidulus) hinc a *me* sentiat, h. e. ut Kampm. p. 4 expl., a meis partibus sit, mecum sentiat. Asin. III, 3, 17: Nam equidem me iam, quantum potis, a *vita* abiudicabo. Rud. IV, 3, 100: Numquam hercle hodie abiudicabit *ab suo* triobulum. Trin. II, 2, 3: Nec latebrose me *aps tuo conspectu* occultabo. Poen. III, 3, 4: mulieres lam *ab re divina*, credo, apparebunt domi. Bacch. I, 1, 32: Quid *ab hac* metuis? Pseud. IV, 6, 25: Quid est quod non metuas *ab eo?* Men. II, 1, 41: Iam *aps te* metuo de verbis tuis. Pers. v. 492: tibi multa bona instant *a me*. Aul. II, 2, 58: *ab asinis* ad boves transcendere. Etiam in significationem quod attinet ad praep. ab se convertere potest, de qua egit Kampmannus I, 4. Sic Aul. II, 2, 9: Ain tu te valere? EU. pol ego haud perbene *a pecunia* (valeo), ubi Lamb.: „quod ad pecuniam attinet.“ Aul. II, 2, 44: Ut innoxium *abs te* atque *abs tuis* me irrideas, ubi Lamb.: „qui nec tibi nec tuis nocuit, vel: Qui innocens, qnod ad te atque ad tuos attinet.“ Truc. I, 1, 26: Bis perit amator, *ab re* atque *ab animo* simul. Truc. IV, 3, 59: tamen *ab ingenio* improbust. Truc. II, 1, 30: Nam quando sterilis est amator *a datis*, de quo loco vid. Herm. in cens. Kamp. libri de AB. Epid. I, 2, 26:

a morbo valui, *ab animo* aeger fui. Mil. III, 1, 37: Ne utiquam *ab ingenioat* senex. Fragm. Agroici p. 475 Gron.: Quasi lupus *ab armis* valeo. Cist. I, 1, 62: Doleo *ab animo*, doleo *ab oculis*, doleo *ab aegritudine*. Trin. III, 2, 54: Set tu obiurgans me *a peccatis* rapis deteriorem in viam, ubi a peccatis aut significatione vere locativa cum rapis aut sign. quod attinet ad peccata cum obiurgans coniungi potest. Capt. III, 1, 10: Ita iuventus iam ridiculos inopes *ab se* segregat. Mil. IV, 8, 11: Istuc crucior, *a viro* me *tali* abalienarier. Pseud. I, 1, 93: Profecto nullo pacto possum vivere, Si illa *a me* abalienatur atque abducitur. Merc. III, 4, 26: Mulier alienatast *abs te*. Poen. prol. 65: abditivus (h. e. remotus, seiunctus) *a patre*. Caecil. Stat. Synephebi fr. 1, v. 204: *a parco patre* Quod sumas. Synephebi fr. 2, x. 214: *ab amico amante* argentum accipere. Caecil. Stat. Pausimachus fr. 4: hoc *a te* postulo. Plocium fr. 1. v. 154: Quae hoc idem a *viro* Impetrarit *suo*. Terent. Andr. I, 5, 56: Te obtestor, ne *abs te* hanc segreges neu deseras. Eun. II, 1, 9: et illum aemulum, Quod poteris, *ab ea* pellito. Adelph. II, 3, 1: *Abs quivis homine*, quomst opus, beneficium accipere gaudeas. Andr. IV, 1, 57: restitue quem *a me* accepisti locum. Hec. IV, 4, 18: Nam abducta *a vobis* praegnas fuerat filia. And. II, 3, 12: Ut *ab illa* excludas. Phorm. V, 9, 49: Ego minas triginta *ab illo* per fallaciam abstuli. Andr. V, 1, 4: Immo enim nunc quom maxume *abs te* postulo atque oro. Heaut. V, 1, 53: *abs te* petere et poscere. Eun. III, 4, 7: quis nam hinc *ab Thaide* exit? Andr. IV, 1, 62: crepuit hinc *a Glycerio* ostium, quod aliter cogitatum est ac si dictum sit: Glycerii sive aedium Glycerii, ut expl. Ruhnk. Heaut. I, 1, 121: Sed quid crepuerunt fores Hinc *a me?* Eun. V, 7, 5: Sed fores crepuerunt *ab ea*. Adelph. V, 3, 2: quis nam *a me* pepulit tam graviter foris? Phorm. V, 5, 12: Sed ostium concrepuit *abs te*. Heaut. III, 2, 50: Quis nam *a nobis* egreditur foras? Eun. III, 3, 14: sperat se a *me* avellere. Eun. III, 2, 12: dona adsunt tibi *A Phaedria*. Eun. II, 2, 56. Ad. V, 9, 20: postremo *a me* argentum quantist sumito. Abire ab aliquo multis exemplis invenitur apud Terentium, velut Eun. IV, 7, 21: numquam accedo, quin *abs te* abeam doctior, cf. Schaefferum de usu praep. Ter. p. 6. Hec. V, 2, 15: cito *ab eo* haec ira abscedet. Adelph. III, 2, 50: quando ego conscia mihi sum, *a me* culpam esse hanc procul. Hec. prol. II, v. 10: ut *ab eodem* (poeta) alias discerem Novas (comoedias).

Ib. v. 15: remotum — *Ab studio* atque *ab labore* atque arte musica. Eun. III, 5, 9: Adibo atque *ab eo* gratiam hanc, quam video velle, inibo, ubi vide adnotationem Donati et cfr. Schaefferum p. 4. Heaut. I, 1, 25: Homo sum, humani nil *a me* alienum puto. Adelph. V, 8, 21: Etsi hoc mihi pravom, ineptum, absurdum atque alienum *a vita mea* Videtur. Adelph. III, 2, 28: alienus est *ab nostra familia.* Hec. IV, 4, 92: Nam omnino abhorrere animum huic video *a nuptiis.* Andr. V, 1, 10: In alio occupato amore, abhorrenti *ab re uxoria.* Andr. I, 1, 129: Ea primum *ab illo* animadvortenda iniuriast, quod non simpliciter pro genitivo est dictum, pro iniuria illius, quam ille fecit, sed pro: iniuria, quae ab illo profecta est. Ceterum bene dicit Schaefferus p. 2: animadvertere, quum h. l. idem sit quod poenas petere, huius verbi structuram secutum esse videtur." Heaut. I, 1, 23: tantumne *ab re* tuast oti tibi, de quo loco vid. Schaeffer. p. 7. Heaut. prol. v. 13: hic actor tantum poterit *a facundia,* ad q. l. vide Ruhnk. Phorm. II, 2, 26 (Wüllner. de casibus p. 40): Otiosum *ab animo.*

10. *Ablativus cum praepositione ex coniunctus.* In exemplis de hac praepositione proferendis utar fere ea distributione qua usus est Kampmannus in libello scholastico, qui est de DE et EX praep. usu Plautino.

a. *de loco.* Livii Andronici fr. inc. trag. 1: Florem anculabant (h. e. hauriebant) Liberi *ex carchesiis.* Ennii Lycurgi fr. 8: *ex suis Lucis* nos mittat. fr. 17, v. 47: sumere *ex fonte.* Fabius Pictor ap. Gell. X, 15: Ignem *e Flaminia,* id est, *e flaminis domo,* nisi in sacrum efferri ius non est. Catonis apophthegmata (Lion. 96) ap. Plin. hist. nat. 15, 18 (20): Interrogo vos — quando hanc pomum demptam putetis *ex arbore.* R. R. c. 16: *ex fornace* calcem eximit calcarius. Ennii fr. 10 Hectoris lustra: Quae mea comminus machaera atque hasta hostibit *e manu,* ad q. l. Bothius: „Dixit e manu pro eminus, quod inde conflatum, ut cominus, quasi cum manu." Ennii annal. l. I, fr. 57, v. 89: Quam mox emittat *pictis e faucibus* currus. v. 94: Et simul *ex alto* longe pulcherruma praepes Laeva volavit avis. l. VIII, fr. 3: Pellitur *e medio* sapientia. l. XVI, fr. 6: Tum timido manat *ex omni corpore* sudor. Ennii annal. inc. sedis fragm. 101: Ausus es hoc *ex ore tuo.* fr. 137: Olli *crateris ex auratis* hauserunt. Andromacha Aechmalotis fr. 8: Rapit *ex alto* navis velivolas. Phoenicis fr. 7: Neve tu umquam in gremium

extollas liberorum *ex te* genus. fr. 8: Quam tibi *ex ore* orationem duriter dictis dedit. fr. 12: derepente *ex alto* in altum despexit mare. Euhemerus fr. 3, 24: cognatio — nobis *ex sacra scriptione* tradita est. Plaut. Asin. I, 2, 4: nam [actutum] *ex hoc loco* Ibo ego ad trisviros, quod Lamb. explicat per e vestigio.

Truc. II, 4, 89: immo *ex hoc loco*[10])
Iubebo ad istam quinque perferri minas,

ad q. l. Salmasius haec habet: „Ex loco vel e loco est, quod Graeci dicunt *αὐτόθεν*. e loco mittam, *αὐτόθεν πέμψω*. unde *αὐτόθεν καταβάλλειν* e loco solvere, hoc est, praesenti pecunia: significatio enim loci brevitatem temporis notat.“ Men. v. 168: ex istoc loco. Aul. I, 1, 5: extrusisti *ex aedibus*. Cas. IV, 1, 18: Cupiunt extrudere incenatum *ex aedibus*. Trin. v. 137: exturbasti *ex aedibus*. Pseud. II, 2, 61: Pol te multo magis opinor vasa ahena *ex aedibus*. Pseud. II, 4, 40: nec dum exit *ex aedibus*. Most. I, 1, 3: Egredere — *ex aedibus*. III, 2, 9: Clanculum *ex aedibus* me dedi foras. Most. v. 951: emigravit pridem ille *ex hisce aedibus*. Merc. IV, 4, 59: abducit — *ex hisce aedibus*. Capt. v. 356: *ex vinclis* eximis. Men. I, 1, 8: Nam se *ex catenis* eximunt aliquo modo. Capt. v. 1001: lassitudost exigunda *ex corpore*. Aul. II, 4, 11: Vicini Euclionis huius *e proxumo*.[11]) Cas. III, 5, 47: Era atque haec dolum *ex proxumo* hunc protulerunt, ubi Lambinus coniungit haec cum ex proxumo, quod mihi durum videtur. Men. V, 2, 39: At enim ille hinc amat meretricem *ex proxumo*. Stich. III, 1, 27: Amicam ego habeo Stephanium hinc *ex proxumo*. Amph. I, 1, 5: *ex urbe* ad nos veniunt. Pers. v. 555: Perfidia et peculatus *ex urbe* et avaritia si exulant. Pers. II, 3, 13: Nam amico homini bobus domitis *mea ex crumina* largiar. Pseud. I, 1, 31: tu istinc *ex cera* cita. v. 47: *ex tabellis* iam faxo scies. v. 54: Expressam in cera *ex anulo* suam imaginem. Pseud. I, 2, 11: Nisi somnum

---

[10]) Vulg. contra metrum: *iam modo ex hoc loco*. Pall. sec. Par.: *iam mo ex hoc loco*, unde praeclare Bothius in ed. recentissima Pseud., Rud., Truc. correxit *immo*; minus bene pro *ex hoc loco* scripsit *eloco*, quae vox est nihili.

[11]) Sic recte Bothius transposuit. Vulg. *Vicini huius Eucl. e pr.* Hiatus in *Vicini* exclusationem habet a sequente nomino proprio. Itaque non opus est cum Lambino inserere *senis*, sic: *Vicini huius Euclionis senis e proxumo*.

socordiamque *ex pectore oculis*que amovetis. Men. V, 2, 96: N iam *ex meis oculis* abscedat maxumam in malam crucem. Pseud I, 2, 91: Nisi hodie mi *ex fundis* tuorum amicorum omne hu penus adfertur. II, 2, 60: Hostis vivos rapere soleo *ex acie* Men. III, 3, 8: ex armario. Amph. V, 1, 63: Citus *e cunis* exi lit. Epid. III, 4, 34: ut eam *ex hoc* exoneres *agro*, intelige agro Attico, v. Lamb. Mil. II, 1, 48: Ait sese Athenas fuger cupere *ex hac domu*. Men. V, 2, 52: At ille suppilat mihi au rum et pallas *ex arcis* domo. v. 76: ut viridis exoritur colos *Ex temporibus* atque *fronte*. Trin. IV, 2, 57: *E manibus* dedit ips in manus. Bacch. II, 3, 54: Interea *e portu* nostra navis sol vitur. III, 1, 17. Bacch. IV, 2, 16: mihi cautiost Ne nucifran gibula excussit *ex malis meis*. 9, 30: Signum *ex arce* si perisset v. 34: ibi signum *ex arce* iam apstuli. Pseud. v. 1064: Iamn habeat signum *ex arce Ballionia*. Stich. II, 2, 41: Commodun radiosus sese sol superabat *ex mari*. Stich. v. 716: eripe *ex or* tibias. v. 761: Ubi perpruriscamus usque *ex unguiculis*. Men II, 1, 2: ex alto. Men. v. 988: Meumque erum *ex hoc salt* damni salvom ut educam foras. V, 9, 16: exire *ex navi*. Most I, 1, 1: Exi *e colina* sis foras, mastigia. V, 1, 61: Immo etian cerebrum quoque omne *e capite* emunxisti *meo*. Pers. I, 3, 10 Lautum credo *e balineis* Iam hic adfuturum. Pers. III, 3, 31 ex porta. Merc. v. 879: ex advorso. Caecil. Stat. Synaristosa v. 197: Heri vero prospexisse cum se *ex tegulis*. Inc. fab. fr 141: mane ut *ex portu* in Piraeum. Terent. Andr. IV, 4, 21 cave quoquam *ex istoc* excessis *loco*. Adelph. IV, 1, 4: *e lect* — surgere. Hec. IV, 2, 13: *ex urbe* tu rus habitatum migres?

Ex iunctum cum terrarum et urbium nominibus. Naev bell. Pun. l. I, fr. 6: multi alii e *Troia* Strenui viri. Plaut. Pseud II, 2, 22: Esne tu an non es ab illo milite *e Macedonia?* Pers IV, 1, 13: Quas tu attulisti mi usque *e Persia*. Stich. I, 2 95: ex Asia, item II, 2, 43. Pers. v. 498: *ex Persia* adlata mihi sunt. IV, 3, 54: abductam *ex Arabia penitissuma*. IV, 3 ex Arabia penitissuma. Pseud. IV, 7, 78: Quotumo die *Ex Sicuone* huc pervenisti? II, 4, 47: *ex Carusto* qui huc advenit cf. v. 40: Qui ad patrem advenit *Carusto*. Poen. prol. v. 93: *ex Anactorio* — Huc — commigravit. Truc. II, 6, 58: purpuram *ex Sarra* tibi Attuli. Bacch. IV, 9, 135: Ecferetur praeds *ex Troia*. II, 3, 2: vissam ecquaenam advenerit In portum *ex Epheso* navis mercatoria. III, 2, 5: *Ex Epheso* huc ad Pisto-

clerum meum sodalem literas Missi. III, 6, 32: missine ego ad te *ex Epheso* epistulam —? III, 3, 68: Unde esse iam aiunt? LU. *Ex Samo.* IV, 1, 2: Militis qui amicam secum avexit *ex Samo.* Merc. II, 1, 33: ibi ego conspicor Navem *ex Rhodo.* Trin. III, 3, 42: Quasi ad adulescentem a patre *ex Seleucia* Venisse. IV, 2, 3: Advenio *ex Seleucia, Macedonia, Asia* atque *Arabia.* Terent. Eun. III, 2, 18: *Ex Aethiopia*st usque haec. Eun. I, 2, 85: ubi mi dixti cupere te *ex Aethiopia* Ancillulam. Andr. I, 1, 43: mulier quaedam *Ex Andro* commigravit huc viciniae. Eun. I, 2, 35: abreptam *e Sunio.*

b. A loci notionibus facillime *ex* praep. ad personam aut rem transfertur, a qua loci quaedam notio non est aliena (Kampm. n. 3). Naev. Gymnasticus fr. 6: Atque *e bonis meis omnibus* ego te herem faciam. Cato R. R. c. 157: sanus fiet *ex eo morbo.* Ennii Alexandri fr. 1, v. 65: ex oraclo. Ennii Thyestis fr. 5, v. 395: ut scias, *quanto e loco,* Quantis opibus, quibus de rebus lapsa fortuna accidat. Inc. trag. fragm. I, v. 418: Degustandum *ex ea* (h. e. philosophia). Plaut. Capt. II, 3, 74: quom extemplo *meo e conspectu* apscesseris. Pseud. IV, 7, 4: *Ex conspectu* eri si sui se abdiderunt. Men. v. 876: Iamne isti abierunt quaeso *ex conspectu meo.* Pers. v. 467: abscede procul *e conspectu.* Pers. v. 727: Age illuc abscede procul *e conspectu.* Bacch. III, 1, 17. Men. IV, 2, 104: nam *ex hac familia* me plane excidisse intellego. Pers. I, 3, 63: exigam hercle ego te *ex hac decuria.* Bacch. IV, 9, 41: Item ego dolis me *illo* extuli *e periclo.* v. 87 sq.: nam ducentis aureis Philippis redemi vitam *ex flagitio* tuam. Stich. I, 2, 81: Quin vos capitis conditionem *ex pessuma* primariam? II, 1, 31: Eramque *ex maerore* eximam. III, 1, 8: Cumque eo reveni *ex inimicitia* in gratiam. Merc. prol. v. 61. v. 40: ut aetas *ex ephebis* exiit. Men. v. 570: *ex insidiis* aucupa. Mil. III, 1, 124: satis cepissem miseriarum *e liberis.* Pseud. I, 4, 19: *Ex hoc sepulcro vetere* viginti minas Ecfodiam ego hodie. II, 3, 2: redduxit me usque *ex errore* in viam. Pseud. v. 1035: Ut exulatum *ex pectore* aufugiat *meo.* Men. V, 3, 7: Manendo medicum, dum se *ex opere* recipiat. Most. III, 2, 76: Ne ille *ex malo* malum hinc *opere* exemplum petit. Most. v. 1048: Postquam *ex opsidione* in tutum eduxi manuplaris meos. v. 1050: illi me *ex senatu* segregant. Merc. I, 2, 48: ne *ex somno* excites. Merc. v. 176: Tu quidem *ex ore* orationem mi eripis. Caecil. Stat. Asotus, fr. 5: hic me

eiecit *ex hac decuria.* Terent. Andr. I, 1, 24: Nam is postquam excessit *ex ephebis.* Eun. II, 3, 5: deleo omnis dehinc *ex animo* mulieres. Hec. V, 4, 36: Quantum hodie profueris mihi et *ex quanta aerumna* extraxeris.

c. Cum *audiendi* verbis aliisque quae mentis aliquam actionem indicant iunctum *ex* hominem aut rem proponit, cuius ope aliquid auditur et cognoscitur (Kampm. n. 8). Hoc respondet ei quod Schaefferus habet in A. V, qui vocat hanc causam logicam, ex qua tamquam e fonte profluit cognitio quaedam. Kampm. de AB p. 28: „Plautus verba quaerendi semper cum ex praepositione coniungit.“ Ib. p. 29: „Semper Plautus audire, scire, scitari, percunctari, intelligere, quaecunque cognoscendi notionem habent, cum ex praepositione coniungit.“ Plaut. Epid. IV, 1, 37: nam postquam audivi ilico *Ex meo servo.* Men. V, 9, 11: Quid ego *ex te* audio? Pseud. I, 3, 113: Quid ego *ex te* audio? Stich. v. 37 sq.: cave sis audiam ego istuc Posthac *ex te.* Bacch. IV, 8, 70 sq.: si plura *ex me* audiet hodie mala Quam audivit umquam Clinia *ex Demetrio?* V, 2, 42: Verum audire etiam *ex te* studeo. Merc. v. 378: *ex te* audivi. Most. II, 1, 18: Quid ego *ex ted* audio? Pers. II, 2, 37: Numquam ecastor hodie scibis, priusquam ego *ex te* audivero. Pseud. I, 1, 1: Si *ex te tacente* fieri possem certior. Bacch. IV, 7, 43: *Ex me* quidem hodie numquam fies certior. Pers. IV, 3, 49: *ex tabellis* nosce rem. Most. I, 3,42: *Ex factis* nosce rem. Pers. v. 487: *e praetore* exquire. Stich. I, 2, 54: At ego *ex te* exquaero atque *ex istac tua sorore.* Asin. II, 4, 95 sq.: si esses percontatus Me *ex aliis.* Bacch. II, 2, 12: Istuc volebam ego *ex te* percontarier. Pers. IV, 4, 67: si nos *ex te* percontabimur. Pers. v. 499: Percontare *ex ipsis.* IV, 4, 43: Quia enim te *ex puella* prius percontari volo. IV, 4, 59: si quid vis *ex hac* percontarier. Bacch. III, 6, 37: Rem repperi omnem *ex tuo magistro.* Men. V, 2, 57: Iam ego *ex hoc,* ut factumst, scibo. Men. III, 3, 34: Ut haec — *ex me* iam sciat. Stich. v. 324: Possum scire *ex te* verum? Most. v. 745: *E me,* ne quid metuas, nil sciet. Pers. II, 2, 36: Ni sciero prius *ex te,* tu *ex me* numquam hoc, quod rogitas, scies. Bacch. IV, 6, 12: Omnia rescivi scelera *ex Mnesilocho* tua. Capt. II, 2, 13: Secede huc: nam sunt quae [ego] *ex te solo* scitari volo. Bacch. III, 3, 65: non *ex audito* (h. e. fama) arguo. Terent. Heaut. II, 1, 9: periculum *ex aliis* facito. IV, 1, 45: nisi ut *ex ipsa* quaeras. Eun. I, 2, 34: *e praedonibus* — se audisse.

Hec. V, 4, 33: Ere, licetne scire *ex te* hodie, quid sit quod feci boni?

d. *Ex* cum animi nomine similibusque iunctum indicat proficisci aliquid ex intimis eius rei partibus summamque habere vim (Kampm. n. 10). Plaut. Stich. I, 1, 1: Credo ego misseam fuisse Penelopam, soror, *suo ex animo*. Mil. III, 1, 26: *ex opibus summis* mei te honoris gratia Mihique amanti ire opitulatum cett., quod Gronovius explicat per: summa contentione. Merc. I, 2, 1: *Ex summis opibus viribus*que usque experire: nitere, h. e. summo opere, vide adnotationem Palmerii.

e. *Ex* ita dixit proficisci aliquid et prodire ex alia re, ut ei consentaneum sit, idem quod secundum, gemäß (Kampm. n. 11). Nasica ad Catonem ap. Cic. de orat. II, 64: *Ex* tui *animi sententia* tu uxorem habes? (vide de h. l. Reisig. schol. gramm. lat. p. 722). Plaut. Men. II, 2, 1: Bene opsonavi atque *ex mea sententia*. Merc. I, 1, 93: Quas merces vexeram, Omnis ut volui vendidi *ex sententia*. Pseud. II, 4, 72: ex mea sententia. Men. V, 7, 30: Nimis bene ora commetavi atque *ex mea sententia*. Men. V, 9, 89: Quoniam haec evenerunt nobis, frater, *ex sententia*. Pers. I, 1, 10: nec satis sum ero *ex sententia*. v. 18: Satin' ergo *ex sententia?* Merc. v. 370: mea ex sententia. Trin. III, 2, 81: Agit hic magis (sic Fleckeisenus in praef. ed. suae p. 30 cum Reizio) *ex argumento* et versus meliores facit. Pers. II, 2, 30: *Tuo ex ingenio* mores alienos probas. Men. V, 2, 87: Apollo *ex oraclo* mi imperat. Merc. II, 3, 60: non *ex usu nostro*st. Pers. IV, 4, 14: *Ex tuo* inquam *usu*st. Amph. II, 1, 20: Quid mali sum, ere, *tua ex re* promeritus?, quod Douza et Bosius significatione: quod in tuam rem esse possit, ex tuo commodo dictum putant, rectius mea quidem sententia Lindemannus pro tua causa, propter te. Capt. II, 2, 46: Haec tu eadem si confiteri vis, *tua e re feceris*, h. e. in tuam rem, commodo tuo feceris. Pseud. I, 3, 102: *Ex tua re* non est ut ego emoriar. v. 104: *Ex tua re*st. Men. IV, 2, 98: *Ex tua re*, ut opinor, feceris. Terent. Hec. V, 4, 32: Speroque hanc rem esse eventuram nobis *ex sententia*. Heaut. I, 2, 29: Huncine erat aequom *ex* illius *more* an illum *ex* huius vivere? Herzogius ad Sall. p. 315 docet ex more dici, si genitivus subiecti accedat, sine eo solum ablativum modi poni, velut Andr. I, 1, 125. Heaut. I, 2, 36: Scitumst periclum ex aliis facere, tibi quid *ex usu* siet, ad q. l. Ruhnk.: „i. e. ex alieno periculo sapere et discere

quid tibi prosit.“ Heaut. II, 1, 9: periclum ex aliis facito, t quid *ex usu* siet. Hec. IV, 1, 33: si *ex usu* esset nostro h matrimonium?, ad q. l. Ruhnk.: „pro: si nobis utile esse Eun. V, 8, 47: nec magis *ex usu tuo* Nemost. Phorm. V, 76: Non hercle *ex re* istius me instigasti, Demipho (h. e. ex us Eun. I, 2, 118: Atque *ex* aliorum *ingeniis* nunc me iudicet.

11. *Ablativus cum praepositione de coniunctus.* De signi catione primitiva praepositionis *de* egit Heidtmannus in Ze schrift f. Alt. 1846, p. 865 sqq., quam docuit esse non a ita ut separationem eorum quae antea necessaria quadam i tione coniuncta fuerunt, exprimat. Iterum sequar fere dist butionem Kampanni de DE praep. usu Plautino.

a. De loco dicitur, unde quid movetur, sive is est plan sive inferior, in rebus veris et cogitatis. Livius Andronic in Odyssea latina ap. Egger. lat. serm. vetust. rel. p. 11 Simul ac lacrymas *de ore noegeo* (i. e. candido) detersit. Fabi Pictor ap. Egger. p. 107: *de eo lecto* trinoctium continuum n decubat. Cato R. R. c. 157: *De capite* et *de oculis* omnia d ducet. C. 112: Ubi hauseris *de mari.* C. 14: Si *de caelo* vi tacta sit. C. 42: alterum librum cum gemma *de eo fico,* qu genus esse voles, eximito, ubi praep. *de* pendet a verbo e mere, non vero ad gemma pertinet. C. 43: facito *de scr* aqua in sulcum defluat. Ennii annal. l. I, fr. 36, v. 54: Ut i *de caelo* visas. fr. 57, v. 96: Cedunt *de caelo.* l. III, fr. 1: Ol *de caelo* laevum dedit inclytus signum. Alexandri fr. 2: de cae Annal. l. V, fr. 6: ansatas mittunt *de turribus.* l. VI, fr. 1 v. 216: animam *de corpore* mitto. l. VIII, fr. 20: *de muris* re gerit Opscus. l. XVI, fr. 9: Quos ubi rex populos spexit *de ca tibus celsis.* Andromacha Aechmalotis fr. 12, v. 130: Hecto natum *de muro* iactarier. Telephi fr. 13, v. 388: Quasi lum *de suo lumine* accendat. Epicharmus fr. 6: Istic est *de sole* sum tus. Ennii Thyestis fr. 5, v. 395: ut scias, quanto e loco, Qua tis opibus, *quibus de rebus* lapsa fortuna accidat. Ennii Euhem rus fr. 3, p. 169 Vahlen.: suadent, — ut *de regno* non conce fratri. Plaut. Pseud. IV, 7, 127: *De inprobis viris* auferri pra mium et praedam decet. Men. I, 1, 27: si quid *de summo* pet 3, 26: aliquid scitamentorum *de foro* obsonarier. III, 2, 26: surrupuisti te mihi dudum *de foro.* Men. v. 599: Ubi primu licitumst, ilico properavi abire *de foro.* v. 870: Set quis hic e qui me capillo hinc *de curru* deripit? Bacch. III, 1, 16: *De*

hanc culpam demolibor iam. Truc. II, 1, 4: Item ut *de frumento* anseres clamore absterret, abigit. Bacch. III, 3, 27: Inde *de hippodromo* et *palaestra* ubi revenisses domum. Stich. II, 1, 13: Egò hinc araneas *de foribus* deiciam et *de pariete*. Most. v. 140: verecundiam mi et virtutis modum Deturbavit detexitque *de me* ilico. Most. V, 1, 55: Tum consilia firmiora sunt *de divinis locis*. Pers. v. 258: ea nunc quasi decidit *de caelo*. Merc. V, 2, 106: Iam redii *de exilio*. Rud. prol. v. 75: *De navi* timidae desuluerunt in scapham, unde Fleckeisenus II, 3, 36 quoque scripsit: *De navi* timidae ambae in scapham insuluimus, quum vulgo scribatur e. Pers. III, 1, 45: ego *de hac sententia* Non demovebor. Trabea fr. inc. fab. 1, v. 3: de inproviso. Caecil. Stat. Fallacia fr. 6: Ossiculatim Parmenonem *de via* liceat legant. Terent. Heaut. IV, 1, 37: *de digito* anulum Detraho. Andr. III, 2, 11: clamat *de via*. Phorm. II, 3, 17: ibi agrum *de nostro patre* Colendum habebat. Hec. V, 1, 1: Non hoc *de nilo*st. Heaut. II, 3, 9: Vae misero mi, *quanta de spe* decidi! Andr. prol. v. 26: Posthac quas faciet *de integro* comoedias.

b. *De* ita dicitur, ut aliquid disiungatur a copia aliqua aut possessione alterius et transeat ad usum aut possessionem alterius, aut ut meram partitivam sustineat notionem (Kampm. n. 4). Plaut. Bacch. I, 1, 65: Et operam dare mi et ad eam operam facere sumptum *de tuo*. III, 4, 14 sq.: Verum quam illa umquam *de mea pecunia* Ramenta fiat propensior cett. Men. II, 2, 17: Iube te piari *de mea pecunia*. Men. I, 2, 40: Ecquid audes *de tuo* istuc addere. Pers. I, 3, 42: Tuburcinari *de suo*. IV, 3, 4: nil gustabit *de meo*. Stich. III, 1, 25: Vel decem, dum *de tuo*. Truc. V, v. 61: sed *de vostro* vivito. Pseud. I, 5, 1: Si *de damnosis* aut si *de amatoribus* Dictator fiat nunc Athenis Atticis. Most. IV, 1, 6:

faciunt *de malo*
[sibi] peculium, quod nequeunt [*de bono*],

ad q. l. vide intpp. Stich. III, 2, 40: Cras *de reliquiis* nos volo, ubi Kamp. mente addit beari, delectari. Stich. IV, 1, 57: Senex quidem voluit, si posset, indipisci *de cibo*. Trin. II, 2, 68: *De magnis divitiis* siquid demas, plus fit an minus? Truc. V, v. 48: Da tu *de tuis deliciis summis* quid pauxillulum. Stich. II, 2, 75: discam *de dictis melioribus* (unum). Pseud. IV, 7, 68: memento ergo dimidium mihi instinc *de praeda* dare. Most. I,

2, 72: Quo neque industrior *de iuventute* erat. V, 2, 5: Nunc ego *de sodalitate* solus sum orator datus. Truc. IV, 2, 34: Non licet *de obsonio meo* participem fieri?[12]) Terent. Heaut. IV, 1, 39: ne expers partis esset *de nostris bonis,* quod plane pro genitivo partitivo positum est. Adelph. I, 2, 37: olet unguenta: *de meo.*

c. Hinc admodum usitatum est *de* apud *emendi* verba, quibus aliquid a possessione alterius ad alterum devenire indicatur (Kampm. n. 5). Cato R. R. c. 1: *De domino bono colono bono*que *aedificatore* melius emetur. Plaut. Capt. prol. v. 34: Emit *de praeda* hosce ambos a quaestoribus. I, 2, 2: Heri quos emi *de praeda* a quaestoribus. Most. III, 1, 139: *de vicino hoc proxumo* Tuus emit aedis filius. Capt. II, 3, 93: Constabilivi, quom illos emi *de praeda* a quaestoribus. Poen. IV, 2, 75: (emit) De praedone Siculo. Rud. prol. v. 40: Eam *de praedone* vir mercatur pessumus.

d. Transfertur *de* ad mentis actiones et indicat hominem aut rem, unde quid cognoscimus et intelligimus (Kampm. n. 9). Plaut. Pers. IV, 3, 70: te *de aliis,* quam alios *de te* suaviust Fieri doctos. Men. I, 2, 53: Ecquid tu *de odore* possis, si quid forte olfeceris, Facere coniecturam? Merc. V, 2, 62: vidisti an *de audito* nuntias?, i. e. fama. Curc. II, 1, 17: *De forma* novi: *de colore* non queo Novisse. Epid. IV, 2, 27: *Quibus de signis* agnoscebas? Stich. I, 1, 3: nam nos eius animum *De nostris factis* noscimus. Truc. IV, 2, 56: *De nihilo* nihil est irasci.[13]) Caecil. Stat. Plocium fr. 1, v. 145: qui sapit *de me* discet. Terent. Eun. II, 2, 30: coepit me obsecrare, Ut sibi liceret discere id *de me,* ad q. l. bene Schaefferus p. 16 haec adnotavit: „*De* depingit praeceptum ab ore praeceptoris profluens ac transiens in discipulum.“.

e. *De* indicat quidem proficisci aliquid ab aliquo loco et inde quasi parari et effici, sed nos ita solemus cogitare, ut aliquid in ea re fiat (an der Sache). (Kampm. n. 11). Plaut. Pseud. II, 4, 14: laetitias, *de tribus* partas. Aul. II, 2, 45: Nam *de te* neque re neque verbis merui, ut faceres quod facis. Men.

---

[12]) Sic emendavit Bothius. Vulg. *non licet de obsonii mna me p. f.* Sed genitivus *obsonii* non est Plautinus, *mna* autem non legitur in codd. Kampmannus de *DE* praep. p. 3, adnot. 6 transponere vult *me meo.*

[13]) Vulg. *illi* pro *nihil*, quod emendatum est a Goellero ex *ΔΘps.* v. Kampm. de *DE* praep. p. 5, adnot. 5.

III, 2, 25: Quid *de te* merui. Most. I, 3, 57: ut meritust *de me*. Men. V, 9, 8: Non edepol ita promeruisti *de me*.

f. Usitatissimum autem est *de* in rebus translatis et indicat argumentum et quasi materiam, unde menti causa commemorandi aut cogitandi praebetur. Graeci dicunt περί c. gen., nos über, in Betreff (Kampm. n. 13). Cato R. R. c. 14: Si de caelo villa tacta siet, *de ea re* verba divina uti fiant. Cato praecepta ad filium (Lion. p. 46 sqq.) ap. Plin. hist. nat. 22, 1, p. 7 sqq.: Interdixi tibi *de medicis*. Ennii annal. inc. sedis fragm. 80: *magnis de rebus* agentes. Ennii Hectoris lustra fr. 6: Saeviter fortunam ferro cernunt *de victoria*. Plaut. Most. IV, 2, 18: iam abstine sermonem *de istis rebus*. Trin. II, 2, 15: *His* ego de *artibus* gratiam facio, Ne colas, ne inbuas eis tuum ingenium, ad q. l. Lindem.: „De his artibus significat, ut saepe, quod attinet ad has artes. Most. I, 3, 114: Ut lepide atque astute in mentem venit *de speculo* malae. Amph. I, 2, 17: Nunc *de Alcumena* dudum quod dixi minus. Most. III, 1, 11: Metuo ne *de hac re* quippiam indaudiverit. Merc. V, 2, 103: Sed *de amica* se indaudivisse autumat. Merc. III, 4, 44: *De istac re* tu argutus es. IV, 3, 34: *De istac* sum iudex captus. IV, 5, 4: Nihil investigo quicquam *de illa muliere*. III, 4, 57: Numquid est quod dicas aliud *de illo?* V, 2, 58: *De illa* ergo ego dico tibi. III, 1, 22: *De lanificio* neminem metuo, una aetate quae sit. Merc. v. 387: Quin ego hunc adgredior *de illa?* v. 383: hunc nescire aut scio *De illa amica*. Pers. V, 2, 18: quomodo *de Persa* manus mi aditast? I, 3, 29: Set ecquid nam meministi, here *Qua de re* ego tecum mentionem feceram? Most. v. 749: Iam *de istis rebus* voster quid sensit senex? V, 2, 9: *de cena* facio gratiam. III, 1, 40: Spes est *de argento*. v. 42: quid *de argentost*. III, 1, 26: Etiam fatetur *de hospite?* III, 1, 17: Numquid dixisti *de illo?* Pseud. II, 2, 53: de muliere. Pers. IV, 4, 90: Iam *de istoc* rogare omitte. Men. prol. v. 37: de ea re. II, 3, 67: hunc metuebam me meae Uxori renuntiaret *de palla* et *de prandio*. IV, 2, 53: Credit iam tibi *de isto*. V, 2, 61: *Qua de re* aut quoius rei rerum omnium? Most. I, 3, 103: Lepide dictum *de atramento* atque *ebure*. Pseud. I, 1, 121: *De istac re* in oculum utrumvis conquiescito. Mil. II, 2, 108: *de amica* eri. Trin. II, 4, 183. Bacch. II, 2, 45. II, 3, 90: Profecto *de auro* nil scio nisi nescio. III, 2, 8. III, 4, 28: Mea caussa *de auro* quod eum ludificatus est. III, 6, 2: Set veniam mihi quam gravate dedit

pater *de Chrusalo.* IV, 4, 58: *De ducentis nummis* primum intendam ballistam in senem. 9, 34: dixeram nostro seni mendacium Et *de hospite* et *de auro* et *de lembo.* Stich. I, 1, 9: Volo tecum loqui *de re* viri. II, 2, 34: Principium placet *de lectis.* Caecil. Stat. Harpazomene fr. 6, v. 63: de meo amore. Plocium fr. 2, v. 161: Nil peccat *de savio.* Terent. Eun. I, 2, 8: Ceterum *De exclusione* verbum nullum? Eun. III, 2, 3: ecquid nos amas *De fidicina istac?* (= propter, Schaefferus p. 18: von wegen). Adelph. II, 2, 44: laetus est *De amica.* Eun. IV, 7, 14: Ni mirum, consilium illud rectumst *de occludendis aedibus.* Heaut. V, 2, 2: ut pater Tam in brevi spatio omnem *de me* eiecerit animum patris? Eandem vim habet de iunctum cum verbis actum est, esse, facere, fieri. Sic Pseud. IV, 7, 123: actumst de me. Terent. Adelph. V, 9, 39: sed *de fatre* quid *fiet?*

12. Addimus adverbia nonnulla, quae respondent ablativo loci principii.

Unde proprie habet significationem loci, saepissime tamen etiam pro abl. causae et originis ponitur et haud raro pro praep. *ab* vel *ex* cum ablativo pronominis relativi, adeo ubi persona significatur, usurpatur. Cato R. R. c. 5: Duas aut tres familias habet, *unde* utenda roget, h. e. a quibus. C. 6: Ibi corudam serito, *unde* asparagi fiant. C. 59: Quoties cuique tunicam aut sagum dabis, prius veterem accipito, *unde* centones fiant. Ennii annal. l. XVI, fr. 13: *unde* oritur nox. Annal. inc. sedis fragm. 12. fr. Achillis 3: *unde* oritur imber sonitu saevo et spiritu. Alcumaeo fr. 4: *unde* haec flamma oritur? Andromedae fr. 9. Eumenidum fr. 5, v. 186. Plaut. Amph. I, 1, 268: Nescio *unde* haec hic spectavit. Epid. I, 1, 74: Nunquam hominem conveni quenquam, *unde* abierim lubentius, h. e. a quo. Epid. III, 4, 47: *Unde* haec igitur gentiumst? Pseud. IV, 2, 8: Quis hic homo chlamudatus est? aut *undest?* aut quem quaeritat? v. 11: *unde* ego hominem hunc esse dicam gentium? Truc. I, 1, 42: *Unde* anteparta demus postpartoribus, ad q. l. confer adnotationem Gronovii, qui expl.: a quibus moniti demus, et refert ad parentes, cognatos, qui in praegressis commemorantur. Sed multo simplicius tamen unde pro abl. causae accipi posse puto, ita ut hanc ob causam, hanc rem considerantes demus. Aliter Balbachius observ. crit. in loc. quosd. Plaut. p. 54, qui unde refert ad anteparta et mente addendum censet ut. Pers. II, 5, 1: *unde* argentum sit futurum. Pers. I, 3, 70: *unde* surpta

sit. Men. v. 826: *unde* aut quis tu homo's. Most. I, 4, 28: *Unde* agis te? CA. *Unde* homo ebrius probe. II, 1, 83. III, 1, 16: *Unde* is? ib.: Conveni illum, *unde* hasce aedis emeram. Most. III, 1, 99: *unde* sit. III, 2, 98: *Unde* is? IV, 3, 5: nam eccum, *unde* aedis filius Meus emit, de persona. Bacch. III, 3, 68: *unde* esse eam aiunt? II, 2, 26: exeuntem me *unde* aspexisti modo. III, 6, 10. IV, 3, 16: *Unde* habeam? V, 1, 20: Et tu, unde *agis?* NIC. *Unde* homo miser atque infortunatus. 2, 81: *unde* illum sumere censes. Stich. II, 1, 47: *Unde* is? Pseud. I, 1, 104: Atqui id futurum *unde*, *unde* dicam nescio. I, 4, 6: Neque oxordiri primum *unde* occupias habes. IV, 6, 33: *Unde* ea sit mihi? v. 1306. Mil. v. 376: *Unde* exit haec? PA. *Unde* nisi domo? Men. prol. v. 53: ita ut det, *unde* curari id possit sibi. v. 56: illuc redeo, *unde* abii. Pers. I, 2, 9. Pers. IV, 3, 13: *Unde* agis te, Dordale. Pers. v. 494: est res quaedam, *Unde* tu pergrande lucrum facias. v. 559: Haec *unde* aberunt. Merc. I, 2, 108: rogitabit *unde* illam emeris. Merc. v. 367: *Unde* incedis? II, 3, 85: Quid, si — illi, *unde* emptast, de persona. II, 4, 19: *Unde* erit? II, 4, 24: *unde* erit argentum —? Merc. v. 511: *unde* huc advecta sum. III, 4, 50: Rogitares quis esset aut *unde* esset. Men. V, 2, 33: Ludibrio, pater, Habeor. SE. *Unde?* MA. Ab illo, quoi me mandavisti, meo viro. Caecil. Stat. inc. fab. fr. 22: *unde* prorepsit truo? Terent. Eun. I, 2, 34 sq.:

Mercator hoc addebat: e praedonibus,
Unde emerat, se audisse abreptam e Sunio,

h. e. a quibus. Eun. prol. v. 10 sqq.:

Atque in Thensauro scripsit, causam dicere
Prius *unde* petitur, aurum qua re sit suom,
Quam illic qui petit, *unde* is sit thensaurus sibi
Aut *unde* in patrium monumentum pervenerit.

Phorm. IV, 2, 14: Petam hinc *unde* a primo institui, de persona. Adelph. V, 9, 24: Dederis, *unde* utatur.

Inde. In hac particula describenda eam fere distributionem sequar, quam instituit Handius in Tursellino.

a. Proprie de loco dicitur, ut sit ex illo loco, unde aliquid exit vel emittitur. Ennii inc. trag. fragm. 9. Annal. inc. sedis fragm. 55. Annal. l. IX, fr. 2: Livius *inde* redit. Plant. Mil. II, 1, 10 sqq.:

Hoc oppidum Ephesust: *inde* miles meus erus,

Qui hinc ad forum abiit, —
Ait sese ultro omnis mulieres sectarier.

Hic inde spectat ad Ephesus significatione loci, ita ut inde et mulieres unam efficiant notionem. Perperam Lindemannus inde pro tum accipit. Stich. I, 2, 9. Pseud. V, 1, 35. Bacch. II, 3, 81: Set nilne huc attulistis *inde* auri domum? Pseud. I, 3, 98: Lanios *inde* arcessam. v. 99. Pseud. II, 2, 65: *Inde* ut me arcessas. Merc. I, 1, 67. Merc. III, 4, 66. Men. II, 3, 50. Men. V, 9, 54: *inde* avehi. Most. I, 4, 3: Nam illi ubi fui, *inde* effugi foras. Terent. Andr. I, 1, 110: Redeo *inde* iratus atque aegre ferens.

b. *Inde loci* vel de loco vel de tempore pro ab illo tempore dicitur. Sic de loco Ennii satur. l. II, fr. 1, de tempore annal. l. I, fr. 1, fr. 20, ambigue, utrum de loco an de tempore, annal. inc. sedis fragm. 62.

c. Ad res refertur. Nam intelligitur res, ex qua aliquid progrediatur vel originem ducat, aut ea, unde quid capiamus vel hauriamus. Cato R. R. c. 42: Quod genus — ficum — esse voles, *inde* librum — eximito. Hic inde est notio demonstrativa respondens pronomini relativo quod. C. 157: *inde* aliqui morbus nascitur. C. 54: *Inde* semodios singulis bubus in dies dari oportet. Ennii Medeae exulis fr. 1, v. 282 de origine. Plaut. Amph. I, 1, 273: Cadus erat vini: *inde* inplevi hirneam. Most. v. 879: Bene merens hoc preti *inde* abstuli (aus dieser Sache). Pseud. v. 588. Pers. III, 1, 66. Bacch. II, 2, 54: *Inde* ego hodie aliquam machinabor machinam, aus dieser Sache, diesem Umstande. Most. v. 103: sibi quisque *inde* exemplum expetunt. Caecil. Stat. Fallacia fr. 4, v. 47: si *inde* abest iniuria.

d. De hominibus, = ab eo, ex eo. Plaut. Pseud. II, 2, 28: Quia videre *inde* esse, h. e. a milite. Caecil. Stat. Synephebi fr. 1, v. 206: ut *inde* auferam.

e. Coniungitur *inde* cum nominibus, ubi alicuius rei vel numeri pars est describenda ita, ut particula pro genitivo aut pro ex illis posita videatur. Terent. Adelph. I, 1, 21: nati filii Duo: *inde* ego hunc maiorem adoptavi mihi, quod sec. Donatum pro ex illis positum est.

f. Notionem habet causae. Plaut. Poen. prol. v. 2: *Inde* mihi principium capiam ex hac tragoedia, h. e. propterea.

g. De tempore usurpatur *inde*, a loco translatum, atque primum significat ex eo tempore. Sic Enn. annal. l. I, fr. 57, v. 98.

h. Tum continuum et universum tempus notatur, quum dicitur, ex quo tempore ad aliud usque res permanserit, aut quod temporis spatium una comprehendamus. Sic *inde* componitur per praepositionem *ab* cum nominibus, quae tempus notant longissimum: *inde ab ineunte aetate*, *inde a pueritia*, vel initium: *inde a principio*. Atque ita distinctius describitur longinquitas vel diuturnitas temporis, quae vis orationis augetur adiectis *iam* et *usque*. Plaut. Pseud. IV, 2, 14: *Iam inde a* principio probe. Bacch. V, 2, 89: Hi senes nisi fuissent nihili *iam inde ab* adulescentia. Merc. III, 1, 23. Alia exempla vide ap. Kampm. de AB praep. p. 6. Terent. Adelph. I, 1, 16: Dissimili is studiost *iam inde ab* adulescentia. Heaut. I, 2, 9: nam mihi magna cum eo *iam inde a* pueritia Fuit semper familiaritas.

i. *Inde* pro deinde ponitur, et ut ordinem atque consecutionem rerum tempore factarum indicet, et ut significet tum, postea. Ennii annal. l. I, fr. 12, v. 11: et post *inde* venit divinitus pullis Ipsa anima. l. III, fr. 11. l. IX, fr. 2, ubi tamen etiam de loco dictum esse potest (Livius *inde* redit). Annal. inc. sedis fragm. 51, v. 504. Annal. inc. sedis fragm. 84. Plaut. Bacch. III, 3, 27: *Inde* de hippodromo et palaestra ubi revenisses domum. — Men. I, 2, 62: *Inde* usque ad diurnam stellam crastinam potabimus. Most. v. 744. Pers. V, 1, 8.

Hinc. Iterum sequar distributionem Handii.

a. *Hinc* de loco, in quo, qui loquitur, consistit, ita dicitur, ut motum ex hoc loco significet. Ennii Iphigeniae fr. 4, v. 258. Plaut. Rud. II, 6, 34: Quin tu *hinc* eis (sic Fleckeisenus in Iahnii nov. annal. philol. vol. 61, sect. 1, 1851, p. 18 pro vulg. is) a me in maxumam malam crucem. Bacch. IV, 9, 137: Ego ad forum autem *hinc* ibo. Bacch. I, 1, 72: eamus *hinc* intro. Bacch. I, 1, 71: Ut hic accipias potius aurum quam *hinc* eas cum milite. Most. III, 2, 166: Ego eo *hinc* ad forum. Merc. II, 2, 6: I tu *hinc*. Pseud. IV, 4, 11: Quin *hinc* cito imus gradibus militaribus? Mil. v. 1422: Aliter *hinc* non ibis. Pers. II, 2, 35. IV, 4, 29. Merc. v. 461. V, 2, 86. Men. II, 1, 22. Bacch. IV, 9, 108: abduce me *hinc* ab hac. Stich. I, 2, 71. Pseud. IV, 7, 97. Men. II, 2, 57. Men. V, 2, 32: Proin tu me *hinc* abducas. Pseud. III, 2, 67. Most. II, 1, 44: Vos modo hinc abite intro atque haec propere *hinc* amolimini. II, 1, 24: Iube haec hinc amolirier. Pseud. I, 5, 144. Merc. v. 387 Pseud. I, 5, 158. Most. II, 1, 82. Pseud. v. 594. Pseud. II,

4, 29. Pseud. V, 1, 2. Men. V, 2, 92: adducam qui hunc *hinc* tollant. Mil. v. 1421. Men. v. 169: Olfacta igitur *hinc*. Bacch. IV, 1, 7: Recedin *hinc* directe? Bacch. I, 2, 5: Quo nunc capessis ted *hinc* advorsa via. Bacch. III, 1, 17. IV, 3, 18: aurum petere *hinc*. Men. V, 3, 5: Ne ei iam indicetis, qua platea *hinc* aufugerim. Most. V, 2, 14. Most. II, 1, 58. 79. Most. v. 932. Most. V, 1, 54: Sic tamen *hinc* consilium dedero. Pers. IV, 3, 8. V, 4, 16. Caecil. Stat. Syracusii fr. 2: tantan *hinc* invasit in tua corda dulcitas? Terent. Phorm. I, 4, 13: Aliquid convasassem atque *hinc* me conicerem protinam in pedes. Andr. IV, 2, 24: *hinc* vos amolimini. Heaut. II, 2, 10: Non cogitas *hinc* longule esse? Hec. IV, 3, 1: procul *hinc* stans. Eun. III, 4, 10: procul *hinc* lubet prius quid sit sciscitari. Heaut. I, 1, 121: Ibo adeo *hinc* intro. Ad. V, 3, 55.

b. Saepius hoc intelligitur de terra vel de regione vel de urbe vel de domo, in qua aliquis versatur. Naevii Hector proficiscens fr. 1. Plaut. Stich. V, 3, 2. 9. Men. IV, 1, 3. Bacch. II, 1, 2: Posteaquam *hinc* in Ephesum abii. Bacch. II, 3, 15: Quid hoc qua caussa eum *hinc* in Ephesum misseram? IV, 2, 9. Bacch. II, 3, 120: Senex in Ephesum *hinc* ibit aurum arcessere. III, 2, 4. Mil. II, 3, 68. Men. V, 2, 71: num *hinc* exmigrastis? Most. v. 25. I, 1, 76: Triennium qui iam *hinc* abest. II, 2, 72. IV, 2, 37. 59. IV, 3, 2. V, 1, 68. Pers. v. 811. Merc. v. 7. v. 354. III, 4, 59. V, 2, 17. Merc. V, 2, 53. Terent. Adelph. IV, 4, 10: Nam ut *hinc* forte ea ad obstetricem erat missa. Phorm. V, 8, 85: Non hoc publicitus scelus *hinc* asportarier In solas terras!

c. Sunt quaedam verba et dictiones, quibus coniunctum *hinc* aut notionem verbi distinctius notat, ut *hinc abire* est weggehen, *hinc abesse, hinc auferre,* aut commutata cogitationis specie locum originis vel habitaculi significat. Ita dicunt *hinc esse* de civibus urbis, unde *hinc civis* pro ex hac urbe. Plaut. Bacch. IV, 8, 59. V, 2, 48: Abin hinc? Stich. IV, 2, 23: Non tu *hinc abis?* V, 7, 6. Amph. I, 1, 284: Nunc quando ego sum, vapulabis, ni *hinc abis*, ignobilis. II, 2, 228. Pseud. I, 1, 51: prius quam *hinc abiit*. I, 4, 1: Postquam ille *hinc abiit*. Pseud. v. 1031. IV, 5, 2. Truc. IV, 4, 31: Ille quidem *hinc abiit*. Men. II, 2, 61. Men. v. 603: *hinc* intro *abeam*. Rud. IV, 4, 12: *Abisti hinc* erum arcessitum? Men. V, 2, 99: Ne quo *hinc abeat*. Mil. II, 1, 11. IV, 4, 59. Bacch. II, 2, 2: Qui *abire hinc* nullo

pacto possim. Most. I, 1, 8: *abi hinc* dierecte. Most. I, 3, 136: *Abi* tu *hinc* intro. II, 1, 44: Vos modo hinc *abite* intro. II, 1, 46: Quid igitur, si *abeamus hinc* nos? III, 1, 51: *Abi* quaeso *hinc* domum. III, 1, 68: *hinc abeat* foras. III, 2, 18. III, 2, 163: *Abi hinc* dierecte. *abin hinc* in malam crucem?. IV, 2, 41. 55. Pers. II, 2, 18: hinc abiit. Merc. v. 168: hinc abis. v. 183. II, 1, 31. Merc. V, 2, 89: abi hinc. IV, 4, 36. V, 4, 56. Bacch. II, 3, 114: At ego *hinc abeo* illum ut conveniam quantum potis. Most. I, 2, 78. Rud. II, 6, 19: hinc abitio. Stich. I, 1, 3: quarum *hinc* viri *apsunt*. Most. IV, 3, 25: Dum tu *hinc abes*. Pers. IV, 4, 111: Nummus *abesse hinc* non potest. Merc. IV, 4, 61. Bacch. III, 6, 42. Men. v. 607: *Aufer hinc* palpationes. Pers. V, 2, 19. Men. V, 7, 28: *fugite hinc* in malam crucem. Stich. III, 1, 27: Amicam ego habeo Stephanium *hinc* ex proxumo. Men. V, 2, 39: At enim ille *hinc* amat meretricem ex proxumo. Trin. v. 326: Adulescenti *hinc* genere summo. II, 2, 78: Lesbonico *hinc* adulescenti. Merc. I, 1, 42. Caecil. Stat. Hypobolimaeus fr. 3: *Abi hinc* tu, stolide. Terent. Eun. III, 3, 30. IV, 7, 29: Non tu *hinc abis?* Phorm. III, 3, 9. And. V, 1, 16: *Abin hinc* in malam rem. Andr. V, 6, 15: Propera, arcesse *hinc* qui *auferant* eam. Andr. I, 3, 16: fuit olim *hinc* quidam senex Mercator. V, 1, 14: Illam *hinc civem* esse aiunt.

d. Adduntur etiam nomina locorum, unde quid extat, cum abundantiae quasi specie. Plaut. Stich. II, 2, 31. Men. II, 2, 52. Cist. IV, 1, 7: *hinc ab ostio* iacentem sustuli. Men. v. 870: Set quis hic est, qui me capillo *hinc de curru* deripit? Merc. v. 357. IV, 4, 59. Terent. Andr. IV, 3, 19: Ego quoque *hinc ab dextera* Venire me adsimulabo. Andr. IV, 3, 11: *Ex ara hinc* sume verbenas tibi.

e. Is, qui loquitur, quum cogitatione se in quemcumque locum conferre possit, *hinc* etiam de quocumque loco, e quo aliquid exit aut promovetur, usurpari solet. Quo fit, ut pro *illinc* poni videatur. Plaut. Mil. v. 416: Haec mulier quae *hinc* exit modo. v. 418. Men. II, 2, 74: Videamus, qui *hinc* egreditur. Mil. II, 1, 76. Most. v. 901: Nemo *hinc* quidem [huc] exit foras. V, 1, 54: Sic tamen *hinc* consilium dedero. Terent. Phorm. IV, 2, 14: Petam *hinc* unde a primo constitui. Eun. III, 4, 7: quis nam *hinc* ab Thaïde exit? Heaut. I, 4, 122: sed quid crepuerunt fores *Hinc* a me?

f. Interdum *hinc* ad personam refertur, et homo intelligitur,

a quo aliquid sumitur, aut a quo aliquid exit. Plaut. Poen. V, 6
14. 15. 16: sume *hinc* quidem. — sume *hinc* quidlubet, ad q. l
Lamb: „δεικτικῶς. Significat se collo et suspendio omnibus sati
facturum.“ Pseud. I, 5, 89: nam *hinc* quidem a me non potes
Argentum auferri. Rud. IV, 4, 56: dum hic *hinc* a me sentiat
h. e., ut Kampm. de AB praep. p. 4 explicat, dum hic vidulus
a meis partibus sit, mecum sentiat. Mil. III, 1, 72: Vel hi
larissumum convivam *hinc* indidem expromam tibi. Bacch. IV, 7
26: Numquam auferes *hinc* aurum. Pseud. II, 2, 23. IV, 2, 14
Nam pol *hinc* tantumdem accipies. IV, 3, 10: *hinc* hostis transeat
Pseud. v. 1318. v. 1328: feres *hinc*. Men. II, 3, 86: Est *hin*
praeda nobis. Cist. IV, 1, 6. Most. III, 1, 68: Ne gry quide
Ferre *hinc* potes. III, 1, 116: *Hinc* sumpsit, quas ei dedimus
IV, 3, 31. Terent. Adelph. III, 3, 7: *hinc* (h. e. ab hoc auctore
scibo iam ubi siet.

g. Opponitur *illinc*, quod est ex illo loco. Sed *hinc* — *illinc* saepius cum verbis coniuncta significant: ab hac part — ab illa sive altera parte. Utrumque autem simul com prensum ponitur pro non uno ex loco, multis ex partibus, ve pro ubicumque. Ita conficiuntur formulae *hinc et illinc*, et omiss particula *hinc illinc*, quod esse potest hinc et illinc, sed etian hinc vel illinc. Plaut. Most. III, 1, 37: Ita *et hinc et illinc* m exhibent negotium. Amph. v. 229: Imperator uterque *hinc* e *illinc* Iovi Vota suscipere. Men. V, 2, 48: Hinc stas, illinc ca sam dicis. Terent. Adelph. IV, 5, 38: dum cognatus *hinc Illin* veniret.

h. Sed quod locum attinet, transfertur ad ipsas res, e dicitur *hinc* pro ex hac re. Intelligitur origo et causa. Quar interdum *hinc* idem est, quod ex hac causa, propterea. Enn fr. Cupunculae. Plaut. Bacch. v. 33: argentum *hinc* facito. Stic V, 4, 5: nam *hinc* quidem Hodie polluctura praeter nos iam dabit nemini. Pseud. I, 1, 18: Cape has tabellas: tute *hinc* narrato tib Pseud. II, 2, 20. Rud. IV, 4, 57: Atqui nunc aps te stat: veru *hinc* (h. e. ex vidulo) cibit testimonium. Poen. V, 4, 30: Nun *hinc* sapit, quidquid sapit; *hinc* sentit, e meo amore. Most. II 2, 75. 76. Terent. Ad. V, 3, 30: quod *hinc* accesserit. And I, 1, 99: *Hinc* illae lacrumae, h. e. ex hac causa oriuntur.

i. Quum *hinc* locum et rem, unde quid exeat aut evenia significet, potest etiam de re usurpari, unde aliquid sumitu quare dicitur hinc bibere, i. e. davon trinken. In his ver

dictionibus ponitur loco pronominis cum praepositione coniuncti. Cato R. R. c. 127: hinc bibito, cf. Hartungium de casibus p. 13.

k. Veteres comici *hinc* componebant etiam cum numeralibus nominibus. Omnes vero poetae *hinc* dixerunt, ubi id erat designandum, a quo aliud quid fieri inceperat. Servius ad Virgil. Aen. I, 194: hinc pro inde vel post. Ennii annal. l. I, fr. 53, v. 74. l. X, fr. 6. Euhemeri fr. 11, 58, ubi tamen etiam pro propterea positum esse potest. Plaut. Pseud. I, 3, 145: ut tu *hinc* porro quid agas consulas. Pers. II, 4, 25.

Illinc sive *illim*. Ennii Iphigeniae fr. 4, v. 258: cum illuc ventum est, ire *illinc* lubet. Plaut. Truc. IV, 3, 79: Ne[14]) ista stimulum longum habet, quae usque *illinc* cor pungit meum! — *Illim* legitur Poen. V, 2, 27; Bacch. II, 3, 67. 86; Men. V, 2, 48; Most. v. 467; *illinc* Bacch. III, 3, 43; Men. II, 3, 61; Merc. III, 4, 66; V, 2, 70.

Istinc. Plaut. Capt. v. 658: Ite *istinc*, ecferte lora. Most. III, 2, 164: abi *istinc*. Pseud. IV, 7, 99: Non tu *istinc* abis? Pseud. I, 1, 31: tu *istinc* ex cera cita. Rud. IV, 4, 33: Equidem ego neque partem posco mihi *istinc* de istoc vidulo, significatione partitiva, item Pseud. v. 1164.

Utrimque. Ennii annal. l. XIV, fr. 7. l. XVII, fr. 4. Plaut. Amph. prol. v. 111: *Utrimque*st gravida, et ex viro et ex summo Iove. I, 1, 77: clamorem *utrimque* ecferunt.

13. b. *Ablativus medii*. Huc pertinet ablativus rectus a *fini* significatione praep. *tenus* posito apud Catonem R. R. c. 28, 2: postea operito terra *radicibus* fini. Enn. annal. XVIII, fr. 7: spatio — supremo. Plaut. Bacch. I, 2, 5: Quo nunc capessis ted hinc *advorsa via* Cum tanta pompa? Pseud. v. 1234: nunc ne expectetis, dum *hac* domum redeam *via*. Stich. v. 484: adiero *Apertiore* magis *via*. Pseud. IV, 4, 13: Ite hac, triumphe, ad cantharum *recta via*. Epid. II, 2, 24 (cf. Kampm. de IN, p. 11): ire vidi milites *plenis viis*. Merc. I, 2, 4: *plenis semitis* qui advorsum eunt. Men. V, 3, 5: Ne ei iam indicetis, *qua platea* hinc aufugerim. Pseud. IV, 2, 11: Ad me adit *recta*. v. 1137: Hic quidem ad me *recta* habet rectam viam. Merc. V, 2, 92: recta. Terent. Eun. II, 2, 14: *tota* erras *via*. Translata significatione huc pertinent etiam, ut recte censet Madvigius in gramm. lat. p. 265 adnot. ablativi sing. fem. pro-

[14]) Sic codd., non *nae*, ut est in vulg.

nominum possessivorum *mea, tua, sua, nostra, vestra* post impersonale *refert* positi, quasi in meiner Richtung, in Betreff meiner. Plaut. Merc. II, 3, 117: Quid *mea* id *refert?* Rud. IV, 3, 12: Ecquid est quod [id] *mea referat?* III, 4, 41: Quid *mea refert.* Pers. IV, 3, 68: *Mea* quidem nihil istuc *refert.* Truc. IV, 2, 11: num *mea refert?* Rud. IV, 3, 27: Nihilo pol pluris *tua* hoc quam quanti illut *refert mea.* Stich. IV, 2, 36: *Tua* pol *refert.* GE. Enimvero si *mea refert,* opera utere. Rud. I, 2, 88: Quid id *refert tua?* Cas. II, 5, 22: Quid id *refert tua?* Stich. II, 1, 48: *Tua* quod nil *refert,* ne cures. Pers. v. 497: tua refert. IV, 3, 51: quod *refert tua.* Merc. v. 904: Quid *tua refert?* Rud. IV, 4, 42: Quis istuc *tua?* (int. refert). Terent. Adelph. V, 4, 27: id *mea* minume *re fert,* qui sum natu maxumus. Eun. II, 3, 29: Fac tradas: *mea* nil *re fert,* dum potiar modo. Heaut. IV, 5, 45: Illuc confugies: *quid mea?* num mihi datumst? Hec. V, 3, 12: *Tua* quod nil *re fert,* percontari desinas. Phorm. IV, 5, 11: Quid *tua* malum id *re* fert? Phorm. V, 8, 47: Etiam dotàtis soleo. CH. Quid id *nostra?*

14. c. *Ablativus habitus* (Locativus). Pertinent huc primum reliquiae formae locativi, genitivos dico, qui esse videntur, sed non sunt, nominum urbium et insularum, deinde *domi, ruri,* adverbia *hic, illic, istic, peregri.* Quod autem ad illos genitivos attinet, impugnandum est hoc loco praeceptum illud obsoletum antiquiorum grammaticorum, quod comparatione demum linguarum nostris temporibus deligentissime instituta tam luculentis argumentis expulsum est, ut redire numquam possit, hoc dico, urbium nomina, si primae vel secundae declinationis sint numero singulari, in genitivo, sin sint tertiae declinationis vel pluralis numeri, in ablativo poni. Cuius praecepti si quaerimus quae causa ex ratione petita esse possit, frustra anquires et circumspicies, nullam invenies. Immo pro ablativo loci genitivus harum vocum poni nusquam potuit, sed fuit antiquissimis temporibus in lingua latina harum vocum in singulari casus locativus in *i* desinens ab ablativo diversus (ut videmus etiamnum ex formis, quales sunt *illi, Sicyoni, Carthagini, Acherunti, ruri, peregri),* qui casus in nominibus, quae sequuntur primam et secundam declinationem, forma a genitivo non fuit diversus (velut *Romai, Ephesi*)[15]) et po-

[15]) Sic etiam in Polonica lingua locativus singularis plerumque aut cum vocativo, aut cum dativo, aut cum instrumentali forma congruit.

stea quoque permansit, quum in tertiae declinationis nominibus posterioribus temporibus pro eo ablativus poneretur. Pluralis autem numeri nunquam fuit forma locativi singularis et separata, sed in hoc numero eius vice semper functus est ablativus. Deinde huc referendi sunt veri ablativi loci aut soli aut coniuncti cum praepositionibus *in, sub, super, tenus* positi, ex adverbiis autem ea, quae ablativi formam induerunt, velut *qua, hac, illa, illac, istac,* et quae in praepositiones se converterunt, *supra, iuxta* cett., denique *prope, peregre.* Ratio localis, quae est inter plures res inter se coniunctas, exprimitur *cum* praepositione et adverbio *una.* Postremum addo, etiam hunc ablativum loci saepe translata significatione usurpari.

Naevii elogium ab ipso scriptum ap. Klussm. p. 201: obliti sunt *Romai* loquier Latina lingua. Ennii heduphagetica p. 166: Mures sunt *Aeni,* spissa ostrea plurima *Abydi.* Est pecten *Mitylenae* — *Brundusii* sargust. Ib.: Apriculum piscem scito primum esse *Tarenti. Surrenti* face emas helopem, glaucum cape Cumis. v. 10: Polypus *Corcyrae.* Ennii inc. trag. fragm. 7, v. 425: Deli. Plaut. Mil. v. 654: Post, *Ephesi* sum natus, non sum in Apulis, non *Animulae.* Bacch. II, 3, 102: nullust *Ephesi* quin sciat. IV, 9, 124: Ne ille edepol *Ephesi* multo mavellem foret. Epid. V, 1, 29: E Philippa matre gnatam Thebis, *Epidauri* satam. Men. prol. v. 20: Tarenti, item v. 36. v. 51: Epidamni. Terent. Eun. I, 2, 27: Samia mihi mater fuit: ea habitabat *Rhodi.* Phorm. V, 8, 48: quoius vir uxorem — *Lemni* habuit aliam.

Domi. Cato oratio de multa contra L. Furium ap. Charis. p. 101 Putsch.: *Domi meae* saepe fuit. Enn. annal. l. I, fr. 60. Ennii Medeae exulis fr. 5, 296. Plaut. Stich. I, 3, 38: si cenassit *domi.* Poen. V, 2, 89: Est par probe: nam habeo *domi.* Cist. II, 1, 2: hanc ego de me coniecturam *domi* facio, ne foris quaeram, vid. adnot. Taubm., qui explicat: „h. e. meopte exemplo comperior.“ Aul. II, 2, 88: Credo ego illum iam inaudivisse, mi esse thensaurum *domi* (sic Fleckeisen. exerc. Plaut. p. 44). Bacch. II, 3, 131. Men. V, 2, 92: adducam qui hunc hinc tollant et *domi* devinciant. Men. v. 699: Neque *domi* neque aput amicam mihi iam quidquam creditur. Men. IV, 2, 102: nihil est, quod perdam, *domi.* Men. I, 1, 29: *Domi* dum dominus sum. Men. prol. v. 42: qui *domi*st. IV, 1, 2: quic-

quid *domi*st. Pseud. IV, 7, 75. Men. prol. v. 28. Pseud. II, 2, 51. v. 1117. 1135. Men. IV, 2, 108. Pseud. II, 2, 43: erus si tuus *domi*st. Pseud. v. 211. I, 3, 112. I, 5, 147. I, 2, 38: est quod *domi* fui paene oblitus dicere. Amph. II, 2, 81. Pseud. v. 189. Bacch. II, 2, 47: *Domi*st. III, 5, 4. IV, 4, 95: aput te vinctum adservato *domi*. v. 98: ut vinctum te adservet *domi*. Mil. II, 6, 4, coll. Ritschl. praef. ad Stich. p. XVIII. Stich. v. 66: Iam ego *domi* adero. II, 2, 72: Sat servorum habeo *domi*. Stich. v. 482: cenabo *domi*. IV, 2, 18: Iube *domi* cenam coqui. v. 19: Solus cenabo *domi?* v. 22: *domi* cenam iube coqui. v. 29: Iube *domi* Mihi tibique tuaeque uxori celeriter cenam coqui. V, 4, 11. Most. I, 3, 124: Quibus anus *domi* sunt uxores. III, 2, 1. v. 10. Pers. I, 1, 46. Pers. v. 52: Usque ero *domi*. I, 3, 40: argentum quoi *domi*st. Pers. I, 3, 42. II, 2, 8: ut *domi* sis. v. 9. v. 44: *Domi* eccam. v. 65: eccillum domi. III, 1, 62. Pers. v. 736. IV, 8, 1. Merc. II, 4, 30: *Domi* maneto me. Merc. v. 556. III, 3, 2: Est mulier *domi?* Merc. v. 589: Si *domi* sum, foris est animus: sin foris sum, animus *domi*st. Merc. IV, 4, 56. v. 803. IV, 5, 12. V, 2, 4. V, 2, 105. V, 2, 108. I, 2, 18: *Domin'* an foris. I, 2, 21: *domi*nest an foris? II, 1, 6. Merc. v. 376. V, 2, 94: *domi*st. Epid. III, 4, 67: Quid tibi negotist *meae domi* igitur? Most. I, 3, 34: meae domi. Truc. II, 6, 50: Sed reginae istae *domi Suae* fuerunt ambae. Pers. IV, 3, 43: Nam mihi is honores *suae domi* habuit maxumos. Most. v. 874: Nam nunc tot *domi* pessumi *nostrae* vivont. Men. v. 359: potissumus *nostrae* ut sit *domi*. Caecil. Stat. Imbrii fr. 7, v. 101. Karine fr. 2, v. 107. Terent. Heaut. IV, 8, 31: Ego *domi* ero, siquid me voles. III, 2, 29: Vel iam huic mansisset unicus gnatus *domi*. Eun. III, 5, 20. IV, 3, 7. Extant etiam nonnulli loci, quibus *domi* pro vero genitivo positum esse videatur, sed ita tamen, ut vulgari genitivo *domus* locus esse non potuisset, qui non usurpatur, nisi quatenus significandum est ipsum per se aedificium, cum e contrario *domi* dicatur, si exprimere volumus, nos ibi commorari. Sunt hi: Plaut. Trinum. IV, 3, 20: conmeminit domi. Trin. IV, 1, 22: Pol, quamquam *domi cupio*, opperiar, ad quam normam Ritschelius [praef. in Trinumm. p. 323] etiam Bacchidum locum II, 3, 44 correxit, ubi prius legebatur domum cupientes. Posterior locus Trinummi citatur etiam a Donato ad Terent. Eun. IV, 7, 45, ubi est: *domi focique* fac vicissim ut *memineris*. Coniungitur *domi* etiam cum

belli et militiae. Sic Ennii Iphigeniae fr. 4, v. 257: enim neque *domi* nunc nos nec *militiae* sumus. Plaut. Capt. prol. v. 68: Valete, iudices iustissumi, *Domi duellique* duellatores optumi. Asin. III, 2, 13: quae *domi duellique* male fecisti. Terent. Adelph. III, 4, 49: una semper *militiae et domi* Fuimus. Rudd. p. 274 adnot. 7 dicit belli sive duelli etiam non addita voce domi sic reperiri, sed quae affert exempla, hoc non satis demonstrant. Nam loco Ennii ap. Priscian. l. IX, p. 453 Krehl. (ap. Vahlen. fr. inc. sedis v. 549): Hos pestis necuit, pars occidit illa *duellis* ipse Ruddimannus dicit in omnibus suis libris legi duellis, non duelli, et sic habet etiam Vahlenius. Amph. II, 2, 16: ut meus victor vir *belli* clueat genitivus pendet a victor, quemadmodum etiam victor pugnae dici potest, ubi non magis est locativus statuendus. Deinde Terent. Heaut. I, 1, 60: atque ibi Simul rem et gloriam armis *belli* repperi dubito an genitivus belli etiam simpliciter ab armis pendere possit.

Ruri. Cato R. R. c. 4: *ruri* si recte habitaveris. Plaut. Truc. V, v. 23: Neque *ruri* neque hic quidquam operis facto. Cas. I, v. 17: Praefeci, *ruri* recte qui curet tamen. Most. I, 1, 34: An *ruri* quaeso non sunt quos cures bovis? III, 2, 112: Sibi quisque *ruri* metit. Merc. v. 509: ruri. v. 543: *ruri*st. IV, 1, 20 et v. 766: ruri. v. 760: *ruri*st. v. 924. II, 2, 2. Bacch. II, 3, 131: Si illi sunt virgae *ruri*, at mihi tergum domist. Most. I, 1, 4: Ego pol te *ruri*, si vivam, ulciscar probe. v. 7: An *ruri* censes te esse? v. 18: Augebis *ruri* numerum, genus ferratile. Ter. Phorm. II, 3, 16: *ruri* fere Se continebat. Adelph. I, 1, 20: *Ruri* agere vitam. I, 2, 15: Rei dare operam *ruri* parcum ac sobrium. III, 3, 47: Iam dudum aliquid *ruri* agere arbitror. IV, 2, 3: Is filium negat esse *ruri*. Hec. II, 1, 18: An, quia *ruri* esse crebro soleo. Phorm. II, 1, 20: Opus *ruri* faciundum.

Hic. Huius adverbii exempla secundum eas classes proferam, quas fecit Handius in Tursellino.

a. *Hic* significat locum, in quo ego, qui loquor, sto. Naev. Tarentillae fr. 4: *hic*ine. Ennii Iphigeniae fr. 4, v. 257. Thyestis fr. 13. Epigramm. 1, v. 5: *Hic* est ille situs. Plaut. Bacch. I, 1, 71, 74: Semul *hic* nescio qui turbare coepit. II, 2, 26: *Hic*, exeuntem me unde aspexisti modo. v. 49: ego *hic* curabo. II, 3, 121: quas ego *hic* turbas dabo. III, 3, 68. IV, 4, 64: Iam faxo *hic* erunt. Stich. v. 67. v. 92. I, 3, 90. II, 1, 38.

III, 2, 31. IV, 2, 1. V, 3, 9. V, 4, 45. Amph. prol. v. 91. Pseud. I, 2, 48. v. 51: quom ego sim *hic* siccus. Pseud. v. 457. I, 5, 148. IV, 2, 4: egomet *hic* in insidiis ero. IV, 7, 50. 105. Curc. III, 16. Men. prol. v. 75: *hic* agitat. Men. v. 214: Iam *hic* nos erimus. I, 4, 7: Iam ego *hic* ero. Men. II, 2, 57. Men. v. 367. Men. IV, 1, 1. V, 2, 31: Verum vivere *hic* non possum. V, 5, 62: *Hic* ero usque. 9, 77. Most. I, 3, 150: appone *hic* mensulam. II, 1, 36: pater, inquam, aderit iam *hic* meus. v. 69. 2, 67: *Hic* habito. v. 70. 74. III, 1, 55. 153. III, 2, 105. Most. v. 932. Most. v. 1096: *Hic* ergo tibi praesidebo. Pers. I, 3, 9: Iam pol ille *hic* aderit. v. 11. 60. v. 81: Iam faxo *hic* aderunt. Pers. v. 439: Iam faxo *hic* erit. III, 3, 41. IV, 3, 61. Pers. v. 711. V, 2, 14: *hic* accumbe. V, 1, 6. V, 1, 18. Merc. II, 2, 41. II, 2, 58: *hic* opperiar hominem. Merc. v. 468: heic. III, 3, 26. III, 4, 17: *hic*ine. IV, 4, 33: heic. Aquilius Boeotia fr. 1, v. 2.

b. Adduntur adverbio ipsa locorum nomina. Etiam cum genitivo nominis, quod locum designat, nectitur hic. Plaut. Mil. II, 3, 2: me vidisse *hic proxumae viciniae*. Mil. II, 5, 31. Stich. IV, 2, 26. Merc. IV, 2, 68: hinc ante aedis. Amph. prol. v. 91. Stich. IV, 2, 6: hic in via. Most. I, 1, 6: Quid tibi malum *hic ante aedis* clamatitiost. II, 2, 51. Merc. V, 2, 104: hic Athenis. Caecil. Stat. Nothus Nicasio fr. 2: Ilico *ante ostium* hic erimus. Terent. Adelph. V, 8, 26: hic sub urbe.

c. Locus saepe simul viciniam complectitur, et vel urbem, vel regionem, vel terram intelligimus. Naev. Tarentilla fr. 6, v. 84. fr. 1, v. 73. Plaut. Merc. V, 4, 48: *hic* est intus filius apud nos tuos. Bacch. II, 2, 45: Qui de amittunda Bacchide aurum *hic* exigit. II, 3, 121 sqq.: *Hic* nostra agetur aetas in malacum modum, Si quidem *hic* relinquet — Med et Mnesilochum. III, 6, 39: Duas ergo *hic* intus eccas Bacchides. IV, 1, 10. 8, 33. 75. Stich. v. 80. I, 2, 45. 3, 44. II, 2, 6. Stich. v. 445. III, 1, 40. IV, 2, 42. Trinumm. IV, 2, 74. Rud. IV, 4, 130. Pseud. I, 1, 53. I, 3, 97: Iam *hic* ero. 5, 30: Quis *hic* loquitur? Pseud. v. 592: quem *hic* video? v. 702: Quoia *hic* vox sonat? II, 4, 31. v. 37: qui *hic* non visitatus saepe sit. III, 2, 33: *hic* quidem homines. IV, 2, 18. IV, 7, 11. Men. v. 283. II, 2, 15. 56. Men. v. 362. 375. 376. 377. 463. IV, 2, 110: ecquis *hic* est ianitor? 3, 1. V, 2, 116: qui *hic* stat. 5, 51: Iam *hic* erunt. V, 7, 16: hic in pacato oppido. 49. 9, 91. Most.

I, 1, 5: nam quid *hic* lates? v. 25. 79. Most. I, 3, 135. III, 1, 150. III, 2, 33 sq.: *hic* Intus. Most. v. 755. III, 2, 80. 97. Most. v. 839: nullam pictam conspicio *hic* avem. v. 899: ecquis *hic* est. v. 933: *Hic* quidem neque convivarum sonitust, item ut antehac fuit. v. 946: Erus *hic* noster potat. THEUR. Erus *hic* voster potat? v. 949: nemo *hic* habitat. IV, 2, 38: certo scio *Hic* habitare. THEUR. Quin sex mensis iam *hic* nemo habitat. v. 42. 43. 49: *Hic*, inquam. v. 54: Philolaches *hic* habitat. v. 60. IV, 3, 7. v. 24. 25. 35. V, 1, 29. Most. V, 2, 8. Pers. I, 1, 25: Iam servi *hic* amant? Pers. I, 2, 22. I, 3, 19. II, 5, 7. III, 1, 58. IV, 3, 36. Pers. v. 596. v. 641. IV, 6. 13. 16. Pers. v. 710. IV, 9, 11. V, 1, 7: Statuite *hic* lectulos: ponite *hic* quae adsolent: *hic* statui volo primum aquolam. Merc. III, 3, 19. III, 4, 18. III, 4, 69. IV, 1, 18.

d. Demonstrativa vis particulae augetur addito alio nomine eiusdem generis. Ennii Hectoris lustra fr. 5: Quid *hoc hic* clamoris, quid *hoc hic* tumulti est? Plaut. Bacch. III, 4, 12. IV, 8, 67: quom *haec hic* facta ad *hunc* faciat modum. Pseud. I. 2, 68. Merc. I, 2, 5: *haec hic* disciplina pessumast. Caecil. Stat. Plocium fr. 1, v. 157: *Haec* erunt concilia *hic* hodie.

e. Ob simplicis distinctionis ab *illic* rationem fieri potuit, ut ipsum *hic* pro *illic* proneretur et absentes res fingerentur esse praesentes. Ennii annal. l. XVI, fr. 20.

f. Proprie usurpatur *hic* ab eo, qui de suis rebus et de iis, quas manu tenet, ex suo loco loquitur. Plaut. Bacch. IV, 9, 17: quae *hic* sunt scriptae litterae. v. 65: Ut scias quae scripta sint *hic*. Stich. v. 699. Pseud. II, 3, 6. 7. Rud. IV, 2, 21: aurum *Hic* ego inesse reor. Pers. II, 5, 16. v. 20: argentum *hic* inest. III, 3, 32: Nummi sescenti *hic* erunt. Pers. IV, 6, 1.

g. Quod de loco dicitur, transfertur ad res, ideoque *hic* significat in hac re, hac in parte. Ennii Melanippae fr. 1, v. 326. Plaut. Merc. II, 2, 36: heic. Men. II, 3, 84: *hic* si quid ego stulte fecero. Pseud. V, 1, 12.

h. Satis constat, quo modo locorum vocabula ad tempus referantur. Itaque *hic* quoque de tempore usurpatur et ponitur pro *nunc*. Saepe notio ambigua et loci et temporis rationem complectitur. Plaut. Most. III, 1, 57: quid *hic* nugamini? Most. v. 733.

i. Saepe fit, ut per pleonasmi formam componantur *hic nunc*. Sic Plaut. Merc. I, 2, 105.

k. Nec tantum praesens tempus sive id, quod ad rem praesentem attinet, hoc modo designatur, sed etiam praeteritum, quod cogitatione attrahitur et praesentiae quasi lumine collustratur. Quare *hic* pro *tum* dici putabimus. Ennii annal. inc. sedis fragm. 3.

l. Et quum *tum* etiam de rebus futuris dicatur, etiam *hic* cum futuro coniungi potest. Sic Terent. Andr. II, 3, 15: *hic* reddes omnia cett.

m. Utraque notio et temporis et conditionis rei haud raro coniungitur in uno vocabulo *hic:* quod explicari potest, quum res eo loco sit, quum ita se res habeat, hoc rerum statu. Sic Plaut. Most. v. 107.

n. Quum Romani dicendo amarent eas, quae per adverbia exprimendae essent conditiones rerum, ad ipsas res et personas referre et adiectiva forma induere, saepissime hic adverbium a nomine attrahebatur et cum pronomine commutabatur. Saepe tamen nobis nunc ambigua videbitur forma, veluti apud Plautum Merc. II, 3, 32: Pater *hic* quidem meust. Terent. Eun. II, 2, 8: *Hic* ego illum contempsi prae me, ubi tamen praestat pro adverbio accipere.

Illic sive *illi.* Iterum sequar distributionem Handii.

a. *Illic* est in illo loco, qui est a loquente remotus. Plaut. Bacch. V, 2, 35: Quid illuc *illic* in consilio duae secreto consultant? Men. V, 7, 8: quid *illic* homines ad me currunt —? Stich. v. 471: Cenem *illi* aput te? Stich. V, 3, 2: illi. Pseud. III, 2, 100: *illic* habito ego. Most. III, 1, 76: Faenus *illic,* faenus *hic.* 2, 100. 105: illi. Pers. II, 2, 8: illi. v. 9. IV, 9, 9: Illi. Merc. v. 373.

b. Additur nomen loci vel regionis, ut distinctior sit designatio. Plaut. Poen. prol. v. 78: Is *illic* adulescens habitat *in illisce aedibus.* Merc. I, 1, 96: in portu *illi.* Rud. prol. v. 34. Amph. prol. v. 133: Quae *illi ad legionem* facta sunt, memorat pater. Terent. Hec. I, 2, 19: Nam *illi* haud licebat nisi praefinito loqui cett.

c. Ponitur *illic* pro *ibi,* idque fit, quando nomen loci iam ante propositum est, aut accedit altera pars sententiae relativa. Plaut. Bacch. II, 3, 73: Qui *illic* sacerdos est Dianae Ephesiae. Amph. v. 249: Namque ego fui *illi.* v. 253: illi. Men. prol. v. 68: Is *illic* habitat. II, 2, 34: qui *illic* habitant. Most. v. 836. Pseud. II, 4, 68: illi. Men. V, 5, 53: Iam ego *illic* faxo erit.

Most. I, 4, 3: Nam *illi ubi* fui, inde effugi foras. v. 14: Quam *illi, ubi* lectus est stratus, [nos] coimus. Merc. II, 1, 36: illi, item Merc. v. 511 et Pseud. V, 1, 28. Terent. Andr. IV, 4, 6: quid *illi* hominum litigant?

d. Sed etiam ipsa res potest ita designari, ut *illic* sit *in ea re.* Sic Plaut. Bacch. IV, 9, 25: Nam *illi* itidem Ulixem audivi.

Istic sive *isti.* a. Est in isto loco, in quo tu es. Sed usu vulgari *istic* non differt ab *illic.* Saepe propiorem vel proximum locum indicat, ut sit fere id quod *hic.* Plaut. Bacch. I, 2, 6: quis *istic* habet? IV, 4, 76: Quod iubebo scribito *istic.* 6, 18: Orabat quod *istic* esset scriptum ut fieret. 9, 99: Estne istuc *istic* scriptum? v. 129: mane *istic.* V, 2, 26: Quia nostros agnos conclussos *istic* esse aiunt duos. v. 27. Stich. I, 2, 36. Stich. v. 321: Quid *istic* inest? Merc. V, 2, 71. Aul. I, 1, 17: *istic* adstato. Mil. III, 2, 37. Pseud. I, 1, 32: Nam *istic* meus animus nunc est, non in pectore. II, 2, 53: *istic* sumbulust. III, 2, 75. Pseud. v. 1139: quid *istic* dehibetur tibi. IV, 7, 60. Men. II, 2, 60. Most. II, 1, 25: Quis *istic* dormit? v. 741: Iam *isti* ero. IV, 2, 48. Pers. I, 3, 5: Curate *istic* vos. Pers. v. 249: Quid *istic* scriptumst. IV, 3, 55.

b. Componitur cum *ubi.* Tum idem significat, quod *ibi.* Accedit tamen etiam localis distinctio. Plaut. Rud. II, 7, 14: *Istic ubi* vis condormisce.

c. Etiam hoc vocabulum loci de rebus usurpatur. Est igitur *in ista re.* Plaut. Bacch. IV, 9, 126: Quin ego *istic* quod perdundumst properem perdere? Most. V, 2, 23.

Peregri. Naev. Tarentilla fr. 12, v. 93 (Charisius II, p. 189 P. = 126 L. „*peregri* autem, cum in loco est"). Plaut. Amph. v. 352: quia nos eramus *peregri,* tutatust domi. Pers. I, 1, 30: TO. Quia erus *peregrist.* SA. Ain tu, *peregrist?*

Addimus reliquas formas, quae inveniuntur, locativi, primum *Sicyoni* et *Carthagini.* Plaut. Cist. I, 3, 8: *Sicyoni* fuere iam diu Dionysia. Pseud. IV, 2, 38: Nam hodie *Sicuoni* necessest me esse aut cras mortem exequi. Cas. prol. v. 71: At ego aio hoc fieri in Graecia et *Karthagini.* Poen. V, 2, 78: *Karthagini* ego sum gnatus. v. 96: qui potuit fieri ut *Karthagini* Gnatus sis. Deinde *Acherunti* Plaut. Merc. III, 4, 21: Facito ergo ut *Acherunti* clueas gloria. V, 4, 1: Vidi ego multa saepe picta quae *Acherunti* fierent Cruciamenta. Tum *fini* nonnullis locis

Catonis de re rustica. C. 28, 2: radicibus *fini*, h. e. tenus. C. 113: ansarum infimarum *fini*. C. 149: *Qua* vendas *fini*, dicito, ubi recte Popma fines prati finiri dicit. C. 21: Cupam, *qua fini* in modiolos erit, utrinque secus imbricibus ferreis quattuor desues, h. e. quatenus. C. 154.

Denique referebant huc Perizonius ad Sanct. Min. p. 175 et Ruddimannus p. 274, adnot. 8 cum nonnullis aliis antiquioribus grammaticis *viciniae*, sed duobus locis, Plaut. Mil. II, 3, 2: Certo edepol scio me vidisse hic *proxumae viciniae* Philocomasium, et Terent. Phorm. I, 2, 45: Modo quandam vidi virginem hic *viciniae* Miseram, dubito an sit potius genitivus partitivus pendens ex adverbio loci. Restat unus locus, Plaut. Bacch. II, 2, 27: *proxumae viciniae* Habitat, ubi vere est locativus, nam quamquam h. l. praeeunte Hermanno, itemque altero loco Plautino Ritschelius et Fleckeisenus scripserunt proxume, tamen recte defendit vulgatam Klotzius in nov. annal. philol. 1852, vol. 64, sect. 2 p. 200 sq. in censura editionis Plauti Fleckeiseni.

15. *Ablativus loci sine praepositione positus.* Primum ponam urbium nomina. Naev. bell. Pun. l. II, fr. 7: *Delphis* prognatus, nisi hic potius est abl. principii. Ennii heduphagetica p. 166: glaucum cape *Cumis*. Plaut. Epid. V, 1, 29: E Philippa matre gnatam[16]) *Thebis*. Pseud. I, 3, 103: Athenis, item Merc. V, 2, 104. Pseud. v. 416: Athenis Atticis. Most. V, 1, 24: Athenis. Men. prol. v. 10: Omnis res gestas esse *Athenis* autumant. Pseud. I, 5, 65: *Delphis* tibi responsum ducito. Men. II, 3, 57: Qui *Suracusis* perhibere natus esse in Sicilia. V, 9, 38: in Sicilia Te *Suracusis* natum esse dixisti. prol. v. 17: Mercator quidam fuit *Suracusis* senex. v. 69: Nunc ille geminus, qui *Suracusis* habet. — Poen. I, 3, 22: Quantum *Acheruntest* mortuorum, quam formam Fleckeisenus exerc. Plaut. p. 35 sine causa improbat, ut recte docuit Ladewigius in censura huius libelli, quae est in Zeitschr. f. Alt. 1844, p. 629.

Naev. Tarentilla fr. 4: utrubi cenaturi estis, hicine an *triclinio?* Cato R. R. c. 1: Si poteris, sub radice montis siet, in meridiem spectet, *loco salubri*. Ib.: Instrumenti ne magni siet, *loco bono* siet, quae si germana essent, ut non sunt, nam recte

[16]) Sic Pareus; Ritschelius autem sic constanter apud Plautum scribendum censet pro *natus* praef. in Trin. p. 104.

Pontedera et Schneiderus ab hoc loco aliena esse censuerunt, dubitari posset, an, quemadmodum etiam in priore exemplo, potius ablativum qualitatis contineant, von guter, gesunder Lage, Örtlichkeit. C. 6: Agrum *quibus locis* conseras, sic observari oportet. C. 9: locis aquosis, humectis, umbrosis, cum capite 8 bis in loco positum sit. Ennii annal. l. XIII, fr. 3: *Quo* res sapsa (h. e. ipsa) *loco* sese ostentatque iubetque. Andromacha Aechmalotis fr. 12: Hectorem *curru quadriiugo* raptarier. Plaut. Most. I, 3, 96: *Suon* quidque *loco*st? vide capillum, satin compositust commode?

Ennii fr. Alcumaeo 4:

Intendit crinitus Apollo
Arcum auratum, *luna* innixus,
Diana facem iacit a laeva,

quem tamen ablativum instrumenti esse verisimilius est, sicut fortasse etiam Plaut. Men. v. 870: Set quis hic est, qui me *capillo* hinc de curru deripit? Pseud. I, 3, 83: Aut *terra* aut *mari* alicunde [aliqua] evolvam id argentum tibi. Cas. IV, 1, 5: totis aedibus. Merc. v. 57: tota urbe. Kampm. de IN praep. p. 8 tres locos Plautinos affert, ubi navi dictum sit pro in navi, inter quos Men. V, 9, 26, Bacch. II, 3, 91: Nunc tibimet illuc *navi* capiundumst iter, sed his locis ablativus potius est instrumentalis.

Ad usum translatum ablativi loci spectant haec exempla. Cato R. R. c. 5: *Litibus* familiae supersedeat, quemadmodum est apud Plautum Poen. I, 3, 5: supersede *istis verbis*, h. e. abstine. Ennii Medeae exulis fr. 1, v. 288: *animo* aegra, qui tamen abl. proxime attingit abl. causae sive instrumenti. S. C. de Bacchanalibus: sei ques esent quei *arvorsum ead* fecisent, quod exemplum Hartungius de casibus p. 84 affert, ut demonstret, antiquiore linguae Latinae tempore praepositiones quasdam cum alio casu coniunctas fuisse atque posteriore tempore. Plaut. Merc. II, 3, 12: Nec quid *corde* nunc consili capere possim, Scio. Merc. IV, 3, 32: Manufestum teneo in noxia. LY. *Qua noxia?* Truc. II, 6, 37: Salve, qui me interfecisti pene et *vita* et *lumine*, qui ablativus non multum distat ab eo, qui explicandus est per quod attinet ad. Terent. Adelph. III, 2, 46: *peiore* res *loco* non potis est esse quam in quo nunc sitast.

16. *Ablativus loci cum praepositione in coniunctus.* In h: praepositione ea utar distributione, quam instituit Kampma: nus de IN praep. usu Plautino. a. Significat aliquid *intra* fin alicuius loci aut rei contineri, fieri, agi. Qui fines ita su cogitandi, ut non solum includant planitiem aliquam in latit dinem patentem, sed etiam rem corpoream; itaque *in* aliqu et in superiore alicuius rei parte positum et in interiore par totius rei corporeae inclusum esse indicat. Nos non eade utimur praepositione in his notionibus indicandis; alterum eni dicimus auf, alterum in. Ea notio loci a rebus, quae sensib percipiuntur, facillime transfertur ad res cogitatas. Livius A dronicus fr. inc. trag. 5: Haut ut quem Chiro *in Pelio* docu *ocri.* fr. inc. trag. 10: dusmo (h, e. dumoso) in loco. Nae Gymnasticus fr. 1: in alto. Bell. Pun, fr. inc. 17. p. 20 Vahlen *in campo* hostium. Tunicularia fr. 1. v. 101: Sedens *in cell* Tarentilla fr. 2, v. 75: In choro. Bell. Pun. fr. inc. 5, p. 1 stabant *in flustris.* Agrypnuntes fr. 2: in scena. Tarentilla f 1, v. 71: in theatro. Bell. Pun. l. I, fr. 2: Postquam aves spexit *in templo* Anchisa. Danae fr. 6: si quam solam videre *in vi* Fabius Pictor ap. Egger. p. 107: Pedes lecti, *in quo* cuba Ib.: Neque *in eo lecto* cubare alium fas est. Cato R. R. c. 5 radices *in acervo* sub dio metas facito. C. 6: *in agro crasso* *caldo.* Ib.: Vineam *quo in agro* conseri oportet, sic observato. 64: Nam oleum quam diutissime *in amurca* et *in fracibus* erit, ta deterrimum erit. C. 1.: sic *in animo* habeto. C. 5.: scibit *in men* familiae quid siet. C. 5.: *in compito* aut *in foco.* C. 157: ma nihil sinet *in corpore* consistere. Ib.: non possunt perspirare *i toto corpore.* C. 10.: Scamnum *in cubiculo* unum. Ib. §. 5: Lectu *in cubiculo* I. C. 7: In eodem fundo. C. 8: Ficos mariscas *i loco cretoso* aut *stercorato* serito. C. 35: Fabam *in locis valid non calamitosis* serito. — Siliginem — *in loco aperto, celso* — seri oportet. Lentim *in rudecto rubricoso loco* — serito. Ib *quo in loco* sementim maturam facere non potueris. Ib.: Rapina — *in loco stercorato* bene aut *in loco crasso* serito. C. 6: in hi locis. Ib.: Sin *in loco crasso* aut *caldo* severis cett. Ib.: Sicu *in his locis* ripae aut locus humectus erit. C. 4: *In bono praed* si bene aedificaveris. C. 88: Usque adeo *in sole* habeto, done concreverit. C. 113: et ne plus quatriduum *in sole* siveris. C. 3, 4 Si *in terra* et *tabulato* olea nimium diu erit. C. 18: *In iis tign* parietes extruito. C. 67: *In torcularia* et *in cella* caveat diligen

ter, ne quid olei surripiatur. Ennii annal. inc. sedis fragm. 135: aequore in alto. Euhemerus fr. 7, lin. 33: primusque *in ea ara* Iuppiter sacrificavit; *in eo loco* suspexit in caelum. Annal. l. I, fr. 57, v. 83: Romulus pulcher *in alto* quaerit *Aventino*. fr. 73, v. 119: Romulus *in caelo* cum dis genitalibus aevum Degit. l. XII, v. 369: In campo. Annal. inc. sedis fragm. 15: in campis. Hectoris lustra fr. 5: Quid *in castris* strepiti est? Iphigeniae fr. 1: Quid noctis videtur *in altisono* caeli *clipeo*? Thyestis fr. 11, v. 406: Tanta vis sceleris *in corpore* haeret. Annal. l. VII, fr. 10, v. 243: *indu foro lato sanctoque senatu*. l. XIII, fr. 2: Hellesponto — in alto. Euhemerus fr. 8, 39 sq.: *in insulis omnibus* et quae secundum mare loca essent *omnibus*. Sota fr. 3: Alius *in mari* vult *magno* tenere tonsam. Annal. l. XVII, fr. 5, v. 425: Indu mari magno. Euhemerus fr. 7, 32: *eo in monte* aram creat Caelo. fr. 9, 42: in monte Olympo. Medeae exulis fr. 1, v. 284: quia Argivi *in ea* dilecti viri Vecti cett. v, 280: in nemore Pelio. Phoenicis fr. 2, v. 341: Aliae res obnoxiosae *nocte in obscura* latent. Trag. inc. fr. 19: flammam sapiens facilius *ore in ardente* opprimit. Athamantis fr. 148: His erat *in ore* Bromius. Annal. l. X, fr. 5, v. 340: Quae nunc te coquit et versat *in pectore* fixa. Euhemerus fr. 12, l. 73: *inque sepulcro* eius est inscriptum. Annal. l. II, fr. 16: in spinis. Ennii fr. inc. libr. 1: In templis isdem. Euhemerus p. 169: Initio primus *in terris* imperium summum Caelus habuit. Plaut. Poen. prol. v. 78: Is illic adulescens habitat *in illisce aedibus*. Bacch. IV, 1, 9: ecquis *in aedibust?* Stich. I, 2, 4: in aedibus. Pseud. III, 2, 105: *in aedibus* sunt fures. Amph. v. 700 et 1080: in aedibus. Men. II, 2, 33: Non tu *in illisce aedibus* Habitas? V, 2, 68: Tun, senex, ais habitare med *in illisce aedibus?* Most. II, 2, 21: in aedibus. v. 51. v. 71: in hisce aedibus. III, 2, 68: Most. v. 950: hisce in aedibus. IV, 3, 34: in tuis. Merc. IV, 1, 18 et IV, 3, 7: in aedibus. Merc. v. 900: In nostris aedibus. Most. II, 1, 55: Tamquam si intus natus nemo *in aedibus* habitet. Tres sunt loci, ubi in codicibus quidem legitur in aedibus, sed ab editoribus recte restitutus est accusativus, Amph. IV, 3, 14: Certumst, intro rumpam *in aedis*, ib. v. 18: pergam *in aedis* nunc iam, Aul. III, 6, 17: Qui mi intro misti *in aedis* quingentos coquos (sic emendavit Kampm. de IN p. 21, adnot. 5). Pseud. I, 1, 82: Nam is mihi thensaurus iugis *in nostra*st *domo*. Rud. prol. v. 34: illic habitat Daemones *In agro* atque *villa proxuma* propter

mare. Epid. I, 1, 47: Utcunque *in alto* ventust. Stich. I, 3, 5 et 6: in alvo. Pseud. IV, 2, 15: in angiporto. Most. V, 1, 5: Ostium quod *in angiportu*st. Bacch. v. 1: Quibus ingenium *in animo* utibilest. Pseud. II, 4, 69: Quidquid incerti mi *in animo* prius aut ambiguom fuit. Pseud. I, 5, 159: in corde. II, 4, 52: in corde. Most. I, 3, 9: Madent iam *in corde* parietes. Merc. v. 363: in corde. Bacch. IV, 3, 14: Multa mala mi *in pectore* — nunc eveniunt. IV, 10, 1: *in pectore meo* foveo. V, 1, 24: Idem mihi morbus *in pectore*st. Bacch. III, 3, 1: Nunc experiar sitne aceto tibi cor acre *in pectore*. Pseud. I, 1, 32: Nam istic meus animus nunc est, non *in pectore*. II, 4, 49: in pectore. Pseud. v. 941: *in pectore* condita sunt. Men. V, 2, 9: Set haec res mihi *in pectore* et *corde* curaest. Most. v. 866: in pectore, item Merc. II, 3, 11. Merc. v. 590: *in pectore* atque *in corde*. Pseud. v. 578 iam ego *in pectore meo* prius Ita paravi copias. Most. v. 409: *in pectore*st. Pseud. v. 575: Neque quod dubitem neque quod timeam *meo in pectore* conditum consiliumst. Pseud. I, 2, 33: Pernam — sumen face *in aqua* iaceant. Bacch. IV, 4, 102: in biclinio. 9, 14: non *in busto* Achilli, sed *in lecto* adcubat. Men. V, 7, 25: in capite. Pers. I, 4, 18: *in carcere* ut sis. Bacch. IV, 4, 81: Iam imperatum *in cera* inest. Pseud. I, 1, 54: Expressam *in cera* — imaginem. Stich. III, 1, 12: in cercuro, in stega. Rud. IV, 3, 68: iam *in cerebro* colaphos apstrudam *tuo*. Merc. v. 12: in comoediis, item Pseud. IV, 6, 19. Pseud. v. 1240: in aliis comoediis. Men. prol. v. 9: Atqui hoc poetae faciunt *in comoediis*. Pers. II, 5, 16: in crumina. IV, 4, 79: in culina, in angulo. Pseud. IV, 7, 81: tune etiam cubitare solitu's *in cunis* puer? IV, 2, 44: Sumbulust *in epistula*. Bacch. IV, 9, 17: hoc insunt *in equo*. Most. v. 829: Viden coagmenta *in foribus*? Pseud. III, 2, 11: Set quor sedebas *in foro*. IV, 2, 17 et IV, 7, 46: in foro. Most. III, 1, 3: *in foro* dego diem. Most. 1051: in meo foro. Bacch. III, 3, 74: Ut ipsus *in gremio* ausculantem mulierem teneat sedens? Pseud. IV, 2, 4: egomet hic *in insidiis* ero. Mil. IV, 8, 25: labra *in labris* ferruminat. Bacch. IV, 7, 17: *in eopse* astas *lapide*, ut praeco praedicat. Pers. V, 1, 15: Tu, Sagaristio, accumbe *in summo*. Bacch. IV, 7, 38: Qui sunt *in lecto illo altero*? Stich. III, 2, 32: *in lecto* — adcumbere. IV, 1, 66: in lecto. Men. I, 1, 27: Standumst *in lecto*. Pers. I, 2, 17: in ea lege. Pseud. v. 706: *In libello hoc opsignato* quas tuli *pausillulo* v. 544: Quasi quom *in libro* scribuntur calamo literae. Stich. I,

3, 89: quo in loco? Phoen. IV, 4, 5: *in suo* quaeque (venustas) *loco* sita munde. Curc. IV, 1, 6: Conmonstrabo *quo in* quemque hominem facile inveniatis *loco*. Stich. V, 4, 3: quom *hoc* recipimus *in loco*. Pseud. V, 1, 9: in loco festivo. Bacch. III, 3, 26: in latebrosis locis. Stich. I, 2, 5: Iam quidem *in suo* quicque *loco* nisi erit mihi situm supellectilis. Men. prol. v. 56: *uno* adsto *in loco*. Men. v. 984: omnibus in locis. Pers. IV, 4, 80: natast *in calido loco*. Merc. II, 1, 7: si ambo *in uno* essent *loco*. Pseud. IV, 5, 1: mi animus *in tuto loco*st. Bacch. III, 3, 50: qui *in lupanari* adcubat. IV, 4, 91: quodque *in lustris* comedim. Pers. IV, 3, 66: *tali* ut *in luto* haeream. Pseud. IV, 2, 27: nunc homo *in medio luto*st. I, 3, 32: in manibus. Men. V, 2, 112: stimulus iam *in manu*st. Merc. V, 2, 85: Iam machaerast *in manu*. Merc. v. 695: in mari. Epid. V, 2, 14: quaeras mea causa vel *medio in mari*. Pers. III, 1, 53: Habeo *in memoria*. Poen. scena ultima v. 33: facito *in memoria* habeas. Merc. v. 108: in navi. Pers. v. 709: nam animus iam *in navi*st mihi. Men. II, 3, 50: prandi *in navi*. Men. V, 7, 16: hic *in pacato oppido*. V, 2, 95: Pugnis men votas *in* huius *ore* quicquam parcere. V, 7, 23: in ore. Asin. I, 2, 16: Sordido vitam oblectabas pane *in pannis* inopia, de quo usu praepositionis *in* v. Rein. quaest. Plaut. p. 9. Casin. I, v. 51: *in medio pariete* vorsabere. Men. I, 2, 34: num quam tu vidisti tabulam pictam *in pariete*. Merc. II, 2, 44: quasi sit signum pictum *in pariete*. Casin. I, v. 52. Pseud. III, 2, 22: in patinis. IV, 7, 75: in patria mea. Men. V, 9, 52: in patria tua. Pers. v. 594: *qua in patria* nata sit. IV, 4, 72: in patria. Bacch. IV, 6, 11: in pistrino. Pseud. v. 1060: Verum *in pristrino* credo, ut convenit, fore. Stich. III, 1, 15: *in uno portu* fuimus. Men. II, 2, 69: Nunc *in istoc portu* stat navis praedatoria. Merc. I, 1, 96: dum *in portu* illi ambulo. Amph. prol. v. 91: in proscenio. Most. III, 3, 6: Non equidem ullam *in publico* esse maiorem hac existumo. v. 7: Quin ego ipse et Philolaches *in publico* omnis porticus Sumus commensi. Most. III, 2, 82: nisi si *in puteo* quaepiamst. III, 1, 120: *Qua in regione* istas aedis emit filius? Pers. I, 3, 8: Bene ut *in scutris* concaleant. Stich. I, 2, 36: in supsellio. Stich. v. 698 sq.: Potiusne *in supsellio* Cunice accipimur quamde *in lectis*? Pseud. I, 1, 34: Eccam *in tabellis* porrectam: in cera cubat. Pseud v. 1115: in taberna. Mil. II, 2, 5. Pseud. IV, 2, 24: in tenebris. Bacch. V, 2, 51: Senex optume, quantumst in terra. Pseud. I, 3, 117: quantum *in terra* degit homi-

num periurissume. Merc. I, 2, 84: Equidem iam me censebam esse *in terra* atque *in tuto loco.* II, 2, 9: negotium Mihi esse *in urbe.* Men. II, 1, 36: *In urbe hac* habitant. Stich. I, 3, 9: in utero. Aul. IV, 10, 73: Haec propemodum iam esse *in vado* salutis res videtur, cf. Lamb. Rudd. I, 2, 81: At *in vado*st. Stich. IV, 2, 26: Non tu scis quamde adflictentur homines noctu hic *in via?* Men. II, 3, 75: in via. V, 7, 17: Luci derupier *in via.* Most. I, 4, 13: in via, item Merc. v. 118. Merc. III, 4, 80: in vicis omnibus. Men. v. 286: in vidulo, item V, 7, 47. Caecil. Stat. Synephebi fr. 3, v. 213: *in civitate* fiunt facinora capitalia. Exul fr. 2: non haec *in corde* versantur tibi? Plocium fr. 6: Properatim *in tenebris* istuc confectum est opus. Terent. Ad. IV, 7, 29: Meretrix et mater familias *una in domo?* IV, 2, 24: puerum *in manibus* gestavi *meis,* cf. Herz. ad. Caes. p. 307. Hec. III, 4, 7: *in navi* fui. Andr. III, 1, 22: ego *in portu* navigo. V, 2, 4: Omnis res est iam *in vado,* cf. Lamb. ad Plaut. Aul. IV, 10, 73. Andr. V, 2, 16: Tristis severitas inest *in voltu* atque in verbis fides.

b. Nomina terrarum semper cum praepositione proferuntur; nomina urbium quaedam nondum satis constantem habent usum, velut Ephesus, Epidaurus; alia non recedunt a vulgato usu, velut Carthago, Athenae. Ennii Euhemerus fr. 12, 70: *in Creta* vitam commutavit. l. 72: sepulcrum eius est *in Creta* et *in oppido Cnosso.* fr. 11, 60: in Sicilia. Plaut. Capt. III, 4, 58: Neque praeter te *in Alide* ullus servos istoc nominest, et sic saepius in Captivis; locos vide collectos ap. Kampm. de IN p. 11. Uno tantum loco, II, 2, 80, legebatur Alide, sed ibi quoque Fleckeisenus praeeunte Bothio scribit: Filius meus illi aput vos servit captus *in Alide.* Poen. IV, 2, 74: in Anactorio. Pers. IV, 3, 37: in Arabia. Mil. glor. II, 5, 31: Quid hic *in Epheso* tibi negotist? (sic Fleckeisen. ed. Plaut. T. I. praef. p. 26). III, 1, 183: Itaque omnis se ultro sectari *in Epheso* memorat mulieres. Bacch. II, 3, 75: Qui nunc *in Ephesos*t Ephesiis carrissumus. Menaechm. II, 1, 42: in Epidamno. II, 3, 29: in Epidamno. ME. In Epidamno? Curc. II, 3, 62: in Epidauro, item Epid. IV, 13. 14. 27. Cas. prol. v. 71: ego aio hoc fieri *in Graecia* et Karthagini. Pers. v. 826: olim quem Diodorus faciebat *in Ionia.* Trin. IV, 2, 56: in Seleucia. Men. II, 3, 57 et V, 9, 37: in Sicilia. Poen. III, 3, 50: in Sparta. Caecil. Stat. inc. fab. fr. 11: quantum amantum *in At-*

iis est. Terent. Andr. V, 4, 28: in Andro. Phorm. V, 6, 33: Cum eius consuevit olim matre *in Lemno* clanculum. V, 9, 15: *In Lemno* — uxorem duxit.

c. Interdum *in* coniungitur cum iis rebus, quarum non *intra*, sed *prope* fines aliquid est, quas notiones nos indicamus praepositionibus an, bei, vor. Liv. Andron. fr. Inonis: in pectore. Fabius Pictor ap. Egger. p. 107: Nodum *in apice* neque *in cinctu* neque *alia in parte* ullum habet. Naev. Lycurgus fr. 2: Alte iubatos angues *in sese* gerunt. Fr. inc. 5: Diabathra *in quibus* habebat. Cato R. R. c. 157: si quid *in mammis* ulceris natum. Ennii satur. inc. libri fragm. 10: Quaerunt *in scirpo* soliti quod dicere nodum. Iphigeniae fr. 13: Astrologorum signa *in caelo* quaesit. Medeae exulis fr. 19: in caelo, item Aiax fr. 2. Plaut. Rud. prol. v. 6: Noctu sum *in caelo* clarus. Pers. II, 5, 11: in collo. Stich. V, 4, 24: in manu. Pers. II, 2, 5: quot hodie habeas digitos *in manu*. Pseud. III, 2, 68: Tum ut huius oculos *in oculis* habeas tuis. Men. II, 1, 22: *In scirpo* nodum quaeris. Caecil. Stat. Nothus Nicasio fr. 1: *in tuo collo* est.

d. Dicitur *in* de multitudine et copia, cuius aliquid partem efficit; idem alias *inter* significat. Cato R. R. v. 14: *in aliis* quot erunt. Plaut. Men. I, 2, 26: ecqua *in istac* pars inest praemi mihi? II, 1, 33: *in Epidamniis* Voluptarii atque potatores maxumi. Capt. II, 2, 30: Tum igitur ei quom *in Aleis* est gratia tanta. Cas. prol. v. 14: qui estis *in scnioribus*, h. e. in centuriis seniorum, ut expl. Boxhornius. Pers. IV, 4, 12: Tu in *illis* es *decem sodalibus*. IV, 4, 96: in populo.

e. *In* praepositio complectitur una cum notione loci etiam id quod in eo loco agitur et eos qui aliquid ibi agunt. Cato R. R. praef. §. 4: qui *in eo studio* occupati sunt. C. 141: Mars pater, si quid tibi *in illisce suovitaurilibus lactentibus* neque satisfactum est. Enn. annal. l. VIII, fr. 23: in bello, item l. X, fr. 1. Telephi fr. 6, v. 379. Euhemerus fr. 11, 53. — Hecubae fr. 11: in concubio. Annal. l. VI, fr. 12, v. 199: in pugna. Plaut. Bacch. V, 2, 35: Quid illaec illic *in consilio* duae secreto consultant? Pseud. v. 124: Pube praesenti *in contione*. Pers. IV, 3, 9: Nec metuo, — ne quis mi *in iure* abiurassit. Men. I, 3, 4: *In eo* uterque *proelio* potabimus. Pers. I, 1, 24: Saucius factus sum *in* Veneris *proelio*. Pseud. IV, 7, 74: in pugna. Terent. Andr. I, 2, 25: in his — nuptiis. V, 4, 13: hodie *in*

ipsis nuptiis Ut veniret. Heaut. III, 3, 7: Vel heri *in vino* quam inmodestus fuisti.

f. *In* cum adiectivis iunctum adiectivi aut adverbii sustinet notionem et facillime explicatur addito nomine *locus*. Simile est etiam *in promptu*. Naev. Ariolus fr. 2, v. 24: in proclivi. Ennii annal. l. VI, fr. 6, v. 185: in occulto. Satur. inc. libr. fragm. 4: Hoc erit tibi argumentum semper *in promptu* situm. Annal. inc. sedis fragm. 11: tibi vita Seu mors *in mundo* est. (Charisius II, p. 181 P. = 119 Lind. „in mundo pro palam et in expedito ac cito"). Haec formula etiam saepius apud Plautum legitur, velut Asin. II, 1, 16: mihi *in mundo* sunt virgae, h. e. paratae sunt, in expedito sunt. Epid. V, 1, 12: quoi libertas *in mundo* sitast. Stich. III, 2, 23: Nescio quid vero habeo *in mundo*. Pseud. I, 5, 84: Quia mihi sciebam pristrinum *in mundo* fore. cf. v. 85. Pers. I, 1, 46: Nempe habeo *in mundo*. Caecil. Stat. inc. fr. 27: Profecto qui nobis *in mundo* futurum Lectum (Charis. l. c.). fr. 28: nam qui malum *in mundo* sciret. Non recte mundo in hac formula Rostius in comment. Plautinis p. 277—280 substantivum esse censebat. Plaut. Poen. I, 2, 129: *in abstruso* sitast (merx), h. e. in occulto. Pseud. v. 499: iram *in promptu* gerere. Stich. IV, 2, 32: Aput fratrem ceno *in proxumo*. Pseud. III, 2, 105: praedo *in proxumost*. Merc. v. 382: res — *in tuto*st. Terent. Andr. II, 2, 10 (Herz. ad Sall. p. 312): Mea quidem hercle certe *in dubio* vitast. Andr. I. 5, 31 (Herz. ad Sall. p. 210): Dum *in dubio*st animus. Adelph. III, 4, 33 (Herz. ad Sall. p. 93): Mater virginis *In medio*st, h. e., ut Ruhnk. explicat, praesens est, ut interrogari possit.

g. Facillime *in* a loci notione transfertur ad designandam actionem aliquam aut conditionem, in qua quid est; aut ita cogitanda est res, ut aliqua conditio aut actio quasi comitetur alteram actionem. Ipsum autem *loci* vocabulum hanc habere conditionis indicandae vim ex aliquot certe exemplis Plautinis patet, velut Pers. V, 2, 62: *Meo* ego id in *loco* curabo et Bacch. III, 9, 116: ego si *in istoc* sim *loco*. Naev. Lycurg. fr. 8: Ut *in venatu* vitulantis (h. e. gaudentes) ex suis Lucis nos mittat, ubi Bothius in v. coniungit cum vitul. et in per propter explicat, quum tamen multo simplicius in ven. ad mittat referatur. Caton. carmen de moribus (Lion. p. 46) ap. Gell. XI, 2, 25: Si qui *in ea re* studebat. Cato R. R. c. 13: In torcularium *in usu*, quod opus est, ubi Gesnerus verba in usu interpretatur:

eum uti volumus. Ennii Euhemerus fr. 9, 44: si quae res *in controversia* erant. Iphigeniae fr. 4: cui est negotium *in negotio*. Ib. v. 256: *Otioso in otio* animus nescit quid velit. Hecubae fr. 7: in pauperie mea. Inc. trag. fragm. 10: Amicus certus *in re incerta* cernitur. Annal. l. XI, fr. 1: in rebus secundis. Alexandri fr. 1, v. 58: in somnis, item annal. l. VII, fr. 2. Plaut. Most. III, 2, 123: cave tu id illi obiectes nunc *in aegritudine*. Epid. II, 2, 16: paene *in cursu* concidi. Pers. III, 3, 38: quam *in cursu* rotula circumvortitur. Stich. v. 283: Quae misera *in expectatione* Epignomi adventus virist. Merc. v. 959: *in fermento* iacet. Pseud. II, 3, 20: atque hoc evenit *In labore* atque *in dolore*. Men. IV, 1, 1: Egone hic me patiar esse *in matrimonio*. Most. III, 1, 109: iam homo *in mercatura* vortitur. Stich. III, 1, 3: qui me *in mercimoniis* luvit. Asin. I, 1, 69: sum *in metu* (Iensius purae et impurae Lat. collect. p. 42). Pseud. IV, 3, 8: *in metu* sum *maxumo* triplici modo. Men. II, 3, 59: in morte. Pseud. I, 2, 40: Vos quae *in munditiis mollitiis deliciis*que aetatulam agitis. Merc. IV, 3, 30 (Theodoricus ad. L. Vall. eleg. l. VI, cap. 35, p. 291): Manufestum teneo *in noxia*. L. qua noxia? Cas. II, 8, 71: Manifesto teneo *in noxia* inimicos meos. Merc. I, 1, 62: in otio. Stich. I, 2, 77: Idem animust *in paupertate* qui olim *in divitiis* fuit. Merc. v. 121: res — *in periclo* vortitur. Bacch. IV, 7, 29: *Quanto in periclo* et *quanta in pernicie* siet. v. 32: Dic, *quo in periclo*st meus Mnesilochus filius? Men. v. 584: mens est *in querellis*. Pseud. II, 4, 55: *in re advorsa* vorsari. Most. V, 1, 1: Qui homo timidus erit *in rebus dubiis*. Merc. v. 183: nugare *in re capitali mea*. Stich. III, 2, 46: Eam auspicavi ego *in re capitali mea?* Trin. III, 1, 8 sq.: Tantone *in re perdita* Quam *in re salva* Lesbonicus factus est frugalior? Pseud. I, 5, 37: Bonus animus *in mala re* dimidiumst mali. IV, 3, 5: in re secunda. Amph. I, 1, 98: Namque ego fui illi *in re praesenti*. Cas. II, 8, 63: *In re praesenti* ex copia piscaria Consulere, quid emam, oportet. Mil. II, 4, 40: quae *in somnis* visa memoras. Merc. II, 1, 2: somnia *in somnis* danunt. II, 1, 4: in somnis. Most. II, 2, 59: in somnis, κατ' ὄναρ, v. Lamb. Most. II, 2, 60: Nempe ergo *in somnis?* v. 62. Bacch. IV, 9, 91: *in stultitia* si deliqui. Most. v. 145: ego sum *in usu* factus nimio aequior. Caec. Stat. Hymnis fr. 2: nil agit *In amore* inermus. Synephebi fr. 1, v. 199: *In amore* suave est *summo summa*que *inopia* Parentem habere, cett. Hypobolimaeus Rastraria

fr. 2: *In voltu eodem, in eadem* mantat (h. e. manet) *malitia.* Terent. Adelph. IV, 2, 50 (v. Iensius l. c.): Ctesipho autem *in amore*st totus. Phorm. II, 1, 21: Quidquid praeter spem eveniet, omne id deputabo esse *in lucro.* Phorm. II, 1, 36 (Theodoricus l. c.): Hic *in noxia*st. Phorm. V, 9, 32: cupio *misera in hac re* iam defungier. Heaut. III, 1, 96: re in nostra. Huc pertinet etiam dicendi formula in loco, quae idem significat quod iusto tempore. Adelph. II, 2, 8: Pecuniam *in loco* neglegere maxumum interdumst lucrum. V, 3, 41: *in loco* Vereri, inter se amare. 9, 37: Haec reprendere et conrigere et obsecundare *in loco.* Etiam cum gerundio et part. fut. pass. coniungitur, quo indicatur, fieri aliquid, dum aliud agitur. Ennii annal. l. XIII, fr. 1: aetate in agenda. Plaut. Stich. I, 1, 54: Scio atque *in cogitando maerore* augeor. Trinumm. II, 1, 2: Multum *in cogitando* dolorem indipiscor.

h. Iungitur *in* cum notionibus, quae aliquid comprehendunt et continent, quae aliquam indolem, facultatem, potestatem habent, in quibus aliquid boni aut mali positum est, ad quas aliqua actio aut conditio pertinet. Naevii Dementes: animae pauxillulum *in me* habet (h. e. habitat). Colax fr. 2: et volo Et vereor et facere *in prolubio* est. Ennii Melanippae fr. 5: quod *in me* est. Erechthei fr. 8: nulla *in me* est metus. Plaut. Stich. III, 1, 32: Me *in culpa* habeto. Most. I, 4, 15: Set [ne sine] hoc quod mi *in manu*st. Merc. v. 454: Quia illi suam rem esse aequomst *in manu.* III, 4, 43: tibi *in manu*st. Most. III, 1, 66: agas quod *in manu*st. Capt. I, 2, 40: quae *in potestate* habuimus. Most. v. 134: *In* fabrorum *potestate* dum fui. Pseud. I, 1, 59: nisi quid mi *in ted* est auxili. Amph. I, 1, 109: Quando imagost huius *in me.* Pseud. IV, 7, 7: Nec boni ingeni quicquam *in is* inest. Stich. v. 322: Si *in te* Pudor adsit, non me appelles. Pseud. I, 1, 69: Nisi quae mi *in ted* est aut tibist *in me* salus. v. 109: *In te* nunc omnes spes sunt aetati meae. Pseud. v. 1292: siqua *in hoc* spes sitast mihi. Pers. II, 5, 9: Ecquid — est nunc speculae *in te?* Bacch. III, 6, 21: quod *in se* fuit. Most. v. 237: *In te* hercle certumst *principe,* ut sim parcus, experiri. Pers. v. 552: Haut potui etiam *in primo verbo* perspicere eius sapientiam. Caec. Stat. inc. fab. fragm. 15, v. 261: cuius *in manu* sit. Ephesius: Tum equidem *in senecta* hoc deputo miserrimum, Sentire ea aetate ipsum esse odiosum alteri. Terent. Eun. I, 1, 14: *In amore* haec omnia insunt vitia. Adelph.

I, 1, 24: *In eo* me oblecto. Hec. prol. I, v. 4: *in funambulo* animum occuparat. Eun. III, 5, 19: *in hac* commotus sum. Hec. III, 5, 43: Tibi id *in manu*st ne fiat. Andr. IV, 4, 19: Adeon videmur vobis esse idonei, *In quibus* sic inludatis? Andr. IV, 2, 16: tristis severitas inest in voltu atque *in verbis* fides.

i. Singularis est Plautina loquendi formula *in quaestione alicui esse* pro *quaerendum esse,* itaque significatione passiva positum. Cist. II, 3, 49: Ne in quaestione mihi sit, h. e. ne a me quaerendus sit. Pseud. II, 2, 68: Set vide sis ne *in quaestione sis.* Pers. v. 51: cave *fuas mi in quaestione.*

k. Verba quaedam motum indicantia praepositionem *in* cum ablativo asciscunt. Naev. bell. Pun. l. I, fr. 2: Sacra *in mensa* Penatium ordine ponuntur. Cato R. R. c. 28: *In scrobe* cum *pones* cett. Cato orig. ap. Bolhuis. p. 44 loco (abl. instrum.), *in quo ponas.* C. 87: in sole ponito; idem ter legitur cap. 88. C. 105: Biennium *in sole* sinito *positum esse.* C. 112: et *ponito in sole* biduum. C. 37: palos quos pridie *in tecto posueras.* C. 116: ponito in sole. C. 151: *in sole ponito,* semen purgato, sed vid. Schneid. C. 112: in tecto in cratibus componito. C. 157: si polypus *in naso* introierit. C. 18: *In iis trabeculis* trabes — *collocato.* C. 54: in tecto condito. C. 7: Haec *in ollis*, ollae *in vinaceis conduntur,* eadem *in sapa, in musto, in lora* recte *conduntur.* Ib.: haec conditiva in sapa bona erunt. Ib.: Oleas orchites, posias, eae optime *conduntur* vel virides *in muria,* vel *in lentisco* contusae. Ib.: Sorba *in sapa* cum vis *condere,* cett. C. 55: Ligna domino *in tabulato condito.* Ennii Andromacha Aechmalotis fr. 7: locant In clupeo. Plaut. Pers. I, 1, 8: Ne illam edepol multa *in pectore suo conlocare* oportet. Mil. II, 4, 40: Satin eadem *in vigilanti expetunt,* quae in somnis visa memoras? Epid. III, 4, 80: qui *in tantis positus sum sententiis.* Merc. V, 2, 50: Ego tibi istunc *in tranquillo* et *luto sistam.* Caecil. Stat. Exul. fr. 1: in tenebris. Terent. Eun. III, 5, 45: deinde eam *in lectulo locarunt.*

17. Praepositio *sub* plerumque veram loci significationem habet; nonnunquam tantum in translatam se vertit, ut significet alicui subiectum esse. Fabius Pictor ap. Egger. p. 107: *sub divo* et *sub tecto* habet. Cato R. R. c. 1: Si poteris, *sub radice* montis siet. C. 8: sub urbe. C. 157: fistulosus subtus suppurat *sub carne.* Ennii annal. l. I, fr. 48, v. 69: sub caeruleo. l. XVI, fr. 20: sub scutis. l. XVII, fr. 2: sub montei.

l. I, fr. 16: Cum veter occubuit Priamus *sub Marte Pelasgo.* Medeae exulis fr. 6: sub armis. Plaut. Pseud. II, 4, 71: sub signis. Men. V, 5, 40: sub furca. Most. III, 2, 78: sub diu. Pers. v. 855: sub furcis. Pseud. I, 1, 13: *Sub* Veneris *regno* vapulo, non *sub* Iovis. Caecil. Stat. inc. fab. fr. 18: Saepe est etiam *sub palliolo sordido* sapientia. Terent. Adelph. V, 8, 26 (cf. Herzog. ad Caes. p. 583): Agelli est hic *sub urbe* paulum, h. e. ad urbem, prope urbem, v. Ruhnk.

Super cum ablativo coniunctum semper habet translatam significationem idemque significat quod *de*, über, in Betreff. Cato contra Annium ap. Festum p. 305 v. Superescit: Nemo autem fecit *super tali re* cum hoc magistratu utique rem. Plaut. Most. v. 728: Vix tandem percepi *super his rebus nostris* te loqui. Mil. IV, 5, 13: quom ex virtute formae id evenit tibi Mea opera *super hac vicina.* Bacch. II, 1, 8: quem ad epistulam Mnesilochus missit *super amica Bacchide.* Bacch. III, 6, 33: missine ego ad te ex Epheso epistulam *Super amica,* ut mi invenires? II, 3, 133.

Etiam *tenus* cum abl. coniunctum huc pertinet, ut Plaut. Men. V, 2, 106: osse tenus.

18. Sequuntur adverbia ea, quae ablativi formam induerunt. *Qua.* Cato R. R. c. 29: *qua* maxime opus erit. C. 54: *qua* locus ferax non erit, id plus concidito. C. 21, 3: pertundito, *qua* clavus eat. C. 112, 1: operculum imponito: relinquito, *qua* respiret. C. 44: olivetum hoc modo putato: *qua* locus recte ferax erit, quae arida erunt et si quid ventus interfregerit, ea omnia eximito; *qua* locus ferax non erit, id plus concidito. Ennii annal. inc. sedis fragm. 21. fr. 132: *Qua* murum fieri voluit, urgentur in unum. Plaut. Pseud. I, 5, 9. Most. IV, 2, 53: Scio *qua* me ire oportet. Men. II, 1, 12: *qua* adgreditur mare. Pers. v. 458: Ut ipsus sese, *qua* se expediat, nesciat. De formula *qua* — *qua* (Mil. IV, 3. 20: Qui consectare *qua* maris *qua* feminas) vide Lindem. ad Trinumm. IV, 3, 37: ubi est: Mores autem rapere properant *qua* sacrum *qua* puplicum. Mil. IV, 9, 15: Quem omnes oderunt *qua* viri *qua* mulieres. Terent. Phorm. I, 4, 15: Sed ubi Antiphonem reperiam? aut *qua* quaerere insistam viam? Adelph. IV, 2, 38: *qua* nam?

Hac. Naev. Astiologa: *Hac* sibi prospica, *hac* despica. Ennii annal. l. VII, fr. 17: nunc Iuppiter *hac* stat. Aiax fr. 3: utrum *hac*in feriam an ab laeva latus? Plaut. Merc. I, 2, 109: *Hac*

ibo potius. Pers. IV, 9, 14: Sequere *hac*. v. 15: Sequere *hac*, mea gnata. Most. III, 2, 170: Sequere *hac*, me igitur. Pers. v. 399. Merc. IV, 4, 7: Eite *hac*. Men. v. 566: *Hac* abiit. Men. IV, 1, 4: sequere *hac* modo. Merc. IV, 1, 23. Men. III, 3, 32: Ut *hac* abisse censeant. Pers. II, 5, 20: Sequere *hac* sis. Men. II, 3, 54: i *hac* mecum semul. Pers. III, 1, 4: Sequere *hac*, mea gnata, me cum deis volentibus. Pseud. v. 1330: I [modo] *hac*. Most. v. 990. Pseud. v. 1275. v. 1320: me consequere *hac*. Pseud. IV, 7, 132: Sequere *hac* sis me ergo ad forum. Pseud. IV, 4, 13: Ite *hac*, triumphe, ad cantharum recta via. Pseud. v. 252: Vorte *hac* te puer. v. 250: Occedamus *hac* ob viam. Stich. III, 1, 45: Ite *hac* secundum vos. Bacch. III, 3, 95 et IV, 7, 33: sequere *hac* me. Pers. III, 1, 4. Bacch. V, 2, 47: sequere *hac*. v. 56 et 62: I *hac* mecum intro. v. 66: isne *hac* mecum intro? Stich. V, 2, 22: Sequere ergo *hac* me intro.

Illa Plaut. Most. V, 1, 4. *Illac* Most. 931: Nunc ego me *illac* per posticum ad congerrones conferam. Merc. V, 4, 49. Pers. IV, 5, 7. *Istac* Ennii Medeae exulis fr. 10: Nequaquam istuc *istac* ibit. Plaut. Merc. I, 2, 106: si *istac* ibis. Pers. III, 3, 39: Abi *istac*. *Ista* Most. v. 1064: *ista* state. *Quacumque* Naevii Lycurgus fr. 3, 24. *Qualibet* Plaut. Most. III, 2, 122. *Ea* Most. V, 1, 6: *Ea*que eduxi omnem legionem. Stich. III, 1, 42: *Ea* ibo opsonatum.

Usquequaque. Cato in oratione dierum dictarum de consulatu suo ap. Bolhuis p. 99, fr. 14: *usquequaque* lacessebamus, quod Bolh. expl.: ubique, ab omni parte. Ib. fr. 15: Interea et ad socios nostros sedulo dispertieram, alio legatos, alio literas, alio praesidium *usquequaque*. Plaut. Bacch. IV, 4, 83: Chrusalus mihi usque *quaque* loquitur nec recte. Most. III, 2, 79. Aul. I, 2, 24 Gronovius volebat scribere nunquam adiit quaquam prope, sed recte vulgatam: Nam ad aedis nostras nusquam adiit, quamquam propest, quae cum *Δp* consentit, tutatus est Fleckeisenus exercitatt. Plaut. p. 33, quem vide.

Eadem. Plaut. Stich. III, 1, 42: Ea ibo opsonatum atque *eadem* referam opsonium. Nonnunquam ad tempus transfertur, ut idem sit atque una, simul (proprie: eadem via). Sic Reisigius schol. gramm. lat. p. 201 affert Plaut. ap. Charis. p. 229 ed. Fabricius. Capt. II, 3, 99: *Eadem* percontabor ecqui hunc adulescentem noverit. Bacch. I, 1, 15: *Eadem* biberis, *eadem* dedero tibi ubi biberis savium, (cf. Lind. ad Amph. prol. v. 54) quod Gronovius explicat per eadem opera.

19. Porro huc pertinent adverbia nonnulla, quae deinde in praepositiones se converterunt. *Supra.* Cato R. R. c. 157: validior est, quam quae *supra* scripta est. Adverbium *iuxta* a Plauto saepe coniungitur cum praepositione *cum*, ita ut (Lind. ad Mil. II, 2, 81) eandem habeat significationem ac similiter, aeque. Pseud. IV, 7, 62: *Iuxta cum* ignarissumis (nescio). Aul. IV, 7, 1: *Iuxta* rem *mecum* tenes Super Euclionis filia. Trin. I, 2, 160: *Iuxta*que eam curo *cum mea.* Pers. IV, 3, 75: *Iuxta tecum* aeque scio. Mil. II, 2, 79: ut scias *Iuxta mecum* mea consilia. Pers. II, 2, 67: *Iuxta tecum*, si tu nescio. — *Contra* aut significationem habet loci, aut ponitur in designandis personis vel rebus opponendis. Naev. Lycurg. fr. 13: Cave sis tuam contendas iram contra cum ira Liberi. Lupus v. 64. Ennii annal. l. XVII, fr. 5, v. 424. Telamonis fr. 4, v. 364: atque auris tibi *contra* utendas dabo. Fr. inc. trag. 24: quis nos pater aut cognatus volet *Contra* tueri? Plaut. Aul. prol. v. 20: Item a me *contra* factumst. Bacch. III, 6, 6: adibo *contra.* Mil. II, 1, 45: Ubi *contra* aspexit me. Most. V, 1, 56: Aspicedum *contra* me. Mil. II, 2, 43: Quid agam, quem dolum doloso *contra* conservo parem. Rud. I, 4, 22: Accede ad me atque adi *contra.* Pers. I, 1, 15: *Contra* adgredibor. II, 2, 26. Pers. v. 813. Pseud. II, 4, 18: Confer gradum *Contra* pariter. Merc. V, 2, 41. Merc. v. 918. Cas. II, 3, 35: Quam advorsere *contra.* Recte affirmavit Fleckeisenus exercitatt. Plaut. p. 33 semper apud Plautum *contra* esse adverbium, nam Cist. I, 2, 13: Quae hic modo flens abiit: *contra* amore haec perditast, ubi Δpg habet: contra amorem eum, recte iam a Camerario deletum est eum, duobus autem locis, Pseud. I, 2, 23: Adsistite omnes *contra me* et Pers. I, 1, 13: Quis illic est, qui *contra me* astat? SAG. Hic quis est, qui *contra me* astat?, item est adverbium, nam utrobique accusativus non a *contra*, sed a verbo pendet. Saepe adverbium *contra* a Plauto coniungitur cum ablativo pretii. Sic Mil. IV, 2, 84: *contra auro* aliis hanc vendere potuit operam. III, 1, 66: Cedo tris mi homines *aurichalco contra* cum istis moribus. Pseud. II, 3, 22: *aurichalco contra* non carum fuit Meum mendacium. Epid. III, 3, 30: non carust *auro contra.* Curc. I, 3, 45: *Auro contra* cedo modestum amatorem. cf. v. 46: Cedo mihi *contra aurichalco*, quoi ego sano serviam. Truc. II, 6, 57: Perii hercle ego miser, iam mi (mi Fleckeisen. exerc. Plaut., vulgo mihi) *auro contra* constat filius. Caecil. Stat. Fal-

lacia fr. 4: Facile aerumnam ferre possum, si inde abest iniuria: Etiam iniuriam, nisi *contra* constat contumelia. Inc. fab. fr. 15, v. 263: *contra* amari. Terent. Eun. II, 3, 64: quod donum huic dono contra comparet. — *Extra* Cato R. R. c. 144: *extra* quam si quem socium impraesentiarum dixerit. Ennii annal. l. XV, fr. 2, v. 391.

Denique huc pertinent adverbia *prope* et *peregre*. *Prope* aut loci significationem habet, aut significat rem aliquam non longe abesse a certa quadam rerum conditione vel statu sive eventu. Cato R. R. c. 1: oppidum validum *prope* sit. Plaut. Aul. I, 2, 24: Nam ad aedis nostras nusquam adiit, quamquam *prope*st (sic Fleckeisen. exerc. Plaut. p. 32 sq.) Most. II, 2, 16. Merc. I, 2, 75. Bacch. IV, 6, 4: Quis loquitur *prope*? 9, 63: nunc *prope* adest exitium Ilio. Pseud. I, 1, 58: *prope* adest exitium mihi. Truc. I, 2, 105: *prope*st, profecta quo sum. I, 1, 125: Quid tibi ad hasce accessio aedis est *prope* aut pultatio? Nonnunquam convertit se in significationem translatam *fere*, ut Bacch. V, 2, 41: *prope* scire puto me. De tempore Men. v. 985: *Prope*st, quando, item Terent. Andr. I, 1, 125: *Prope* adest, quom alieno more vivendumst mihi. — *Peregre* Naev. Tarentilla fr. 6, v. 84. Plaut. fragm. Caec. p. 476 ed. Gronov. v. 6: *peregre*st.

20. Ratio localis, quae est inter plures res inter se coniunctas et consociatas, *cum* praepositione exprimitur, cuius tamen usus est varius et multiplex.

a. *Cum* ponitur, si duae personae vel res ita sunt inter se coniunctae, ut aut utraeque idem faciant aut utrisque idem fiat. Legg. XII tabb., tab. XI, fr. 9: im *cum illo* sepelire. Cato R. R. c. 10: aratra *cum vomeribus VI.* Ennii annal. l. I, fr. 37, v. 55: Teque pater Tiberine *tuo cum flumine sancto.* Euhemerus fr. 1, p. 169 Vahlen.: is id regnum una *cum fratribus suis* instituit. Annal. l. VI, fr. 20: Vestitus interea coelum *cum ingentibus signis.* l. XVII, fr, 5, v. 423: aquiloque *suo cum flamine.* Plaut. Pers. II, 3, 15: qui salinum servo obsignant *cum sale*, ad q. l. affert Scioppius Curcul. I, 1, 82: Eine hic *cum vino* sinus fertur? quod explicat per sinus, in quo est vinum. Trin. II, 4, 37: mutuom *mecum* facit, h. e., ut Lamb. expl., a me mutuo amatur. Pseud. II, 4, 63: Sumbolum hunc ferat lenoni *cum* quinque argenti *minis.* Pseud. v. 838 sq.: At te Iuppiter Dique omnes perdant *cum condimentis tuis Cum*que *tuis*

istis omnibus mendaciis. v. 1287: *Cum corona* ebrium Pseudulum tuum (vides). Men. prol. v. 70: Hodie in Epidamnum venit *cum servo suo.* I, 1, 29: Domi dum dominus sum usque *cum caris meis.* III, 3, 14: Nam pol *cum hoc* una dedi. IV, 1, 5: Pallam ad phrygionem *cum corona* hic ebrius Ferebat. Men. V, 1, 2: Nimis stulte dudum feci, quom marsuppium Messenioni *cum argento* concredidi. V, 7, 48: rectest obsignatum in vidulo marsuppium *Cum viatico.* V, 7, 53: Id quod ait se mi allaturum *cum argento* marsuppium. 9, 26: Set uter vostrorumst advectus *mecum* navi? v. 53: *cum patre* ut abii Tarentum. Most. v. 44: neque superior *cum ero* accumbere. v. 106: Cum pigra familia. v. 148: *Cum fundamento* perierint. v. 248: cum ornamentis. V, 1, 69: quoiusmodi reliqui, quom hinc abibam, filium? TR. *Cum pedibus, manibus, cum digitis, auribus, oculis, labris.* Pers. v. 737: Nam iam inclinabo me *cum liberta tua.* Merc. v. 347: tantus *cum cura* meost error animo. III, 4, 40: Perdidisti me et fidem *mecum* tuam. IV, 4, 54: At te vicine, di deaeque perduint *Tua cum amica cum*que *amationibus.* Stich. V, 2, 16: Ibi voster cenat *cum uxore* adeo et Antipho. Asin. IV, 1, 26: *Tecum* una postea aeque pocla potitet. Amph. II, 2, 221: Qui *mecum* una vectust una navi. Asin. V, 2, 68: ut sinat Sese alternas *cum illo* noctis hac frui. Pseud. I, 1, 10: ut quod ego nescio *tecum* sciam. Pseud. v. 343: cum intestinis omnibus. II, 4, 28: Eius servo qui hunc ferebat *cum quinque* argenti *minis.* Stich. IV, 2, 2: *Cum amicis* deliberavi iam et *cum cognatis meis.* v. 4. Stich. v. 536. V, 1, 7. IV, 1, 22: incedit *cum socero suo.* IV, 1, 11: cum vostris uxoribus. I, 3, 18. II, 2, 26: quasi te *cum veste unica*? v. 28. Bacch. IV, 4, 7: *Quicum* ego bibo, *quicum* edo et amo. v. 103: *Cum amica sua* uterque adcubitum eatis. 8, 76. 9, 133: ne *cum illo* pignus haut aussim dare. V, 1, 28: Periit is *cum tuo.* 2, 56, I, 2, 32: [una] *cum amica* adcubet. (sic Fleckeisenus). Bacch. v. 12:

ecquis evocat
Cum nassiterna et *cum aqua* istum impurissumum?

Pseud. v. 1327: *Mecum* i potatum. Men. V, 7, 45: una *tecum* ibo domum. Rud. V, 3, 7: Una istinc cistella exceptast modo *Cum crepundiis*, quibus hodie filiam inveni meam. Bacch v. 656 sq.:

Inprobus sit *cum inprobis*,
Harpaget *cum furibus.*

Caecil. Stat. Nauclerus fr. 2: Ut te di omnes infelicent *cum*

male *monita memoria*. Terent. Phorm. II, 1, 39: Nam ni haec ita essent, *cum illo* haud stares, Phaedria. Pertinent huc etiam ii loci, ubi praep. *cum* coniuncta est cum particulis *iuxta*, *simul*, *aeque*. Ac de *iuxta* quidem cum praep. *cum* coniuncto iam supra (§. 19) egimus. De *simul cum* vide Balbach. observ. Plaut. p. 25. Poen. III, 1, 50 sq. (quem locum affert Gronov. ad Pers. II, 1, 4):

quippe omnes *simul*
Didicimus *tecum* una.

Epid. I, 1, 39: qua causa *simul mecum* ire veritust. Men. II, 3, 54: i hac *mecum semul.*[17]) Amph. II, 2, 122: Qui ipsus equidem nunc primum istanc *tecum* conspicio *semul.* II, 2, 137: Neque edepol ego dixi neque istam vidi, nisi *tecum semul.* Men. V, 1, 36:

I, Decio, quaere meum patrem, *tecum simul*
Ut veniat ad me.

Bacch. IV, 1, 4: anne eat *secum semul.* 2, 9: Vel ut hinc in Elatiam hodie eat *secum semul.* Men. prol. v. 27: Tarentum avexit *secum* ad mercatum *simul.* Cist. IV, 2, 103: intro abi *cum istac semul.* Bacch. IV, 1, 5: *cum illac* usque isti *semul.* III, 5, 2: ut eum *mecum* ad te adducam *semul.* Stich. I, 3, 94: *Mecum simitu* ut ires ad sese domum. V, 5, 2: Ut ego huc iam dudum *simitu* exissem *vobiscum* foras. Pseud. I, 1, 56: Cum eo semul. Men. V, 1, 45: Ego te *simitu* novi *cum Parthaone.* v. 48: Novi *cum Calcha simul.* V, 9, 23 sq.: non commeministi *semul* Te hodie *mecum* exire ex navi? Merc. IV, 4, 48: Ut veniat ad me iam *semul tecum* huc. Aul. IV, 4, 28: Mane, mane: quis illic est, qui intus alter erat *tecum simul?*[18]) Terent. Andr. III, 3, 7: Quae (amicitia) incepta a parvis *cum aetate* adcrevit *simul.* Eun. II, 2, 10: *Simul* consilium *cum re* amisti? Plaut. Asin. II, 2, 66: Animum advorte, ut *aeque mecum* haec scias. Terent. Phorm. V, 9, 43: Novi *aeque* omnia *Tecum.* Loco

---

[17]) Sic hoc et nonnullis aliis locis sequentibus codd., quae antiquitatis vestigia servanda sunt cum Ritschelio praef. in Trin. p. 97.

[18]) Sic verisimiliter hunc versum emendavit Goellerus. Δp: *quis illic est? quis hic intus alter erat tecum simul? ἀμέτρως.* Both.: *Mane, mane: quis illic est qui hic intus a. e. t. s.*, quem versum statuit tetrametrum iambicum, quod tamen parum probabile est in hac vicinitate versuum trochaicorum. Weisius *quis ille est, qui hic intus* cett., quae emendatio non minus probabilis est quam Goelleri.

autem Plaut. Pers. IV, 3, 75: Iuxta tecum *aeque* scio, *aeque* per se positum est, nam *tecum* arte cohaeret cum *iuxta*.

b. *Cum* exprimit actionem talem, ut altera quaedam res vel persona a subiecto in societatem actionis recipiatur et ita ab eo quasi afficiatur et tangatur. Liv. Andron. fr. 4 Terei: credito, *Cum illo* sola mea voluntate numquam limavit caput. Naev. bell. Pun. l. I, fr. 6: *cum auro* illuc exibant. Naev. fr. inc. com. 13: Risi egomet *mecum* cassabundum ire ebrium. Naev. Lycurgi fr. 13: Cave sis tuam contendas (h. e. compares) iram contra *cum ira* Liberi. Naev. Tarentilla fr. 2, v. 79: *Cum alio* cantat. Cato R. R. c. 5: Rationem *cum domino* crebro putet. C. 6: Nam convenit arundinetum *cum coruda*. Ennii Euhemerus fr. 3, 10: Itaque pactus est *cum Saturno*. Ennii annal. l. I, fr. 73: Romulus in caelo *cum dis genitalibus* aevum Degit. l. II, fr. 11: *mecum* decernere ferro. l. VII, fr. 10, v. 239: *quocum* — partit. v. 247: *Quocum* multa volup ac gaudia clamque palamque. Ennii annal. l. X, fr. 1: Quod quisque in bello gessit *cum rege Philippo*. l. XVI, fr. 5: *secum* abstulit hasta Insigne. Annal. inc. sedis fragm. 88: *Cum legionibus* quom proficiscitur induperator. Aiax fr. 4: Qui rem *cum Achivis* gesserunt statim. Alcumaeo fr. 4, v. 51: circumstant *cum ardentibus taedis*. fr. 5: Sed mihi ne utiquam cor consentiet *cum* oculorum *aspectu*. Alexander fr. 2: Volans de caelo *cum corona* et *tacniis*. Telephus fr. 2: Caedem caveo *hoc cum vestitu*. Thyestis fr. 3: Ibi quid agat *secum* cogitat parat putat. Euhemerus fr. 4, 26: seducit *secum* fr. 11, 57: ut hospitibus suis perpetuum nomen acquireret *cum religione* coniunctum. Plaut. Bacch. IV, 8, 50: eum esse *cum illa muliere*. Poen. V, 3, 46: Ego quidem[19]) Amores *mecum* confido fore. Bacch. V, 2, 59: *Mecum* ut sis. Stich. v. 730 sq. Truc. II, 4, 70. Most. II, 1, 45: *cum hac, cum istac* eris. Men. I, 3, 6: tu indicato, *cum utro*ne hanc noctem sies. Bacch. IV, 4, 66: amica tua erit *tecum* tertia. 9, 37: Quom censuit Mnesilochum *cum uxore* esse dudum militis. Merc. I, 1, 101: ea nocte *mecum* illa hospitis iussu fuit. Amph. II, 2, 186: *tecum* fui. v. 187: Tun *mecum* fueris? prol. v. 99: *Quicum* Alcumenast nupta. Stich. I, 2, 75: Vosne ego patiar *cum mendicis* nuptas me vivo *viris*? Bacch. I, 1, 48: ut lepidus *cum lepida* adcubet. IV, 8,

---

[19]) Vulgo additur *meos* post *quidem*, ἀμέτρως, quod recte delevit Bothius.

10: *quicum* adcubat. V, 2, 75: Egon quom haec *cum illo* adcubet inspectem? BA. Immo equidem pol *tecum* adcumbam. Most. I, 3, 151: *cum stacta* adcubo. Men. v. 1308: *cum tuo filio* Libera accubat. Stich. V, 5, 9. Bacch. I, 2, 9: Quid tibi conmercist *cum dis damnosissumis?* Bacch. III, 6, 35: *Quibuscum* haberes rem. Trin. I, 2, 182: Famigeratori res sit *cum damno et malo*, ad q. l. vide I. Gul. Truc. I, 2, 51: Sed *utris cum* rem esse mavis? Stich. II, 2, 9: Quid *mecum*st tibi? Most. III, 1, 124: Adulescens, *mecum* rem habe. Merc. III, 1, 36: iam bienniumst, quom habet rem *tecum*? Pers. IV, 4, 18: *Cum optumis viris* rem habebis. Men. v. 826: quaeso, quid mihi *tecum*st? Men. IV, 2, 85: Nil mihi *tecum*st. Men. III, 2, 29: quid tibi nam *mecum*st rei. Men. v. 482: quasi res *cum ea* esset mihi. Men. v. 369: Quid *mecum* tibi Fuit umquam aut nunc est negoti? Men. II, 2, 48: Quid tibi nam *mecum*st rei? Stich. V, 4, 5: Dum quidem hercle *cum suo* quisque veniat *vino*. Truc. V, v. 51: Meliust te minis certare *mecum* quam minaciis. Bacch. IV, 9, 41 sq.: Post *magnufico milite* — Conflixi. Stich. v. 81: quid mihi opust — *cum meis* Gerere bellum. IV, 2, 47: *Quicumvis* depugno multo facilius quam *cum fame*. Pers. I, 1, 3—5: Nam *cum leone, cum excetra, cum cervo, cum apro Aetolico, Cum avibus Stymphalicis, cum Antaeo* deluctari malui, Quam *cum Amore*. Pers. v. 26: *cum eis* belligerem. II, 2, 56: certare *tecum*. Men. v. 765: Credo *cum viro* litigium natum esse aliquod. Men. v. 151: Litigium tibist *cum uxore*. Pseud. II, 1, 6: *cum hostibus* ubi [ubi] congrediar. Pseud. I, 1, 8: Gestas tabellas *tecum*. Stich. I, 2, 94: *Tecum* adduce. Stich. II, 2, 57: advexit *secum*. Stich. v. 388: Poste autem advexit parasitos *secum*. III, 1, 17: quas *mecum* adduxi. Pers. I, 3, 62: nisi gnatam *tecum* huc iam quantum potest Adducis. Men. II, 3, 76: Ergo mox auferto *tecum*. Men. prol. v. 27: Tarentum avexit *secum* ad mercatum simul. Bacch. IV, 1, 2: Militis qui amicam *secum* avexit ex Samo. Pseud. IV, 6, 32: *secum* abduxit. Pseud. v. 693: ducit nescio quem *secum* semul. II, 4, 66: Hominem *cum ornamentis* omnibus Exornatum adducite, quod tamen malo ad d. pertinere, siquidem *cum orn.* potius cum participio *exornatum* quam cum *homine* coniungendum esse puto. Pseud. I, 1, 60: nam mihi videor *cum ea* fabularier. Most. v. 519: *Quicum* istaec loquere? IV, 2, 39: sine me *cum puero* loqui. Pers. v. 486: Ubi *cum lenone* me videbis conloqui. Eadem leguntur v. 728. Merc. I, 2, 76:

cum ea confabulatust. Merc. v. 872: Siquidem *mecum* fabulari vis. Men. V, 1, 11: *mecum* loqui. Men. v. 369: *Quicum* haec mulier loquitur? ER. Equidem *tecum*. Men. II, 2, 49: *cum hoc*, quem novi, fabulor. Stich. v. 8: Volo *tecum* loqui de re viri. Pseud. IV, 7, 48: Quin tu *mecum* fabulare? Pseud. I, 3, 143: plus *tecum* loquar. I, 5, 50: Socratem *tecum* loqui. Pseud. I, 2, 25: Te *cum securi caudicali* praeficio provinciae. v. 41: Vos quae in munditiis mollitiis deliciisque aetatulam agitis *Viris cum summis*. Bacch. II, 3, 70. IV, 7, 15: ut pergraecetur *tecum*. Asin. II, 2, 4: Quando *mecum* pariter potant. Most. I, 3, 137: potare *tecum* conlubitumst mihi. v. 138: Et edepol mihi *tecum*. Most. IV, 2, 49: Ain tu istic potare solitum Philolachem — *Cum ero vostro?* v. 61: simul *Tuo cum domino*? Pseud. v. 1307: *Cum tuo filio* perpotavi modo. Bacch. V, 2, 62: I hac *mecum* intro. v. 66: isne *hac* mecum intro? Most. v. 898: *Mecum*, pessume, ito advorsus. IV, 3, 43: I *mecum*, te obsecro, una nunc simul (sic Ritschelius). Merc. v. 462: Vin me *tecum* illo ire? V, 2, 27: Quid me voltis? EU. Ire *tecum*. Merc. IV, 1, 23: Ei (= i) hac *mecum*. Men. V, 7, 45: una *tecum* ibo domum. Pseud. v. 1031. Bacch. IV, 8, 19: cubantem *cum illa*. v. 55. Bacch. IV, 9, 86: Quod *cum* peregrini cubui *uxore* militis. Stich. IV, 1, 41: bene *quicum* cubitares. v. 42: *quicum* cubitem. Merc. v. 538: Etiam *cum uxore* non cubet? Bacch. IV, 8, 24: Pacisci *cum illo* paulula pecunia Potis. cf. v. 29. Stich. IV, 1, 13: set satine *tecum* pacificatus sum, Antipho? v. 519: Pax commerciumquest vobis *mecum*. Most. II, 2, 82: pax mihist *cum mortuis*. Merc. v. 954: Pacem componi volo Meo patri *cum matre*. Merc. v. 536 sq.:

Inter nos coniuravimus, nisi *cum illo* ego et ille *mecum*,
Neuter stupri causa caput limaret.

Poen. I, 2, 79: *cum illac*[20]) nunquam limavi caput. Bacch. v. 17: nec *cum quiquam* limares caput. Cas. II, 2, 13:

nam vicinam
Neminem amo merito mage quam te,
Nec *quacum* plura sunt mihi, quae ego velim,

de qua formula loquendi vide Gronovium. Bacch. IV, 9, 15: Bacchidem habet *secum*. V, 2, 48: an ego experior *tecum* vim maiorem? Stich. v. 64. Pseud. I, 3, 78: Semper tu ad me *cum*

---

[20]) Sic *ΔΘpg* pro vulg. *illa*.

argentata accedito *querimonia*. Stich. v. 75: Principium ego quo pacto *cum illis* occupiam. III, 1, 8: *Cum*que eo reveni ex inimicitia in gratiam. Stich. v. 701. V, 5, 12. Most. I, 3, 119: Ubi sudor *cum unguentis* sese consociavit. v. 152: qui huc incedit *cum amica sua?* Most. v. 329: Si cades, non cades quin cadam *tecum*. II, 2, 80: Quid tute *tecum* loquere? III, 1, 24: Quid tute *tecum?* Merc. v. 364: Quid illuc est, quod solus *secum* fabulatur filius? Pseud. IV, 1, 4: qui haec loquar *mecum* egomet solus? II, 2, 21: Quid illic *secum* solus loquitur? Most. III, 3, 24: *Tecum* sentio. v. 26: Curriculo iube in urbem veniat iam simul *tecum*. IV, 3, 24: Quod me absente *tecum* hic filius Negoti gessit. v. 25: *Mecum* ut ille hic gesserit? V, 1, 53: consulerest igitur quiddam quod *tecum* volo. v. 72: *mecum* agito. Merc. V, 4, 59: *Cum eo* nos hac lege agemus. Pseud. v. 1231: cras agam *cum civibus*. Pseud. v. 188: Principio, Hedulium, *tecum* ago. Men. v. 589: neque quod volui Agere, aut *quicum* volui, licitumst. Most. V, 2, 37: Quidquid fecit, *nobiscum* una fecit. Pers. I, 1, 31: vives *mecum*. III, 1, 6: Communicavi *tecum* consilia omnia. Pers. v. 680: At ne *cum argento* protinam perbitas domum. Merc. II, 3, 114: Post autem communis mihi illast *cum alio* [*quodam*]. Merc. v. 455: [*Quicum*] (sic Ritschelius) mihi communist illa, is hic nunc non adest. III, 1, 35: Ecastor iam bienniumst, quom *mecum* rem occeptavit. IV, 4, 51: ius iurandum dabo, Me numquam quicquam *cum illa* —. Merc. v. 904: *quicum* istuc venerit? Men. II, 3, 41: qui dudum *tecum* venit. Pseud. v. 593: hic quid venerit *cum machaera*. Merc. V, 2, 101: Quin tu istas omittis naugas ac *mecum* huc intro ambulas? II, 4, 30: Ergo actutum face *cum praeda* recipias. Cist. I, 1, 88 sq.:

Sed tu en unquam *cum quiquam viro*
Consuevisti? SI. Nisi quidem *cum Alcesimarcho, nemine*.

Men. V, 2, 35: neuter ad me iretis *cum querimonia*. Men. V, 1, 9: Non te pudet prodire in conspectum meum, Flagitium tu hominis, *cum istoc ornatu?* Men. IV, 2, 68: Non ego te modo hic ante aedis *cum corona florea* Vidi astare. IV, 2, 65: Post ante aedis *cum corona* me derideto ebrius. Men. v. 463: *cum corona* exit foras. Pseud. v. 1299: Quae istaec audaciast, te sic interdius *Cum corolla* ebrium incedere? Men. I, 3, 14: salta sic *cum palla* postea. II, 2, 42: Solet iocari saepe *mecum* illoc modo. Pseud. v. 1240: ubi *cum stimulis* aut *flagris* insidiantur. Pseud.

IV, 7, 52: atque ut *mecum* mitteres Phoenicium. IV, 2, 55: *cum eo* simitu mulierem mitti volo. II, 2, 55: *cum eo* aiebat velle mitti mulierem. Pseud. v. 1122: amittat mulierem *mecum* semul. Pseud. IV, 7, 9: *cum his* nec locus Mihi nec sermo convenit. Pseud. v. 1034: Si non educat mulierem *secum* semul. Pseud. IV, 2, 12: qui *cum hirquina barba* astas. I, 3, 98: Lanios inde arcessam duo *cum tintinnabulis*. v. 142: *cum illo* perdidero fidem. Caecil. Stat. Aethrio fr. 4: *Cum Mercurio* capit consilium. Pausimachus fr. 4: hoc a te postulo, Ne *cum meo gnato* posthac limassis caput. Plocium fr. 1, v. 149: Ea me clam se *cum mea ancilla* ait consuetum. fr. 9, v. 174: si nil quicquam aliud viti Adportes *tecum*. Titthe fr. 2: egon vitam meam Atticam contendam (h. e. comparem) *cum istac rusticana*, mea Syra? Terent. Heaut. I, 2, 9. Phorm. I, 3, 19: Quod si tibi res sit *cum eo lenone quocum* mihist, tum sentias (v. Herz. ad Caes. p. 507). Eun. I, 2, 39: Ego *cum illo, quocum* tum *uno* rem habebam *hospite*, Abii huc. Hec. IV, 4, 96: si *cum illo* habuerit rem postea. Hec. III, 3, 21: Hanc habere orationem *mecum* principio institit (v. Herz. ad Caes. p. 466). Ad. II, 4, 20: tu *cum illa* te intus oblecta interim. V, 3, 54: rus cras *cum filio* Cum primo lucu ibo hinc. Eun. IV, 2, 1: coepi egomet *mecum* — cogitare. Phorm. II, 1, 12: Meditari *secum*. Andr. I, 1, 66: qui *cum ingeniis* conflictatur eius modi. Phorm. V, 3, 34: gnatam inveni nuptam *cum tuo filio*. Hec. IV, 4, 34: (si — vellet —) se esse *mecum* nuptam. Hec. IV, 1, 19: esset *cum illo* nupta. Phorm. II, 1, 74: Egon illam *cum illo* ut patiar nuptam unum diem? Huc referendi sunt etiam omnes ii loci, ubi praepositio *cum* coniuncta est cum verbis, quae proprie simplici casu coniungi solent, quo saepe actio mutua exprimitur. Sic Ennii annal. l. I, fr. 18: Tu vero face quod *tecum* precibus pater *orat*. Plaut. Amph. I, 1, 139: Qui *conplexus cum Alcumena* cubat amans, animo opsequens, ubi cum Alc. non ad cubat, sed ad conplexus videtur referendum, nam extat locus similis Mil. glor. II, 2, 90:

Arguam hanc vidisse aput te contra conservom meum
Cum suo amatore amplexantem atque *ausculantem*.

cf. 3, 49. ib. v. 67: ausculantem — cum alieno viro, ubi verbum osculari reciproca significatione positum est, ita ut actio exprimatur mutua, sicut etiam 2, 88 et 4, 13 sq. Bacch. III, 6, 35 sq.: nisi *cum illa* — Occuperes tute ipse *amare*. Pseud.

V, 1, 25: *amantis cum scortis* reliqui. Inprimis frequens est hac ratione usurpatum verbum *orare*, ut Pers. II, 5, 20: quod mecum dudum *orasti*. Bacch. III, 3, 90: hoc *tecum oro*. 6, 25: tecum orarem. Curc. III, v. 62: *Tecum oro* et *quaeso*. Rud. III, 4, 68: Scin quid *tecum oro*, senex? Merc. III, 1, 32: ille *mecum oravit*. Pers. I, 3, 37: *Tecum*que *oravi*, ut nummos sescentos mihi Dares utendos mutuos. Cas. III, 4, 5: quid tibi mandavi? quid *tecum oravi?* Asin. III, 3, 72: Hanc quoi daturu's hanc iube petere atque *orare mecum*. v. 96: Nunc istanc tantisper iube petere atque *orare mecum*. Cas. II, 5, 16: Si is *mecum oraret*. Poen. III, 2, 24: Et quidem, quasi tu *nobiscum* adveniens hodie *oraveris*. Aul. IV, 7, 4: fac mentionem cum avonculo, h. e. age cum eo verbis. Cist. I, 2, 15: Quae saepe *mecum mentionem fecerat*. Pers. I, 3, 29: Qua de re ego *tecum mentionem feceram?* Most. V, 1, 21: Docte atque astu mihi *captandumst cum illoc*. V, 2, 21: Hercle mihi *tecum cavendumst*. Pseud. IV, 1, 5: *cum malo* malus stulte *cavi*. Capt. V, 1, 10: quoniam *tecum servavi fidem*, ad q. l. vide adnotationem Lindemanni. Curcul. I, 2, 49: si fidem [tu] *mecum servas*. Merc. III, 1, 33: Animus redieit, Sei *mecum servatur* fides. Terent. Hec. IV, 4, 64: Egi atque *oravi tecum* uxorem ut duceres (v. Rudd. II, p. 371).

c. *Cum* exprimit id, quod comitans quasi est alicuius rei vel personae, vel tale adeo, quod actionem sequatur demum. Naevii Lycurgi fr. 6: ducite Eo *cum argutis linguis* mutas quadrupedis. fr. 9: pergite, Thyrsigerae Bacchae *Bacchico cum schemate*. fr. inc. trag. 3: *Cum tuis sagittis* arquitenens pollens dea. Naev. fr. inc. com. 3, v. 110: Eum suus pater *cum pallio uno* ab amica abduxit. Naev. fr. bell. Pun. l. I, 5: uxores — exibant — abeuntes *lacrimis cum multis*. Cato R. R. c. 141: cum divis volentibus, quam formulam sollemnem esse docuit Popma, similem Graecorum *σὺν τῷ θεῷ*. Legitur etiam Ennii annal. l. VI, fr. 13, v. 207: Dono ducite doque *volentibus cum magnis dis*. Plaut. Pers. III, 1, 4: Sequere hac, mea gnata, me *cum deis volentibus*, ad q. l. Taubm. affert Mil. IV, 8, 41: age, ite *cum dis benevolentibus*. Ennii annal. inc. sedis fragm. 24: Haud tenerest quod tu *tristi cum corde* gubernas. fr. 28: *Cum magno strepitu* Volcanum ventus vegebat. Andromacha Aechmalotis fr. 11: *Quantis cum aerumnis* illum exanclavi diem! Ennii annal. inc. sedis fr. 76, v. 538 (all. a Donato ad Ter. Phorm. III,

1, 1): Optima *cum pulchris animis* Romana iuventus. Annal. X, fr. 5, v. 342: Ille vir haut *magna cum re* set plenus fid Plaut. Merc. I, 2, 33: Apage istiusmodi salutem, *cum cruci* quae advenit. Trin. IV, 4, 4: Probo et fideli et fido et *cum m gna fide.* Asin. I, 2, 4: malo cum tuo. Epid. III, 4, 79: *F gitio cum maiore* post reddes tamen. Capt. IV, 2, 22: Quid homo tantum incipissit facere *cum tantis minis?* Bacch. III, 4: Ne illa illut hercle *cum malo* fecit *suo.* Amph. v. 244 s ab dextera *maxumo Cum clamore* involant. Pseud. I, 3, 76: m quidem profecto *cum istis dictis* mortuost. Most. II, 1, 77: fugiat *cum summo metu.* III, 1, 129: Nullum edepol hodie ge est taetrius Nec minus *bono cum iure,* quam danisticum. Pe v. 396: *Cum hac dote* poteris vel mendico nubere. Caecil. St Harpazomene fr. 4: Quid narras, barbare *indomitis cum moribi* Inlitterate inlex? Inc. fab. fr. 21: Advehitur *cum iligna cor* et *chlamyde.* Terent. Adelph. IV, 1, 3: Quod *cum salute* eius fi Andr. V, 4, 38: Dignus es *Cum tua religione,* odium. Phor III, 1, 1: Enim vero, Antipho, multimodis *cum istoc animo* vituperandus, quae Rudd. II, p. 266 adnot. 15 explicat: qui lem religionem, talem animum habes.

d. *Cum* exprimit consociationem et communionem tale quae non multum absit ab instrumento, quo adhibito res a qua fiat. Cato R. R. c. 77: *cum melle* oblinito. C. 10: i *cum loris* ornata III. Ennii annal. fr. 69 incertae sedis, v. 5 (ap. Serv. ad Virg. Georg. II, v. 424): Effudit voces *prop cum pectore* sancto. Ib. l. VI, fr. 2, v. 179:

Tum *cum corde suo* divum pater atque hominum rex
Effatur.

Plaut. Most. III, 2, 13: Quam magis cogito *cum meo animo.* A IV, 9, 3: equidem quo eam, aut ubi sim, aut qui sim, Neq *cum animo* certum investigare. Men. IV, 1, 10: quid ego n *cum illoc* agam? Terent. Adelph. III, 4, 55: hoc tu facito c *animo* cogites.

e. *Cum* additur etiam temporis notionibus ita ut ac rate exprimatur id ipsum tempus adeoque temporis mom tum, quo incidente actio aliqua fiat. Plaut. Amph. II, 2, 1 egone aps te abii hinc hodie *cum diluculo?* Merc. II, 1, Ad portum hinc abii mane *cum luci* semul.[21]) Stich. II, 2,

[21]) v. Ritschl. praef. in Trin. p. 97.

postquam me missisti ad portum *cum luci* semul. Cist. II, 1, 49: cum primo luci. Terent. Adelph. V, 3, 55: Cum primo luci.

21. Denique huc pertinet adverbium *una*. Ennii Euhemerus fr. 1: is id regnum *una* cum fratribus suis instituit. Plaut. Amph. II, 2, 221: Qui mecum *una* vectust una navi. Bacch. I, 2, 32: et *una* cum amica accubet, cf. v. 34: Praesente ibus *una* paedagogus ut siet. Poen. III, 1, 50 sq. Most. IV, 3, 43. Pseud. I, 4, 17: Erum eccum video huc meum Simonem *una* semul Cum suo vicino Calliphone incedere. Poen. V, 3, 28: *una* nutricem semul Iube ad ted hanc abire. Pers. II, 1, 3, quem locum Ritschelius sic restituit: Quamquam ego vinum bibo, mandata hau consuevi simul bibere *una*. Pseud. I, 1, 61. 2, 70: quin *una* omnes peste hac populum liberant? IV, 1, 38. I, 3, 115 sec. scripturam Fleckeiseni. Men. III, 3, 13: quas *una* dedi. v. 14: Nam pol cum hoc *una* dedi. V, 7, 45: *una* tecum ibo domum. Merc. I, 1, 89. Bacch. III, 1, 13. 3, 92: *una* cum illoc hic relinqueres. Asin. IV, 1, 26. Most. I, 3, 119: quasi quom *una* multa iura confudit cocus. V, 2, 37: Quidquid fecit, nobiscum *una* fecit. Pers. IV, 4, 61.

22. *Ablativus temporis.* a. *principii.* Solus ablativus principii tempus significans non invenitur, sed semper pendet a praepositionibus *ab, ex, de.* Deinde huc pertinent multa adverbia, velut *abhinc, dehinc, exinde, exin, deinde, dein,* quibus etiam *extemplo* adnumerandum est.

Ab. De Plauto vid. Kampm. de AB praep. n. 5, de Terentio Schaefferum V. VI. Plaut. Most. III, 1, 3: *A mani* ad noctem usque in foro dego diem. Amph. I, 1, 97: usque *a mane* ad vesperum. Most. III, 2, 80: usque *a mani* ad vesperum. Bacch. IV, 9, 83: Inde *a principio* iam inpudens epistulast. Pseud. IV, 2, 14: Iam inde *a principio* probe. Men. prol. v. 1: iam *a principio.* Most. III, 2, 139: a primo. Stich. I, 3, 21: Quia iam *a pausillo puero* ridiculus fui. Merc. I, 1, 89: a puero parvolo. Bacch. V, 2, 89. Merc. III, 1, 23: *a matura* iam inde *aetate.* Terent. Adelph. V, 9, 5: Ego istos vobis usque *a pueris* curavi ambos sedulo. Andr. I, 1, 8: *a parvolo* ut semper tibi Apud me iusta et clemens fuerit servitus, Scis. III, 3, 7: amicitiam — Quae incepta *a parvis* cum aetate adcrevit simul. Adelph. I, 1, 16: Dissimili is studiost iam inde *ab adulescentia.* (Sic hunc versum emendavit Ritschl. praef. in Trin. p. 119). Andr. I, 1, 21: Rem omnem *a principio* audies.

Ex cum temporis notionibus coniunctum indicat rem aliquam a certo quodam temporis momento proficisci, quare saepe idem ac *post* significat. Ennii Epicharmus fr. 7: *ex imbre* frigus (quod potest etiam ad *ex* originis spectare). Ennii Andromacha Aechmalotis fr. 10: *Ex opibus summis* opis egens, Hector, tuae. Plaut. Stich. III, 1, 20: Nunc hunc diem unum *ex illis multis miseriis* Volo me eleutheria iam agere advenientem domum, h. e. post exantlatas multas miserias. Asin. IV, 1, 19: ni in quadriduo Abalienarit, *quo ex* argentum acceperit. Pers. IV, 3, 10: Bonus volo iam *ex hoc die* esse. Merc. V, 4, 64: ex hac nocte. Terent. Eun. IV, 2, 3: Aliam rem *ex alia* cogitare.

De. De temporali usu praepositionis *de* v. Wüllner. de casibus p. 50. Kampm. de DE praep. usu Plaut. p. 4: „temporis notionibus iunctum *de* incipi quidem aliquid eo temporis momento indicat, verum etiam continuari per illud temporis spatium, ita ut *de die* idem fere sit ac *die* aut *per diem*.“ Schaefferus p. 18: „*De nocte* si dico aliquid fieri h. e. actionis illius et initium incidere in noctem et continuitatem cum nocte cohaerere, necessario id fit, quum aliqua pars noctis est reliqua, quae quanta sit e nexu sententiarum est definiendum; recte igitur Handius: *de nocte*, i. e. noch in der Nacht, nondum exhausta nocte.“ Pareus autem in lexico Plautino v. *De* si *de die* explicat per: *a prima parte* diei, non recte hoc facit, aliquanto rectius sine dubio Salmasius ad Plaut. Asin. IV, 2, 16, qui pro *de medio die* positum esse censet. Plaut. Most. III, 2, 8: Non bonust somnus *de prandio*, h. e. statim post prandium (v. de h. l. Handium). Asin. III, 1, 13: Ecqua pars orationis *de die* dabitur mihi? IV, 2, 16: *de die* Potare, ad q. l. vide Taubmannum. Caecil. Stat. Aethrionis fr. 1: De nocte ad portum sum profectus prosumia. Terent. Adelph. V, 3, 55: DEM. Cum primo luci ibo hinc. MIC. *De nocte* censeo. V, 9, 8: adparare *de die* convivium.

23. *Abhinc* sequente accusativo tum usurpatur, cum exprimere volumus, quantum temporis ab eo temporis momento, quo loquimur, praeterierit. Plaut. Bacch. III, 2, 4: hoc factumst ferme *abhinc biennium*. Stich. I, 2, 80: Quid illos expectatis qui *abhinc* iam abierunt *triennium?* Cas. prol. v. 39: *abhinc annos* factumst *sedecim*. Terent. Andr. I, 1, 43: interea mulier quaedam *abhinc triennium* Ex Andro commigravit huc viciniae. Hec. V, 3, 24: *abhinc mensis decem* fere. Phorm. V, 9,

28: fere *abhinc annos quindecim*. Uno loco Plautino, Most. II, 2, 63: Qui *abhinc sexaginta annis* occisus foret, ablativus sequitur, sed h. l. non tempus, quod ei, qui loquitur, praesens est, significatur, cf. Madvig. Bem. über verschiedene Puncte des Syst. der lat. Sprachl. p. 65, adnot. **)

Dehinc. Plaut. Poen. V, 2, 69: At ut scias, nunc *dehinc* latine iam loquar. Merc. V, 4, 40. Asin. I, 1, 98: Profecto nemost quem iam *dehinc* metuam mihi. Asin. V, 2, 8: At nunc *dehinc* scito illum ante omnis minumi mortalem preti. Poen. prol. v. 125: *Dehinc* ceterum Valete: adeste. Poen. I, 2, 161: Si ante quidem mentitust, nunc iam *dehinc* erit verax tibi. Terent. Eun. V, 2, 33: At nunc *dehinc* spero aeternam inter nos gratiam Fore. II, 3, 5: deleo omnis *dehinc* ex animo mulieres.

Exinde. Plaut. Truc. I, 1, 63: Eadem, postquam alium repperit, qui plus daret, Damnosiorem, me *exinde* amovit loco. Causalem habet significationem *exinde* Pseud. II, 3, 14: *exinde* sapere eum omnes dicimus.

Exin Ennii Euhemerus p. 169 Vahlen.: *Exin* Saturnus uxorem duxit Opem. Ennii annal. l. I, fr. 34, v. 45; fr. 57, v. 93. inc. sedis fr. 5. l. VII, fr. 8: exim. Apud Plautum bis haec particula reperitur praegresso *utcunque* (Ladew. Zeitschr. f. Alt. 1842, p. 1074): Epid. I, 1, 47: *Utcunque* in alto ventust, Epidice, *exin* velum vortitur. Poen. III, 5, 9: *Utquomquest*[22]) ventus, *exin* velum vortitur.

Deinde. Cato R. R. c. 54: *deinde* ea pro foeno dato. Ennii annal. inc. sed. fragm. 6. Euhemerus fr. 3, 14. fr. 4, 25. fr. 7, 30. fr. 3, 22. fr. 12, 65. Plaut. Merc. III, 4, 66. Amph. V, 1, 67: Quid fit *deinde?* Stich. I, 2, 29: Post id igitur *deinde* ut animus meus est, id faciam palam. IV, 1, 39: *Deinde* senex ille illi dixit, quoius erat tibicina. Terent. Heaut. prol. v. 19: et *deinde* facturum autumat. Andr. III, 2, 3: Nunc primum fac ista ut lavet: poste *deinde*, Quod iussi ei dari bibere — Date.

Dein Naev. bell. Pun. l. II, fr. 7. Ennii annal. inc. sed. fragm. 6. Ennii Telamonis fr. 8. Plaut. Rud. I, 4, 3 Fleckeisenus dein omittit et scribit: vitae hau parco. Terent. Andr. I, 1, 52: *dein* quaestum occipit.

Extemplo. Naev. Triphallus v. 98. Ennii annal. l. XIV, fr. 1, item Hecubae fr. 6. Iphigeniae fr. 12, v. 274. Plaut. Asin.

---

[22]) Sic Δp. Vulg. *utcunque est*. v. Ritschl. praef. in Stich. p. XVI.

II, 2, 23: pro monstro *extemplo*st, quando qui sudat tremit. Capt. III, 1, 24. Cist. I, 1, 98: si ames, *extempulo* Melius illi multo, quem ames, consulas, quam re tuae. Bacch. II, 3, 70: Quoniam *extemplo* a portu ire nos cum auro vident. Bacch. v. 263. Pseud. IV, 7, 104. Men. II, 2, 67. Men. v. 482. Most. V, 1, 22. Pers. I, 3, 41. v. 84. III, 3, 30. Merc. I, 1, 67. Merc. prol. v. 61: Sese *extemplo* ex ephebis postquam excesserit cett. Bacch. IV, 9, 54: *extemplo* ubi oppidum expugnavero. Inprimis frequens est coniunctio *quom extemplo*, quod Graecorum respondet ἐπεὶ τάχιστα. Sic Asin. II, 4, 36: Aibat reddere, *quom extemplo* redditum esset, h. e. ut primum. Mil. IV, 4, 40: *Quom extemplo* erit hoc[23]) factum. Most. II, 1, 18: Aedes *quom extemplo* sunt paratae. Most. v. 1064: *quom extemplo* vocem. Merc. II, 2, 24. Trin. II, 1, 16: *quom extemplo* eius saviis perculsus est. Trin. III, 2, 99: *quom extemplo* arcum et pharetram mi et sagittas sumpsero. Capt. IV, 2, 6: *Quom extemplo* ad forum advenero, omnes loquentur. Capt. II, 3, 74: *quom extemplo* meo e conspectu apscesseris. Pseud. III, 2, 15: *quom extemplo* veniunt conductum coquom. Rud. IV, 3, 40: Quippe *quom extemplo* in macellum pisces prolati sient. Caecil. Stat. Plocium fr. 2, v. 160.

24. b. *Ablativus medii.* Huc pertinet locus ap. Terent. Andr. I, 1, 77: Ferme in diebus paucis, *quibus* haec acta sunt, Chrysis vicina haec moritur, h. e. in diebus paucis post eos dies, quibus haec acta sunt, ut Ruddim. explicat p. 290, adnot. 8.

25. c. *Ablativus habitus* (*temporis*). Praeter ablativum, qui indicat sive certum quoddam eius momentum, in quod actio quaedam vel res incidit, pertinent huc nonnulla adverbia, quae sunt ablativi et etiamnum servarunt formam ablativi, ut *noctu, hodie* (et similia), *vesperi, heri* (*e*), *mane,* deinde alia alius formae, ut *quando, tum, tunc, nunc* et derivata, porro ii ablativi, qui proprie non tempus, sed rem, quae in idem tempus cum alia re vel actione incidit, significat, ut adventu patris, quo referendi sunt etiam ablativi, qui vulgo dicuntur *absoluti.* Denique etiam praepositio *in* haud raro cum ablativis temporis coniungitur.

Fabius Pictor ap. Egger. p. 107: *eo die* verberari piaculum est. Cato R. R. c. 2: fundum *eodem die* — circumeat: si non

---

[23]) Sic Fleckeisenus in praef. ed. Plaut. I, p. 27 transponere vult verba *hoc erit.*

eo die, at *postridie*. C. 150: *die* lanam et agros vendat, quod Schneiderus explicat: tempore certo et idoneo, Rostius comment. Plaut. p. 238: iusto et commodo die. C. 3: *Prima adolescentia patrem familias* agrum conserere studiose oportet. C. 33: Salictum *suo tempore* caedito. C. 5: autumnitate. C. 50 et 54: verno, h. e. verno tempore. C. 59 bis legitur alternis annis. C. 157 bis legitur bis die, semel bis in die. C. 43: capita oleagina *quot mensibus* usque donec trimae erunt, fodere oportet, h. e. singulis mensibus, quod eodem modo est dictum, ut *quotkalendis* ap. Plaut. Stich. I, 2, 3: Vos meministis *quotkalendis* petere demensum cibum. Ennii Euhemerus fr. 1 ap. Vahlen. p. 169: *Initio* primus in terris imperium summum Caelus habuit. Euhemerus fr. 9: Ea tempestate. Plaut. Bacch. v. 6: Qui *viginti annis* errans a patria afuit. Merc. I, 1, 66: Nec nisi *quincto anno quoque* solitum visere Urbem. Most. II, 2, 74: anno. Trin. I, 2, 5: Hic illest *senecta aetate* qui factust puer. Most. V, 2, 27: istac aetate. Merc. v. 982: istac — aetate. v. 985: senecta aetate. Amph. I, 2, 19. 20: Alter *decumo* post *mense* nascetur puer Quam seminatust, alter *mense septumo*. II, 2, 38: adveni domum, *Decumo* post *mense*. Truc. II, 6, 16: *decumo mense* post. Pers. IV, 3, 35: Neque istoc redire *his octo* possum *mensibus*. Rud. prol. v. 4: Signum quod semper *tempore* exoritur *suo*. Merc. I, 1, 33: advorso tempore. Spectat huc etiam antiqua forma *tempori* sive *temperi*. Cato R. R. c. 2: roget — satisne *tempori* opera sient confecta. C. 3: ex quavis olea oleum viridius et bonum fieri potest, si *tempori* facias. Plaut. Capt. I, 2, 88: Numquid vis? HE. Venias *temperi* (sic Δp). I, 2, 80: Set si venturu's[24]), temperi (int. venias). Merc. V, 4, 29: temperi sec. Θp. Rud. IV, 2, 16: Vigilare addecet quia sua volt *temperi* (sic ΔΘp) conficere officia. Pers. V, 1, 16 bis legitur temperi. Cas. II, 6, 60: *Temperi*, postquam oppugnatumst os. Pseud. I, 3, 153: *Temperi* ego faxo scies. Stich. V, 2, 6: ut cenam coqueret *temperi*. Aul. III, 3, 6. Pseud. IV, 7, 86. Men. II, 3, 90. Men. v. 464. III, 2, 2. V, 7, 31. Most. I, 4, 2. Pers. II, 2, 47. Uno loco, Epid. III, 3, 25 in Δp pro eo legitur *tempore*, sed ibi quoque metrum postulat ut scribatur cum Bothio: Edepol ne istam *tempori* gnato tuo Sumus praemercati. Cas. prol. v. 18: *Ea tempestate* flos poe-

---

[24]) Sic scribendum sec. praeceptum Ritschelii proleg. ad Trin. p. 109. Vulgo *venturus*. Δp h. l. *tempori*, Fleckeisenus *temperi*.

tarum fuit. Pseud. I, 3, 67: Emito *die caeca* hercle olivom, id vendito *oculata die.* Amph. I, 1, 98: quia *illo die* inpransus fui. Pseud. I. 3, 45: *quaque* id promissit *die.* IV, 7, 77: Quotumo die. v. 78: *Altero* ad meridiem. Aul. II, 8, 10: *Festo die* siquid prodegeris, Profecto egere liceat. Men. v. 474: uno die. Men. V, 1, 49: *Eodem die* illum vidi, *quo* te ante hunc diem. 9, 44: uno die. Most. v. 238: his decem diebus. IV, 3, 26: quo die? Pers. v. 265: *die uno* absolvam. Merc. I, 1, 38: *Eodem, quo* amorem, Venus mi hoc legavit *die.* Memorabiles sunt loci hi: Cato orig. l. IV ap. Gell. X, 24, §. 7: die quinti. Or. contra Fur. ap. Gell. l. l. (cf. Bolhuis. 129): „Ut plerique die pristini, ita M. Cato in orat. contra Furium die proximi dixit", cf. Nonius p. 153. Plaut. Men. V, 9, 94: quo die? ME. die septimi. v. 95: *mane* sane *septimi.* Pers. II, 3, 8: Nam ibi mercatum dixit *die* esse *septimei.* Most. v. 881: die crastini. In his Ruddimannus II, p. 289, adnot. 2 dicit Sanctium et Perizonium ellipsin statuere vocis solis, Ursinum autem has accipere pro ablativi formis. Hoc alterum verum est, modo dicendum est *locativi* formis. Assentiuntur huic sententiae Hartungius de casibus p. 206 sq. et Haasius ad Reisig. p. 659, adnot. 541. Antiqua ablativi forma *luci* dicitur pro *luce,* sic Cas. IV, 2, 7: Tandem ut veniamus *luci,* cf. Fleckeisenus exerc. Plaut. p. 12. Amph. I, 1, 14: Idem nonne me mittere hoc *luci* potuit?, ubi *hoc* non cum *luci* est coniungendum, sed accusativus est pendens a *mittere.* Men. V, 7, 17: *luci* derupier in via. Aul. IV, 10, 18 recte e Nonio Goellerus scripsit luci claro (ΔΘpg luce clara). Pseud. v. 188: *Principio,* Hedulium, tecum ago. Pers. IV, 4, 3: principio, item Merc. I, 1, 40. Pers. IV, 3, 69: primo. Most. v. 883: Postremo, item I, 3, 41. Most. I, 3, 3: horno. Merc. II, 3, 36: hac nocte. Men. V, 2, 70: nocte hac. Merc. I, 1, 101: Ea nocte. II, 1, 3: nocte hac. Caecil. Stat. Ephesius v. 29: ea aetate. Plocium fr. 4: Soletne mulier *decimo mense* parere? — Pol *Nono* quoque atque *octavo* atque etiam *septimo.*

26. *Adverbia formam ablativi habentia. Noctu* Naev. Acontizomen. fr. 3. Naev. fr. bell. Pun. l. I, 5: amborum uxores *noctu* Troiad exibant capitibus opertis. Cato R. R. c. 54. Ennii annal. l. VIII. fr. 21. Plaut. Amph. II, 2, 100: qui *hac noctu* in portum advecti sumus. Rud. prol. v. 6: *noctu* sum in caelo clarus. Pseud. I, 3, 58. IV, 7, 84. Pers. IV, 4, 20. 28. Merc. I, 1, 99.

V, 2, 21: Non concedam neque quiescam usquam *noctu* neque diu. Amph. I, 1, 116: hac noctu.

Hodie. Naev. Equus Troianus v. 15. fr. inc. com. 10. Ennii Thyestis fr. 13. Ennii Medeae exulis fr. 12, v. 307. Plaut. Amph. II, 1, 13: Malum quod tibi di dabunt atque ego *hodie* Dabo. Pseud. I, 2, 32: Nam mi *hodie*st natalis dies. Aul. II, 1, 7. Amph. II, 2, 108. Poen. V, 4, 21. Pseud. I, 1, 83. 102. 110. 115. Pseud. I, 2, 41: *hodie* experiar. v. 44. 64. 66. Pseud. v. 219. I, 2, 86. 91. I, 3, 5. Pseud. v. 243: *hodie* nate. I, 3, 100. 139. Amph. I, 1, 108. Aul. II, 2, 29. Pers. II. 2, 20. Pseud. I, 3, 150: Hoc ego oppidum admoenire ut *hodie* capiatur volo. I, 4, 20. I, 5, 103. 116. II, 2, 20. II, 4, 32. v. 43. III, 1, 9. 11. 14. III, 2, 18. 58. 79. Pseud. v. 878. III. 2, 92. IV, 1, 6. 2, 38. 6, 7. 9. 10. 7, 86. Pseud. v. 1186. IV, 7, 100. Pseud. v, 1233. 1324. Mil. 1412. 1421. Men. prol. 70. I, 2, 15. 3, 3. 4. v. 17: Nimio ego hanc periculo Surrupui *hodie.* Men. v. 217. II, 3, 30: Nisi *hodie.* v. 47. III, 1, 3. v. 15. III, 2, 1. v. 43. IV, 1, 6. Men. v. 588. 596. 597. 601. IV, 2, 66. 99. V, 7, 33. 50. 8, 1. 9, 2. 16. 77. Most. I, 3, 96. II, 1, 8. 80. 2, 78. 96. 98. III, 1, 128. 3, 18: *Hodie* accipiat. IV, 2, 37. IV, 3, 7. Most. v. 1003. IV, 3, 39. 41. 46. Most. v. 1067. V, 1, 25. 64. 2, 8. Pers. I, 1, 34. 3, 2. 60. 87. Pers. II, 2, 5. 4, 11. 22. 5, 13. III, 1, 8. 2, 2. Pers. v. 457. IV, 3, 2: ego *hodie* conpendi feci binos panes in dies. IV, 3, 3. 4. 5. 7. 9. 11. Pers. v. 710. v. 734. V, 1, 20. V, 2, 3. 17. Merc. II, 2, 10. 32. II, 3, 101. III, 1, 34. V, 1, 2. Merc. v, 615. Pers. II. 2, 37: Numquam ecastor *hodie* scibis, de quo loco Lamb. ad. Poen. V, 2, 97: „Sunt quaedam vocabula in comicis, qui negligentiorem vulgi sermonem imitantur, quorum vis occulta γεωμετρικῶς ostendi non potest. Cuiusmodi Pers. II, 2, 37 hodie.“ Poen. V, 3, 19: Quom huc advenisti *hodie* in ipso tempore. Caecil. Stat. Plocium fr. 1, v. 157. fr. 12, v. 179. Inc. fab. fr. 3, v. 243. Terent. Andr. V, 4, 13: *hodie* in ipsis nuptiis. I, 2, 25. Hec. V, 4, 36.

De *perendie* v. Schmidt. de pron. p. 80. Plaut. Merc. v. 378. Aul. II, 1, 38: Quae *cras* veniat, *perendie* foras feratur. Stich. IV, 1, 11: *Cras* aput me eritis — PA. At aput me *perendie.* *Postridie* Merc. I, 1, 103. *Vesperi* fragm. Poen. p. 488 Gronov.: Importuna avis venit *vesperi.*

Heri Naev. Ariolus fr. 2, v. 21. Plaut. Pers. IV, 4, 26. Merc. v. 106. II, 1, 33: *heri*st. II, 4, 13. Amph. v. 731. Pseud. v. 549. Most. IV, 2, 37. 40. Pers. I, 3, 36. Pseud. I, 2, 15. Mil. I, 1, 59. Pers. I, 3, 28 *(here)*. Caecil. Stat. Synaristosae v. 197. Terent. Heaut. III, 3, 7.

Mane. Cato R. R. c. 157: *mane* ieiuno dato brassicae tritae decoctaeque aquae cyathos III. Ib.: Hanc oportet *mane* ieiunum esse. Ib.: Hanc *mane* esse oportet ieiunum. Plaut. Merc. II, 1, 31. Pers. I, 3, 34: *Mane* quod tu occeperis Negotium agere. Caecil. Stat. inc. fab. fragm. 14.

27. *Adverbia alius formae tempus exprimentia*. *Quando* esse potest aut relativum, aut interrogativum, aut indefinitum. Naev. Carbonaria: *quando* edit. Cato R. R. c. 157: si *quando* usus venerit. Catonis apophthegmata (Lion. p. 96) ap. Plin. hist. nat. XV, 18 (20): Interrogo vos — *quando* hanc pomum demptam putetis ex arbore. Ennii annal. l. X, fr. 7: si *quando* l. XVI, fr. 21. Plaut. Pers. v. 498: Quando? Merc. v. 117: *quando* (wann) unam occeperis. v. 167: nullust, *quando* occepit, blandior. II, 3, 71: *quando* (wann) incedat per vias. Men. V, 5, 27: Ubi satur sum, nulla crepitant: *quando* esurio, tum crepant. Pers. v. 730. Tunc *quando* abiero. Pseud. II, 2, 51: at ego, *quando* eum esse censebo domi, Rediero. III, 2, 42: Nam ego cicilendrum *quando* in patinas indidi. Capt. II, 1, 35: *quando* id quod voles habebis. 3, 46: haec pater *quando* sciet. Epid. III, 3, 53: Eradicabam hominum auris, *quando* occoeperam. Men. III, 1, 36: Nunc *quando* amicum te scio esse illius, indicabo. Stich. I, 3, 64: Ridiculus aeque nullust quam hic *quando* essurit. Truc. I, 1, 15: *Quando* abiit rete pessum, adducit sinum. I, 2, 7: *Quando* intro advenerunt. II, 4, 63: Quid me futurumst, *quando* miles venerit? v. 78: *quando* otium Tibi sit. Pseud. v. 258: Dabo *quando* erit. BA. Ducito, *quando* habebis. I, 3, 72: *quando* nil sit semul amare desinat. Pseud. v. 546: *quando* lubet. II, 2, 68: *quando* arcessam. II, 4, 35: *quando* principium praehenderit. IV, 7, 84: Noctu in vigiliam *quando* ibat miles. Men. prol. v. 73: *Quando* alia agetur, aliut fiet oppidum. I, 1, 2: *quando* edo. 2, 11: *Quando* ego tibi ancillas — praebeo. Men. v. 215: *Quando* vis. II, 1, 2. v. 45: argentum *quando* habebo. 2, 29: *quando* potas. 3, 68: *quando* vis. v. 76: *quando* abibis. III, 3, 23: At tu, *quando* habebis, tum dato. IV, 2, 101. V, 2, 50. Men. v. 985: Propest, *quando* haec [mea meus] erus ob facta pretium

exsolvet. V, 7, 45: *quando* ibis. v. 55: Ne tum, *quando* sanus factus sit, a me argentum petat. Most. I, 2, 9: *Quando* hic natus fuit. v. 14. II, 1, 56: Neu quisquam responsit, *quando* hasce aedis pultabit senex. Most. v. 689. Pers. II, 5, 13: *Quando* istaec innatast tibi? v. 638: *quando* animam ecflavit. Aul. III, 5, 32: *quando* ad villam veneris. IV, 10, 23: Non mihi homines placent, qui quando male fecerunt, purigant (sic Ritschl. ind. lectt. un. Bonn. 1854/5 pro vulg. purgitant). Aul. II, 2, 71: Idem *quando* illaec occasio periit, post sero cupit. Caecil. Stat. Plocium fr. 10: Patiere quod dant, *quando* optata non danunt. fr. 11: Vivas ut possis, *quando* non quis ut velis. fr. 14, v. 182: publice *quando* auspicant. Saepenumero se convertit in significationem coniunctionis causalis, ita ut idem sit ac *quandoquidem*. Sic Plaut. Amph. III, 2, 12: *Quando* ego quod feci, id factum Amphitruoni offuit. Asin. II, 2, 4: *Quando* mecum pariter potant. v. 23: *quando* qui sudat tremit. Amph. I, 1, 109: *Quando* imagost huius in me. v. 243: Non loquar nisi pace facta, *quando* pugnis plus vales. v. 284: Nunc *quando* ego sum, vapulabis, ni hinc abis, ignobilis. Truc. IV, 2, 22: *quando* scis, sine alios discere. Menaechm. IV, 3, 19: *Quando* tu me bene merentem tibi habes despicatui. Men. v. 156: *quando* aequom oras. I, 3, 19: *quando* una vivis meis morigera moribus. Men. v. 624: *quando* hic rem non meminit suam. v. 642: *Quando* nil pudet. V. 2, 80: *quando* illi me insanire praedicant. Pers. II, 2, 41: *quando* ita certa rest. IV, 6, 6: *quando* lenost. v. 808: *quando* dignust. v. 637: *quando* fuit. v. 641: *quando* hic servio. v. 804: *quando* liber locust. Poen. II, v. 12: *Quando* id, quod sat erat, satis habere noluit. Merc. II, 4, 5: *Quando* id mi adimitur, qua causa vitam cupio vivere. Terent. Adelph. V, 3, 16: *Quando* ego tuom non curo, ne cura meum. Andr. IV, 5, 10: *quando* ut volumus non licet. v. 23: *quando* huc veni, ut videam. Eun. I, 2, 116: *quando* ego sum tuos. Eun. III, 1, 57: *Quando* illud quod tu das expectat atque amat. Adelph. III, 2, 50: Postremo *quando* ego conscia mihi sum, a me culpam esse hanc procul. 3, 83: *Quando* ita volt frater. V, 4, 24: *quando* hoc provocat. Phorm. V, 8, 2: *Quando* evenere haec nobis — prospere. 9, 10: *quando* nil times. v. 45. Hec. III, 5, 27. 62. Derivata sunt *nequando*, *quandoquidem*, *aliquando*. Terent. Eun. III, 1, 60: *nequando* iratus tu alio conferas. Plaut. Men. V, 7. 35: *quandoquidem*, ere, te servavi. Merc. v. 171. 180. 619. Truc. II, 7, 7: *Quandoquidem* ipsus perditust. Merc. V, 2, 92:

quandoquidem pater mihi exilium parat? Terent. Eun. II, 3, 83: *Quandoquidem* illarum neque te quisquam novit neque scit qui sies. Plaut. Rud. IV, 6, 1: *Aliquando* ausculando meliust, uxor, pausam fieri.

Tum. Livius Andronicus fr. Achillis. fr. Aegisthi 2, v. 5. Cato R. R. c. 45: Taleae ubi trimae sunt, *tum* denique maturae sunt, ubi liber sese vertet. Ennii fr. Athamantis v. 150. Phoenicis fr. 12. Euhemerus fr. 3, 13. 3, 15. Ennii annal. inc. sedis fragm. 51, v. 503. fr. 57. 59. Alcumaeo fr. 2, v. 43. Ennii annal. l. I, fr. 57. l. II, fr. 13. l. III, fr. 9. l. IX, fr. 4, v. 308: Qui *tum* vivebant homines. l. X, fr. 4. l. XI, fr. 6. l. XVI, fr. 6. l. XVII. fr. 2. Alexandri fr. 1, v. 62. Plaut. Merc. v. 458. 459. I, 1, 77: quae *tum* (Damalē) haberet. Most. IV, 2, 60. V, 1, 55. Pers. I, 3, 15. 54. 77. II, 2, 7: *Tum* tu igitur sine me ire. Pers. v. 464. IV, 4, 33, 109. Pers. v. 729: *Tum* (Dann) turbam facito. Merc. v. 510: *Tum* pol ego perii misera. Truc. II, 1, 23: Dum habeat, *tum* amet. Men. V, 5, 27: quando esurio, crepant (intestina). Capt. I, 2, 39: *Tum* denique homines nostra intellegimus bona. Most. I, 2, 51: Igitur *tum* specimen cernitur. Pseud. II, 4, 25: *Tum* igitur mane. III, 2, 68. IV, 1, 39: Immo si ecfexis, *tum* faxo magis id dicas. 3, 11. v. 1280. Men. II, 1, 35 sq.: *Tum* sucophantae et palpatores plurumi In urbe hac habitant: *tum* meretrices mulieres Nusquam perhibentur blandiores gentium. Men. II, 2, 71: *Tum* demum sciam. Men. v. 376. II, 3, 82. III, 3, 23: At tu, quando habebis, *tum* dato. V, 5, 41. 7, 55: Ne *tum*, quando sanus factus sit, a me argentum petat. V, 9, 56: *tum* quom pater a patria te avehit. v. 57: nam *tum* dentes mihi cadebant primulum. v. 58: Quid? vos *tum* patri Filii quot eratis? v. 64. Most. I, 2, 36: *tum* aedificant aedis totas denuo. v. 49: Adminiculum eis danunt *tum* iam aliquem cognatum suum. I, 3, 104. Most. v. 689. IV, 1, 4: *tum* stulta expetunt sibi consilia. Caecil. Stat. Karine fr. 2, v. 106. Davos (?) v. 26 Ribbeck. Ephesius v. 28: *Tum* equidem in senecta hoc deputo miserrimum, Sentire ea aetate ipsum esse odiosum alteri. Pugil v. 193. Praegresso *si* Terent. Hec. I, 2, 4: si quaeret me, uti *tum* dicas (cf. Reisig. p. 456. ibique Haas.). Andr. I, 1, 79: Ibi *tum* filius Cum illis, qui amarant Chrysidem, una aderat frequens. (v. Klussm. ad Naev. p. 126). Ib. v. 104: Ibi *tum* exanimatus Pamphilus Bene dissimulatum amorem et celatum indicat. I, 3, 18: ibi *tum* hanc eiectam Chrysidis Patrem recepisse. IV, 1,

10: Ibi *tum* eorum inpudentissima oratiost. Hec. II, 1, 41. I, 2, 70: etiam *tum*. Phorm. I, 4, 7: *Tum* temporis mihi punctum ad hanc rem est, ad quem locum Ruddimannus p. 316 docet genitivum *temporis* a substantivo *punctum*, non a *tum* pendere. Saepe *tum* coniungitur cum relativa particula *quum*, et primum quidem ita, ut notio temporis servetur. Sic Ennii Telamonis fr. 3, v. 361: *cum* genui, *tum* morituros scivi. Plaut. Pers. III, 1, 28. Merc. III, 2, 7: *tum quom*st sanguis integer. III, 2, 9: *quom* seis iam senex, *tum* in otium Te conloces. Bacch. III, 4, 20: *Tum quom* nihilo plus [ad suam rem illut] referet. Truc. I, 2, 88: Hoc nobis vitium maxumumst, *quom* amamus, *tum* perimus. Casin. I, v. 51: *Quom* mi haec dicentur dicta, *tum* tu, furcifer, Quasi mus in medio pariete vorsabere. Bacch. I, 2. 37: *Quom* videbis, *tum* scies. Capt. IV, 2, 5: *quom* scibitur, — *tum* — inridebor, ad q. l. vide Lindem. Capt. I, 2, 39. 40: *Tum* denique homines nostra intellegimus bona, *Quom*, quae in potestate habuimus, ea amisimus. Capt. II, 2, 30: *Tum* igitur ei *quom* in Aleis est gratia tanta. Terent. Phorm. II, 1, 11: Quam obrem omnis, *quom* secundae res sunt maxume, *tum* maxume Meditari secum oportet, quo pacto advorsam aerumnam ferant. Deinde autem *cum* — *tum* saepe etiam duas enunciationes ita inter se coniungunt, ut temporis significatio minus appareat et ut fere idem significent ac *et* — *et* vel *tam* — *quam*. Sic Plaut. Truc. IV, 1, 6: *Cum* hoc iam volupest, *tum* istuc nimio magnae melliniae mihi. Men. IV, 2, 103: *Quom* virum *tum* uxorem di vos perdant. Terent. Andr. I, 1, 69: *Quom* id mihi placebat, *tum* uno ore omnes omnia Bona dicere et laudare fortunas meas. Phorm. I, 4, 10: *quom* mihi paveo, *tum* Antipho me excruciat animi.

Tunc. Naevii Hector proficiscens fr. 1. Ennii annal. inc. sedis fragm. 78. Annal. l. V, fr. 4. Plaut. Capt. IV, 2, 107: Set Stalagmus quoius erat *tunc* nationis, quom hinc abit?[25]) Pers. v. 730: *Tunc* quando abiero. Most. v. 743. 752.

Nunc. Naevii Danae fr. 4. fr. inc. com. 3, v. 109. Ennii Euhemerus fr. 7, 34. Telamonis fr. 1, v. 355. Thyestis fr. 5, v. 394. Pancratiastes fr. 3: Quo *nunc* me ducis? Annal. l. I, fr. 34, v. 39. fr. 56. l. VII, fr. 17. l. VIII, fr. 17. l. IX, fr. 8, v. 315. l. X, fr. 5, v. 340. l. XIV, fr. 6: *Nunc* est ille dies. l.

---

[25]) Vulg. *abiit*. *Abit* Fleckeisenus exerc. Plaut. p. 10, quod praesens esse statuit nec contractum ex *abiit*.

XVIII, fr. 7. Fragm. Achillis 7. Alexandri fr. 6. Erechthei fr. 3. Iphigenia fr. 4, v. 257. fr. 14. fr. 15. Medeae exulis fr. 1, v. 283. fr. 3, v. 291. fr. 15, v. 312. Plaut. Bacch. III, 3, 1: *Nunc* experiar sitne aceto tibi cor acre in pectore. Merc. III, 1, 37: *Nunc* quando amicum te scio esse illius, indicabo. Truc. II, 4, 43: *Nunc* huc remisit nuper ad me epistulam (sic *Δp*; *Θp*. epistolam). Pseud. I, 1, 16: Idem animus *nunc* est. v. 32. v. 52: *nunc* unae quinque remorantur minae. v. 61. 62. 71. 83. 109. v. 116: molestus *nunc* iam ne sis mihi. Amph. I, 1, 284: *Nunc* quando ego sum, vapulabis, ni hinc abis, ignobilis. Aul. IV, 10, 61. Most. II, 1, 34. Pers. v. 263. Capt. III, 3, 1. 2. v. 502. Stich. I, 1, 14. Bacch. IV, 5, 3. Stich. v. 632. Mil. III, 3, 40. Asin. prol. v. 5. Cist. II, 3, 82. Pseud. I, 1, 5: *Nunc* quoniam id fieri non potest. Pseud. v. 125. I, 2, 10. v. 21: Qui *nunc*? v. 41: *nunc* ego scibo atque hodie experiar. v. 52. v. 61: tace *nunc*. Pseud. v. 240: *Nunc* tu sapis. v. 261. 263. I, 3, 79: quod *nunc* lamentare. I, 3, 87: Quid *nunc* vis? v. 94. v. 121. I, 3, 146: Negoti *nunc* sum plenus. v. 149. v. 157: ergo utrumque tibi *nunc* dilectum para. I, 4. 2: Quid *nunc* acturu's. v. 11: *Nunc* ego poeta fiam. v. 12. Pseud. v. 416. v. 418. I, 5, 10. v. 18: ut *nunc* mos est. Pseud. I, 5, 82: animum advorte *nunc* iam. v. 89: Quid *nunc* agetis? v. 106. Pseud. v. 546. 550. I, 5, 138. 144: *nunc* iam. v. 149. Pseud. v. 584. v. 594. II, 2, 7. v. 16. 48. 50. 65. II, 3, 8. Pseud. v. 690. II, 4, 32: Quid *nunc* agimus? v. 66. v. 70: *Nunc* liquet, *nunc* defaecatumst: cor [meum] mihi *nunc* perviumst. v. 74. III, 1, 3. 9. 13. 17. 18. III, 2, 66. 98. 104. IV, 2, 27. v. 58: Quid *nunc*? IV, 3, 5. 8. IV, 4, 4. 5, 1: *nunc* demum. v. 3. 8. Pseud. v. 1061. 1134. IV, 7, 60. v. 70: quid *nunc* mihi's auctor, Simo? v. 131: Quid *nunc* faciam? v. 1234. 1239. IV, 8, 8. V, 1, 7. v. 1283. 1291. 1328. Capt. V, 4, 26: *Nunc* — demum. Deletum est *nunc* Most. III, 1, 53 a Fleckeiseno in Iahnii annal. T. LXI, p. 33. Capt. v. 533. 534. Men. prol. v. 5. 14. v. 43: iam *nunc* praedico prius. v. 49. 69. I, 1, 20. v. 32: *Nunc* ad eum inviso. 2, 10. Men. v. 159: Etiam *nunc* concede audacter ab leonino cavo. Men. I, 2, 60. II, 1, 5. Men. v. 288: *Nunc* opsonatu redeo. II, 2, 40. v. 69. Men. v. 360: *Nunc* eum adibo. 370. 375. II, 3, 47. 51. 60. v. 68: *Nunc* quando vis. Men. v. 568. v. 600: Iratast credo *nunc* mihi. v. 612: *Nunc* tu non nugas agis. v. 613. IV, 2, 71: Quin ut dudum devorti abs te, redeo *nunc* demum domum. v. 84: salva

foret. v. 109: *Nunc* ibo. IV, 3, 11: *Nunc* redeo, *nunc* te
lac video. v. 16. Men. v. 698. V, 1, 6: Demiror, ubi *nunc*
let Messenio. V, 16, 41. V, 2, 55: Quin etiam *nunc* habet
n. v. 56: *nunc*, quia rescivi, refert. v. 73: *nunc* hanc rem age.
: quid *nunc* faciam, mi pater? Men. v. 2, 100: *nunc* hunc
ssumum cett. v. 109. V, 3, 10: *nunc* cogito. 5, 13. V, 5,
3. v. 60: Quid ego *nunc* faciam? Men. v. 987. V, 7, 44.
Men. v. 1048. V, 9, 46. v. 59. Ut *nunc* maxume memini,
v. 64. 91. 93. 100. Most. I, 1, 19. v. 31. v. 56: *nunc*
. v. 66. v. 71: *nunc* iam rus te amove. v. 77. v. 79: *Nunc*
ibo. I, 2, 13. 37. Most. v. 144. 149. 156. I, 3, 16. 30.
1. 62. 76. Most. v. 246. I, 3, 100. v. 141: Etiam *nunc*.
v. 317. II, 1, 24: Quid ego *nunc* faciam? v. 52. v. 79:
iam. II, 2, 5: Quod *nunc* voluisti facere. v. 6. v. 43: lo-
nunc iam. v. 46. v. 72. III, 1, 5. 9. Most. v. 556. III, 1,
). 80. 99. v. 133: Quid ego *nunc* agam. v. 137. v. 146:
quid dicam nescio. v. 148: Quid *nunc*? non hercle, quid
faciam, reperio. III, 2, 4. 16. 25. 33. Most. v. 732. v.
III, 2, 75. 96. 106. 123. 128. 142. Most. v. 874. 880. III,
v. 25: *Nunc* abi rus. Most. v. 931. IV, 2, 69. v. 73:
us *nunc* iam. 3, 4. v. 42. 43. V, 1, 20. 26. 70. 2, 5. 15.
28: Quid ego *nunc* faciam. v. 34: *nunc* te obsecro. v.
quid me fiet *nunc* iam? Pers. v. 49. I, 2, 25. I, 3, 64:
nunc? II, 2, 9. v. 54. Pers. v. 258. II, 4, 1. 4. 5, 5. 9.
I, 1, 26. 36. 57. 3, 35. IV, 1, 9. Pers. v. 469: *nunc* agite
s. IV, 3, 3. Pers. v. 491: Ubi *nunc* tua libertast? v. 493:
eam narrabo. IV, 3, 51. 60. Pers. v. 606. IV, 4, 72.
v. 636. IV, 4, 95. 102. 112: Quod *nunc* dicam. IV, 6, 15.
v. 716. IV, 7, 14, 15. V, 1, 5. Pers. v. 843. v. 850.
prol. v. 1. I, 1, 37. Merc. v. 178. I, 2, 105. II, 1, 41.
, 2, 36. II, 2, 45, 57. 59. Merc. v. 346. 351. 365. 371.
75. 82. Merc. v. 455. II, 4, 14. III, 1, 30. III, 3, 9. 20.
, 14. 39. IV, 3, 13. Merc. v. 771. v. 804. v. 817. IV, 5,
, 2, 2. 3. Merc. v. 876. v. 880. V, 2, 43. 54. 70. Merc.
5. V, 2, 85. 86. 98. 108. Merc. v. 954. III, 4, 64. Merc.
). V, 4, 4: nunciam. Aquilius Boeotia fr. 1, v. 7. Caecil.
Imbrii: *nunc* uter Crescit. Synephebi fr. 3, v. 214. Inc.
. 1, v. 230 bis. Terent. Andr. I, 2, 8: At *nunc* faciet. I,
: eamus *nunc*iam intro. Eun. V, 8, 13: Numquid — tu
, quin ego *nunc* perpetuo perierim? Heaut. V, 1, 72.

Hec. III, 1, 47. Porm. V, 1, 35. Heaut. III, 2, 43. Eun. II, 2, 55: Etiam *nunc* hic stas, Parmeno? Ad. III, 3, 91: vivere etiam *nunc* lubet. IV, 1, 2. 10. Phorm. I, 4, 26.

28. *Ablativus rem significans, quae in idem tempus cum alia re vel actione incidit.* In legibus duodecim tabularum, III, fr. 6 est: *Tertiis nundinis* partes secanto. Naev. fr. inc. com. 5: ludis Liberalibus. Tunicularia fr. 1, v. 100: Compitalibus, item Cato R. R. c. 5. C. 157: morbis. Ennii annal. incertae sedis fragm. 3: tempestatesque serenae Riserunt omnes *risu* Iovis omnipotentis. Plaut. Amph. II, 2, 25: Eos — *primo coetu* vicimus. Most. II, 1, 34: Sicut ego *adventu* patris nunc quaero, quid faciam miser. Pers. III, 3, 31: ludis. Poen. V, 5, 12: qui cortinam *ludis* per circum ferunt.

Pertinent huc etiam ablativi, qui vulgo dicuntur *absoluti*, quatenus hi tempus nec conditionem vel causam exprimunt, sive iis participia addita sive addita non sunt. Lex Numae ap. Gell. IV, 3 (Egger. p. 82): Pellex asam Iunonis ne tacito; si tacet, Iunoni *crinibos demisis* acnum foeminam caidito. Lex Numae ap. Festum v. opima spolia (Egger. p. 83): Cuius *auspicio* classe procincta opima spolia capiuntur. Ib.: cuius *auspicio* capta, Dis piaculum dato. Naev. fr. bell. Pun. l. I, 5: amborum uxores noctu Troiad exibant *capitibus opertis*. Cato R. R. c. 37: stercus egerito, nisi intermestri *luna*que *dimidiata*. C. 31: luna descrescente. C. 40: Ficos — inseri oportet *luna silenti*. Ennii Achilles Aristarchi fr. 2: *prolato aere* astitit. Alexandri fr. 10: nobis respectantibus. Ennii annal. l. VI, fr. 21: tenebris abiectis. Ennii Andromacha Aechmalotis fr. 9, v. 120: astante ope barbarica. Hecubae fr. 12: male *re gesta*. Alexandri fr. 8: Sed quis *oculis* rabere visa es derepente *ardentibus?* Plaut. Rud. IV, 2, 5: *Salute* horiae, i. e. salva atque incolumi horia s. navicula mea, ut Douza explicat, cf. Menaechm. I, 2, 25: Avorti praedam ab hostibus nostrum *salute* socium, i. e. salvis nostris sociis. Merc. v. 824: *Sua* quidem *salute* ac familiai *maxuma*. Mil. II, 3, 50: Mirumst lolio victitare te tam *vili tritico*. Pseud. v. 126. I, 3, 8: re advorsa. v. 62: saturata cute. II, 4, 72: Ave sinistra, auspicio liquido. IV, 3, 12: Ne *capta praeda* capti praedones fuant. V, 1, 24: fugatis — hostibus. Pers. v. 597: *me impulsore* aut *inlice*. Most. III, 3, 13: *Me suasore* atque *inpulsore* id factum audacter dicito. Amph. V, 1, 42: Manibus puris, *capite operto*. Amph. II, 2, 219: Edepol *me lubente*

facies. Men. II, 1, 47: *me lubente* feceris. Trin. II, 4, 45: *Bonis tuis rebus* **meas** res inrides malas, ad q. l. Lindemannus: „ablativus est **temporis**, pro eo quod dicitur, quum tuae res sint bonae, **quum sis** dives. Bacch. II, 3, 67: Auferimus aurum omne illim *illis praesentibus*. Bacch. II, 3, 101 sq.: Set *qui praesente* id aurum **Theotimo** datumst? CH. *Populo praesente*. Most. III, 1, 37: Iam *illo praesente* adibit. Most. V, 1, 72: illo praesente. 2, 42: me **praesente**. Men. III, 2, 27: med absente. Men. v. 627: absente **me**. V, 6, 3: absente ero. Most. v. 1016: me absente. V, 2, 18: absente te. Aul. I, 2, 20: in aedis meas *me absente* neminem **Volo** intromitti. Most. I, 3, 73: vaenibit multo potius Quam te *me vivo* umquam sinam egere aut mendicare. Bacch. III, 3, 15: neque equidem *me vivo* illum conrumpi sinam. Men. v. 469 sq.: Pallam ad phrygionem fert *confecto prandio Vino*que *expoto, parasito excluso* foras. Most. II, 1, 77: Capite obvoluto. III, 1, 36: natus *dis inimicis omnibus*. Pers. II, 2, 61: *Fide data* credamus. Amph. I, 1, 100: *Vortentibus Telebois* telis conplebantur corpora. II, 2, 26: *auspicio meo* atque *ductu*. Men. v. 989: depugnato proelio. Pers. V, 1, 1. 2:

Hostibus victis, civibus salvis, re placida, pacibus perfectis,
Bello extincto, re bene *gesta, integro exercitu* et *praesidiis.*

Merc. I, 1, 91: *his* sic *confectis*. Merc. v. 805 sq.: *lege dura* vivont mulieres Multoque *iniquiore* miserae quam viri. Aquilius Boeotia fr. 1, v. 4: me puero. Caecil. Stat. Asotus 1, v. 10: Duabus vigiliis transactis. Plocium fr. 1, v. 146: Qui quasi ad hostis captus liber servio *salva urbe* atque *arce*. Inc. fab. fragm. 13: Venerio cursu veni, *prolato pede*. fr. 23: quassante capite. Terent. Eun. IV, 3, 7: Nescio quid profecto *absente nobis* turbatumst domi. Hec. I, 2, 19: Nam illi haud licebat nisi *praefinito* loqui, h. e. cum praefinitum seu permissum esset a milite, seu quantum praefinitum esset. Etiam gerundium et gerundivum (part. fut. pass.) in ablativis absolutis usurpatur, quamquam rarius quam part. praes. act. et perf. pass., ita tamen ut semper notionem habeant praesentis. De Catone vide Weissenborn. de gerund. p. 130. Cato R. R. c. 134: Iane pater, te *hac strue commovenda* bonas preces precor. Ib.: Iuppiter te *hoc fercto obmovendo* bonas preces precor. Ib.: uti *te strue commovenda* bonas preces bene precatus sum. C. 139: Eius rei ergo te *hoc porco piaculo immolando* bonas preces precor. Plaut. Men. V, 3, 7: Lumbi sedendo mi, oculi spectando dolent, *Manendo*

medicum, dum se ex opere recipiat. Epid. III, 5, 32: *pugn memorandis meis* Eradicabam hominum auris, quod Perizoni ad Sanct. Minerv. p. 143 explicat per: dum eradicabam, s simul etiam instrumentum quasi indicatur. Pers. I, 1, 5: fio miser *quaerundo argento mutuo,* qui abl. item instrumenta esse potest. Caecil. Stat. Plocium fr. 9, v. 175: Quod diu *vivei* multa qua non volt videt, qui item instrumentalis esse pote Terent. Andr. V, 4, 35: *mirando hoc tanto* tam *repentino bo* quod Donatus ita explicat, ut dum miror significet, cf. Weisse born. de gerundio et gerundivo p. 40.

29. *Praepositio in cum temporis notionibus iuncta.* Qu discrimen intercedat inter solum ablativum temporis et eu qui cum praepositione *in* coniunctus est, optime explica Schaefferus in libro de usu praep. Terent. p. 34, cuius ver adscribam. Describitur, inquit, praepositione *in* c. abl. tempo spatium, cuius actio aliqua obtineat partem maiorem aut r norem, modo ne omne spatium expleat (continuum aliqu temporis spatium, ut dicit Kampmannus de IN p. 19, q aliquid agitur). In describendo tempore Romani hanc viden secuti esse legem: nudo ablativo utebantur, ubi quo temp aliquid factum esset certis formulis significarent neque res cerent, actionem intra temporis alicuius perpetuitatem fie ablativo addebant praepositionem *in*, ubi aut vocabulo utebant ad significandum tempus, quod in formulae usum non abis i. e. certum quoddam tempus per se non significaret, continuitatem temporis respiciebant. Ita factum est, ut su stantiva, quae nudo ablativo indui soleant, ubicunque f mulae rationem abiecerint et non tam certum quoddam temp quam conditionem temporis significent, praepositionem req rant, ut *eo tempore* (zu jener Zeit), *in eo tempore* (in jen Zeitumständen), omnia denique vocabula et ea quae sunt te poris formulae et quae non sunt requirant praepositione ubicunque significatur, quo tempore profluente aliquid facti sit. Haec hactenus Schaefferus. Ad ultimum usum, qu commemoravit Schaefferus, pertinent loquendi formula *in te pore*, h. e. iusto et idoneo tempore, quam bene explicat: di tempus, quo quid fieri oporteat, fluit nec iam praeteriit, deir usus praep. *in* numeralibus adverbiis praecedentibus, quo ce aliquo illius spatii puncto aliquid fieri indicatur, ut recte di Kampmannus l. c. Cato R. R. c. 157: *bis in die*, sed in seqq. eod

capite bis *bis die* positum est. C. 87: eo addat aquam *bis in die*. C. 88: Id aliquoties *in die* [quotidie] facito, usque adeo donec sal desiverit tabescere biduum. C. 89: *Bis in die* farciat. Ib.: nisi prius dato bibere et *bis in die*. C. 104: ter in die. C. 26: Dolia cum vino *bis in die* face extergeantur. C. 64: bis in die. Inscriptio cap. 23: Quae ad vindemiam *in tempore* parari opus sit. C. 30: Pabulum aridum quod condideris *in hieme*. C. 57: in *mense* congios II. S. (int. bibant). Ib.: *in mense* congios quinque. C. 58: Salis unicuique *in anno* modium satis est. (int. dare). Ennii annal. l. VII, fr. 10, v. 251: in tempore. l. XIV, fr. 9: in nocte serena. Thyestis fr. 4: tarda in senecta. Plaut. Epid. III, 3, 6: Vitam ut vixissent olim *in adulescentia*. Pseud. I, 5, 22: Vel tu ne faceres tale *in adulescentia*. Epid. III, 3, 10. 51. 4, 13: in adulescentia. Bacch. III, 3, 6: feci ego istaec itidem in *adulescentia*. Merc. II, 1, 40: in adulescentia. Trin. II, 4, 61: Utrumque, Lesbonice, *in aetate* hau bonumst. I, 1, 2: *in aetate* utile et conducibile. Men. V, 2, 85: qui saepe *aetate in sua* Perdidit civem innocentem. Aul. II, 1, 7: ullo in saeclo. Most. I, 3, 60: in senecta. Amph. IV, 2, 12: quia *senecta* [*in*] *aetate* a me mendicas malum. Most. I, 3, 68: in vita. Merc. II, 4, 3: quid mist *in vita* boni? Fragm. Aulularіae p. 487, v. 8. Gron. Ego ecfodiebam *in die* denos scrobes. Most. III, 2, 41: Ea saepe deciens complebantur *in die*.[26]) Men. V, 4, 6: Quin sospitabo plus sescentos *in die*. Amph. III, 1, 17: Atque Alcumenae *in tempore* auxilium feram. Capt. IV, 2, 56: *in tempore* advenis. Poen. V, 3, 19: Quom huc advenisti hodie *in ipso tempore*. Cist. IV, 1, 18: *in tempore ipso* Spes mihi sancta subvenit. Terent. Adelph. II, 2, 21: in ipso articulo. — *In praesentia* legitur Heaut. V, 2, 9 et Adelph. II, 2, 14. — Phorm. II, 1, 22: blande *in principio* adloqui. Heaut. II, 3, 123: *in tempore* ad eam veni. Andr. IV, 4, 19: Veni *in tempore*. Phorm. II, 4, 24: Sed eccum ipsum video *in tempore* huc se recipere. Andr. IV, 5, 24: me nolo *in tempore hoc* videat senex (unter diesen Umständen). Andr. V, 6, 10: Charine, *in tempore ipso* mi advenis. Hec. IV, 4, 5: Opportune te mihi Phidippe, *in ipso tempore* ostendis. Andr. III, 2, 52: Atque adeo *in ipso tempore* eccum ipsum obviam.

30. *Ablativus, qui interiorem quantitatem s. gradum exprimit.* a) *principii*. Hic ablativus est, qui proprie dicitur ablativus

[26]) Sic Ritschelius. Vulgo *de die*.

comparationis, qui poni solet post comparativos et qui vulgo solvitur per *quam* adverbium. Si comparo rem cum re, proficiscor quasi ab altera, sic Caius doctior est Tito idem est ac: si a Tito proficiscor, si a Tito proficiscens rem specto, Caius est doctior. Dissentiunt Madvigius, qui ablativum post comparativos positum instrumenti, Putschius gramm. lat. p. 188, addit. 2, qui ablativum limitationis esse putant. Legg. XII tabb., X, fr. 2: *Hoc plus* ne facito. Cato R. R. c. 4: Frons *occipitio prior* est. C. 5: Operarium, mercenarium, politorem *diutius* eundem ne habeat *die*. C. 28: Arbores *crassiores digitis V.* quae erunt. Ennii Hectoris lustra fr. 17: *Melius* est *virtute* ius. Plaut. Stich. II, 2, 44: conspicatus sum interim Cercurum, *quo* ego me *maiorem* non vidisse censeo. Trin. V, 2, 30: tunica *propior palliost*. Amph. I, 1, 123: Neque ego *hac nocte longiorem* me vidisse censeo. Aul. II, 2, 29: Neque *illo* quisquamst alter hodie ex paupertate *parcior*. Cas. II, 3, 9: Qui quom[27]) amo Casinam *magis initio* munditiis Munditiam antideo, quod Gronovius explicat: magis quam primum, quam olim, quam solitus. Menaechm. III, 1, 1: *Plus triginta* natus *annis* ego sum. Aul. V, v. 2: quis est *me ditior*? Pseud. I, 3, 103: Athenis *te* sit nemo *nequior*. III, 2, 20: me nemo potest *Minoris* quisquam *nummo* ut surgam subigere. Pseud. v. 938: *Minus* sit *nihilo*: neque ego *hoc homine* quemquam vidi *magis malum*. Men. v. 620: Nihil *hoc confidentiust*. IV, 2, 67: Nihil *hoc homine audaciust*. Most. v. 150: *Quo* neque *industrior* de iuventute erat. I, 3, 122: nihil *hac docta doctiust*. III, 3, 6: Non equidem ullam in publico esse *maiorem hac* existumo. V, 1, 24: Alter *hoc* Athenis nemo *doctior* dici potest. Pers. II, 2, 20: Nullus *puero hoc peior* esse hodie perhibetur. Pers. IV, 4, 16: nullus leno *te* alter erit *opulentior*. Merc. I, 1, 100: *qua muliere* alia nullast *pulcrior*. II, 3, 1: Homo *me miserior* nullus est aeque. IV, 3, 1: *Miserior* mulier *me* nec fiet nec fuit. Terent. Heaut. I, 1, 11: annos sexaginta natus es, Aut *plus eo*, ut conicio. Hec. III, 4, 7: Dies triginta aut *plus eo* in navi fui. Andr. I, 1, 4: Quid est, Quod tibi mea ars efficere *hoc* possit *amplius*? Eun. II, 1, 20 sq.: *hoc* nemo fuit *Minus ineptus magis*, *severus* quisquam nec *magis continens*. Ut comparativum, sic etiam adverbia comparationis *aeque* et *adaeque* sequitur ablativus. Sic Plaut. Amph. I, 1, 142: nullust

---

[27]) Sic Both. *Ag quam*. Vulgo *postquam*.

hoc meticulosus aeque. Most. I, 1, 30: *Quo* nemo *adaeque* invenitur ex omni Attica Antehac est habitus *parcus* nec *magis continens.* Denique huc pertinet etiam ablativus cum verbo *mutandi* iunctus, v. Iacobsium, quoniam metaphora inest a notione loci petita. Plaut. Capt. prol. v. 28: Siquem reperire possit, qui *mutet* suum[28]). I, 1, 33: si queat Aliquem invenire, suum qui[29]) *mutet* filium. 2, 68: *Hoc* illum me *mutare* confido fore.

31. b. *Ablativus medii.* Hic ablativus vulgo dicitur *mensurae*, melius ablativus *differentiae*, quoniam significat differentiam quae est inter duas res comparatas. Itaque usurpatur, ubicunque differentia quarumlibet quantitatum indicatur, primum igitur post comparativos, sed etiam tum, cum de loco et tempore agitur. Sic *tribus annis post* huc pertinet, quum *tertio anno post* merus ablativus temporis sit, quem supra tractavimus. Deinde huc pertinent ablativi sequentes verba, quae vocabulum differentiae ut addatur postulant, in quibus comparativi notio inest, deinde ablativus qui dicitur *copiae* et *inopiae*, denique adeo ablativus *pretii* ex parte. Pretium enim quasi differentia spectari potest, ut nos quoque dicimus: etwas um so viel kaufen. Quod si pretium id spectatur, quo efficitur, ut res in possessionem alterius transeat, non pertinet huc ablativus pretii, sed potius ad ablativum instrumenti. Pretium si venditor loquitur et ante venditionem ablativo mensurae exprimitur, pretium autem iam solutum ablativo instrumenti. Sic *pretio dando* vel *pretio dato aliquid emere* est ablativus instrumenti; *pretio* simpliciter positum abl. mensurae; *mercede pollicenda aliquem conducere* abl. instrumenti, *mercede aliquem conducere* abl. mensurae est.

a. Primum igitur ablativus differentiae ponitur coniunctus cum adiectivis et adverbiis, maxime comparativis. Liv. Andronic. Aiax Mastigophorus fr. 2: multo ocius. Naev. Agitatoria fr. 3: ego semper *pluris* feci *Potiorem*que habui libertatem *multo* quam pecuniam. Cato R. R. c. 5: *quo libentius* boves curent. C. 112: *quadrantalibus V. minus* sit quam plenum (um 5 Quadrantalen). Ennii annal. inc. sedis fragm. 42: *paulo plus* aut *minus.* Alexandri fr. 8, v. 78: Optumarum *multo* mulier *melior* mulierum.

---

[28]) Fleckeis. sec. Reizium *possit* pro vulg. *posset. Qui* Both., Lindem. sec. cod. Pal. sec. teste Pareo. Δρg Θg et vulg. *cum quo*, ἀμέτρως.

[29]) Sic Both. et Lindem. Vulg. sec. ΔΘg *quicum*, ἀμέτρως.

Telephi fr. 13, v. 389: Nihilo minus. Plaut. Trin. IV, 2, 58: *Sesquipede* quidamst quam tu *longior*. Amph. II, 1, 63: Mihi quidem *uno te plus* etiamst quam volo. Bacch. III, 4, 23: Tum quom *nihilo plus* ad suam rem illut referet. Trin. II, 3, 6: *factius nihilo* facit. Men. V, 5, 50: nihilo minus. Men. V, 7, 57: Haec *nihilo* esse mihi videntur *sectius* quam somnia. 9, 1: nihilo — magis. Most. I, 3, 5: Nihilo plus. III, 1, 22: *nihilo plus* peto. Most. I, 3, 43: *Nihilo* ego sum amata *setius*. Pers. IV, 6, 1: Duobus nummis minus. Pers. I, 3, 31: nimio melius. Trin. IV, 2, 19: *Quo* magis specto. Trin. v. 274: *Eo* — magis. Most. V, 1, 54: nimio plus. Truc. III, 2, 5: *Nimio minus* saevos iam sum, Astaphium, quam fui. Men. v. 979: *Nimio*que edo *lubentius* molitum quam praehibeo a me. Most. I, 1, 69: nimio celerius. Most. v. 145: nimio nequior. Stich. II, 2, 15: *Nimio* adporto *multo tanto plus* quam speras, ex emendatione Ritschelii. Pseud. I, 3, 47: *Nimio* id quod pudet *facilius* fertur quam illut quod piget. Most. II, 2, 12: *Nimio* edepol ille potuit *exspectatior* Venire. Merc. III, 2, 6: *nimio*st *aequius*. Most. V, 1, 50: *Tanto* aput iudicem hunc argenti condemnabo *facilius*. Men. IV, 3, 6: Ego tibi redimam bis *tanto pluris* pallam, quam voles. Truc. V, v. 61: Tanto melior. Men. v. 433: Tanto nequior. Men. I, 1, 19: *tanto* adstringunt *artius*. Most. v. 831: Ut quidque magis contemplor, *tanto magis* placet. Pers. I, 3, 73: Ter *tanto peior* ipsast. II, 5, 25: Tanto melior. Merc. III, 3, 12: Tanto minus. Most. II, 1, 47: hau *tantillo* — *minus*. Men. prol. v. 11: *Quo* vobis illut graecum videatur magis. Aul. prol. v. 27: *Quo* eam *facilius* nuptum, si vellet, daret. Merc. II, 1, 23: Quo magis. Men. IV, 3, 7: paulo prius. Men. v. 873: Vel hic, qui insanit, quam valuit *paulo prius*. Pseud. III, 2, 106: paulo prius. Men. V, 2, 49: *Multo tanto* illum accusabo, quam te accusavi, *amplius*. Bacch. IV, 4, 21: immo vero nimis *multo minus* quam parum. Poen. V, 1, 11: *atrior multo* ut siet. Rud. II, 6, 37: Ego *multo miserior* quam tu, Labrax. Pseud. I, 3, 94: Nam hic mihi nunc est *multo potior* Iuppiter quam Iuppiter. II, 2, 61: multo magis. Men. v. 978: *Magis multo* patior facilius ego verba. Most. I, 3, 72: multo potius. III, 1, 83: multo prius. Most. IV, 3, 20: *Multo* hercle id *minus*. Pseud. IV, 6, 32: hau *multo prius*. Most. III, 2, 139: Hercle quin *multo inpro bioressunt*, quam a primo credidi. Most. v. 884: multo potius. Pers. II, 2, 50: multo magis. Merc II, 3, 108: *Multo* hercle ille *magis* senex. IV, 3, 18:

multo minus mali. Merc. v. 806: *Multo*que *iniquiore*. Trin. II, 4, 128: frumenti quom alibi messis maxumast, *Tribus tantis* illi *minus* redit quam opseveris (3 mal weniger). Aul. prol. v. 18: At ille vero *minus minus*que *impendio* Curare. Pseud. v. 1318: nam hinc numquam eris *nummo divitior*. Most. III, 1, 123: Velim quidem hercle ut *uno nummo plus* petas. Most. III, 3, 16: Hau *nummo amplius*. Most. v. 902: *eo magis* cauto opust. Pseud. v. 449: *quanto satius* est. Merc. III, 4, 71: quanto satiust. Caecil. Stat. Synephebi fr. 1, v. 205: *quanto* dissipes *libentius!* fr. Hypobolimaei Aeschini ap. Gell. XV, 14, 5: Ego illud *minus nihilo* exigor portorium, h. e. nihilo minus exigitur de me portorium, ut Gellius explicat. Terent. Adelph. IV, 5, 71: Quom vir *melior multo* es quam ego. Eun. I, 2, 70: Id amabo adiuta me, *quo* id fiat *facilius*. Andr. I, 2, 26: Si sensero hodie quicquam in his te nuptiis Fallaciae conari, *quo* fiant *minus*. IV, 2, 17: *Quo minus* haec fierent nuptiae. Heaut. III, 2, 31: Nisi mihi quidem addit animum, *quo* lubeat *magis*. Hec. IV, 4, 8: Ne revereatur, *minus* iam *quo* redeat domum. Heaut. II, 1, 8: is mi, ubi adbibit *plus paulo*, sua quae narrat facinora! Eun. II, 3, 24: Siquast *habitior paulo*, pugilem esse aiunt. Eun. III, 5, 39: *inpendio magis* animus gaudebat mihi. Comparativi instar est *secus*, Liv. Andronici fr. Ludii: Hau *multo secus*, item *aliter*, Terent. Andr. prol. v. 4: *aliter* evenire *multo* intellegit. Cum superlativo ablativum differentiae coniunctum habes in Aquilii Boeotia fr. 1, v. 5: *Multo* omnium istorum *optumum* et *verissumum*. Exempla positivi sunt haec: Naevii Agitatoria fr. 5: *nimio arte* colligo (Charisii II, p. 186 P. [123 L.] „*nimio* pro nimis"). Plaut. Amph. III, 2, 62: bis *tanto amici* sunt inter se quam prius, ubi non opus est cum Lambino mente addere *magis*. Men. V, 2, 69: *Nimio* hoc *ludicre* negas. Pers. I, 3, 14: *Nimio* sunt *crudae*. Merc. II, 2, 26: Immo bis *tanto* valeo quam valui prius. Terent. Heaut. I, 2, 31: *paulo* qui est homo *tolerabilis*.

b. Deinde ablativus differentiae statuendus est etiam in quibusdam loci et temporis notionibus. Cato R. R. c. 4: Clatros *interesse* oportet *pede*, ubi alia lectio est: inter se oportet *pede distare*. Cato R. R. c. 44: Olivetum *diebus XV* ante aequinoctium vernum incipito putare. C. 32 et 51 biennio post legitur. C. 52: anno post. Ennii Alexandri fr. 8: paulo ante. Plaut. Bacch. II, 1, 1: Erilis patria salve, quam ego *biennio Postquam* hinc in Ephesum abii conspicio lubens. Men. prol. v. 36: paucis diebus post. Pseud.

I, 3, 146: *Paulo post* magis. IV, 4, 2 et 6: hau *multo post.* Men. v. 1132: *multis annis post* quem conspicor. Most. II, 2, 10: Triennio post. Merc. II, 1, 10: *post* haud *multo.*

c. Deinde ablativus differentiae sequitur etiam verba, in quibus comparativi quaedam notio inest et quae ut vocabulum, quod differentiam exprimit, addatur, postulant. Naev. fr. 1 Tarentillae: quanto — superat. Plaut. Bacch. v. 7: Verum hic Ulixem *multo* adulescens *antidit* (um vieleß). Trin. II, 4, 145: set Campans genus *Multo* Surorum iam *antidit* patientiam. Fragm. Addicti p. 475 Gron.: Opus facere *nimio* quam dormire *mavolo.* Capt. III, 3, 1: Nunc illut est, quom me fuisse quam esse *nimio mavelim.* Pseud. I, 2, 75: At taceas *malo multo* quam tacere dicas. II, 4, 38: multo mavolo. Most. I, 3, 22: multo malo. Merc. II, 3, 83: *Multo* edepol, si quid faciundumst, facere damni *mavolo.*

d. Tum huc pertinet ablativus *copiae* et *inopiae.* Ennii annal. l. IX, fr. 5: *Navibus explebant* sese terrasque *replebant.* Ennii Andromacha Aechmalotis fr. 9, v. 114: *Arce* et *urbe orba* sum. Andromedae fr. 13: ager *oppletus* imbrium *Fremitu.* Alexandri fr. 8, v. 89 sq.: fera *velivolantibus Navibus complebit* manus litora. Phoenicis fr. 11: pater me *lumine orbavit.* Saturar. l. III, fr. 4, v. 13: arbores *vento vacant.* Plaut. Cist. II, 1, 57: carebo filia. Poen. V, 4, 16: *Quibus* annos multos *carui* quasque e patria parvas perdidi. Asin. IV, 1, 56: *vino* viginti dies Ut careat. Most. II, 2, 69: vita careo. IV, 1, 1: quom *culpa carent.* Aul. III, 6, 22: si *vino scatet.* Aul. III, 3, 6: Temperi: postquam *implevisti fusti* fissorum caput. Cas. I, v. 35: ego te *inplebo flagris.* Merc. II, 3, 74: *Inpleantur* elogiorum meae fores *carbonibus.* Amph. I, 1, 100: *Telis conplebantur* corpora. Pseud. I, 2, 57: adeo ut *frumento adfluam.* Pers. IV, 3, 6: Atticam — civitatem — *auxi civi femina.* IV, 3, 15: Iam *liberta auctu's?* Merc. IV, 1, 10: Aliquid cedo, *Qui* vicini hanc nostram *augeam* aram. Aul. III, 5, 61: Dotatae *mactant* et *malo* et *damno* viros, h. e. magis augent, ut expl. Lambinus. Amph. IV, 2, 14: quia enim te *macto infortunio.* Trin. IV, 2, 151: te *macto infortunio.* Most. I, 1, 58: Nisi te *mala re magna mactari* cupis. Men. prol. v. 25: *Oneravit* navim magnam *multis mercibus.* Pseud. v. 588: Inde me et semul participes omnis meos *praeda onerabo* atque *opplebo.* II, 4, 74. Pseud. IV, 7, 130: At me *viginti modicis multavit minis.* Truc. IV, 3, 70: verum *hoc* ego te *multabo bolo.* Fragm. Acari studium p. 475 Gron.: Quam

ego *tanta pauperavi* per dolum *pecunia*. Etiam verbum *circumducere*, i. e. fraudare, fraude spoliare, ablativum rei adiunctum habet, cuius generis exempla attulit Kampmannus de AB praep. p. 2, adnot. 5. Sic Poen. V, 5, 8: Nanctus est hominem, *mina* quem argenti *circumduceret* (Vulg. nactus est, sed ΔΘp nanctust, quae forma antiquior restituenda est sec. Ritschelium proleg. in Trinumm. p. 102). Adde Pseud. I, 5, 16: Te velle amantem argento *circumducere*. v. 115: *Ea circumducam* lepide lenonem. II, 2, 39: Quasi tu dicas me te velle *argento circumducere*. Bacch. V, 2, 64: *Quadrigentis Philippis* filius me et Chrusalus *circumduxerunt*. Cognatum est *intervertere*. Pseud. v. 900: Ut me, si posset, *muliere intervorteret*. Asin. II, 2, 92: Quo modo *argento intervortam* et adventorem et Sauream. Asin. III, 1, 2: ut qui *expers* matris *imperiis* sies. Amph. II, 2, 81: *Eo more expertem* te factam adveniens offendi domi. Pers. IV, 3, 40: ea res me *domo expertem* facit. Asin. I, 1, 31: ut *expers* sis *metu*. Merc. v. 881: Caelum ut est *splendore plenum*. Asin. III, 3, 8: *opera* ut *largus* est *nocturna*. Aul. II, 2, 14: dote cassam, h. e. carentem. Aul. V, v. 2: Quadrilibrem aulam *auro onustam* habeo. Pseud. v. 218: amicos — *oleo onustos*. Most. I, 3, 77: Ut ego *exheredem meis bonis* me faciam. Epid. II, 2, 116: Auro opulentus. Cist. I, 1, 72: amor *melle* et *felle* est *fecundissumus*. Aquilius Boeotia fr. 1, v. 8: Itaque adeo iam *oppletum* oppidumst *solariis*. Terent. Hec. IV, 4, 41: Censen te posse reperire ullam mulierem, Quae *careat culpa?* Phorm. I, 3, 11: *Amore abundas*, Antipho. Heaut. III, 2, 16: quasi is non *ditiis Abundet*. Heaut. IV, 1, 15: ergo erus *damno auctus est*. Heaut. V, 1, 72: ut eius animum, qui nunc *luxuria* et *lascivia Diffluit*, retundam. Adelph. IV, 5, 16: Haec virgo *orbast patre*. Phorm. IV, 4, 1: *Emunxi argento* senes.

e. *Ablativi pretii*. Naev. fr. 3 Tunicularia: Eius noctem *nauco ducere*. Cato ap. Senec. epist. 94, sub med. (Lion. p. 80 sqq.): Emas non quod opus est, sed quod necesse est; quod non opus est, *asse* carum est. Plaut. fragm. p. 487, v. 1: illic *habebit flocco* iam homo lumbos meos. Pers. IV, 4, 30: Siquidem hanc vendidero *pretio suo*. Asin. I, 3, 95: Nam si mutuas non potero, certumst sumam *faenore*.[80]) Most. I, 3, 139: istuc ver-

---

[80]) Sic scribendum praecipit Ritschelius prolegom. ad Trinumm. p. 97, non *foenore*.

bum — *vilest viginti minis.* Poen. V, 5, 16: Propemodum *istoc* obsonare prandium potero mihi. Pseud. I, 2, 36: ut piscium quidquid ibist *pretio praestinem.* Most. III, 1, 114: quid, eas quanti destinat? TR. *Talentis magnis totidem,* quot ego et tu sumus. Epid. II, 2, 111: Ad quadraginta fortasse eam posse emi *minumo minis.* Asin. I, 3, 46: Diem aquam solem lunam noctem, haec *argento* non *emo.* Mil. II, 3, 45: Non ego tuam *empsim* vitam *vitiosa nuce* (sic sec. Lindem. Ritschelius). Pseud. v. 877: Quanti — mi coquitare perdoces? — CO. Si credis, nummo: si non, ne *mina* quidem. Men. II, 2, 15 sq.: *quibus* hic *pretiis* porci *vaeneunt* Sacres sinceri? CY. *Nummis.* V, 9, 97: *Vaenibunt,* quiqui licebunt, *praesenti pecunia.* Pers. III, 3, 24: *Eodem* mihi *pretio* sal praebibetur *quo* tibi. IV, 4, 109: *qui* datur, tanti indica. IV, 4, 110: ut emas, habe *centum minis.* IV, 4, 111: Octoginta. Pers. v. 665: *sexaginta* haec dabitur argenti *minis.* v. 668: Non edepol *minis trecentis* carast. Merc. II, 3, 93: *Viginti minis* opinor posse me illam vendere. II, 3, 103: Non *centum* datur. II, 4, 19: Quid potius quam *auro* expendas? Pertinent huc etiam ii loci, quos §. 19 attuli, ubi abl. pretii cum adverbio *contra* coniunctus est. Terent. Adelph. II, 2, 11: Ego spem *pretio* non emo. Eun. I, 1, 29 sq.: Quid agas? nisi ut te *redimas* captum quam queas *Minumo:* si nequeas *paululo,* at quanti queas.

32. c. *Ablativus habitus.* Huc pertinent *dignus* et similia vocabula cum ablativo iuncta. Plaut. Amph. II, 2, 228: Abin hinc a me, *dignus domino* servos? Poen. V, 4, 4: munera — *Digna diva venustissima Venere.* Pers. v. 681: Quod *te dignum*st, *me dignum* esse vis? Merc. II, 3, 61: Quia enim non *nostra* formam habet *dignam domo.* V, 4, 17: *Quibus* est *dictis dignus.* Trin. V, 2, 29: Non ego sum *salute dignus?* Poen. I, 2, 45: Diem — *dignum Venere* pol (sic Herm. elem. d. m. p. 297, versus est bacchiacus, vulgo *Veneri*). Poen. V, 3, 21: Facerentque *indignum genere* quaestum corpore. Bacch. III, 3, 84: Plus vidissem [miser] opinor quam *me* atque *illa aequom* foret. Rud. prol. v. 47: Is leno, ut *se aequom*st, flocci non fecit fidem. Mil. III, 1, 25: neque *te decora* neque *tuis virtutibus* A te expetere, v. Lamb. Asin. III, 2, 31: Ut *me*que *te*que maxume atque *ingenio nostro decuit.* H. l. Ruddimannus II, p. 207 et Schmiederus dubitanter *me* et *te* accipiunt pro accusativis, ut uterque casus, acc. et dativus h. l. mixtus sit, melius, opinor, Pareus in lex. crit. p. 316 utraque, et *me* et *te,* et *ingenio nostro* abla-

tivos esse statuit, ut *decuit* positum sit pro *dignum fuit*, quamquam sibi non constitit, cum paulo post inter alia huius verbi cum dativo iuncti exempla etiam hoc afferat. Etiam Schmiederus utrosque ablativos esse posse concedit. Terent. Adelph. II, 1, 12: dabitur ius iurandum, *indignum* Te esse *iniuria hac*. III, 3, 54: Haecine flagitia facere te! haec te admittere *Indigna genere nostro!*

II. Ablativus qualitatis.

33. *Ablativi tales, qui ad exteriorem quasi statum aliquem constituendum pertinent.* a. *Ablativus principii.* Hic ablativus est causae efficientis vel auctoris, a quo effectus proficiscitur, quapropter primum huc pertinet ablativus cum praepositione *ab* coniunctus in enunciationibus passivis, ad eam significandam personam, quae in activa constructione subiectum enunciationis fuerat. In passivo actionis notio periit vel latet certe neque apparet nisi in statu effecto ab eo, quod prius subiectum fuerat enunciationis, qui status in lingua latina qua diximus ratione exprimitur. Praeter verba passiva autem etiam intransitiva eodem modo cum praep. *a* sequente ablativo iunguntur ad auctorem status alicuius exprimendum. Deinde huc pertinent ablativi cum praepositionibus *de* et *ex* coniuncti in locutionibus quales sunt *perire ex vulneribus, de alicuius sententia aliquid facere,* similibus. Naevii Hector proficiscens fr. 2: Laetus sum, laudari me *abs te,* pater, *a laudato viro.* Ennii annal. l. VI, fr. 12, v. 199: victusque sum *ab isdem.* Cresphontis fr. 3: Iniuria *abs te* adficior indigna. Plaut. Pseud. I, 3, 86: Sicin mi *aps te* bene *merenti* male refertur gratia? Pseud. II, 2, 1: Hi loci sunt atque hae regiones quae mi *ab ero* sunt demonstratae. Pseud. v. 916: Nimis tandem *aps te* contemnor. Men. V, 2, 33: Ludibrio, pater Habeor. SE. Unde? MA. *Ab illo,* quoi me mandavisti, *meo viro.* Men. v. 972: Recordetur, qui sunt nihili, is quid preti detur *ab suis eris.* Pers. II, 1, 2: Nimis tandem me quidem pro barda et blenna reor habitam esse *aps te.* V, 1, 14: Mutua fiunt *a me.* V, 1, 20: optatus mi hic dies datus hodiest *ab dis.* Merc. I, 1, 64: adeo arte cohibitum se esse *a patre.* I, 1, 68: (se) exigi solitum *a patre.* Curc. I, 1, 51: Tam *a me* pudicast quasi soror mea sit. Poen. IV, 2, 62: ne *a te* perdeam, de quo loco vide Kampm. de AB p. 17, adnot. 1. Capt. II, 2, 29: Quid ipsus hic? quo honorest illi? PH. Summo atque

ab summis viris, de quo loco Kampm. l. c. haec habet: „i. e qui proficiscitur ab summis viris; nam de generis origine h. l cogitare nequit, quia iam duobus versibus ante de genere in terrogatus responderat et Plautus in designanda origine au solo ablativo utitur aut additis *de* vel *ex* praepositionibus.' Pertinet huc ex Kampmanni libro I, 9. Terent. Andr. III 2, 12: O Dave, itan contemnor *abs te?* Adelph. V, 4, 25: Eg quoque *a meis* me amari et magni pendi postulo. Heaut. I 1, 106: peccatum *a me* maxumest. Phorm. II, 2, 23: Non pot satis pro merito *ab illo* tibi referri gratia. Ad. I, 2, 38: dabi tur *a me* argentum. Hec. I, 2, 70: Narratque, ut virgo *ab* s integra etiam tum siet.

Naevii fragm. Glaucomae: quod *de eo opsonio* Stilo mi i manum pupugit, vide de h. l. Klussm. p. 152, qui de obsoni explicat per propter obsonium. Ennii Telephi fr. 10: Deumqu *de consilio* hoc itiner credo conatum modo. Plaut. Men. II, 1 41: Iam aps te metuo *de verbis tuis,* h. e. secundum verba tu Truc. II, 8, 2: Nam mihi *de vento* miserae condoluit caput. Pseu II, 2, 66: Nam ut lassus veni *de via.* Capt. prol. v. 48: Itaqu hi conmenti *de sua sententia,* v. Lamb. Asin. I, 3, 58: meo *d studio* studia erant vostra omnia, h. e. id solum agere studeba tis, quod mihi placebat. Cas. II, 6, 63: *De labore* pectus tundi Most. III, 2, 86: *de exemplo meo* Ipse aedificato. Men. V, 32: *de illis verbis* cave tibi. Capt. III, 1, 24: scivi extempl rem *de conpecto*[81]) geri. Pseud. I, 5, 126: *de conpecto* faciu consutis dolis. Pertinet huc e Kampanni libro de DE par usu Plautino nr. 10 et 12. Apponam verba Handii in Tu sellino II, p. 214: „quod *de aliqua re* fit, ex ea deducitur eiu que modum sequitur et decurrit quasi per regionem eius. S quendi notionem Germani tenent in verbo nach. Huc pertine formulae *de sententia alicuius, de consilio, de voluntate, de exempl de more, de compacto,* nach Verabredung."

Plaut. Men. IV, 3, 3: tibi *ex me* ut sit volup. Bacch. V, 1, 2 Quid tibi *ex filio* nam, opsecro, aegrest? Terent. Andr. I, 5, 3 Laborat *e dolore* atque *ex hoc* misera sollicitast, ubi, ut Iacobsi dicit, pro abl. principii etiam poni poterat ablativus medii omiss praepositione. Adelph. II, 1, 22: Si possiderem, ornatus esse *ex tuis virtutibus.* Andr. I, 3, 11: gravida *e Pamphilo* st.

---

[81]) Sic scribi vult Fleckeisen. exerc. Plaut. p. 28 pro vulg. *compact*

34. b. *Ablativus medii.* Huc pertinent ablativi *instrumenti*, ablativi *causae* et inter hos etiam ablativi *causa* et *gratia.*

Ablativus instrumenti. In legibus regiis Numae ap. Egger. p. 82 est: *Vino* rogum ne respergito. Lex Numae ap. Festum v. opima spolia ap. Egger. p. 83: Cuius auspicio *classe procincta* opima spolia capiuntur. Livius Andronicus in Odyss. ap. Isidor. orig. XIX, 4: remos iussit religare *struppis.* Non. in dextrabus p. 493 ex l. III, v. 35 Liv. Andron. Odyss.: denique *manibus dextrabus* (χερσίν τ' ἠσπάζοντο). Livii Andronici Aiax Mastigophorus fr. 2: *Virtute* laus praestatur, set multo ocius *Vento* et *gelu* tabescit. Liv. Andron. Ino: Etiam *purpureo* suras include *cothurno.* Ib.: Pressaque iam *gravida* crepitant tibi terga *pharetra.* Liv. Andron. Terei fr. 3, v. 25: ne *fame* perbitat. Liv. Andron. fr. Ludii: Corruit quasi ictus *scena.* (est genus ferri). Liv. Andron. Aegisthi fr. 3: Iamne oculos *specie* laetavisti *optabili?* Naev. fr. Appellae 1: cui *cepe edundo* — oculus alter profluit, ubi cepe aut acc. sing. aut acc. plur. aut abl. sing. esse potest, cf. Ruddim. I, p. 114. Naevii elogium ab ipso scriptum p. 201 Klussm.: obliti sunt Romai loquier *Latina lingua.* Naev. fr. Acontizomen. 3: *Supplicio* noctu interfecit. Naev. fr. Danaes 5: auri iubeo *fonte* lavere neminem manum. fr. 9: quam quondam *fulmine* icit Iuppiter. fr. 11: *Suo sonitu claro* fulgurivit Iuppiter. Equus Troianus: numquam hodie effugies quin *mea manu* Moriare. Hesiona: Ne mihi gerere morem videar *lingua*, verum *lingula.* Lycurg. fr. 5, v. 28: *Ingenio* arbusta ubi nata sunt. fr. 7: Sublimen alios in saltus inlicite, ubi Quasi bipedes volucres *lino* linquant lumina. fr. 11: dic quo pacto eum potiti sitis: *pugnane* an *dolis*: Lycurg. fr. 15: sed quasi amnis rapida tamen *inflexu* flectitur. fr. 17: aquam *creterris* sumere ex fonte. fr. 20: ut videam Volcani opera haec *flammis* fieri flora. fr. 22: Iam solis *aestu* candor cum liquesceret. fr. trag. inc. 5: erat amictus *epicroco.* Naev. Ariolus fr. 2, v. 22: *Suopte* utrosque .... decuit acceptos *cibo.* Tarentilla fr. 1, v. 71: Quae ego in theatro hic *meis* probavi *plausibus.* fr. 2, v. 79: at tamen alii *suo* dat *digito* litteras. Tunicularia fr. 1, v. 101 sq.: circumtectus *tegetibus* Lares ludentis *peni* pinxit *bubulo.* Inc. com. fragm. 3: qui res magnas *manu* saepe gessit gloriose. Fr. 5: *Libera lingua* loquemur. Fabius Pictor ap. Egger. p. 106: *Equo* dialem flaminem vehi religio est. Idem p.

107 Egger.: *terra* operiuntur. Marcii vatis carmen alterum ap Macrob. Sat. I, 17 (Egger. p. 111): Decemviri graeco rit *hostiis* sacra faciant. Cato ap. Gell. XI, 2: itidem homine *exercendo* videmus conteri. Cato ap. Bolhuis. p. 29 in fr. 18 e libro II. Originum ap. Charis. II, 191: In his duobus belli alteras stipendio agrique parte multati, alteras oppidum *vi* ca ptum, alteras *primo pedato* et *secundo*. (= pedatu. Sec. ped opponitur τῷ vi captum). Cato R. R, c. 5, 2: *opere* bene exer ceat (int. familiam). C. 157: nihil istorum *usu* veniet morbis (Gesner. ex morbis, sed Schneiderus, quem vide, retinet vul gatam; morbis est ablativus temporis). C. 4: Si aedificabis *operis, iumentis, materia* adiuvabunt. C. 6: *Bipalio* vortito. Ib. uti siet *qui* vineam alliges. C. 7: *sale* confriato. C. 10: lecto *loris* subtentos. Ib. sub finem: (pilum) *qui* nucleos succernat unum. C. 45: *Palo* prius locum ne feceris, quo taleam demittas Orig. ap. Bolhuis. p. 44: Sed idem benefactum *loco*, in qu ponas, nimium interest. R. R. c. 157: neque ullus morbus veniet nisi *sua culpa*. C. 11: cola, *qui* florem demant. C. 12: confibula ligneas, *qui* arborem comprimat. C. 56: Familiae cibaria *qu* opus faciant per hiemem. C. 65: Oleam *sale* inspergito. Enni epigr. 3, v. 8, p. 163 Vahlen.: Nemo est qui *factis* me aequiperare queat. Ennii annal. l. I, fr. 2: Musae quae *pedibus* magnum pulsatis Olimpum. Ennii annal. l. I, fr. 18: Tu vero face quod tecum *precibus* pater orat. fr. 6: *somno leni placido*que revinctus. fr. 9: rerum naturam expandere *dictis*. fr. 12: genus *pinnis* condecoratum. fr. 25: Cum *saevo obsidio* magnus Titanu' premebat. fr. 26: Iuppiter ut *muro* fretus magis quamde manus *vi*. fr. 34, v. 37: exterrita *somno*. fr. 34, v. 44: *Corde* capessere. v. 45: Exin compellare pater me *voce* videtur *His verbis*. v. 49: *corde* cupitus. v. 51: *blanda voce* vocabam. fr. 53, v. 74: Hinc campos *celeri passu* permensa cett. fr. 57, v. 93: Exin candida se *radiis* decet *icta* foras lux. v. 99: *Auspicio* regni stabilita scamna solumque. fr. 59: *Astu* non *vi* sum (h. e. eum) summam servare decet rem. fr. 62: Confrictique *oleo*. fr. 67: Nam *vi* depugnare sues stolidi soliti sunt. l. II, fr. 6: quianam legiones caedimus *ferro*. fr. 9: Qui *ferro* minitere. fr. 11: decernere *ferro*. l. III, fr. 12: Atque gubernator *magna* contorsit equos *vi*. l. IV, fr. 5: Romani scalis *summa* nituntur opum *vi*. l. V, fr. 7: Quod per amoenam urbem *leni* fluit *agmine* flumen. fr. 9: Proletarius — *scuteis*que *fero*que Ornatus *ferro*, muros urbemque forumque *Excubiis* curant.

fr. 11, v. 193: *securibus* caedunt. v. 197: omne sonabat Arbustum *fremitu* silvai frondosai. l. VI, fr. 13, v. 202: *Ferro* non *auro* vitam cernamus utrique. ib. v. 204: *Virtute* experiamur. fr. 18, v. 215 sq.: Ut pro Romano populo prognariter *armis Certando* prudens animam de corpore mitto. fr. 22: Quem nemo *ferro* potuit superare nec *auro*. l. VII, fr. 1: scripsere alii rem *Vorsibus* quos olim Faunei vatesque canebant. fr. 9: *vi magna* quadrupes eques atque elefanti Proiciunt sese. fr. 10, v. 250: *suo* contentus. fr. 11: Mulserat huc navem compulsam *fluctibus* pontus. fr. 15: Dum censent terrere *minis*, hortantur ibei sos (= eos, Fest. p. 301 M.) l. VIII, fr. 3, v. 272: *vi* geritur res. v. 274: Haut *doctis dictis* certantes sed *maledictis*. v. 276: *ferro* Rem repetunt. fr. 17: Nunc hostis *vino* domiti *somno*que sepulti. fr. 23, 298: forte. l. IX, fr. 6: Africa *terribili* tremit horrida terra *tumultu*. fr. 8: Unus homo nobis *cunctando* restituit rem. fr. 16, v. 327: *Carnibus humanis* distentus. l. X, fr. 1: *manu* — Quod quisque — gessit. fr. 7, v. 345: *forte*. Ib.: *nare sagaci* Sensit. v. 346: *voce sua* nictit. fr. 12: pinsunt terram *genibus*. l. XIV, fr. 7: Horrescit *telis* exercitus asper utrimque. fr. 8: *indigno bello* confecit *acerbo*. l. XV, fr. 2: Occumbunt multi letum *ferro*que *lapi*que Aut intra muros aut extra *praecipe casu*. fr. 4: succincti corda *machaeris*. l. XVI, fr. 3: *Ingenio forti* dextrum latus pertudit *asta* (= hasta). fr. 10: *summa* nituntur opum *vi*. fr. 20: partim requiescunt Contecti *gladiis* sub scutis *ore* faventes (h. e. tacentes). fr. 21: Nox quando *mediis signis* praecincta volabit. l. XVII, fr. 1: It eques et *plausu* cava concutit ungula terram. l. XVIII, fr. 2, v. 434: sed nec pote quisquam Undique *nitendo* corpus discerpere *ferro*. v. 437 sq.: *praepete ferro* Histri tela *manu* iacientes sollicitabant. fr. 7: *senio* confectus. Annal. inc. sedis fragm. 4: Iam cata signa fere sonitum dare *voce* parabant. fr. 8: At tuba *terribili sonitu* taratantara dixit. fr. 14: Omnes *corde* patrem perhibent *animoque benigno* Circumfusum. fr. 21: *Ingenti* vadit *cursu* qua redditus termo (h. e. terminus) est. fr. 29: Brundusium *pulcro* praecinctum *praepete portust*. fr. 44: Illyrii restant *sicis sibinisque* fodantes. fr. 45: Succincti *gladiis*. fr. 51, v. 504: Vincla *suis magnis animis* abrupit. fr. 63: *viribus* fretus. fr. 64: percussus *trifaci*. fr. 65: illud *quo* iam semel est imbutu' *veneno*. fr. 71: qui *fulmine claro* Omnia per sonitus arcet (h. e. continet). fr. 72: Quae *valido* venit contorta falarica *missu*. fr. 75: freti *virtute* quiescunt. fr. 78: *tanto* sub-

latae sunt *Augmine* tunc lapides. fr. 95: premitur *pede* pes atque *armis* arma teruntur. fr. 121: *saxo* cere comminuit brum. fr. 127: stant *pulvere* campi (Porphyrio in Hor. carm. I, 9, 1: „*stet* autem plenum sit signat, ut Ennius...") Alcumaeo fr. 2: Multis sum modis circumventus, *morbo, exilio* atque *inopia*. fr. 4, v. 51: *Caeruleo* incinctae *angui* incedunt. Alexandri fragm. 1, v. 58—61: quo fato pater Rex ipse Priamus somnio, mentis *metu* Perculsus, *curis* sumptus *suspirantibus*, Exsacrificabat *hostiis balantibus*. v. 65: Ibi ex oraclo *voce divina* edidit Apollo. fr. 8, v. 85: adest fax obvoluta *sanguine* atque *incendio*. fr. 11: Nam *maximo saltu* superabit gravidus *armatis* equus, *suo* qui *partu* [*prodigioso*] perdat Pergama ardua. Andromacha Aechmalotis fr. 6: obnubila *tenebris* [*atris, aeternis*] loca! fr. 9, v. 112 sq.: *quove* nunc *Auxilio* aut exili aut fugae freta sim? ib. v. 119: Saeptum *altisono cardine* templum! fr. 9, v. 116: Fana *flamma* deflagrata. v. 121: *Auro ebore* instructam regifice. v. 125: Iovis aram *sanguine* turpari. Andromedae fr. 2: et quis illaec est, quae *lugubri* Succincta est *stola?* fr. 8: *Scrupeo* investita *saxo*. fr. 9: unde corporaret (= interficeret) *vulnere*. fr. 12: maria salsa spumant *sanguine*. Cresphontis fr. 3: *Iniuria* abs te adficior *indigna*, pater. ib. v. 157: Cur me huic locabas *nuptiis*? Erechthei fr. 3: Quibus nunc *aerumna mea* libertatem paro, Quibus servitutem *mea miseria* deprecor. Eumenidum fr. 3: Nisi patrem *materno sanguine exanclando* ulciscerem. fr. 5, v. 187: ope mea. fr. 8, v. 193: Vites laetificae *pampinis* pubescere. v. 194: Rami bacarum *ubertate* incurviscere. v. 196: *herbis* prata convestirier. Hectoris lustra fr. 1: Quis ibi non est vulneratus *ferro Brugio*? fr. 3: vi summa. fr. 6: Saeviter fortunam *ferro* cernunt de victoria. fr. 11: terra sudat *sanguine*. Hectoris lustra fr. 12: arbores *vento* vagant. Hecubae fr. 2: O magna templa caelitum, conmixta *stellis splendidis*! Hectoris lustra fr. 12: Constitit *creto* (sc. sanguine) Scamander. Hecubae fr. 5: Date ferrum, *qui* me *anima* privem. fr. 10: is *quo cruciatu* perbiteret. Iphigeniae fr. 6, v. 262: Quis homo te exuperavit usquam gentium *inpudentia*? v. 263: Quis tete autem *malitia*? Medeae exulis fr. 1, v. 280: *securibus* Caesa. v. 283: quae nunc nominatur *nomine* Argo. v. 288: *amore saevo* saucia. Melanippae fr. 1: *Coniectura* auguro. fr. 4: *Lumine* sic *tremulo* terra et cava caerula candent. Phoenicis fr. 2, v. 338: Sed virum *virtute vera* vivere animatum addecet. fr. 8: Quam tibi ex ore orationem

initer *dictis* dedit. Telamonis fr. 9: lavere *lacrumis*. Telephi fr. 1: Regnum reliqui saeptus mendici *stola*. fr. 2: *squalida* saeptus *stola*. fr. 3: v. 375: ferro saeptus. fr. 5: *qui* illum di denique *magno* mactassint *malo*. fr. 7: *hac dextra* occides. Thyestis fr. 2: Sed sonitus auris meas pedum *pulsu* increpat. fr. 16, v. 414: saxa spargens *tabo, sanie* et *sanguine atro*. Inc. trag. fragm. 1: Philosophari est mihi necesse, at *paucis*. fr. inc. trag. 3: *vi* pate fecerunt Bruges. fr. inc. trag. 4: Qui templa caeli summa sonitu concutit. fr. inc. trag. 7: Latona pariit casta *complexu* levis Deli duos geminos. fr. inc. trag. 17: *cubitis* pinsibant humum. fr. inc. trag. 12: induta fuit *saeva stola*. Fr. inc. trag. 23: *ferro* foedati iacent. Ambracia fr. 2: aequora salsa veges (= erigis) *ingentibus ventis*. Ennii saturar. l. III, fr. 6: *Sparsis hastis longis* campus splendet et horret. Satur. inc. libr. fragm. 7: ubi lanigerum pecus *piscibus* pascit. Epigramm. 1, v. 3: Nemo me *lacrumis* decoret nec funera fletu Faxit. Euhemerus fr. 3, 19: *tertio partu* Ops parit geminos cett. fr. 4, 28: eosque *muro* circumegit. fr. 11, 48: reges principesve populorum *hospitio* sibi et *amicitia* copulabat. fr. 12, 74: est inscriptum *antiquis litteris Graecis*. Plautus Cist. I, 1, 32: *Nostra* nos nihilum *copia* volunt potesse, h. e. per nos et nostris viribus stare, rem et statum obtinere posse volunt. Rud. V, 2, 19: Tetigisti *acu* (int. rem). Capt. II, 3, 90: *Eadem opera* a praetore sumam syngraphum. Merc. IV, 4, 62: *Eadem* (h. e. eadem opera) licebit mox cenare rectius. Pseud. I, 3, 99: Eadem, h. e. eadem opera. Most. IV, 3, 45 sq.: *Eadem* ego *opera* haec intus tibi narravero, *Quis* me hodie *exemplis* ille ludificatus est. Amph. II, 2, 87: Verum non est *puero* gravida. AM. Quid igitur? SO. *Insania*. v. 95: *Atra bili* percitast. II, 2, 109: Aut *mola salsa* hodie, aut *ture* conprecatam oportuit. v. 215: cave sis ne tu te *usu* perduis. v. 220: Qui mecum una vectust una *navi*. Pseud. v. 104: Spero alicunde hodie *mea bona opera* hercle aut *mala* Tibi me inventurum esse auxilium argentarium. v. 219: tua opera. I, 2, 86: una opera. I, 3, 84 sq.: Quia pol *qua opera* credam tibi *Una opera* adligem canem fugitivam *agninis lactibus*. Men. III, 3, 2: Ut hoc *una opera* iam ad aurificem deferas. V, 2, 43: *Una opera* prohibere, ad cenam ne promittat, postules. v. 45: dare illi *una opera* pensum postules. Men. II, 2, 24: quom me appellas *nomine*. Pseud. I, 1, 8: eas *lacrumis* lavis. v. 17: luvabo aut *re* te aut *opera* aut *consilio bono*. v. 87: Restim volo

Mihi emere — *Qui* me faciam pensilem. Pseud. v. 100 sq.: Nisi tu illi *lacrumis* fleveris *argenteis*, Quod tu *istis lacrumis* te probare postulas, Non pluris refert quam si cett. Pseud. I, 2, 4: ita *plagis* costae callent. v. 12: Ita ego vostra latera *loris* faciam valide varia uti sint. v. 18: vincere *duritia* tergi hoc atque me. Most. V, 1, 57: pereat *fame*. V, 2, 1: Ubi *somno* meam sepelivi omnem atque edormivi crapulam. Amph. III, 1, 18 sq.: Faciamque ut *uno fetu* et quod gravidast *viro* Et *me* quod gravidast pariat sine doloribus. III, 3, 12: Tu gubernatorem ab navi huc evoca *verbis meis*, h. e. meo nomine. Asin. I, 3, 14: dum superes *datis*. Fragm. Aulularia e p. 487 Gron. v. 6: Homo ebriolatus *somno* sanari solet. Aul. prol. v. 19: minusque me impartire *honoribus*. Capt. II, 3, 11: Tu tibi *tuopte ingenio* prodes plurumum. Poen. V, 4, 21: Sicut hodie nos inter alias praestitimus *pulcritudine*. v. 23: si non est tibi illi os oblitum *fuligine*. v. 88: Num hic *falso* oblectat *gaudio* nos? v. 93: Multorum annorum miserias nunc *hac voluptate* sedo. v. 105: Quom *hac laetitia tanta* et *tantis* me adfecistis *gaudiis*.[32]) Men. v. 372: Nam ecastor solus *benefactis tuis* me florentem facis. Poen. V, 5, 7: Sic[33]) dedero! *aere militari* tetigero lenunculum. Men. II, 3, 52: saepe excusam *malleo*. Men. v. 583: Qui aut *faenore* aut *periuriis* Habent rem paratam. V, 1, 7: Adibo atque hominem accipiam *quibus dictis* meret. V, 2, 5: consitus sum *Senectute*. v. 29: paucis. v. 86. 88. 95. 103. v. 114: *Cursu celeri* facite inflexa sit pedum pernicitas. v. 115: Mihin' *equis iunctis* minare? V, 3, 2: Qui *vi* me cogunt. ut validus insaniam. V, 5, 7: *Meo cibo* et *sumptu* educatust. v. 15: Non potest haec res ellebori *unguine* optinerier. v. 36. v. 40: caesum *virgis* sub furca scio. Men. I, 3, 5: Uter ibi melior bellator erit inventus *cantharo*. Pseud. I, 5, 118: *Virtute* tu regi Agathocli antecesseris. Pseud. v. 544: Quasi quom in libro scribuntur *calamo* literae, *Stilis* me totum usque *ulmeis* conscribito. I, 5, 143: *Clamore magno* et *multo* flagitabere. Poen. V, 5, 10: Iam pol ego illam *pugnis* totam faciam uti sit merulea.[34]) v. 20: Satin'ego *oculis* cerno? v. 29: Quid hanc tibi *digito* tactiost? Stich. I, 3, 69: Quis *cena* poscit? ecqui poscit *prandio*? ad q. l. Lambinus: Quis vult me data

---

[32]) Vulg. *me* post *hac* habet. Transposuit Bothius propter versum.

[33]) Ita $\Delta\Theta$p, Balbachius observ. crit. in Plaut. p. 59. Δg *si dedero*, et sic etiam Gruterus et vulg.

[34]) Sic Bothius ex $\Delta\Theta$pg. Vulgo *ut sit morula*.

coena emere? Truc. V, v. 56: Meliust, te *minis* certare mecum quam *minaciis*. Truc. II, 2, 60: Si ecastor hic homo *sinapi* victitet. II, 6, 46: neque etiam queo *Pedibus* mea sponte ambulare. Truc. V, v. 23: conrumpor *situ*. Poen. V, 3, 21: Facerentque indignum genere quaestum *corpore*. Truc. II, 6, 50: *Is*[86]) te dono, item v. 52. Poen. V, 2, 111: *Quo* me privatum aegre patior *mortuo*. Men. V, 5, 7: *anima* privabo virum. Capt. IV, 2, 13: Nam qui opstiterit, *ore* sistet. Capt. III, 2, 3: Ita nunc me miserum *restitando, retinendo* Lassum reddiderunt, h. e. dum ipsi crebro consistunt, me retinent. Pseud. v. 583: facile ut spoliem meos perduellis *meis perfidiis*. II, 2, 2: Ut ego *oculis* rationem capio. v. 27: vidi — *oculis meis*. II, 3, 1: adventu suo. v. 2. Pseud. v. 690: nunc ego *hac epistula* Tris deludam. v. 704: *tribus* demeritas *artibus* — laetitias. II, 4, 36: *sua virtute* teneat. v. 53: *meo* me *ludo* lamberas. III, 1, 3: quantum ego nunc *corde* conspicio *meo*. v. 12: Eum cras *cruciatu maxumo* perbitere. III, 2, 13 sq.: Hominum ego *avaritia* factus sum inprobior coquos, Non *meopte ingenio*. III, 2, 24: Eas herbas *herbis aliis* porro condiunt. v. 31: Non *condimentis* condiunt, set *strigibus*. Pseud. v. 835 sq.: Terrestris pecudes *cicimandro* condio *Hapalopside* aut *cataractria*. III, 2, 79: Quia *sorbitione* faciam ego hodie te *mea* Item ut Medea Peliam concoxit senem. v. 81: Quem *medicamento* et *suis venenis* dicitur Fecisse russus ex sene adulescentulum. III, 2, 92: atque ita *suavi suavitate* condiam. Pseud. v. 902: dolis. IV, 1, 1: *auxilio* adiutum. Pseud. v. 927: Sic ego illum *dolis* atque *mendaciis* In timorem dabo militarem advenam. v. 932 sq.: Te quoque etiam, *dolis* atque *mendaciis* Qui *malis* par mihi's. Men. V, 5, 48: At ego te pendentem fodiam *stimulis* triginta dies. 7, 12: quid ego *oculis* aspicio *meis*? v. 28: Pecte *pugnis*. 8, 5: vi pugnando. 9, 26: Set uter vostrorumst advectus mecum *navi?* v. 73: quem ego *multis* et *miseris laboribus* Usque adhuc quaesivi. v. 75: Hoc erat quod haec te meretrix huius vocabat *nomine*. v. 99: auctione tota. Most. I, 1, 32: *Virtute* id factum *tuast*, magisterio tuo. I, 2, 34: si quid *nummo* sarciri potest. Most. v. 138: Quae mi *adventu suo* grandinem, imbrem attulit. Most. v. 152: Disco, hastis, pila, cursu, armis, equo. v. 154: *Parsimonia* et *duritia*

---

[86]) Sic ΔΘp, quod probandum sec. Ritschelium prolegom. ad Trinumm. p. 98. Vulg. *Iis*...

discipulinae aliis eram. I, 3, 7: mihi qui modestiam omnem Detexit tectus *qua* fui. v. 12: *moribus lepidis* quom lepida tute's. v. 35: Di deaeque me omnes *pessumis exemplis* interficiant. v. 36: Nisi ego illam anum interfecero *siti fame*que atque *algu*. v. 41: si *dictis* nequis perduci ut vera haec credas. v. 44: ubi *aetate* hoc caput colorem commutavit. v. 47: Solam ille me soli sibi *suo aere* liberavit. v. 55: Perii hercle, ni ego illam *pessumis exemplis* enicasso. Most. v. 243: Edepol si vel summo Iovi *eo argento* sucruficassem. I, 3, 102: *Una opera* ebur hercle *atramento* candefacere postules. v. 105: *Nova pictura* interpolare vis opus lepidissumum? v. 115: Etiamne *unguentis* unguendam censes? v. 117: Nam istaec veteres, quae se *unguentis* unctitant. v. 118: quae vitia corporis *fuco* occulunt. v. 124: Quibus anus domi sunt uxores, quae vos *dote* meruerunt. v. 130: *Purpura* aetas occultandast. Most. II, 1, 1: Iuppiter supremus *summis opibus* atque *industriis* Me perisse et Philolachetem eupit erilem filium. v. 11: Vel ubiquomque *denis hastis* corpus transfigi solet? II, 1, 48: madeo *metu*. II, 2, 23: *Pultando* paene confregi hasce ambas foris. Most. v. 456: Quin *pultando*, inquam, paene confregi foris. II, 2, 48: Hospes necavit hospitem captum *manu*. v. 56: Lucernam *forte* oblitus fueram extinguere. III, 1, 63: Responsiones omnis *hoc verbo* eripis. v. 80: Non edepol nunc tu me *istis verbis* territas. v. 92: Huic homini *argento* os verberarier. v. 120: *vomitu* ne hic nos enecet. 2, 27: *Quo dolo* a me dolorem procul pellerem. Most. v. 730: *Vino* et *victu, piscatu probo, electili* Vitam colitis. III, 2, 142: si sunt inducti *pice*. Most. v. 838: si volturios *forte* possis contui. v. 882: Male castigabit eos *exuviis bubulis*. v. 888: *cibo* perduci poteris quovis. III, 3, 20: *dicto* aut *facto* fallere. IV, 2, 50: Vide sis ne *forte* ad merendam quopiam devorteris. Most. v. 1015: dissimulando. V, 2, 36: *tali ludo* ludere. v. 45: *Verberibus*, lutum, caedere. Most. V, 2, 52: ego illum, ut sit quietus, *verberibus* subegero. Pers. v. 2: Superavit *aerumnis suis* aerumnas omnes Herculi. Pers. I, 1, 25: *Sagitta* cor Cupido meum transfixit. I, 1, 32: *Basilico* accipiere *victu*. Pers. v. 48: *odio* me enicas. v. 49: Amoris *vitio*, non *meo* nunc tibi morologus fio. I, 2, 4: Quin *parasitando* paverint ventris suos. v. 7: Neque *edacitate* eos quisquam poterat vincere. I, 3, 1: Omnem rem inveni, ut *sua* sibi *pecunia* Hodie illam faciat leno libertam suam. v. 83: adserito *manu*. II, 2, 49 sq.: At *confidentia* Militia ista militatur multo magis quam *pondere*. v. 56:

Malitia certare tecum miseriast. Pers. v. 269: *Verberibus* caedi inserit. II, 4, 11: Caedere hodie tu *restibus*. v. 22: defigam in terram *colaphis*. 5, 12. v. 17: ne enices *fame*. III, 1, 35: *quanta* afficitur *miseria*. v. 52: vi. v. 54. Pers. IV, 3, 3: *argento* vicit. IV, 3, 11: doctis — dolis. Pers. v. 553: moenitum *muro*. IV, 4, 21: tu tibi iubeas concludi aedis *foribus ferreis*. Pers. v. 599: percontari hanc *paucis*. IV, 8, 1: Transcidi *loris* omnis adveniens domi. V, 1, 9: Quorum *opera* haec mihi facilia factu facta sunt. V, 1, 21: *Tua* factum *operast*. V, 2, 15: Ne sis me *uno digito* attigeris. V, 2, 16: At tibi ego continuo *cyatho* oculum *hoc* excutiam tuum. v. 799: eum praevorti *litibus*. V, 2, 35: ne tibi *hoc scipione* Malum magnum dem. V, 2, 40: bibere da usque *plenis cantharis*. v. 846: *colapho* me icit. Pers. IV, 6, 16: Videor vidisse hic *forma* persimilem tui (in Rücksicht auf). Merc. v. 10: Sed *ea* ut sim implicitus dicam. v. 21: *Magno* atque *solido* multat *infortunio*. prol. v. 45: *Vi summa*, ut quicque poterat, rapiebat domum. Merc. v. 54: Amoris *vi* diffunditari. I, 1, 65: *Multo opere inmundo rustico* se exercitum. I, 1, 74: *ea pecunia* Navem — Parasse. I, 1, 76: atque *ea* (sc. navi) se mercis vectatum. I, 1, 88: Talentum argenti ipsus *sua* adnumerat *manu*. I, 2, 2: nitere, Erus ut minor *opera tua* servetur. I, 2, 39: *opera* licet Experiri. I. 2, 40: currendo. I, 2, 42: *Palpo* percutis. Merc. v. 182: Oculis. ib.: hiantibus, quod referendum est ad oculis. I, 2, 81: *lembo* advehitur tuus pater *pauxillulo*. I, 2, 85: saevis fluctibus. I, 2, 105: *lamentando* pereo. II, 1, 12: Ait sese illius *opera* atque *adventu* caprae Flagitium — fecisse. II, 1, 23: *cura* cruciabor miser. II, 1, 33: *qua* herist advectus filius. II, 2, 28: *Oculis* quoque etiam plus iam video quam prius. II, 2, 41: sum auctor ut me *amando* hic enices. II, 3, 80: pinsetur *flagro*. II, 3, 108: efflictim perit Eius *amore*. Merc. v. 472: ibi me *toxico* morti dabo. II, 4, 15: Responde, *quo leto* censes me ut peream potissumum? III, 2, 5: [id igitur] *Voluptate*, *vino*, *amore* delectavero. v. 554: *factis* persequar. v. 557: Iam *iurgio* enicabit. III, 4, 17: *Uno verbo* eloquere. III, 4, 77: *mea* factum omnes dicent esse *ignavia*. IV, 4, 47: rogato meum patrem *verbis meis*. IV, 4, 50: *Conceptis verbis* iam ius iurandum dabo. IV, 4, 58: Me istanc *capillo* protracturum esse. Merc. v. 812: uxor contentast, quae bonast, *uno viro*. v. 813: Qui vir minus *una uxore* contentus siet? V, 2, 3: Ecquis nam deust, qui *mea* nunc laetus *laetitia* fuat? V, 2, 14: Nam tu quemvis confidentem

facile *tuis factis* facis. V, 2, 52: enicas me miserum *tua reticentia*. V, 4, 9: Suapte culpa. ib.: genus *ingenio* quom inprobant. V, 4, 42: *loris* caedite. II, 3, 7: *pretio* eripui. III, 4, 65: forte. Rud. V, 2, 48: Praei *verbis* quidvis. Capt. II, 2, 53: Memini quom *dicto* haut audebat: *facto* nunc laedat licet. Aul. II, 2, 22: *paucis*, Euclio, est quod te volo. Epid. I, 2, 18: Quem quidem ego hominem irrigatum *plagis* pistori dabo. Aul. III, 6, 39: Ut me deponat *vino*, eam affectat viam. Mil. II, 3, 50: Mirumst *lolio* victitare te tam vili tritico. Pers. II, 3, 13: Nam amico homini *bobus domitis* mea ex crumina largiar. Rud. I, 2, 23: An *quo* furatum venias vestigas loca? Pseud. I, 5, 151. Epid. II, 2, 16: *Rogitando* sum raucus factus; pene in cursu concidi. Amph. II, 1, 36: Quae neque fieri possunt neque *fando* umquam accepit quisquam. Men. V, 3, 6: Lumbi *sedendo* mi, oculi *spectando* dolent. Epid. III, 3, 22: *pugnis memorandis meis* Eradicabam hominum auris, quem locum iam supra inter ablativos absolutos attuli. Pseud. IV, 4, 8: Mihi cor retunsumst *oppugnando pectore*. Amph. IV, 1, 6: Sum defessus *quaeritando*. Stich. II, 1, 41: defessus sum *pultando*. Poen. I, 2, 14: *Adgerundaque aqua* sunt viri duo defessi. Bacch. III, 2, 18: Cave sis te superare servom sieris *faciundo* bene. Men. v. 597: Meque adeo, qui hodie forum umquam *oculis* inspexim *meis*. Mil. IV, 6, 2: Aspicito *limis* (int. oculis), ne ille nos se sentiat videre. Bacch. V, 2, 12: Viden *limulis*, opsecro, ut contuentur? Capt. II, 1, 50: Ne me secus *honore* honestes, quam quom servibas mihi. II, 3, 33: facile *memoria* memini. v. 62: ut laudetur *laudibus*. Cas. II, 5, 40 sq.: Nam omnes mortales *dis* sunt freti; sed tamen Vidi ego *dis* fretos saepe multos decipi. v. 38: *dis* sum fretus. Pseud. v. 581 sq.: Maiorum meum fretus *virtute* dicam *Mea*que *industria* et *malitia fraudulenta*. Men. v. 767: *dote* fretus. Mil. I, 1, 51: conmunicabo semper te *mensa mea*. Similiter Mil. II, 2, 108: Nam ille non potuit quin *sermone suo* aliquem familiarium Participaverit de amica eri. Curc. V, 2, 68: Si quisquam hanc *liberali* adseruisset *manu*. 3, 31: si *liberali* quisquam hanc adsereret *manu*. Utroque loco *liberali* non ad *manu* referendum, sed pro *liberali causa* dictum est. Mil. II, 3, 53 sq.: ludis *me*, Palaestrio. PA. Iam mihi sunt manus inquinatae. SC. Quidum? PA. Quia ludo *luto*, ad q. l. Douza: „Sceledrus *ludis me* sic accipit, ut *me* sit acc. casus, Palaestrio, ut sit sexti, ut cum dico *ludere pila, disco*.“ et deinde:

„Quia, inquit, cum ludo te (*te* sext. casus), perinde est ac si *hto* ludam, tu enim homo lutulentus es. qui autem lutum manibus tractant, inquinantur.“ Pseud. I, 1, 22: Ludin me *ludo tuo?* Amph. prol. v. 78: *Virtute* ambire oportet, non *favitoribus.* Most. III, 2, 6: Non mihi visum *forte* ilico fuit. Pseud. v. 1320: Egone *isto* me onerem? v. 1262: *Manu candida* cantharum — Propinare. v. 1261: Ubi *mamma* mammicula opprimitur. IV, 7, 105: Mei eri *imagine* opsignatam epistulam. Pseud. v. 1062: *mea laetitia* laetus. IV, 4, 11: imus *gradibus militaribus.* IV, 2, 48: *Manu* salutem mittunt. v. 49: Eadem. v. 50: perge *opera* experirier. IV, 2, 43: *Imagine* opsignatam quae inter nos duo Convenit olim. 5, 4: fallaciis. IV, 1, 37: *Lepido victu vino unguentis* inter pocula *pulpamentis* (te accipiam). Pseud. I, 1, 26: tabellis, *lepida* conscriptis *manu*? 2, 26: itidem vos quoque estis *plagis* (retunsi). v. 63: qui item ut nos *iurando iure* male rem quaerunt. v. 67: Nimis *sermone* huius *ira* incendor. Pseud. v. 212—214: Si mihi non iam huc *culleis* Oleum deportatum erit, Te ipsum *culleo* ego cras faciam ut deportere in pergulam. I, 3, 40: Misereat, si familiam alere possim *misericordia.* v. 66: *amore* pereo et *inopia argentaria.* I, 3, 95: *mininis* me *extis* placari volo. Cist. I, 1, 100: *conceptis* iuravit *verbis.* Pseud. I, 3, 119: Nempe *conceptis verbis?* (iuravisti). BA. Etiam *consultis* quoque. v. 123: onera hunc male *dictis.* v. 125: Iam ego te differam *dictis meis.* v. 159: tibi moram *dictis* creas. I, 5, 14: Gestores *linguis,* auditores *auribus.* Pseud. v. 450: Adire *blandis verbis* atque exquaerere. I, 5, 98: *Virgis* caedito. v. 103: Hem, *istis* mihi tu hodie *manibus* argentum dabis. Trin. II, 4, 145 olim legebatur patientia, sed Ritschelius correxit: set Campans genus Multo Surorum iam antidit patientiam. Men. I, 3, 20: *Hoc animo* decet animatos esse amatores probos. II, 1, 26: *Illoc* enim *verbo* iam esse me servom scio. v. 27: Non potuit *paucis* plura plane proloqui. II, 3, 32: Haec quidem edepol recte appellat *meo* me mulier *nomine.* Pseud. I, 2, 52: ut *suo* quemque appellem *nomine.* Men. prol. v. 4: Quaeso ut *benignis* accipiatis *auribus.* v. 15. v. 29: Tarenti ludi *forte* erant. v. 63: forte. Men. v. 163: si quid *forte* olfeceris. v. 35: *eaque* is *aegritudine* Paucis diebus post Tarenti emortuost. v. 46: Et ipsus *eodemst* avos vocatus *nomine.* v. 48: illum *clamore* vidi flagitarier. v. 49: *pedibus* redeundumst mihi. I, 1, 3: Homines captivos qui *catenis* vinciunt. v. 9: lima. v. 10: Aut *lapide* excutiunt

clavom. v. 12. 17. 2, 18: *iurgio* hercle uxorem tandem abegi ab ianua. Men. I, 2, 29: Teneo *dextera* genium meum. Men. v. 168: ex istoc loco spurcatur nasum *odore inlutili*. Aul. III, 5, 28: vehicla, *qui* vehar. Rud. I, 2, 34: Quin tu in paludem is exicasque harundinem[36]), *Qui* pertegamus villam, dum sudumst. Trin. I, 2, 92: Dedistine *hoc facto* ei gladium *qui* se occideret? Most. I, 3, 101: Malas *qui* oblinam. I, 3, 109. Most. v. 992: nihil est *qui* tergum tegam. Pseud. I, 3, 115: *Qui* hunc occidam una atque me. III, 1, 19: Si quispiam det *qui* manus gravior siet. III, 2, 38: *Qui* prorogare vitam possis hominibus. Men. II, 2, 30: Hei mihi, Quom nihil est, *qui* illic homini dimminuam caput. II, 3, 40. V, 1, 43: Tuam *qui* possim perpeti petulantiam. Poen. V, 4, 94: Mage *qui* credatis, dicam. Nonnunquam *qui* significationem habet particulae optandi *utinam*, qua tamem sec. Fleckeisenum in Iahnii annal. 1850, vol. LX, sect. 3, p. 246 non reperitur nisi in exsecrationibus, nunquam in precationibus felicitatis. Sic Men. V, 5, 31: *Qui* te Iuppiter dique omnes, percontator, perduint. Pers. II, 4, 25: *Qui* te di deaeque —. Pers. V, 2, 6. Men. III, 1, 6: *Qui* illum di omnes perduint. Men. II, 2, 34: *Qui* di illos, qui illic habitant, perduint. Trabea fr. 1 inc. fab. v. 1: delenita *argento*. v. 2: adveniens *digito* inpellam ianuam. v. 5: Fortunam ipsam anteibo *fortunis meis*. Aquilius Boeotia fr. 1, v. 9: ut aridi reptent *fame*. Caecil. Statius Aethrio fr. 1: De nocte ad portum sum profectus *prosumia*. Fallacia fr. 2, v. 45: *Egestate* aliquantisper iactati forent. Hymnis fr. 3, v. 69: Quin *machaera* licitari adversum aeneum coepsti sciens? fr. 6: sine nictentur *perticis*. Plocium fr. 1, v. 143: Ferre ita me uxor et *forma* et *factis* facit. v. 148: An quae mihi quidquid placet, *eo* privat cett. v. 150: Ita *plorando orando instando* atque *obiurgando* me optudit. v. 156: *pelice* ut meum privarem virum? v. 157: differor *sermone* misere. fr. 18: *Opulentitate nostra* sibi ne iniuriam Faciam. Titthe fr. 3: Per mysteria hic inhoneste honestam gravidavit *probro*. Inc. fab. fr. 1: nunc meum cor cumulatur *ira*. fr. 2, v. 233: quae tu omnia *Tuis foedis factis* facis ut nequiquam velim. v. 242: mi sat est, *Qui* aetatis quod reliqüom est oblectem meae. Inc. fab. fr. 10: *Omnibus laetitiis* laetus incedo. Terent. Eun. IV, 7, 19: omnia prius experiri quam *armis* sapientem decet. Andr. II, 1, 36: Video,

---

[36]) Sic Ap. Vulg. *arundines*.

quoius *consilio* fretus sum. cf. III, 5, 13: hem *quo* fretus sim. Phorm. V, 1, 3: Nam vereor, era ne ob meum suasum *indigna iniuria* adficiatur. V, 8, 84: *Tanta*ne adfectum quemquam esse hominem *audacia!* h. e. praeditum. Adelph. III, 2, 22: Sed cesso eram *hoc malo* inpertiri propere? Eun. II, 2, 39. 40: *Plurima salute* Parmenonem Summum suom inpertit Gnatho. Hec. V, 3, 40: incommode mihi *nuptiis* evenit, ad q. l. Schmiederus: „aegre mihi factum est, male mihi evenit nuptiis, per nuptias eius." Andr. II, 1, 4: *cura* confectus stupet. Heaut. V, 1, 57: Si illi pergo suppeditare *sumptibus*, ubi Rudd. II, p. 124 adnot. 38 et Ruhnk. in dict. *sumptibus* dativum esse statuunt, non recte, opinor. Adelph. II, 2, 5: Ego *vapulando*, ille *verberando*, usque ambo defessi sumus. Andr. V, 4, 34 sq.: Vix sum apud me: ita animus commotust *metu, Spe, gaudio, mirando hoc tanto* tam *repentino bono*. Eun. V, 2, 8: miserrumus Fui *fugitando*. V, 6, 7: Defessa iam sum misera te *ridendo*. Heaut. III, 1, 48: *pytisando* modo mihi Quid vini absumpsit. Andr. prol. v. 17: Faciuntne *intellegendo*, ut nil intellegant? Heaut. IV, 2, 8: Nil tam difficilest, quin *quaerendo* investigari possiet. Phorm. I, 2, 73: *qui* illum di omnes perduint, ubi *qui* iterum significationem habet *utinam*. Andr. prol. v. 6: Non *qui* argumentum narret, sed *qui* malivoli Veteris poetae maledictis respondeat. II, 4, 5: Orationem sperat invenisse se, *Qui* differat te. Hec. IV, 1, 58: Neque detractum ei est quicquam, *qui* post possit nosci qui siet. Hec. V, 1, 24: Si aliud scirem, *qui* firmare meam apud vos possem fidem. Hec. IV, 4, 22: sed quid mulieris Uxorem habes aut *quibus* moratam *moribus!* Eun. III, 5, 53: ego *limis* specto Sic per flabellum clanculum. Adelph. I, 1, 51: *Hoc* pater ac dominus interest. Adelph. III, 2, 31: *Hisce oculis* egomet vidi. Phorm. II, 1 17: Incredibilest, quantum erum ante eo *sapientia*. Heaut. III, 1, 74: Deteriores omnes sumus *licentia*. Eun. I, 2, 53: *fidibus* scire, ubi ellipsis verbi *canere* statuenda est. Andr. I, 1, 91: *Forte* unam aspicio adulescentulam. v. 53: *forte*, ita ut fit, filium Perduxere illuc. Hec. III, 1, 4: Id si *forte* est nescio. Eun. III, 5, 20: *Forte fortuna* domi Erat quidam eunuchus. Heaut. III, 1, 96 sq.: *gaudio* Sumus praepediti *nimio* aut *aegritudine*.

Pertinet huc etiam, ut iam supra (§. 24) vidimus, ablativus *pretii* ex parte. Plaut. Epid. III, 4, 31: Argenti *quinquaginta* mi illa emptast *minis*. Epid. I, 1, 49: Quanti eam emit?

TH. *Vili.* Most. III, 3, 2: Num *nimio* emptae tibi videntur? (int. aedes istae). Pseud. I, 1, 49: Leno me peregre militi Macedonio *Minis viginti,* mea voluptas, vendidit. Pseud. v. 344 sq.: Meam tu amicam vendidisti? BA. Valide: *viginti minis.* CA. *Viginti minis?* BA. Utrum vis, vel quater *quinis minis.* v. 1189: *Meo peculio* empta. IV, 7, 95: *quantillo* argenti te conduxit Pseudulus? Men. I, 3, 22: *Quattuor minis* ego istanc emi anno uxori meae. V, 9, 42: Tamquam si emeris me *argento,* liber servibo tibi. Most. III, 2, 136: *Eo pretio* empti fuerant olim. IV, 2, 57: Quanti? (tibicinam liberavit?). ADVORS. *Triginta talentis.* PHAN. *μὰ τὸν Ἀπόλλω,* set *minis.* v. 58: Ain *minis triginta* amicam destinasse Philolachem? V, 2, 38: sumptumque omnem, *qui* amica emptast? Merc. II, 4, 19: Atque eximam Mulierem *pretio*? II, 4, 20: Achillem orabo, ut aurum mihi det, Hector *qui* expensus fuit. V, 4, 12: haud aequom filio fuerat tuo Adulescenti amanti amicam eripere emptam *argento suo.* Caecil. Stat. Chrysion v. 22: quamquam ego *mercede* huc conductus *tua* Advenio. Terent. Andr. II, 6, 20: vix, inquit, *drachumis* est obsonatum *decem.* Eun. V, 5, 14: Emit? perii hercle. Quanti? PAR. *Viginti minis.*

Deinde ablativus instrumenti est, qui poni solet post verba *uti, frui, potiri, compotire.* Q. Fabius Pictor ap. Egger. p. 106: item *annulo uti* nisi *pervio casso*que fas non est. Cato R. R. c. 5: Disciplina bona utatur. C. 7: et domino erit, *qui utatur.* C. 104 init.: Vinum familiae per hiemem *qui utatur.* C. 96: *Eodem* in omnes quadrupedes *utito,* si scabrae erunt. C. 157: Qui sic purgatus erit, *diutina valetudine utetur.* Cato ap. Appuleium in apolog. de magia p. 431 Oudend.: tres servos solos ex urbe duxisse Quoniam ad publicam villam venerat, parum visum, *qui uteretur.* Cato ap. Festum v. Struere (Lion p. 85): *Iure, lege, libertate, re publica* communiter *uti* oportet; *gloria* atque *honore,* quomodo sibi quisque struxit. Ennii Iphigeniae fr. 4: *Otio* qui nescit *uti.* Plaut. Stich. I, 1, 14: eum nunc inprobi Viri *officio uti.* Asin. I, 3, 49: *Eadem* nos *discipulina utimur.* Pseud. v. 220: aut num ipse ego *pulmento utor* magis *Unctiusculo*? II, 2, 13: proinde ut quisque *fortuna utitur.* III, 2, 37: divinis condimentis utere. Pseud. v. 1264: nec *sermonibus morologis utier.* Men. v. 571: Ut *hoc* utimur maxume *more moro molesto*que multum. Pers. I, 1, 19: Nimis stulte *amicis utere.* V, 2, 36: Iam *utere eo.* Merc. I, 2, 35: quom *illo uti* voles? Terent. Heaut.

II, 1, 5: Mihi si umquam filius erit, ne ille *facili me utetur patre.* Plaut. Asin. V, 2, 68: ut sinat Sese alternas cum illo noctis *hac frui.* Terent. Adelph. V, 8, 27: Huic demus (agellum) *qui fruatur.* Plaut. Pseud. IV, 6, 9: Ille hodie si *illa sit potitus muliere.* Rud. IV, 2, 6: quae — *Piscatu novo* me *uberi conpotivit.*

Ad analogiam verbi *uti* etiam *usus est* cum ablativo instrumenti coniungitur. Cato R. R. c. 68: queis usus erit. Plaut. Pseud. I, 3, 151: Ad eam rem *ussust homine astuto docto scito et callido.* Asin. I, 1, 76: *Viginti* iam *usust* filio argenti *minis.* Bacch. IV, 5, 3: Set nunc *truculento* mi atque *saevo usus senest.* Bacch. IV, 4, 55: Militi *nummis ducentis* iam *ussus est* pro Bacchide. Most. I, 3, 93: *speculo* ei *usus est.* Bacch. IV, 9, 47: Nunc *alteris* etiam *ducentis ussus est.* Pseud. I, 2, 49: Quor ego vestem aurum atque ea *quibus est* vobis *ussus* praebibeo? Nonnullis locis, quos iam supra, cum de nominativo agebam, attuli, dubium esse potest utrum nom. an abl. positi sint. Sunt autem hi: Rud. IV, 4, 39: *Hoc* neque istic *usust* et illi miserae suppetias feret. Mil. III, 1, 195: Set quid *ea usus est?* Curc. III, 13: usus est pecunia. Addimus exempla, ubi pendet ab *usus est* ablativus participii perfecti passivi, aut absolute in genere neutro singularis positus aut coniunctus cum substantivo. Cist. I, 2, 10: Tacere nequeo misera, quod *tacito usus est.* Amph. I; 3. 7: Citius quod non *factost usus* fit quam quod factost opus. Men. V, 2, 1: Ut aetas meast atque ut hoc *usus factost,* ubi *hoc* possit etiam ablativus esse, sed analogia suadet, ut nominativum potius statuamus. Bacch. IV, 4, 97: quid *istis* ad istunc *ussust conscriptis* modum —? Pseud. I, 1, 48: Quam subito *argento* mi *ussus invento siet.* Terent. Hec. III, 1, 47: non *usus factost* mihi nunc hunc intro sequi. Adelph. III, 3, 75: et moneo quid *facto usus sit.* Hec. V, 4, 38: An temere quicquam Parmeno praetereat quod *facto usus sit?*

Etiam *opus est* coniungitur cum abl. instrumenti, nam si dicitur *opus est aliqua re,* ita hoc cogitatur, quasi positum sit *opus fit sive conficitur aliqua re.* Naevius fr. inc. trag. 9: Neminem vidi qui numero sciret, quam *quo scito opust.* Cato R. R. c. 2: quae *opus sient locato,* locentur. In talibus, ubi abl. part. perf. pass. in genere neutro positus est, item ut apud *usus est,* hoc participium quasi ablativi infinitivi partes agit, vid. Haas. ad Reisig. p. 233, adnot. 275. C. 38: Si duobus prae-

furniis coques, *lacuna* nihil *opus erit.* Cum *cinere eruto opus erit,* altero praefurnio eruito. C. 29: *qua* maxime *opus erit.* C. 145: si *sexiugis vasis opus erit.* Orat. pro Rhodiensibus (cf. Gell. VII, 3), origg. lib. V. inclusa (Krause vitae et fragmenta veterum historicorum Roman. p. 114): quid *opus siet facto.* Plaut. Amph. I, 1, 194: Quid *eost opus?* II, 1, 68: quid *opust verbis?* 2, 145: Quid *verbis opust?* III, 3, 15: ut adparentur *quibus opust.* Casin. III, 6, 15: Quid mihi *servo opus* est tam *nequam?* Capt. I, 2, 56 sqq.: *Multis* et *multigeneribus opus est* tibi *Militibus.* primumdum *opus Pistoriensibust* — *Paniceis opus est*, *opus Placentinis* quoque, *Opus Turdetanis, opus est Ficedulensibus.* Pseud. II, 2, 7: *Novo consilio* nunc mi *opus est.* Men. v. 433: Quid *eo opust?* Men. v. 484: *verbis* quid *multis opust?* V, 9, 88: Set *meliorest opus auspicio,* ut liber perpetuo siem. Most. I, 3, 94: Quid *opust speculo* tibi. IV, 3, 1: quid *opust verbis?* Pers. I, 3, 3: quoius mihi *auxiliost opus.* Epid. II, 2, 104: Opus est homine. Poen. V, 6, 15: Et mihi *suppliciis multis* (int. *ŏpus est*). v. 24: quid *praetore opust?* Truc. V, v. 12 sq.: opust ligno, opust carbonibus; Fasciis opus est, pulvinis, cunis, incunabulis. Fragm. Frivolar. p. 481, v. 11: quid *opus est verbis?* Stich. v. 632: nunc *consilio sano opust.* Bacch. V, 2, 15: Hauscio quid *eo opus sit.* v. 45: Quid *opust verbis?* Merc. II, 3, 76: nam quid *eost opus?* Pseud. I, 3, 115: Quid *opust gladio?* Pseud. II, 4, 45: Etiam *chlamude opust, machaera* et *petaso.* Poen. prol. v. 113: quid *verbis opust?* I, 2, 81: Quid *eo opust?* III, 2, 2: Quid *opust verbis?* Bacch. II, 2, 41: quod des *inventost opus.* v. 42: Nam *istoc* fortasse *aurost ŏpus.* Pl. *Philippeo* quidem. v. 43: Atque *eo* fortasse iam *opust.* Bacch. II, 3, 6: opus est chruso Chrusalo. v. 94: Quid *ŏpust anulo?* Bacch. III, 3, 82: Quid *opust verbis?* Bacch. I, 1, 44: Quid *eŏ* mi *opus est?* Mil. III, 1, 209: properato opus est. III, 3, 40: Quid *istis* nunc *memŏratis opust,* quae conmeminere? Pseud. II, 4, 42: set *quinque inventis opus est* argenti *minis Mutuis.* Pers. IV, 3, 61 sq.: Nil mi *opust Litibus* neque *tricis.* v. 63: quid *eŏ* mihi *opust mercimonio?* Merc. v. 106: Quid *verbis opus est?* Epid. I, 2, 10. Men. v. 592: Plus minus, quam *opus fuerat dicto,* dixeram. v. 915: Quid tibi *quaesitost opus?* Amph. II, 1, 81: nam mihi istuc primum *exquisitost opus.* 2, 145: edepol qui *facotst opus.* v. 159: *Opus* mist istuc *exquisito.* IV, 3, 4: Quid *opus est med advocato* —? Casin. II, 8, 66: Nam mihi *vicino hoc* etiam *con-*

cautost opus. III, 3, 24: ego intus *quod factost opus,* Volo accurare. Capt. II, 1, 33: tamen *viso opust, cauto opust.* Amph. I, 3, 7. Pers. IV, 4, 35 sq.: *opus*nest *hac* tibi *empta?* DO. Si tibi vaenissest *opus,* Mihi quoque *emptast* (int. *opus*). Truc. II, 6, 42: Multo ecastor magis *oppletis* tritici *opust granariis.* Bacch. IV, 4, 56: Tum nobis *opus est sumptu.* Merc. II, 3, 133: ne hic resciscat, *cauto opust.* Merc. III, 3, 4: quod *opust facto,* facito ut cogites. v. 5: equidem hercle *opus* hoc *facto* exaestumo, ubi dubium esse possit, utrum *hoc* sit acc. an abl., sed reliquis comparatis locis puto esse abl. Poen. I, 2, 106: Ah, non *factost opus.* Bacch. III, 2, 14: obvigilato opust. Bacch. IV, 2. 22: celeriter *factost opus.* Cist. II, 1, 55: cauto opust. Epid. II, 2, 105: aeque *opus factost.* Stich. I, 2, 4: Qui minus meministis quod *opust facto* facere in aedibus? Curc. II, 3, 23: Celeriter mihi *homine conventost opus.* Trin. II, 4, 183: De dote ut videat quid *facto opus sit.* Trin. III, 3, 78: quom iam *properatost opus,* ad q. l. vide Lindem. Curc. II, 3, 43: nam *illis conventis* sane *opus est* meis dentibus. Curc. V, 1, 6: quia mi *quaesitost opus.* Most. v. 902: eo magis *cauto opust.* Men. V, 5, 52: Ut parentur, *quibus paratis opus est.* Merc. II, 2, 58: hoc mihi *visost opus.* v. 61: praecautost opus. Terent. Adelph. IV, 3, 10: Si ita aequom censes aut si ita *opus est facto.* V, 9, 39: Plus scis quid *facto opus est.* III, 2, 44: Quapropter quoque pacto *tacitost opus.* Hec. I, 2, 29: Non *est opus prolato.* III, 4, 17: In arcem *transcurso opus est.* Andr. III, 2, 43: quod *parato opus est* para. Andr. I, 1, 5: Nil *istac opus est arte* ad hanc rem, quam paro. Andr. I, 1, 72: Quid *verbis opus est?* v. 138: sed quid *opust verbis?* Eun. IV, 2, 4: Quid *opust verbis?* Andr. III, 2, 10: quid *facto esset opus.* Andr. IV, 2, 32: ita *facto opus est.* Heaut. I, 1, 28: tibi ut *opus factost,* face. v. 119: nil *opus fuit monitore.* Phorm. V, 1, 35: Nunc quid *opus facto sit* vide. 9, 14: non *opus est dicto.* ib.: at *scito* huic *opust.* Adelph. IV, 7, 22: si illud, quod maxume *opus est iactu,* non cadit. Heaut. V, 1, 68: Sed ita *dictu opus est,* si me vis salvom esse et rem et filium. Nonnullis locis dubium esse potest, utrum nominativi an ablativi positi sint, quos iam supra attuli, quum de nominativo agebam.

35. *Ablativus causae.* Leges XII tabb., VIII, fr. 16: si adorat *furto.* Naevii fr. Lycurg. 22: iam solis *aestu* candor cum liquesceret, ad q. l. Klussm. p. 110: „Aestu negativo vel cau-

sativo illo sensu dictum est, ut sit pro cessante aestu.“ Cato R. R. c. 6: *eo* quia foditur. C. 134: mactus *hoc fercto*. C. 141: macte *hisce suovitaurilibus lactentibus* esto. Mars pater eiusdem rei ergo, macte *hisce suovitaurilibus lactentibus* esto. Ib.: Eiusque rei ergo macte *hisce suovitaurilibus immolandis* esto. C. 134: macte *vino inferio* esto. Ib.: Iuppiter macte *fercto* esto, macte *vino inferio* esto. C. 139: Harumce rerum ergo macte *hoc porco piaculo immolando* esto. C. 132: eiusce rei ergo macte *hac illace dape pollucenda* esto. Ib.: macte *istace dape pollucenda* esto. Macte *vino inferio* esto. Ennii satur. l. III, fr. 5: *Quaque* propter Hannibalis copias considerat. Ennii Alexandri fr. 7: Is habet coronam vitulans (= laetans gaudio) *victoria*. Alexandri fr. 9: *Quo indicio* Lacedaemonia mulier, Furiarum una, advenit. Ennii Medeae exulis fr. 1, v. 286: *imperio* regis Peliae. Plaut. Most. I, 3, 17: *Virtute* formae id evenit, te ut deceat, quicquid habeas, quod explicatur: *per formam*, *formae gratia*. Poen. V, 4, 39: *Mea fiducia* hercle haruspex, patrue, his promisit, scio, Libertatem. Curc. I, 3, 56: Hem, *istoc verbo* vindictam para. Gronovius explicat: „*Istoc verbo* est propter id quod dixisti, ut quando velis, videre me possis, redde me liberam. Verbum pro re, quae verbo significatur: fere enim eodem sensu, *ob eam rem*.“ Pers. IV, 6, 7: *lucro faciundo* ego auspicavi in hunc diem nisi hic est potius dativus. Asinar. I, 2, 16: in pannis *inopia*. Vide de hoc loco Reinium quaest. Plaut. p. q. Recte explicat Lambinus: *propter inopiam*, *inopia coacta*. Curc. II, 1, 28: Venire poteris *intestinis* vilius, h. e. ob intestina putrida et delinita vilius. Epid. II, 2, 31: id adeo *qui* maxume animum advorterim?, ubi recte Gruterus *qui* explicat per *quamobrem*. Most. V, 1, 31 et 58 *Qui*dum?, utrobique sequente *quia*. Poen. V, 4, 20: Ut volupest homini, mea soror, si, quod agit, cluet *victoria*. Lamb. „si in eo, quod agit, victoria clarus est et excellit.“ Stich. v. 327: *tuo arcessitu* huc venio. Merc. I, 1, 101: hospitis *iussu*. Trin. V, 2, 18: *Meo adlegatu* venit. Trin. V, 2, 16: is mille nummum se aurum *Meo datu* tibi fere — aibat. Pseud. III, 2, 14: *Qua* istuc *ratione*? Stich. V, 4, 8: Pro opibus nostris satis commodulumst *nucibus fabulis ficulis* Oleae *trublio lupillo conminuto crustulo*. Pers. V, 1, 4: *Ea re* (= ea de re) vobis gratis habeo. Merc. v. 365: qua re. Most. I, 1, 36: Mei tergi facio haec, non tui *fiducia*. Most. v. 840: *aetate* non quis optuerier. Merc. v. 323: At ne deteriorem tamen *hoc facto* ducas.

Mil. IV, 9, 13: Ut adoriatur moechum, qui *formast* ferox. Amph. II, 2, 183: Quid ego feci, *qua* istaec propter dicta dicantur mihi? Men. v. 151: Litigium tibist cum uxore: *eo* mi abs te caveo cautius (deshalb). Pers. v. 785 et Merc. v. 388 *eo*. Merc. v. 31: hoc *eo* fit quia. Asin. V, 1, 16: at non *eo* quia tibi non cupiam quae velis. Aul. II, 2, 63: *Eo* dico, ne me thensauros repperisse censeas. Rud. IV, 4, 70: *Eo* tacent, quia tacitast melior mulier semper quam loquens. Amph. III, 2, 32: Non edepol *quo* te esse inpudicam crederem. Terent. Hec. II, 1, 45: Ubi duxere *inpulsu vostro, vostro inpulsu* easdem exigunt. Ib. IV, 4, 65: *inpulsu* duxisti *meo*. Hec. prol. I, v. 4: Ita populus *studio* stupidus in funambulo Animum occuparat, h. e. propter studium. Hec. II, 1, 41: lassam oppido aibant tum esse: *eo* ad eam non admissa sum. Heaut. III, 2, 43: Neque *eo* nunc dico, *quo* quiequam illum senserim. Eun. I, 2, 16: Non pol, *quo* quemquam plus amem aut plus diligam, *Eo* feci. Adelph. V, 3, 39: Non *quo* dissimilis res sit, sed *quo* is qui facit, ad q. l. conf. Ruhnkenium. Heaut. III, 1, 96 sq.: an *eo* fit, quia re in nostra aut gaudio Sumus praepediti nimio aut aegritudine? Adelph. II, 4, 6: Ne id adsentandi magis quam *quo* habeam gratum, facere existumes. Adelph. III, 2, 28 sq.: Alienus est ab nostra familia. SOS. Hem, Perii, *qua re*? Hec. IV, 1, 38: Nonne dissimulare nos magis humanumst quam dare operam id scire *qui* nos oderit, h. e. quam ob rem. Hec. III, 3, 4: *Qua* me propter exanimatum citius eduxi foras. Adelph. IV, 1, 21: homini ilico lacrumae cadunt Quasi puero *gaudio*. Andr. V, 4, 6: Itane huc paratus advenis? CR. *Qua re*? Andr. IV, 2, 8: *Quibus* (nuptiis) quidem quam facile potuerat quiesci, si hic quiesset! h. e. wegen der (d. h. was anbetrifft die) Hochzeit konnte man Ruhe haben.

Huc pertinent etiam ablativi *causa* et *gratia*. Naev. Triphallus v. 97: amoris *causa*. Cato de Lusitanis ap. Gellium I, 7 (Iordan. 27, 5): ea causa. Ennii Andromeda fr. 4: Liberum quaesundum *causa*. Fr. inc. trag. 26: sui quaestus *causa*. Euhemerus fr. 3, 12: eius rei *causa*. Plaut. Amph. I, 3, 42: Noli amabo, Amphitruo, irasci Sosiae *causa mea*. Cist. I, 1, 83: *qua* arcessitae *causa* ad me estis, eloquar. Truc. II, 5, 8: Lucri *causa* avara probrum sua exsecuta. Pseud. I, 1, 120: Pietatis *caussa* vel etiam matrem quoque, quem locum non recte interpretatur Rostius comment. Plaut. p. 233, recte Ladewigius Zeitschr. f. Alt. 1842, p. 1073. Merc. I, 2, 27: Tua causa.

Pers. IV, 9, 10: *Tuan'* ego *causa* — Quoiquam mortali — auris atteram. Pers. III, 1, 10: Tuin ventris *causa*. v. 11. 12. Pers. II, 4, 11: Tua — causa. III, 1, 7: Ea causa. Pseud. II, 4, 30: Horum *caussa* haec agitur spectatorum fabula. Pseud. v. 847: *Istacine caussa* tibi hodie nummum dabo? Men. III, 2, 25: Quid de te merui, *qua* me *causa* perderes? IV, 3, 13: Neque edepol te defrudandi *causa* posco. V, 2, 41: *Tuan* quidem ille *causa* potabit minus. V, 4, 4: Quin *ea* te *causa* duco, ut id dicas mihi. 9, 1: ea causa. v. 86: fac *causa mea*. Most. v. 246: eius *causa*. II, 1, 10: trium nummorum *causa*. II, 1, 47: *hac* quidem *causa*. II, 2, 72: auri *causa*. III, 1, 69: faenoris *causa* tui. V, 2, 47: causa mea, item v. 55. Pers. I, 2, 13: puplicae rei *causa*. Pseud. I, 1, 90: An tu *ea* te *caussa* vis sciens suspendere. Merc. I, 2, 40: qui me rupi *causa* currendo *tua*. II, 3, 66: *Ea causa* equidem illam emi. Merc. v. 473: qua causa. III, 1, 29: Honoris *causa*. Merc. 537: stupri *causa*. v. 917: Qua causa? II, 3, 7: animi *causa*. Compluribus locis *causa* cum pronominibus possessivis coniunctum non vulgarem habet significationem, ut idem sit quod *gratia*, sed id indicet, quo non prohibeatur, quo minus aliquid fiat, vide Rost. l. c. Sunt autem hi: Epid. V, 2, 14: Dum sine me quaeras, quaeras *mea causa* (idem quod *per me*) vel medio in mari. Men. V, 1, 27: *Mea* quidem hercle *causa* vidua vivito. V, 7, 40: *Mea* quidem hercle *causa* liber esto atque ito quo voles. Caecil. Stat. Asotus fr. 2, v. 12: Mutuet *Mea causa*. Terent. Eun. I, 2, 122: Et quidquid huius feci, *causa* virginis Feci. Eun. V, 8, 40: vos credere — velim, Me huius quidquid facio, id facere maxume *causa mea*. Heaut. I, 1, 35: Scire hoc vis? CH. *hac* quidem *causa qua* dixi tibi.

Ennii Cresphontis fr. 4: liberorum sibi quaesendum *gratia*. Medeae exulis fr. 17: tu me amoris magis quam honoris servavisti *gratia*. Euhemeri fr. 11, 58: nominis sui *gratia*. Plaut. Rud. I, 2, 2: Neque id processit, *qua* vos duxi *gratia*. Epid. V, 1, 23: siquidem istius *gratia*, Id[87]) remoratu's, quod ista voluit, nimium advenisti cito. Pseud. I, 2, 27: Numqui minus *ea gratia* tamen omnium utor opera? I, 5, 138: istac gratia. v. 1289: mea gratia. Men. v. 150: Non pergo hercle vero, nisi scio *qua gratia*. IV, 3, 23: etiamne audes *mea* revorti *gratia*? Pers. IV, 3, 68: *tua* ego facio *gratia*. Merc. I, 2, 109: Quin *ea* ego huc praecucurri

[87]) Vulgo *Es remoratus*. Δp *Id remoratus*.

gratia. Aul. III, 2, 21: quid est *qua* prohibes nunc *gratia* nos eequere hic coenam?

Huc refero etiam eum ablativum, quem Schulzius in gramm. lat. p. 428 *limitationis* appellat, qui plerumque explicari potest per *quod attinet ad*, sive *ratione habita alicuius rei*, sive etiam per praepositionem *secundum* sequente accusativo. Etiam Ruddim. p. 263 nonnulla huius generis ad ablativum causae retulit. Plaut. Mil. III, 1, 36: pernix *manibus, pedibus* mobilis. Bacch. III, 1, 12: Neque mei neque tui ted intus puditumst *factis* quae facis, h. e. quod attinet ad facta, quae facis. Bacch. IV. 8, 35: Tuo arbitratu. 9, 67: tuus tibi servos *tuo arbitratu* serviat. V, 2, 8: Sine *suo* usque *arbitratu*. Trin. IV, 2, 148: Vapulabis *meo arbitratu* et novorum aedilium. Pseud. I, 3, 37: Di te deaeque ament vel huius *arbitatu* vel *meo*. I, 5, 13: Si *meo arbitratu* liceat. II, 2, 66: Tuo arbitratu. Men. I, 1, 15: Suo arbitratu. Men. V, 5, 46: meo arbitratu. Most. III, 2, 106: specta *tuo* usque *arbitratu*. Pers. IV, 4, 17: tuo arbitratu. Pers. v. 600: Suo arbitratu. Stich. v. 39: meo animo (nach, gemäß), item I, 3, 30 et Men. II, 1, 2. Men. I, 3, 17: *meo* quidem *animo*, item Merc. II. 2, 43. Stich. V. 1, 1: More hoc fit atque stulte *mea sententia*, nach meiner Meinung. Men. I, 1, 5: *mea* quidem *sententia* Merc. II, 3, 58: mea sententia. Merc. II, 3, 113: Non potes tu *lege* vendere illam (nach dem Gesetze). Terent. Ad. I, 2, 46: *Natura* tu illi pater es, *consiliis* ego. Ib. I, 1, 40: Errat longe *mea* quidem *sententia* Qui cett. Phorm. II, 2, 20: Alere nolunt hominem edacem, at sapiunt *mea sententia* cett. Ad. IV, 5, 17: Hic meus amicus illi *genere*st proxumus.

Pertinet huc etiam ea ablativi substantivi verbalis forma, quae vulgo *supinum in u exiens* dicitur, qui ablativus plurimis in locis est abl. limitationis. Ennii annal. l. VII, fr. 10, v. 245: bona *dictu*. Plaut. Cas. V, 2, 6: ridicula *auditu*, *iteratu*. Poen. I, 2, 29: Modus omnibus rebus, soror, negotium optumum *habitu*st.[38]) Truc. II, 1, 12: ita aequom *factu*st.[39]) Stich. I, 2, 16: set hoc mihi optumum *factu* arbitror. Mil. II, 1, 23: quist amor *cultu* optumus, h. e. qui ad colendum est optimus, ut expl. Lindem. Pseud. I, 2, 52: Nunc adeo hoc *factu*st optumum.

---

[38]) Sic Herm. elem. d. m. p. 296 secutus Reizium. Vulg.: *Modus omnibus in rebus, soror, optumum est habitu*. Sed *in* abest a codd.

[39]) Ita vulg. et Herm. elem. d. m. p. 155. Codd. sec. Pareum *factumst*.

III, 2, 35: Formidulosas *dictu*, non *essu* modo. Most. III, 2, 104: Simul flare sorbereque haut *factu* facilest. Pers. V, 1, 9: Quorum opera haec mihi facilia *factu* facta sunt. IV, 4, 10: quod pessumum *adgressu*st. Poen. I, 2, 75: Eo illud satius est, quod satis est, *habitu*, quam quod plus sat est.[40]) Terent. Phorm. II, 1, 70: Nil est *dictu* facilius. Hec. II, 3, 4: Sed non facilest *expurgatu*. III, 1, 15: quoivis facile *scitu*st. Heaut. IV, 3, 26: Bonam atque iustam rem oppido inperas et *factu* facilem.

36. c. *Ablativus habitus*. Huc pertinet ablativus *modi*, qui dicitur, exprimens rationem qua aliquid fit et qua status quidam animadversus eius, qui loquitur, oculis repraesentatur, quod duplici modo fieri potest. Potest enim hic ablativus primum *attributiva* significatione usurpari tumque est proprie *casus adverbialis*, quapropter eo referenda sunt omnia adverbia, quae ablativi formam et significationem vel significationem certe solam habent. Deinde eo spectant ablativi, quales sunt *silentio*, *iure*, *iniuria*, *voluntate*, *sponte* et generalis significationis *modo*, *ratione*, *more*, qui cum pronomine vel adiectivo coniunguntur. Hic ablativus saepe proxime accedit ad instrumentalem. Deinde autem abl. modi potest etiam *accessoria* magis significatione positus esse, si res describuntur, quae statum quasi comitantur. Huic ablativi generi saepe *cum* praepositio adiungitur, velut si dicitur *cum cura*, *cum diligentia*, *cum celeritate*. Denique spectant ad ablativum modi etiam ablativi *absoluti*, qui dicuntur, ubi in causali et conditionali significatione positi sunt.

Adverbia modi, quae formam et significationem habent ablativi. *Adsiduo* Plaut. Most. IV, 2, 60. Truc. II, 4, 68: tecum, mea voluptas, usque ero *Adsiduo*. DI. Immo hercle vero *adcubuo* mavelim. — *Aliqua* Plaut. Merc. II, 2, 62, item Pseud. I, 3, 83 ex supplemento Fleckeiseni. *Qua* Plaut. Asin. I, 1, 83: *Qua* me, *qua* uxorem, *qua* tu servom Sauream Potis, circumduce. Mil. IV, 3, 20: Qui consectare *qua* maris *qua* feminas. IV, 9, 15: Quem omnes oderunt *qua* viri *qua* mulieres. *Auspicato* Plaut. Pers. v. 607. *Certo* Plaut. Amph. prol. v. 93, h. e. sine controversia et sine cuiusquam reprehensione, ut expl. Lambinus. I, 1, 291. Stich. I, 2, 31: *Certo* enim mihi paternae vocis so-

---

[40]) Sic egregrie hunc locum difficilem emendavit Bothius, qui in vulgata sensu caret. Vulg.: *Eo illud satiust satis quod satis est, habitus plus quam sat est.*

tus auris accidit. Aul. V, 4. Pseud. II, 2, 47: *certo* scio, item Aul. I, 1, 21. Merc. II, 3, 107. Men. II, 2, 50. II, 2, 18. Most. IV, 2, 37. Pseud. IV, 5, 5. Men. III, 2, 36. Men. v. 373. II, 3, 38. 39. Men. II, 2, 9: *certo* (sic Ritschelius; libri *certe*) hic insanust homo. 3, 44: *Certo* (sic Ritschelius) haec canterino ritu mulier astans somniat. II, 2, 39: hercle *certo*. II, 3, 44. Bacch. II, 3, 20: Quia edepol *certo* scio (sic Ritschelius ex V. C., cum reliqui codices habeant *certe*). Epid. IV, 1, 13: *certo* east (sic Δp. Vulgo *certe*). Cist. II, 3, 62: *Certo* modo Huius, quae locutast, quaerere aibas filiam. (sic Δp. Vulgo *certe*). Most. I, 3, 145. Pers. v. 844. Men. V, 8, 9. Men. V, 9, 50 in responso affirmante, item Pseud. I, 3, 127 (sec. Ritschelium ex cod. Ambros., cum reliqui codices habeant *certe*). Pers. v. 179: *Certo* is quidem nihilist. Merc. III, 1, 36. V, 4, 52: *Certon* scis. Terent. Hec. IV, 4, 34: satis *certo* scio. Eun. V, 1, 9: atqui *certo* comperi. Eun. I, 2, 119: Ego pol, quae mihi sum conscia, hoc *certo* scio. De adverbiis *certe* et *certo* vide praeter ceteros etiam Herz. ad Caes. p. 353. *Incerto* Plaut. Pseud. IV, 2, 7. *Cito* Naev. Ludus fr. 1. Corollaria fr. 3, v. 42: Quid istuc vero 'atatae' te advertisti tam *cito*? Plaut. Pseud. v. 920. IV, 4, 11. Most. I, 4, 33. III, 1, 10. Men. I, 4, 7: Redi *cito*. *Continuo* Plaut. Amph. I, 1, 49, h. e. statim. *Crebro* Pers. IV, 4, 104. — Plaut. Asin. V, 2, 52: Ne ille ecastor *faenerato* [haec] funditat. Men. v. 626: Ne illam ecastor *faenerato* mi abstulisti. — *Falso* Naev. Acontizomen. fr. 2. Ennii satur. l. III, fr. 3. Plaut. Most. I, 3, 21 sq.: An mavis vituperarier *falso* quam *vero* extolli? Equidem pol vel *falso* tamen laudari multo malo, Quam *vero* culpari. — *Intestato* legg. XII tabb., V, fr. 4, de qua decemvirorum loquendi formula vide Dirksenium. *Magnopere* Plaut. Pers. II, 2, 59. *Manufesto* Plaut. Pseud. II, 4, 57. Men. IV, 1, 4: *Manufesto* faxo iam opprimes. Most. II, 2, 79. III, 1, 149: *Manufesto* teneor. — Caecil. Stat. Asotus fr. 5: *Meretissimo*. — *Multimodis* Plaut. Most. III, 2, 98. — Ennii Medeae exulis fr. 10 *Nequaquam*. Annal. l. VIII, fr. 23, v. 299 *Haudquaquam*. — Ennii Medeae exulis fr. 13, item Plaut. Pseud. I, 5, 21: *Nequiquam*. De hac forma, semper sic, nunquam *nequidquam* scribenda vide Ritschelium in prolegom. ad Trin. p. 105, qui affert ex Trinummo v. 440. 565. 973. Adde Men. I, 2, 14. Most. I, 3, 95. V, 2, 54: *Nequiquam* nevis. Pers. III, 1, 30. IV, 3, 46: *Nequiquam* tibi Fortuna

faculam lucrifica adlucere volt. Merc. I, 2, 83. Merc. v. 360. II, 3, 102: *Nequiquam* poscit. Caecil. Stat. fr. inc. fab. 2, v. 233. — Cato R. R. c. 16 et c. 137 bis habet *partiario*. — *Repente* Ennii annal. l. XII, v. 368. l. I, fr. 34, v. 48. fr. 49, v. 70. l. IV, fr. 6, v. 170. l. VII, fr. 9, v. 316. Plaut. Men. v. 762. Merc. III, 4, 76. — *Sedulo* Ennii *Προτρεπτικὸς* fr. 2. Plaut. Men. v. 1009. Most. I, 2, 41. Pers. I, 1, 47. 48. IV, 7, 10. Merc. II, 2, 31. Merc. v. 464. *Serio* Naev. Tarentilla fr. 7. Plaut. Men. V, 7, 42. Pseud. v. 340. — Caecil. Stat. Hypobolimaeus fr. 6: *subito* res te reddent Hebem. — *Tuto* Ennii annal. l. VII, fr. 10, v. 246. Plaut. Most. v. 739. — Cato origg. l. VII ap. Gell. XIII, 24. §. 15: verum enim *vero*. *Vero* est affirmantis, quapropter saepissime in responso, plerumque aliis vocabulis adiunctum, reperitur. Ennii annal. l. I, fr. 18, ubi tamen fortasse est coniunctio. Plaut. Pseud. II, 31: Mihi hercle *vero*. Amph. I, 1, 188: Ain *vero*? (sic Fleckeisenus in Iahnii annal. 1851. vol. LXI, sect. I, p. 20, antea Ain tu vero?) SO. Aio *enimvero*. Amph. II, 2, 123: ego *vero* (in responso). Capt. III, 4, 35: qui *vero*st, negat. Scioppius susp. lectt. IV, 20 ostendit, *vero* h. l. esse fere idem q. *vere*, h. e. in Wahrheit, ablativum ergo a neutro *verum*. Merc. IV, 1, 19: Veron? SY. Serio. Epid. I, 1, 3: respice *vero*, sieh dich doch um. Aul. prol. v. 18: Atque ille *vero* minus minusque impendio Curare (cf. Non. p. 556, 53). Aul. II, 4, 6: Bellum et pudicum *vero* prostibulum popli. v. 36: Censen *vero* adeo parcum et misere vivere? Pseud. I, 3, 92: Non habes? BA. Non hercle *vero*. Pseud. I, 2, 16: Sed *vero* duae sat scio maxumo uni Poplo quoilubet plus satis dare potis sunt. Poen. I, 3, 26 sq.: neque enim *vero* serio — Neque hercle *vero*. Pers. V, 1, 12: ego *vero* (int. facio). Pseud. II, 2, 13 et 40: Immo *vero*. II, 2, 36: tu inventu's *vero*. Pseud. v. 873. IV, 7, 94. Men. v. 150: Non pergo hercle *vero*, nisi scio qua gratia. v. 216: Ego hercle *vero* te et servabo et te sequar. v. 280: Non hercle *vero*. II, 2, 23: Nego hercle *vero*. III, 2, 50: Ego hercle *vero*. Men. v. 618: Non hercle *vero* taceo. IV, 2, 67: Nego hercle *vero*. v. 93: Immo hercle *vero*, nos non falsum dicere. Men. V, 2, 69: Nego hercle *vero*. Men. v. 825. V, 7, 43: Credo hercle *vero*. Most. I, 1, 14: Tu urbanus *vero* scurra. III, 1, 18. III, 1, 50: Ego hercle *vero* clamo. v. 60: Beatus *vero* es nunc, quom clamas. 2, 79: Immo edepol *vero*. III, 3, 4: immo hercle *vero* perplacent.

Pers. I, 3, 82: nihil hercle *vero*. II, 2, 2: Ain *vero*, verbereum caput? 4, 14: Sum hercle *vero*. IV, 6, 10: *Vero* fiat. IV, 3, 65: Hercle *vero*. Merc. v. 168: Hercle *vero* vapulabis. II, 3, 70: Qui *vero?* III, 3, 6: Itane *vero*, vervex? IV, 1, 25. II, 3, 61: Qui *vero?* Bacch. 672: immo *vero*. Caecil. Stat. Obolostates fr. 5, v. 128: Immo *vero*. Plocium fr. 19: liberne es? — Non sum, *vero* inibi est. Synaristosae v. 197. Terent. Andr. V, 2, 13: Immo *vero* indignum, Chremes, iam facinus faxo ex me audies. Phorm. V, 9, 58: Immo *vero* pulchre discedo et probe. Eun. IV, 4, 20: Quem tu videre *vero* velles, Phaedria, h. e. profecto, certe. De adverbio *vero* pronominibus personalibus adnexo vide Herzog. ad Sall. p. 192 et Ruhnk. ad Andr. II, 1, 37 (Fugin' hinc? BY. Ego *vero* ac lubens), qui dicit hanc particulam vehementer affirmare et affert Eun. III, 5, 43: ego illud *vero* item feci ac lubens. Eun. III, 1, 1: Magnas *vero* agere gratias Thais mihi? Adelph. II, 4, 3: omitte *vero* tristitiem tuam. Eun. IV, 4, 18: Quasi *vero* paulum inter sit. (Ruddimannus p. 313: „Quando simulationem vel ironiam significat *quasi*, saepe ei additur *vero*.“) Adverbium *vero* saepissime in coniunctionem se convertere notissimum est. Sic Naev. Corollaria fr. 3, v. 42: Quid istuc *vero* 'atatae' te advertisti tam cito? Plaut. Pers. V, 2, 44. IV, 3, 71. In Catonis oratione de aedilibus vitio creatis ap. Gell. XIII, 7 legitur *verumvero*. — *Enimvero* Plaut. Asin. III, 3, 98: *Enimvero* utrumque. Pers. II, 2, 3: Aio *enimvero* (Schützius doctr. part. p. 162: „In responsionibus ferociam quandam et fiduciam respondentis indicat, G. freilich). Cist. II, 1, 43. Capt. III, 4, 2: *Enimvero* nunc ego occidi. III, 4, 76: Immo *enimvero*, Hegio, Istic qui volt vinciatur. Merc. IV, 3, 38: *enim vero* haereo. Pseud. IV, 2, 23. Caecil. Stat. fr. Obolostates 1: Nunc *enim vero* est, cum meae morti remedium Reperibit nemo. Terent. Eun. II, 3, 38: Immo *enim vero* infeliciter. Phorm. III, 1, 1. Hec. IV, 4, 51. Andr. I, 3, 1: *Enim vero*, Dave, nil locist segnitiae. Maior etiam vis additur huic particularum copulationi, si praemittitur *verum*. Herz. ad Sall. Cat. II, 9: „Verum enim vero wörtlich: Allein freilich in Wahrheit, d. i. denn wahrhaftig, in welcher deutschen Redeweise ebenso, wie im Lateinischen, eine Widerlegung des möglichen Zweifels vorhanden ist. Folglich eine gesteigerte Bekräftigung.“ Sic Plaut. Capt. V, 4, 2. Terent. Adelph. II, 3, 2: *Verum enim vero* id demum iuvat, si quem aequomst facere is bene facit.

37. *Adverbia, quae significationem tantum habent ablativi modalis.* *Acriter* Ennii annales l. X, fr. 11, v. 353. Plaut. Merc. v. 177. Pseud. I, 3, 39. I, 3, 130: Acerrume. — *Acute* Ennii annal. l. X, fr. 7, v. 346. Terent. Andr. I, 1, 34: nam id arbitror *Adprime* in vita esse utile, ut nequid nimis. Eun. V, 4, 30: et fratrem eius esse *adprime* nobilem. — *Aegre* Plaut. Mil. III, 1, 152: Si illis *aegre*st. Men. IV, 2, 62: quid tibi *aegre*st? Merc. v. 369. Terent. Hec. III, 5, 65: quod mihi *aegre*st. Hoc adverbium interdum idem significat quod *vix*. Sic Plaut. Asin. III, 2, 36: *Nimis aegre* rissu me continui. Merc. II, 1, 27. *Aegerrume* Ennii Andromacha Aechmalotis fr. 12. *Aeque* Ennii Achilles fr. 4. Hecubae fr. 4, v. 231. Plaut. Asin. V, 1, 11: quem videam *aeque* esse maestum quasi dies si dicta sit. Pseud. I, 2, 13. I, 3, 124: Numquam ad praetorem *aeque cursim* curram. II, 4, 55. Most. v. 244: numquam *aeque* id *bene* locassem. I, 3, 144: aeque bene. Men. I, 3, 18: haut *aeque* magno — periculo. V, 9, 60: *Aeque* ambo pares. Pers. v. 466: Tragici et comici Numquam *aeque* sunt meditati. IV, 3, 75. Merc. v. 761. Terent. Andr. II, 6, 3: *Aeque* quicquam nunc quidem. Phorm. I, 2, 43: Numquam *aeque*, inquit, ac modo Paupertas mihi onus visumst et miserum et grave. Phorm. IV, 1, 15: Te mihi fidelem esse *aeque* atque egomet sum mihi Scibam. Heaut. IV, 3, 7: Quoiquam *aeque* audisti *commode* quicquam evenisse? De *aeque quam* v. Schütz. doctr. part. p. 40, qui docet poni maxime in comparatione negativa. Sic Plaut. Stich. I, 3, 64: Ridiculus *aeque* nullust quam hic quando essurit. Mil. II, 5, 54: Neque eques neque pedes profectost quisquam tanta audacia, Qui *aeque* faciat *confidenter* quicquam quam quae mulieres. Epid. II, 3, 2: Nullum esse opinor ego agrum in agro Attico *Aeque* feracem, quam hic est noster Periphanes. Capt. V, 2, 4: Vidi ego multa saepe picta quae Acherunti fierent Cruciamenta: verum enimvero nulla *adaeque*st Acheruns Atque ubi ego fui in lapicidinis. Men. III, 2, 28: quoi ego *adaeque* heres eram. Most. I, 1, 29: Quo nemo *adaeque* iuventute ex omni Attica Antehac est habitus parcus nec *magis* continens. Cist. I, 1, 57: Neque munda *adaeque* es, *ut* soles. Coniungitur *aeque* et *adaeque* etiam cum comparativis, ut Capt. IV, 2, 48: Qui homine hominum *adaeque* nemo vivit fortunatior. III, 5, 42: Nec quisquamst mi alius *aeque* melius quoi velim. Merc. II, 3, 1: Homo me miserior nullus est *aeque*. Quem usum Lambinus ita explicat, ut dicat duas eas-

que diversas structuras in unam confusas esse, ita ut *adaeque fortunatior* sit *fortunatior* et *aeque fortunatus*. Nemo hominum aeque fortunatior neque aeque fortunatus vivit quam ille. Melius Lindemannus ad Capt. IV, 2, 48: „*Aeque* cum comparativo est unter gleichen Verhältnissen, h. e. cetera si sint paria.“ — *Aequiter* Liv. Andronicus Aegisthi fr. 1. — Plaut. Men. II, 1, 30: Viaticati hercle admodum *aestive* sumus. Merc. V, 4, 29: *Aliter* catuli *longe* olent, *aliter* sues. Trin. v. 47: Sin *aliter* es. Stich. I, 1, 43: atque *aliter* nos faciant Quam aequom sit. Men. II, 1, 20. Most. II, 1, 15: *aliter* hau dicitis. Caecil. Stat. Plocium fr. 14: Insanum auspicium haut *aliter* histrionium est, Atque *ut* magistratus, *publice* quando auspicant. Terent. Adelph. III, 4, 46: Sin *aliter* animus voster est. Phorm. III, 2, 44: Ego hunc esse *àliter* credidi. Phorm. III, 2, 45: ego isti nilo sum *aliter* ac fui. Adelph. III, 5, 5: sin *aliter* de hac re est eius sententia. Naev. fr. Lycurg. 2: *alte* iubatos angues in sese gerunt. Ennii annal. l. IX, fr. 16: alte, item l. XI, fr. 8. — *Amatorie* Plaut. Merc. III, 3, 20. Most. III, 2, 30: *Amice* facis. Merc. III, 1, 1. *Amiciter* Pers. v. 255. *Aperte* Naev. fr. inc. trag. 11. *Arte* Plaut. Most. v. 829. *Articulatim* Aquilius Boeotia fr. 1, v. 3. *Asperiter* Caecil. Stat. Fallacia fr. 1, v. 43. *Assulatim* Plaut. Men. V, 2, 106. *Astutissume* Ennii Euhemerus fr. 11, l. 55. *Audacter* Ennii annal. l. VII, fr. 10, v. 244. Plaut. Pers. II, 2, 6. Merc. II, 2, 31. IV, 3, 27. Pseud. II, 4, 18. III, 2, 39. Men. prol. v. 52. Men. v. 159. Most. III, 2, 165. 3, 13. Men. V, 7, 14: Ego, ere, atque *audacissume*. — *Avide* Ennii Alexandri fr. Plaut. Pers. v. 30: *Basilice* ago eleutheria. Pers. v. 462: exornatu's *basilice*. v. 806: basilice. Ennii annal. l. VII, fr. 10: *bene* saepe *libenter*. l. XVIII, fr. 54 bene. Ennii Achillis fr. 10: *bene* volentes. Ennii Medeae exulis fr. 5, v. 295 bene. Telamonis fr. 1, v. 355 bene. Inc. trag. fragm. 11: *Bene* facta *male* locata *male* facta arbitror. Ambracia fr. 3: *bene* mones. Satur. l. III, fr. 3 bene. Plaut. Menaechm. III, 2, 20: Minore nusquam *bene* fui dispendio. Truc. IV, 2, 28: De eo nunc *bene* sumus tua virtute. Capt. IV, 2, 70: Scis *bene* esse, si sit unde. Rud. IV, 3, 2: bonis quod *bene* fit, hau perit. Trin. V, 2, 58: *Bene* re gesta salvos redeo. Pseud. I, 3, 38 bene. Pseud. v. 459: *Bene confidenter*que astitisse intellego. I, 5, 106: *Bene* atque *amice* dicis. II, 2, 51: Di *bene* vortant. II, 3, 15: *Bene* ubi discimus consilium quoi cecidisse. II, 4, 24:

Bene sit tibi, Charine. v. 42 bene. Pseud. v. 942 bene. IV, 2, 48: *bene* volentibus. 3, 7: illi *bene* volo. IV, 6, 37: *Bene* hercle factum. Pseud. v. 1131 et 1138 bene. v. 1238 bis legitur bene. Men. I, 2, 12 bene. II, 2, 1: *Bene* opsonavi. II, 3, 36: *Bene* vocas. v. 64. Men. v. 603: Si sapiam, hinc intro abeam, ubi mihi *bene* sit. Trin. v. 328. Men. IV, 3, 19: *bene* merentem. V, 2, 50. Men. v. 980: *bene* et *sedate* servo id. V, 7, 32 bene. Most. I, 1, 49: Quia mihi *bene*st et tibi *male*st. Most. I, 3, 29 bene. v. 49: *Bene* hercle factum. v. 75: *bene* merenti. Most. v. 239. 244. I, 3, 146 Bene. III, 1, 41 bene. v. 113: *Bene* hercle factum. Idem legitur v. 119. Most. III, 2, 127 bene. Most. v. 816: *Bene benigne*que arbitror te facere. III, 3, 166: *bene* ambula. Most. v. 879: *Bene* merens. III, 3, 12. IV, 3, 42. Pers. v. 88: tibi di *bene* faciant omnes. v. 495: *Bene* dictis tuis *bene* facta aures meae auxilium expostulant. IV, 3, 49: *Bene* me mones. v. 554: bene. IV, 3, 38. — v. 639. 735. V, 1, 6. V, 1, 20 (bis). V, 1, 22. V, 1, 23. V, 1, 24. v. 799. v. 842. v. 851 (bis). V, 2, 75: *bene* valete. Merc. II, I, 21. II, 2, 27. II, 2, 29: *Bene*st. II, 2, 55: *Bene* ambulato. LY. *Bene* vale. DEM. *Bene* sit tibi. II, 4, 28: *Bene* vale. Merc. v. 510: *bene* erit tibi. III, 2, 6: *bene* se habere. Merc. v. 588 bene. V, 1, 6. V, 2, 24. 25. V, 2, 108. V, 4, 65. Merc. v. 511. *Bene* Most. V, 2, 26. Pers. I, 1, 7. I, 1, 31. Pers. v. 50: *bene* ambulato. I, 3, 8. — v. 67: *Bene* facis. Pers. II, 2, 25 bene. Pers. v. 265. 267. III, 1, 1. IV, 1, 8. Terent. Phorm. V, 6, 43 bene. Andr. I, 1, 78: O factum *bene*, ad q. l. vide Ruhnkenium. Eun. III, 1, 61: *Bene* dixti, vide Ruhnk. ad Andr. IV, 4, 15. Plaut. Pseud. I, 3, 127: Factum *optume*. IV, 1, 25 Optume. Idem legitur Merc. v. 224. II, 2, 57. V, 2, 71. V, 4, 16. Men. v. 567. V, 9, 51. Most. I, 4, 24. II, 1, 72. 2, 19. III, 1, 156. V, 2, 6. Pers. IV, 3, 73. v. 738. Merc. V, 4, 49: *Optume*st. Terent. Adelph. V, 5, 3: *optume*st. Plaut. Men. V, 9, 81: prandi *perbene*. Naev. bell. Pun. l. I, fr. 14: *Blande* et *docte*. *Callide* Plaut. Pers. IV, 1, 7. Merc. I, 1, 35: *callide* Facundus. — *Cate* Plaut. II, 3, 61. Ennii Satur. l. I, fr. 2: dum quicquid des *celere*, h. e. celeriter. Ennii Melanippae fr. 1: *Certe*. Plaut. Amph. II, 2, 199: *Certe* de istoc Amphitruone iam alterum mirumst *magis*. Asin. III, 3, 24: *Certe* enim tu mihi vita's. Amph. I. 1, 175: *Certe* enim hic nescio quis loquitur. Amph. II, 2, 26: *Certe* enim me illi expectatum optato venturum scio. De

certe enim vid. Lindem. Fragm. Amphitr. p. 486, v. 5 ed. Gron.: Enim tu *certe* aut larvatus aut cerritus es. Aul. II, 2, 38: *Certe* edepol equidem te civem sine mala omni malitia Semper sum arbitratus. Epid. I, 1, 4: *Certe* oculis utere.[41]) Trin. IV, 3, 65: *Certe* is est, is est profecto. Pseud. I, 5, 96: *certe* edepol scio. Men. v. 611: *Certe* familiarium aliquoi irata's? Most. II, 1, 22: *Certe?* TR. *Certe,* inquam. III, 1, 44: Hic homo *certe*st ariolus. III, 2, 31: Decet *certe.* Most. v. 952. Pers. II, 2, 27. Merc. v. 186: *Certe*n vidit. Merc. v. 186: Tam hercle *certe.* v. 324: *Certe*n? Amph. I, 1, 285: *certe* edepol, quom cett. Terent. Andr. III, 2, 23: *Certe* enim scio. Eun. II, 3, 67: Homo quatietur *certe* cum dono foras. IV, 7, 42: Immo *certe.* Andr. III, 2, 15: *certe* hercle. Hec. V, 4, 3: *certe*n? PAR. *certe.* Andr. V, 6, 2: Nescis quid mi obtigerit. DA. *Certe:* sed quid mi obtigerit scio. — *Clare* Plaut. Men. V, 9, 100. Pers. v. 500: At *clare* recitato. Merc. V, 4, 66. *Clementer* Merc. V, 2, 111. *Comiter* Naev. Lupus v. 64. Ennii Telephi fr. 12, item fr. 13, v. 387. *Commode* Plaut. Most. I, 3, 97. III, 2, 166. *Concorditer* Ennii annal. l. I, fr. 68. *Condigne* Plaut. Men. V, 5, 8. Most. I, 1, 37: Quam *confidenter* loquitur. Plaut. Rud. IV, 7, 14: Ille qui *consulte, docte* atque *astute* cavet, Diutine uti ei *bene* licet partum *bene.* — *Cupide* Ennii annal. l. XVI, fr. 17. — Ennii Phoenicis fr. 1: stultust, qui cupita cupiens *cupienter* cupit. Plaut. Pseud. II, 3, 17: cupienter. Naev. Tarentilla fr. 2, v. 75 *datatim.* Plaut. Men. V, 6, 3 *diligenter.* Mil. I, 1, 28: At *indiligenter* iceram. Liv. Andronicus fr. inc. trag. 7: *disertim.* — *Docte* Plaut. Pseud. II, 4, 75. v. 941. IV, 7, 109. Most. V, 1, 21. Pers. I, 3, 68: Praemonstra *docte.* Merc. III, 1, 24 docte. Pers. III, 1, 52: *docte* calleo. IV, 4, 3: docte. Pers. IV, 4, 14: indocte. — *Duriter* Ennii Melanippae fr. 8. Caecil. Stat. Fallacia fr. 1, v. 42. *Efflictim* Naev. Corollaria fr. 1, v. 37. Plaut. Merc. II, 3, 107. *Egregie* Ennii annal. l. X, fr. 3. Terent. Andr. I, 1, 31: Horum ille nil *egregie* praeter cetera Studebat. — *Exanimabiliter* Naev. Colax fr. 4. — Terent. Heaut. I, 2, 33: praebent *exigue* sumptum. Plaut. Men. I, 2, 63: *Expedite* fabulatu's. Merc. v. 119: expedite. Plaut. Men. I, 2, 23: hoc factumst *fabre.* Naev. Tarentilla fr. 3: *facete* et *defricate.* Plaut. Pers. II, 5, 22: facete, item IV, 1, 7 et v. 806. Terent. Adelph. III,

---

[41]) Sic Bothius. Vulgo *uteris.*

4, 56 sqq.: quam vos *facillume* agitis, quam estis *maxume* Potentes — Tam *maxume* vos aequo animo aequa noscere Oportet. Plaut. Epid. I, 1, 2: odio's nimium *familiariter*. Men. v. 374: familiariter. — *Ferme* Naev. fr. inc. trag. 7. *Festive* Plaut. Pseud. V, 1, 9. *Firmiter* Plaut. Pseud. v. 901. *Foede* Plaut. Pers. II, 2, 48. — Ennii Phoenicis fr. 2, v. 339: *Fortiter*que. fr. 10: fortiter. Ennii annal. l. I, fr. 69: Quod Se *fortunatim feliciter* ac *bene* vortat. — *Frugaliter* Plaut. Pers. IV, 1, 1. — Ennii Satur. lib. inc. fr. 1, v. 33: Quom *frustra*st, *frustra* illum dicit *frustra* esse. v. 35: Qui frustratur *frustra*st, si ille non est *frustra*. Ennii annal. l. IV, fr. 6, v. 169 *furtim*. Naev. inc. com. fragm. 3, v. 108 *gloriose*, item Plaut. Pers. II, 5, 6. — *Graece* Plaut. Merc. v. 5. *Graphice* Plaut. Pers. v. 843. II, 5, 5. *Graviter* Ennii Hecubae fr. 7. Caecil. Stat. Plocium fr. 3, v. 168. *Guttatim* Ennii Hecubae fr. 9. — Plaut. Most. I, 1, 98: *hilare* atque *ampliter*. — *Honeste* Ennii Iphigeniae fr. 11. *Inhoneste* Caecil. Stat. Titthe fr. 3. *Incerte* Ennii Iphigeniae fr. V, v. 259. — Caecil. Stat. Fallacia fr. 3 *incursim* (Nonius p. 127, 19: „pro *celeriter*"). — *Indigne* Naev. Danae fr. 8. Plaut. Men. V, 7, 13: Erum meum *indignissume* nescio qui sublimen ferunt. Merc. IV, 4, 55: indignissume. Plaut. Most. II, 2, 64: Interdum *inepte* stultus es. — Plaut. Merc. v. 903 *inique*. Epid. V, 1, 24: *Inique* iniuriu's. Naev. Lycurg. fr. 14 *iniurie*. Plaut. Pseud. II, 2, 18: *iniuste*. Plaut. Rud. IV, 3, 38: Ne [tu homo's] *inpudenter* inpudens. Plaut. Most. V, 2, 58: abi *inpune*. Pers. II, 4, 5. — *Insignite* Plaut. Men. v. 1008. — Naev. Corollaria fr. 2: ita dapsiliter. Cato R. R. c. 5: Si *ita* non caveris. Ennii annal. l. I, fr. 34, v. 41: *ita*, item l. II, fr. 8. Annal. inc. sed. fr. 56. Achillis fr. 11. Eumenidum fr 1. Medeae exulis fr. 11: ita — ut. Euhemerus fr. 11, 50: ita. Plaut. fragm. Caec. p. 478, v. 8: *Ita* sunt praedones. Rud. prol. v. 3: *Ita* sum *ut* videtis splendens stella candida. Trin. III, 2, 42: *Ita*st amor, ballista *ut* iacitur Stich. V, 5, 3: nam *ita*st ingenium muliebre. Pseud. I, 1, 75: Quid *ita?* Amph. v. 1061: *Ita* erae meae hodie contigit. Epid. III, 4, 34: atque *ita* profecto, ut iam ex hoc exoneres agro. Trin. v. 46: si *ita's ut* te volo. Pseud. I, 1, 105: *ita* supercilium salit. Mil. v. 633: Pol id experior equidem *ita* esse *ut* praedicas. Men. prol. v. 19: *Ita* forma simili pueri. v. 41. v. 53. 67. I, 1, 18. v. 24: *Ita*st adulescens. v. 25 ita. 2, 8, 31. II, 1, 33: Nam *ita*st haec hominum natio. Men. v. 377. III, 1, 15:

si id *ita* esset. 2, 3: *ita* ignorabitur. Men. v. 589: *ita* me attinuit, *ita* detinuit. v. 596. V, 1, 23: an mos hic *ita*st. v. 37: *ita* rem natam esse dicito. Men. v. 767: *Ita* istaec solent. V, 2, 84. 102. 5, 45: *Ita*ne censes? Men. v. 983: Ego *ita* ero, *ut* me esse oportet. v. 987: *Ita* venio advorsum (praecedente Postquam). V, 9, 8: Non edepol *ita* promeruisti de me. Men. v. 1130: Credo *ita* esse factum *ut* dicis. Most. I, 1, 53. v. 69: *Ita* fit. v. 80. Most. v. 146. Pers. IV, 3, 3. IV, 3, 8. v. 496. IV, 3, 36. — IV, 4, 43: Quid *ita?* IV, 4, 66. IV, 4, 70: *ita* estast et callida. IV, 4, 77. v. 639. IV, 4, 100. — IV, 4, 110. Faciam *ita ut* te velle video. — IV, 6, 11: *Ita* negotiumst. IV: 6, 25: *Ita* sunt Persarum mores. IV, 8, 2. V, 1, 4 (bis). V, 2, 7. V, 2, 58. Merc. I, 1, 79. I, 1, 95. Merc. v. 117. 133. II, 1, 38: non *ita ut* sani solent. II, 3, 5 Ita. Merc. v. 368: *Ita* volo. II, 3, 59. II, 3, 92: *ita ut* illast. II, 3, 105. III, 1, 34. III, 3, 6: *Ita*ne vero, vervex? Merc. v. 590. III, 4, 70. Merc. v. 697. IV, 3, 26. Merc. v. 918: *Ita*ne? Pseud. I, 2, 12: *Ita* ego vostra latera loris faciam *valide* varia uti sint. v. 16. v. 18: Nempe *ita* animati estis. I, 3, 66. v. 126: *Ita*st. Pseud. v. 418. II, 2, 2. II, 2, 17: *Ita* videre. v. 38. v. 62: Non *ita*st. Pseud. v. 697. III, 2, 91. 92. 105. IV, 1, 16. IV, 2, 36. v. 39: *Ita* erus meus est inperiosus. v. 47: *Ita* militaris disciplinast. IV, 7, 53: *Ita* dico. ib.: *Ita* loquor. Pseud. v. 1235. V, 1, 8 bis legitur *ita*. v. 9: *Ita*que. v. 1286 et v. 1299: Ita. Most. I, 3, 26. 27. Most. I, 4, 4. II, 1, 5. 18. v. 42: si ego advenientem *ita* patrem faciam tuum. Poen. V, 3, 17: *Ita*, *ut* praedicas. Most. II, 2, 41: Eloquere, quid *ita?* III, 1, 15: *ita* haec res postulat. v. 117: Nam postquam haec aedes *ita* erant *ut* dixi tibi. v. 112: Nam quid *ita?* III, 1, 127. 155. Most. v. 729: *ita ut* vos decet. v. 733: *Ita* hic oppido occidimus omnes. v. 735: *Ita ut* dicis facta hau nego. v. 737: *ita* nunc ventus navem nostram deseruit. v. 872. v. 902: *ita* sunt. III, 3, 17. Most. v. 946: *Ita* loquor. IV, 2, 52: *Ita* dico. 3, 4. Most. v. 1094: Quid *ita?* V, 1, 58. Pers. I, 1, 5: *ita* fio miser. 3, 4: *ita* alliciam virum. v. 27: *Ita* fieri iussi. I, 3, 50: Res *ita*st. v. 53. II, 2, 29: Nemo homo umquam *ita* arbitratust. ib.: At pol multi esse *ita* sciunt. v. 33. II, 2, 38: *Ita*nest? SOPH. *Ita*nest? v. 41: quando *ita* certa rest. 4, 13: *Ita* sum. v. 14. v. 20: *Ita*ne? III, 1, 23. 3, 43: *Ita* hercle vero. Pers. v. 457. Aquilius Boeotia fr. 1, v. 8: Itaque. Caecil. Stat. Plocium fr. 1, v. 143 et

v. 150: Ita. Progamos: Ita, item Synephebi fr. 1, v. 208; Aethrio fr. 2. Androgynos fr. 1: *ita ut* solet. Epicleros fr. 1, v. 30 sq.; *Ita*ne Antipho invenitur profluia fide, *Ita*nest immemoris, *ita*nest madida memoria? Epistathmos: *ita* celeris est. Imbrii fr. 8 ita. Terent. Adelph. II, 1, 7: At *ita*, *ut* usquam fuit fide quisquam optuma. Hec. prol. 1, v. 4: *Ita* populus studio stupidus in funambulo Animum occuparat. Adelph. I, 2, 63: Nam *ita*st homo. Phorm. I, 3, 20: *Ita* plerique omnes sumus ingenio. Adelph. IV, 7, 21: *Ita* vitast hominum. Eun. V, 8, 28: *Ita*ne? Andr. I, 5, 8: *Ita*ne *obstinate* dat operam. Andr. III, 3, 18: Immo *ita* volo *ita*que postulo ut fiat. Eun. II, 3, 26: Itaque ergo amantur (hoc autem loco *itaque* non est *et ita*, sed in coniunctionem se convertit significatione *ergo*, *igitur*). Eun. IV, 7, 44: *ita ut* fortis decet Milites, domi focique fac *vicissim* ut memineris. Usurpatur *ita* etiam in simplici affirmatione s. responso. Sic Plaut. Most. II, 2, 60. IV, 2, 56. Pseud. I, 5, 72. IV, 7, 57. Amph. I, 1, 254: *Ita* enimvero. I, 1, 206: Haecine tua domust? SO. *Ita* inquam. Menaechm. V, 9, 37: *Ita* vero, item V, 9, 49. Terent. Andr. V, 2, 8: Quid istic tibi negotist? DA. Mihin? SI. *Ita*. Deinde etiam in votis et in formulis asseverandi et iurandi. Sic Plaut. Most. I, 3, 25: *Ita* tu me ames, *ita* Philolaches tuus te amet, *ut* venusta's. Poen. V, 4, v. 49—52:

Patrue mi, *ita* me di amabunt, *ut* ego, si sim Iuppiter,
Iam hercle illanc uxorem ducam et Iunonem extrudam foras!
Ut pudice verba fecit, *cogitate* et *commode!*
Ut modeste orationem praebuit!

v. 89: At med *ita* di servent, *Ut* pater est voster!

Most. II, 1, 51: *Ita* ille faxit Iuppiter. Merc. IV, 4, 22: *Ita* me amabit Iuppiter, Uxor, *ut* ego illud numquam dixi. Trin. II, 4, 46: *ita* me amabit Iuppiter, Neque te derisum veni neque dignum puto. Capt. III, 4, 89: At *ita* me rex deorum atque hominum faxit patriae conpotem, *Ut* istic Philocrates non *magis* est quam aut ego aut tu, ad q. l. vid. Lindem. IV, 2, 97: *Ita* me amabit sancta Saturitas, Hegio, *ita*que suo me semper condecoret cognomine, *Ut* ego vidi, ad q. l. Lindem. haec habet: „Saepe omittitur *ut* et ex sententiarum nexu intelligitur aut aliis particulis compensatur. Veluti Mil. gl. II, 6, 21: At *ita* me di deaeque omnes ament, Nisi cett.“ Pseud. v. 943 sq.: *Ita* me di ament. SI. *Ita* non facient — PS. *Ut* ego ob tuam — perfidiam te amo. Most.

I, 3, 14: *Ita* me di ament, lepidast Scapha. Most. v. 520: *Ita* me di amabunt, mortuom illum credidi Expostulare. Terent. Heaut. V, 4, 7: *Ita* mihi atque huic sis superstes, *ut* cett. Heaut. IV, 5, 1: *Ita* me di amabunt, *ut* nunc Menedemi vicem Miseret me. *Item*, ut Schützius in doctr. part. docet, vel copulandi vel comparandi usum habet, ebenso, hinwiederum, so auch. Cato R. R. c. 5: *item* foenum cordum. C. 7: *item* alia conditiva mala mustea. Ib.: *item* alia genera. Ib.: *item* pira eodem modo facies. Ennii Euhemerus fr. 3, 17. fr. 9, l. 44 et l. 54 *Item*. Plaut. Aul. prol. v. 20: *Item* a me contra factumst: nam *item* obiit diem. Trin. v. 54: item. Pseud. I, 2, 63: *item ut* nos. v. 66: item. III, 2, 2: Non ego *item* cenam condio ut alii coqui. III, 2, 76 item. v. 80: Item ut. Pseud. v. 872: *Item* ego te faciam. IV, 3, 4: item — ut. Men. v. 359 item. V, 7, 49: *item*, *ut* mihi dedisti. 9, 37: Huic *item* Menaechmo nomen est. Most. v. 933: *item ut* antehac. Pers. I, 1, 48: item. II, 2, 38. 42. Pers. v. 813. Merc. v. 12. I, 1, 71. III, 4, 65, 66. Merc v. 875: Si huc *item* properes. III, 1, 7. Aul. II, 2, 50:

te esse hominem divitem,
Factiosum, me *item* esse hominem pauperum pauperrimum.

Terent. Andr. I, 1, 50: unus et *item* alter. Ennii Iphigeniae fr. 4, v. 257: Hic *itidem* est. Plaut. Aul. II, 2, 37: Scio esse grandem, *itidem ut* pecuniam. Rud. III, 2, 46: Proripite hominem pedibus huc *itidem* quasi occisam suem. Men. V, 9, 39: huic *itidem* fuit. v. 48: Estne *itidem* tibi? Most. I, 3, 120: *Itidem* oleret. Pers. v. 600 itidem. Merc. v. 814. v. 984 itidem ut. II, 3, 49 itidem. Bacch. IV, 9, 25. Rud. III, 2, 45: Iube oculos elidere, *itidem ut* sepiis faciunt coqui. Pseud. I, 1, 67 *itidem*. Capt. prol. v. 44: *itidem ut* saepe iam in multis locis Plus insciens quis fecit quam prudens boni. Pseud. I, 2, 26: *itidem* vos quoque estis plagis. v. 29: tu argentum eluito, *itidem* extruito. Terent. Eun. I, 2, 13: Ut aut hoc tibi doleret *itidem ut* mihi dolet. Eun. II, 3, 94: atque eas *itidem* fallam, *ut* ab illis fallimur? — *Largiter* Plaut. Most. II, 2, 8. Rud. IV, 4, 144: Credo edepol ego illic inesse argenti et auri *largiter*. Naevius Lycurg. fr. 23: *late longeque*. Ennii annal. l. I, fr. 23: *late* Saturnia tellus. l. XVII, fr. 2: late, item Euhemerus fr. 7, 31. — *Latine* Ennii Euhemerus fr. 3, lin. 20, fr. 12, 75. Plaut. Merc. v. 6. *Lautissime* Caecil. Stat. inc. fab. fr. 3, v. 244. — *Lepide* Ennii Satur. libr. inc. fr. 1. Plaut. Pseud. I, 5, 115. Bacch. V, 2, 33. Pseud.

v. 585. II, 4, 53. Bacch. v. 83. Most. I, 3. 95. 103. II, 1, 40: ego istum *lepide* medicabo metum. Pseud. IV, 1, 39: *Lepide* accipis me. Pers. I, 3, 74: *Lepide* hercle dicis. 78. III, 1, 65 lepide. Pers. v. 463. 466. v. 635: *Lepide* lusit. — *Longe* Ennii annal. inc. sedis fragm. 26, fr. 31. Annal. l. I, fr. 57, v. 94: *longe* pulcherruma praepes. Plaut. Most. II, 1, 43: ut fugiat *longe* ab aedibus. v. 46: Non hoc *longe*. III, 3, 8: *Longe* omnium longissumast. Merc. V, 2, 53: Non *longe* hinc abest a nobis. Stich. IV, 1, 24: Quid tu? quam dudum in portum venis? PA. Hau *longissume*, quod de tempore dictum est. De loco positum est *longissume* Men. V, 2, 79 et V, 9, 52. *Longule* Plaut. Men. prol v. 64. *Longinque* Ennii Andromacha Aechmalotis fr. 3. — Ennii Telephi fr. 6, v. 379 *lubenter*. Euhemerus fr. 11, l. 58 *libenter*. Plaut. Pers. I, 1, 10 et III, 1, 9 et Men. III, 3, 19 *lubenter*. Plaut. Merc. II, 3, 88: *luculente*. Plaut. Men. V, 2, 69: Nimio hoc *ludicre* negas. — *Magis* Liv. Andronicus fr. Danaës. Ennii annal. l. I, fr. 26: Iuppiter ut muro fretus *magis* quamde manus vi. l. VI, fr. 8, v. 188 magis. l. VIII, fr. 3, v. 276 magi'. l. IX, fr. 8, v. 315: Ergo plusque *magis*que viri nunc gloria claret. Ennii Achilles fr. 8, v. 20 magis. Medeae exulis fr. 9: Quam *magis* — tam *magis*. fr. 17 magis. Thyestis fr. 5 magis. Plaut. Most. v. 831: Ut quidque *magis* contemplor, tanto *magis* placet. v. 902. IV, 3, 16: nisi quid *magis* Es occupatus. V, 1, 25: non *magis*. Pers. II, 2, 50. Pers. v. 257 non *magis*. II, 5, 4: magis. Merc. v. 372. II, 3, 108. III, 1, 4: tibi quidem, quod rideas, *magis* est quam ut lamentere. IV, 3, 24. Merc. v. 615. Epid. III, 4, 17: Pol ego *magis* unum quaero. Poen. V, 5, 39: Nam te cinaedum esse arbitror *mage*[42]) quam virum. Bacch. IV, 3, 8: Malos quam bonos par *magist* me iuvare. Poen. V, 4, 22: Stulta, soror, es *mage* quam volo. Mil. III, 1, 19: Immo *magis* esse ad rem utibile non potest. Pseud. I, 2, 4: Neque homines *magis* asinos umquam vidi: *ita* plagis costae callent. Pseud. I, 3, 90 magis. I, 3, 143: *magis* operae si sit. ib. v. 146 et II, 2, 46 et 61, item Pseud. v. 873, v. 938 et IV, 1, 39: magis. Trin. IV, 2, 19: Quo *magis* specto, minus placet mi ea hominis facies. Trin. v. 1052. Truc. I, 2, 75. Men. prol. v. 11: Quo vobis illut graecum videatur *magis*. I, 1, 19: quam *magis*. 2, 30. 3, 15: Egone an tu *magis*?

---

[42]) Sic Bothius. Vulgo *magis*.

Men. v. 363. II, 3, 35: iam scibo, utrum haec me *mage* amet an marsuppium. Men. v. 575: res *magis* quaeritur. v. 594: Nec magis manufestum ego hominem umquam ullum teneri vidi. IV, 4, 1. Most. I, 1, 30: *magis* continens. I, 3, 1: *magis* lubenter. v. 40: *magis* saepe. v. 74: *Magis* amabunt. Pseud. IV, 3, 1: magisque *vorsute* malum. IV, 7, 116: *magis magis*que. Pseud. v. 289 magis. Amph. II, 1, 54: Neque lac lacti *magis* est simile quam ille ego similis est mei. Most. III, 1, 47: *Magis* opportunus. III, 2, 2. v. 13. V, 2, 40: Non potuit venire orator magis ad me inpetrabilis Quam tu. Pers. I, 2, 14. III, 1, 14. V, 4, 15: quom hanc *magis* contemplo, *magis* placet. IV, 4, 108. V, 1, 12: nil *magis* dulcest. v. 800. V, 4, 10: verum magis. Truc. IV, 2, 19: Quidum quam miles *magis*? Men. prol. v. 55: Nisi quod, qui dederit, *magis* maiores egerit. Amph. I, 1, 145: Igitur demum *magis* maiorem in sese concipiet metum. Poen. prol. v. 82: Verum qui dederit, *mage* maiores egerit. Pseud. I, 2, 84: aut num ipse ego pulmento utor *magis* Unctiusculo? Poen. II, v. 15: Contentiores *mage* erunt atque avidi minus. Stich. V, 4, 22: Hic enim *magis* est dulcius. Capt. III, 4, 111: Qui nihil, inquam, invenies *magis* hoc certo certius. Trin. v. 274 sq.: Eo mihi *magis* lubet cum probis una Potius quam cum inprobis vivere vanidicis. Merc. V, 2, 57: quoi *magis* me melius velle aequom siet. Men. V, 6, 14: *Magis* multo patior facilius ego verba. Caecil. Stat. Hypobolimaeus Chaerestratus: *magis*. Terent. Adelph. IV, 3, 14: Omnes, quibus res sunt minus secundae, *magis* sunt nescio quo modo Suspitiosi; ad contumeliam omnia accipiunt *magis*. Eun. V, 4, 13: Nil videtur mundius Nec *magis* compositum quicquam nec *magis* elegans. Andr. IV, 2, 15: Non Apollinis *magis* verum atque hoc responsumst. Hec. V, 1, 12: Quo *magis* omnis res cautius ne temere faciam adcuro. Cato R. R. c. 6 ter legitur *maxime*. Ennii annal. l. IX, fr. 14 maxime. — *Maxume* Plaut. Most. II, 1, 45. IV, 3, 17. V, 1, 49. V, 2, 23. Pers. II, 4, 30. Pers. v. 599. Pseud. I, 3, 35. I, 5, 18. 80. II, 2, 66. IV, 4, 5. Men. v. 571. V, 9, 59. Merc. v. 121. V, 1, 11. Merc. v. 887, pro responso affirmante Men. II, 3, 76. Terent. Adelph. IV, 1, 2: Nunc quom *maxume* operis aliquid facere credo. Adelph. III, 2, 42: Tum si *maxume* Fateatur. In responsis affirmativis et concedentium legitur Andr. IV, 5, 23 et Eun. I, 2, 109. — *Magnifice* Plaut. Pers. II, 5, 7. Pseud. I, 2, 34: *Magnifice* volo

me viros summos accipere. Pseud. v. 702: *Magnifice* hominem conpellabo. Naev. inc. trag. fr. 1: *Male* parta *male* dilabuntur. Cato. R. R. c. 5: Familiae *male* ne sit. Ennii Achillis fr. 10: *Male* volentes. Hecubae fr. 12: *male* re gesta. Medeae exulis fr. 9 *male*, item Telamonis fr. 1, v. 355. Plaut. Most. I, 4, 4. Most. v. 459: *Male* hercle factum. III, 1, 155. 2, 12. 20. 22. 29: Non *male*. v. 112. Most. v. 882. v. 893: ut tibi *male* dicam. v. 894. 903. V, 1, 62: *male* facta. Pers. II, 2, 24: faciant *male*. v. 25: Mitte *male* loqui. ib.: non *male* loquor. v. 28: Quid *male* facio aut quoi *male* dico? v. 46: *Male* operam locas. II, 4, 8. 19. 20. IV, 4, 44. IV, 6, 15. V, 2, 7. V, 2, 39: Qui tibi *male* volt *male*que faciet. V, 2, 59 male. Pers. v. 853 Male. Merc. II, 1, 11. IV, 4, 45. Merc. v. 874: *Male* facis. Pseud. I, 2, 1: *male* habiti et *male* conciliati. I, 2, 74: *Male* mihi morigeru's. I, 3, 42: ut *male* sit mihi. II, 3, 16: quoi vortit *male*. III, 1, 18 male. IV, 1, 42: Credo animo *male*st. IV, 2, 49: *male* volentibus. IV, 3, 3 male. IV, 6, 16: hau *male*. I, 2, 63. 3, 123. IV, 7, 108 male. Pseud. v. 1305: Hau *male* mones. Men. I, 2, 16 male. II, 2, 35: qui ipse *male* dicit sibi. v. 40: qui nunc ipsus *male* dicas tibi. III, 2, 30. v. 31: pro *male* dictis. Men. v. 569: *male* habeas. v. 595: *male* factis. v. 602. v. 603: Mane: *male* erit potius. IV, 2, 105. V, 2, 54: *Male* facit, si istuc facit: si non facit, tu *male* facis cett. v. 62: Me neque isti *male* fecisse cett. v. 100: Haut *male* illanc a me amovi. v. 108. V, 5, 42: Satin' hoc pro sano *male* dicta *male* dictis respondeo? Men. v. 976: id ego malum *male* metuo. Most. v. 107: bonae quom curantur *male*. I, 3, 37: *male*. v. 60. v. 121: *male* ut olere intellegas. Caecil. Stat. Nauclerus fr. 2 male. Chrysion v. 24: audibis *male*, si *male* dicis mihi. Terent. Eun. IV, 7, 4: *Male* mulcabo ipsam, h. e. valde. — *Malefice* Plaut. Pseud. IV, 7, 113. *Maturate* Plaut. Pseud. IV, 7, 58. *Mediocriter* Plaut. Merc. II, 1, 13. *Minume* Plaut. Most. III, 2, 4. Most. I, 3, 115: *Minume* feceris. Merc. II, 3, 85: *Minume* gentium. Men. II, 2, 63. III, 3, 10. V, 9, 63. Most. v. 1097. Terent. Eun. prol. v. 2: *Minume* multos laedere. Eun. IV, 1, 11: *Minume* gentium. Adelph. V, 4, 27: id mea *minume* re fert, qui sum natu maxumus. In negativa responsione interrogationis Phorm. III, 2, 41: Non pudet Vanitatis? DO. *Minume*. *Misere* Plaut. Most. IV, 2, 69. Pseud. I, 1, 11: *misere* miser sum, Pseudule. I, 1, 72: Est *misere* scriptum. Plaut. Men. v. 971: quoi cor

modeste situmst. Plaut. Pers. III, 1, 18: *Modice* et *modeste* mehant vitam vivere. Mil. IV, 5, 15: At *modice* decet. Plaut. Pseud. v. 1296 *molliter*. Plaut. Most. v. 729: *Musice* hercle agitis vitam. Plaut. Men. I, 1, 7: facere *nequiter*. IV, 2, 87: Edepol factum *nequiter*. Most. v. 411. 413. Livius Andron. fr. Terei 2: *Nimis* pol *inpudenter*. Naev. Corollaria fr. 6 *Nimis*. Naev. Figulus ap. Charisium II, p. 186 P. (123 L.) „nimis: Naevius .... idem in Figulo: *nimis* avarus." Gymnasticus fr. 3: *nimis* mutam vales. fr. 7: At enim tu *nimis spisse* atque *tarde* incedis. Tarentilla fr. 11: Numquam quisquam amico amanti amica *nimis* fet fidelis, Nec erit *nimis* morigera et vota quisquam. Ennii Hectoris lustra fr. 15, v. 220 nimis. Plaut. Pers. I, 1, 19: *Nimis stulte* amicis utere. — Nimis Pers. I, 3, 34. II, 1, 2. 5, 22. IV, 4, 42. V, 2, 41. Merc. v. 125. 166. Merc. v. 597. Pseud. I, 2, 67, 71. II, 2, 5. v. 916. Men. I, 1, 18, II, 3, 33. v. 588. Most. I, 3, 109. V, 2, 21. Pers. I, 3, 87: *nimis* longum loquor. IV, 4, 74: *Nimis* pavebam. Merc. III, 1, 3: *nimis stulte* facis. Pseud. v. 249: nimis superbe. BA. Nimis molestu's. I, 3, 65: *Nimis miser* sum. Pseud. v. 912: *nimis* metuebam *male*. IV, 8, 6: *Nimis* illic mortalis doctust, *nimis* vorsutus, *nimis* malus. Men. I, 1, 5: *Nimis stulte* faciunt. IV, 3, 22: *Nimis iracunde* hercle tandem. V, 1, 1: *Nimis stulte* dudum feci. 2, 8: *nimis* longus sermost. V, 5, 61: *nimis* proventumst *nequiter*. V, 7, 30: *Nimis bene* ora commetavi. Most. I, 3, 20: *Nimis* tu quidem stulta's mulier. Most. I, 3, 134: Nam si pulcrast, *nimis* ornatast. PH. *Nimis* diu abstineo manum. II, 2, 79: *Nimis* quam formido. Caecil. Stat. Obolostates fr. 7: *nimis* tandem hoc quidem fit *verniliter*. Inc. fab. fr. 8: *nimis* audacem *nimis*que bardum barbarum. Plaut. Pseud. III, 1, 8 nitidiuscule. Ennii Achilles fr. 1 *ociter*. Ennii inc. trag. fragm. 1, v. 417 *omnino*. Plaut. Trin. III, 2, 27: Ne *omnino* inopiam Cives obiectare possint tibi. Caecil. Stat. Imbrii fr. 6 *opipare*. Plaut. Pseud. II, 3, 4 *opportune*, item Most. V, 1, 29. Pers. I, 3, 21: *opportune* advenisti mihi. Caecil. Stat. Fallacia fr. 6 *Ossiculatim*. Plaut. Pseud. v. 920 et Most. v. 815 *otiose*. Caecil. Stat. Obolostates fr. 8, v. 133 *Palliolatim*. Plaut. Pseud. v. 1266 *parce*. Ennii Athamantis fr. v. 150 *pariter*, item Hecubae fr. 4, v. 230, Plaut. Pseud. II, 4, 18. III, 2, 70 et 71. Merc. V, 2, 41. Aul. prol. v. 22: filium *Pariter* moratum, *ut* pater avosque huius fuit. Men. V, 1, 52: Ecastor *pariter* hoc atque

alias res soles. 9, 24 pariter, item Caecil. Stat. Hypobolimaeus fr. 1. Terent. Adelph. V, 8, 34: Nunc mihi germanu's *pariter* animo et corpore. Plaut. Aul. III, 4, 7: Qui erat anui peculiaris, perdidit *penissume*. Plaut. Pseud. v. 577: omnes res *perinde* sunt, *Ut* agas, eas *ut* magni facias. Plaut. Pseud. II, 3, 13: *proinde ut* quisque fortuna utitur, *Ita* praecellet. Trin. v. 65: *proinde ut* diu vivitur, *bene* vivitur. Amph. I, 3, 19: *proinde ut* hic te *ecflictim* deperit, ad. q. l. vide Lindem. Men. V, 5, 50: *Proinde ut* insanire video. Most. II, 1, 13: *proinde uti* nunc Ego esse autumo. Terent. Phorm. II, 3, 35: *proinde* expiscare, quasi non nosses. Heaut. I, 1, 13: *proinde* quasi nemo siet. Ennii Hecubae fr. 4 *perverse*. — *Pervorse* Plaut. Most. IV, 2, 36. Pers. III, 1, 40. Merc. III, 3, 12. II. 2, 20: *Pervorse* vides. — *Placide* Naev. Danae fr. 2. Plaut. Pseud. IV, 1, 16. v. 242: placide. Ib.: Quid, malum, tam *placide* is, puere? Merc. v. 136. v. 169. I, 2, 47. I, 2, 65: *Placide* pulta. — *Plane* Plaut. Pseud. IV, 7, 115. Men. I, 3, 23. II, 1, 27. IV, 2, 104. Most. I, 3, 37. Most. v. 236: sagina *planest*. III, 1, 5. Pers. I, 2, 12: *planen* loquor? V, 2, 57 plane. Merc. II, 2, 43. Pseud. IV, 7, 73 et I, 3, 131 Planisssume. Plaut. Most. I, 1, 23 *pollucibiliter*. Caecil. Stat. Obolostates fr. 4, v. 125 *Populatim*. Plaut. Most. I, 3, 32 *Praecipue*. Plaut. Most. II, 2, 69: Quia *praematuri* vita careo. — *Praeut* Plaut. Men. v. 376. V, 5, 33. Naevius in Acontizomeno fr. 1: Acontizemenos fabula est *prime* proba. cf. Charis. 188. Plaut. Mil. III, 1, 199: Est *prime* cata, h. e. apprime, inprimis, egregie, ante omnes. Plaut. Pseud. v. 218: tam *probe* oleo onustos. IV, 2, 14 et V, 1, 7 et v. 1274 et v. 698 et Most. v. 736 et 870 et 1067 et Pers. v. 173 et I, 3, 43 et ib. v. 76 et IV, 4, 98 et V, 1, 4 et v. 853 probe, item Curc. III, 16. Men. II, 3, 34. Most. V, 2, 57. Men. II, 3, 86: periit *probe*. III, 2, 1 sq.: *probe Lepide*que. Men. v. 641: rem novit *probe*. Pers. IV, 3, 12: Itaque huic insidiae paratae sunt *probe*. v. 667: praedatu's *probe*. Most. I, 1, 4: Ego pol te ruri, si vivam, ulciscar *probe*. Most. II, 1, 19: Factae *probe* examussim. I, 4, 28: Unde homo ebrius *probe*. II, 2, 42: Tutum *probest*. V, 1, 59: *Probe* Med emunxti. Pers. I, 1, 23: Hau *probe*. Ennii annal. l. VI, fr. 18, v. 215 *prognariter* (Nonius p. 150, 6: = strenue fortiter et constanter.) Plaut. Pers. IV, 4, 39 prognariter. Caecil. Stat. Plocium fr. 6 *Properatim*. Plaut. Pseud. II, 4, 34 *propere*, item Men. V, 5, 43. Most. II, 1, 44. Caecil.

Stat. Meretrix fr. 1. — *Prospere* Plaut. Most. v. 734. — Ennii Incratiastes fr. 1: *proterviter*. Priscianus XV p. 1010 P. (I p. 621 K.) [Ennii fr. inc. libr. 40 ap. Vahlen.]: „Ennius proterviter, ignaviter, inimiciter, iracunditer, superbiter, temeriter, praeclariter, torviter, puriter, reverecunditer, miseriter, prosperiter.“ — *Prothume* Plaut. Pseud. V, 1, 23. — *Prudenter* Ennius annal. l. VII, v. 255. *Pueriliter* Plaut. Pers. IV, 4, 42. *Pulcre* Plaut. Pseud. v. 926. Mercat. III, 3, 22: quin ergo imus atque obsonium Curamus, *pulcre* ut simus? Pulcre Men. v. 472. Most. I, 1, 51. Pers. v. 608. v. 554. IV, 4, 31. 38. Merc. II, 4, 17. III, 4, 19. Merc. v. 901: *pulcre*que. Liv. Andronicus fr. Terei 1: *Rarenter* venio. Ennii Andromacha Aechmalotis fr. 2 rarenter, item Caecil. Stat. Pausimachus fr. 1. Plocium fr. 15. — Plaut. Amph. V, 1, 60 *recessim*, h. e. retro, v. Boxhorn. Ennii annal. inc. sedis fragm. 10: *recte*, item Andromacha Aechmalotis fr. 1. Plaut. Pseud. I, 3, 55: Non periclumst nequid *recte* monstres. — Recte Men. I, 1, 11. II, 1, 71. v. 72: Tum demum sciam *Recte* monuisse, si tu *recte* caveris. II, 3, 32. v. 74: Hercle quin tu *recte* dicis. Pseud. I, 5, 81: *recte* ego meam rem sapio, Callipho. IV, 2, 33 recte. IV, 4, 12: *recte* mones. IV, 6, 23: nec *recte* dicere. IV, 7, 57 recte. Merc. II, 3, 33: *Recte*, pater, ad q. l. Taubmannus: „Quasi dicat: Non festino, pater. *Recte* enim usurpabant interdum veteres, cum negare vellent, negationis tamen particulam religione obstricti ponere nollent.“ Merc. v. 418: Set quid illa nunc fiet? *recte* ego emi. — Recte Men. V, 2, 51. 7, 34. 47. 9, 33. Most. v. 240. III, 3, 23. Pers. I, 2, 26. II, 2, 3. III, 1, 22. IV, 3, 69. Merc. V, 4, 43. V, 4, 47. Merc. v. 373. II, 3, 77 (v. 412). II, 3, 111. Most. I, 3, 116: Quia ecastor mulier *recte* olet, ubi nil olet. Most. v. 842: *recte* edepol mones. Pers. IV, 1, 2: Solet illa *recte* sum manus succedere. IV, 3, 34: Ego valeo *recte*. Terent. Eun. II, 3, 50: rogo numquid velit. *Recte*, inquit: abeo, ad q. l. Ruhnkenius (cf. Herz. ad Caes. p. 512, qui comparat Graecorum *κάλλιστα* s. *καλῶς εἶπες*): „elegantissima formula respondendi, qua vel gratias agimus oblato beneficio non utentes, vel comiter et urbane aliquid recusamus.“ Hec. III, 2, 20: quid es tam tristis? PAM. *Recte*, mater, ad q. l. Donatus: „Sic loquimur, cum sine iniuria interrogantis aliquid reticemus.“ Affero etiam verba Gronovii ad Plaut. Captiv. II, 2, 104: „*εὐφημίας* est,

quod in discessu interroganti, *Numquid vis*, malebant respondere *Recte* quam *Nihil*. Et tamen hoc *Recte* sensu eodem est quo *Nihil*: nimirum in primo: nihil volo, nisi vos recte rem gerere, recte se omnia habere. Aut adeo in omnibus: Recte omnia se habent." — *Regifice* Ennii Andromacha Aechmalotis fr. 9, v. 122. *Saeviter* Ennii Hectoris lustra fr. 6, item Phoenicis fr. 9. Plaut. Pseud. v. 1290: *saeviter blanditerne*. — *Sane* Plaut. Merc. II, 4, 17. IV, 4, 17. Most. III, 1, 96. Merc. v. 541. IV, 1, 11. v. 922. Men. V, 2, 108. Merc. III, 1, 2. Most. III, 2, 74: sane bene. Pers. II, 2, 16: I sane. Amph. I, 1, 292: *sane* sapio et sentio, h. e. saniter, ut sani homines solent. Pseud. II, 2, 67: *Sane* sapis. Men. V, 2, 39: *Sane* sapit. Men. II, 2, 70. Pseud. II, 2, 69: *Sane* censeo. Terent. Hec. I, 2, 68: Diebus *sane* pauculis Post Pamphilus me solum seducit foras. Eun. III, 5, 59: *Sane* hercle *ut* dicis. Hec. III, 5, 9: *Sane* hercle homo voluptati obsequens Fuit. — *Sapienter* Plaut. Men. V, 7, 2. Pers. III, 1, 47. v. 639. Merc. III, 3, 20. Pers. III, 3, 42: Sapienter sane. — *Satis* Naevii bell. Pun. fr. inc. 8 p. 18 Vahlen. Plaut. Men. V, 1, 30: *satin'* haec *recte* fabulor? V, 5, 42. Most. I, 3, 10: *satin'* haec me vestis deceat. v. 97 satin. v. 125: Agedum, contempla aurum et pallam, *satin'* haec me deceat, Scapha. v. 135: Ornata's *satis*. II, 1, 42: *Satin'* habes. III, 1, 116: *satin* intellegis? 2, 20: *sat* scio. 2, 142: *satis* boni. III, 3, 24: *Sat* sapio. V, 1, 60: satine recte. Pers. I, 1, 10 satis. I, 1, 18: *Satin'* ergo ex sententia? Ib.: Si eveniunt quae exopto, *satis*. v. 23: *Satin* tu usque valuisti? II, 1, 4: *sat* — spectatam. Pers. II, 2, 1: *Satin'* haec tibi sunt plana et certa? *satin'* haec meministi et tenes? 5, 4 Satin'. Pers. v. 490: *satis* credo. v. 547: *Sat* edepol concinnast facie. IV, 4, 1 Satin'. Pers. v. 559 sat. IV, 6, 4: Ne non *satis* esses leno. V, 2, 44. v. 841: Nec *sat* liber sibi videtur nec *sat* frugi nec *sat* honestus. v. 603: *Satis recte* mones. II, 4, 27: *Satin'* istuc mandatumst? IV, 1, 16: *Satin* tu sana's? Merc. II, 3, 69: satis honeste. Merc. IV, 4, 15 Satis. II, 3, 3 Satin. Merc. v. 370 satis. v. 382 sat, item III, 4, 70. Poen. I, 2, 6: Neque eis ulla ornandi *satis* satietas est. Pseud. v. 914 satis. V, 1, 28: satis facete. Pers. v. 465: Set *satine* meditati estis? v. 547 Sat. Men. v. 621: *Satin'* hoc est tibi? IV, 2, 92: *satin'* hoc est tibi? Pseud. I, 3, 154: *sat sic* longae fiunt fabulae. Men. v. 602 sq.: *Satin'* audis quae illic loquitur? MA. *Satis*. Men. II, 2, 44: *Satin* hoc,

ıs, Tribus opsonatumst. III, 2, 45: *Satin'* sanus es? a. II, 2, 39. 3, 39. Men. v. 604. 825. Merc. II, 4, is' *ut* oblitus fui Tibi me narravisse, quae formula sic a est: Satisne verum est ut cett., ita ut fere idem quod *nonne*. Pers. IV, 4, 106: *Satin' ut* meminit ? Men. I, 2, 67: *Satin' ut* occaecatust prae huius cordoribus? Men. v. 522 sq.: *satin'*, *ut* quemque conspicor, ıdificant? Most. I, 1, 73: *Satin'* abiit. Caecil. Stat. tes fr. 5, v. 127 satis. Hypobolimaeus fr. 2 sat. — ut. Merc. III, 1, 28. Cas. III, 1, 8: nimium *scite* . Pers. 633 scitissume. Cato R. R. c. 5: Nam res c est. C. 82: Spaeritam *sic* facito, *ita uti* spiram, nisi). C. 1, §. 1: *sic* in animo habeto, uti ne *cupide* emas. s hic locis *sic* ad ea quae sequuntur, refertur). Ennii I, fr. 57, v. 90 Sic. fr. 72, v. 115: *sic* memorant. l. 10, v. 256 sic, item l. X, fr. 5. l. XVIII, fr. 7: Sic annal. inc. sedis fragm. 51, v. 503. Alexandri fr. 10, ui te *sic* tractavere. Medeae exulis fr. 2, v. 290 sic, lanippe fr. 4, Euhemerus fr. 11, l. 51. Plaut. Amph. *Sic* sum, *ut* vides, de qua formula vide Taubmannum. I, 3, 39: Ego illic me autem *sic* adsimulabam, quasi Mil. IV, 2, 30: Quid? ego astabo hic tantisper cum a et factis *sic frustra*, ubi Taubmannus recte dicit *sic* positum esse. Mil. III, 2, 40: Ibi erat bilibris aula er cados, ad q. l. Lindem.: „His verbis addit actor lemonstrantis.“ Most. I, 4, 32: *Sic* sine eumpse. IV, ic dixit mihi. V, 1, 54 Sic, item Merc. V, 2, 108 (bis). , 2, 8: *Sic* face. Bacch. V, 2, 69: sine *sic*, ad q. l. ıbm. Pseud. I, 2, 21: hem *sic* datur. I, 3, 102 Sic. . 449 Sic. I, 5, 62: Iam *sic* sino Iratus sit. Pseud. v. I, 2, 35 sic. II, 3, 11: set profecto hoc *sic* erit. II, 4, 927 sic. v. 1129: *sic* scelestu's. v. 1275: Sic palliola- 298 sic. v. 1301: *sic* sine. I, 3, 86: *Sicin* mi aps te enti *male* refertur gratia? V, 1, 1: *sic*ine, item Pers. Men. I, 2, 22: *Sic* huic decet dari *facete* verba atae. 3, 14: salta *sic* cum palla postea. II, 3, 1. III, Men. v. 569: *sic* censeo. v. 626 sq.: *sic* datur. PE. *Sic* V, 2, 94: set *sic* utundam dedi. V, 7, 39. Most. I, 1, ı interea *sic* sit. I, 3, 32. Sic Most. II, 2, 20. III, 1, st. v. 725. IV, 3, 40: Haec res *sic* est, *ut* narro tibi.

Pers. II, 4, 4. IV, 1, 4. Merc. IV, 3, 20. IV, 4, 45. 46. Merc. I, 1, 91. II, 1, 42: *sic* est. Merc. 356. Caecil. Stat. inc. fab. fr. 23, v. 271 sic. Terent. Andr. I, 1, 35: *Sic* vita erat. Andr. V, 4, 16: *Sic*, Crito, est hic. Phorm. III, 2, 42: *sic* sum. Phorm. I, 2, 20: *Sic* est ingenium. Hec. III, 5, 10: qui *sic* sunt. Eun. III, 5, 54: ego limis specto *Sic* per flabellum clanculum. Heaut. III, 1, 54: *Sic* me di amabunt, *ut* me tuarum miseritumst, Menedeme, fortunarum. — *Sicut* Ennii annal. l. X, fr. 7. Annal. inc. sedis fragm. 66. Plaut. Mil. IV. 1, 27: *sicut* soror Eius huc gemina venit Ephesum et mater arcessuntque eam, ad q. l. Lindemannus: *Sicut* indicat ad eum modum, quo illud, posse et hoc fieri. Igitur *sicut* — *arcessunt* proprie sic explicanda: Ad eundem modum, eadem ratione, qua illi arcessunt, poteris illam abs te abire iubere, quo lubet. Pertinet igitur part. *sicut* proxime ad verbum *lubet*. Du kannst sie ja gehen lassen, wohin sie will; wie denn gerade ihre Schwester und Mutter angekommen sind, um sie zu holen." Lamb. ad. Poen. V, 2, 97: sunt quaedam vocabula in comicis, qui negligentiorem vulgi sermonem imitantur, quorum vis occulta γεωμετρικῶς ostendi non potest. Cuiusmodi Mil. IV, 1, 27." Pseud. I, 3, 140 Sicut, item Most. II, 1, 34. 69. III, 2, 84. Pers. I, 3, 57. Men. prol. v. 74. Men. v. 588. Most. III, 1, 14: *Sicut* mi habet. Plaut. Men. I, 2, 37: Ecquid adsimulo *similiter?* Pseud. I, 3, 148: *simulter* itidem ut. Ennii Andromacha Aechmalotis fr. 5 *sincere*. Caecil. Stat. Rastraria fr. 3 *singulatim*. Plaut. Pers. IV, 1, 1 et Pseud. v. 942: *sobrie*. Ennii Aiax fr. 4: Qui rem cum Achivis gesserunt *statim*. (Nonius p. 393, 13 „*statim* producta prima syllaba a stando, perseverantur et aequaliter significat. Terent. Phorm. V, 3, 7. Plautus Amph. I, 1, 84, idem in eadem I, 1, 120, Ennius Aiace . . . "). — *Strenue* Plaut. Pseud. I, 5, 93. IV, 7, 79: *strenue* mehercle isti. — *Stulte* Plaut. Most. I, 3, 30. Pers. III, 1, 47. Men. II, 3, 84. Pseud. III, 2, 1. IV, 1, 5. Men. V, 9, 14: si quid *stulte* dixi. Pseud. I, 3, 9: non iucundumst, nisi amans facit *stulte*. Ennii Hectoris lustra fr. 13: *sublimiter* Quadrupedantes. Plaut. Pseud. IV, 7, 113 *sucophantiose*. Plaut. Merc. V, 4, 38 *superbe*. Naevii bell. Pun. l. VI, fr. 2: Superbiter contemptim. Plaut. Pers. V, 1, 20 *tarde*, item Pseud. v. 1032. — Ennii Eumenidum fr. 5, v. 189 *temere*. Caecil. Stat. Hypobolimaeus fr. 4: Quaeso, ne *temere* hanc rem agas, ne *iracunditer*. Iuventius inc. fab. fr. 3: caput

ei *testatim* diffregero. Naev. bell. Pun. fr. inc. 10 p. 19 Vahlen. *Tuper* (= cito, fortasse, celeriter, temere). Ennii annal. l. I, fr. 56: tam *torviter*. Ennii annal. l. XVI, fr. 22 *tractim*. Plaut. Pers. V, 1, 20 *tarde*. Plaut. Most. II, 1, 67: *Tranquille* cuncta ut provenant et sine malo. Plaut. Amph. II, 1, 4 *tuatim*, h. e. tuo more, ad q. l. vide interpretes. Plaut. Most. v. 146 *umide*. Leges XII tabb., V, fr. 3: *Uti* legassit super pecunia tutelave suae rei, *ita* ius esto. Naevii Danae fr. 7: *Ut* quisque est meritus. Cato R. R. c. 34: *uti* quisque locus frigidissimus — erit. Sic Gesnerus scribi vult pro vulg. *ubi*, quod Schneiderus reliquit quidem in textu, sed ita tamen ut probaret lectionem Gesneri. C. 78: In balteo tracta ex caseo, ad eundem modum facito, *uti* placentum sine melle. C. 80: Encytum ad eundem modum facito, *uti* globos. Ennii annal. l. I, fr. 57, v. 87: vel *uti*. l. VI, fr. 5 uti. l. IX, fr. 16 vel *ut*. l. XVII, fr. 5 vel *uti*. l. XVIII, fr. 2 vel *ut*. Achilles fr. 8, v. 23 *ut*. Thyestis fr. 12: *ut* omnia in me conglomeras mala! Euhemerus fr. 3, lin. 23: *ut* scripta sunt. Ennii fr. inc. libr. 10: *ut* ainunt. — *Ut* Plaut. Merc. v. 351. 386. II, 3, 57. 58. 75. 79. Merc. v. 554. III, 4, 76: *Ut* corripuit se. Merc. v. 698: *ut* iusseram. v. 816. V, 2, 10. Merc. v. 875: *ut* istuc properas. v. 880. 881. V, 4, 13. 30. V, 2, 107: *Ut* valuisti? Aul. IV, 9, 18: Atque hic quidem Eucliost, *ut* opinor (sic Fleckeisen. exerc. Plaut. p. 25). Truc. II, 2, 9. Poen. V, 4, 27: *Ut* volupest homini. Poen. V, 3, 53: Sed *ut* astu sum adgressus ad eas! 5, 15: *Ut* nequeo te *utis* conplecti, mi pater! Truc. II, 2, 43:

Erilis noster filius apud vos Strabax

Ut pereat, *ut* eum inliciatis[48]) in malam fraudem et praemium. Mil. IV, 5, 4: *Ut* multa verba fecit, lenta *ut* materies fuit. Fragm. Cistellariae p. 476, v. 8: Non quasi, *ut* haec sunt cett. Rud. IV, 4, 55: *Ut* tute's, *item* omnis censes esse? Cas. V, 1, 8: Nec fallaciam astutiorem ullus fecit Poeta atque *ut* haec est *fabre* facta a nobis. Amph. III, 4, 9: *Ut* filium bonum patri esse oportet, *item* ego sum patri. Capt. II, 1, 37: Ero *ut* me voles esse. III, 4, 47: *Ut* scelestus, Hegio, nunc iste [te] ludos facit. Rud. I, 2, 75: *Ut* adflictantur miserae. II, 3, 33 sq.: *ut* ego amo te, Mea Ampelisca: *ut* dulcis es: *ut* mulsa dicta dicis. 4, 8: *Ut* in ocellis hilaritudost. Merc. II, 1, 16: oppido Mihi illud videri

---

[48]) *ΔΘpg iniciatis*, et sic fortasse etiam scribendum.

mirum, *ut* una illaec capra Uxoris dotem simiae ambadederit. Epid. V, 2, 53: *ut* acerbumst, pro benefactis quom mali messim metas. Bacch. V, 2, 63: nil paenitet *ut* sim acceptus. Amph. prol. v. 104: Nam ego vos novisse credo iam *ut* sit meus pater, h. e. qualis, cf. Taubm. Amph. II, 2, 203: (iuro) — *Ut* mi extra unum te mortalis nemo corpus corpore Contigit, cf. Lindem., qui docet hoc non pro simplici acc. c. inf. positum esse. Amph. II, 1, 24: *ut* opinor. Men. prol. v. 30: Mortales multi, *ut* ad ludos, convenerant. I, 2, 10: nunc adeo, *ut* facturus, dicam. Men. v. 160: *ut* ego opinor. Men. v. 169: *ut lepide* fastidis. I, 3, 7: *Ut* ego uxorem, mea voluptas, ubi te aspicio, odi *male*. v. 23: *ut* ratio redditur. Men. v. 359: *ut* meret. v. 365: *Ut* iussisti atque *ut* voluisti. v. 367. v. 433: Scio *ut* me dices. III, 2, 26. Men. v. 519: *ut* sit gesta. v. 571 sq.: *Ut* hoc utimur *maxume* more moro — Atque *uti*, quique sunt optumi maxumi, morem habent hunce. IV, 2, 98. 3, 5: *ut* factumst. V, 2, 1: *Ut* aetas meast atque *ut* hoc usus factost. v. 6. v. 57: *ut* factumst. Men. v. 828: *ut* viridis exoritur colos Ex temporibus. v. 829: *ut* oculi scintillant. Most. I, 3, 111. IV, 3, 40: *ut* narro tibi. Capt. I, 2, 62: *Ut* saepe summa ingenia in occulto latent. Truc. II, 4, 3: *Ut* tota floret! *ut* olet! *ut nitide* nitet. Mil. II, 4, 48: *Ut* ad id exemplum somnium consimile somniavit, Atque *ut* tu suspicatus es te eam vidisse ausculantem, ad q. l. Lindem.: „Verba *atque ut tu suspicatus es* pendent ab illis: *ad id exemplum*. Ad eum modum, quo tu s. e. Ceterum *atque ut* abundanter; *ut* poterat omitti, quod rarissime apponitur.“ Trin. v. 51: *ut* valet? v. 63: Habeas *ut* nanctu's. Pseud. I, 2, 65: *ut* memorant. Pseud. v. 240: ut — ita. II. 1, 1: *ut* mihi — *lepide* omnia *prospere*que eveniunt. II, 2, 2 et II, 2, 66 et v. 707 et II, 4, 59 et III, 2, 9 et III, 2, 93 *ut*. IV, 1, 5: *ut* [ego] opinor. v. 7: ut magnifice. Pseud. v. 946: *Ut* ego hodie te accipiam *lepide*. IV, 2, 23: *Ut* vestitu's. v. 50: *ut* occepisti. IV, 4, 1: nescis *ut* sit res, Phoenicium. IV, 6, 10: *ut* promissit. Pseud. v. 1114: *ut* mi inperatumst. Men. V, 2, 78: *Ut* pandiculans oscitatur. v. 108. V, 5, 8. v. 21: Audin tu, *ut* deliramenta loquitur? v. 46: Age, *ut* lubet. Men. v. 981. v. 982: alii, *ut* esse in suam rem ducunt, *ita* sint. v. 986: *ut* iusserat. V, 9, 22: *ut* suspicor. v. 85: *ut* iusti. v. 90: faciam *ut* tu voles. Most. v. 149: Cor dolet, quom scio *ut* nunc sum atque *ut* fui. I, 3, 15: Ut lepide. v. 16: contempla, *ut* haec me deceat. v. 57. 70. Most. v. 237:

ut sim parcus. I, 3, 114: *Ut lepide* atque *astute* in mentem venit de speculo malae. v. 122: *Ut perdocte* cuncta callet. Most. II, 2, 19. v. 49. v. 94: *ut* occepisti. III, 2, 19. v. 29: *Ut* vales? v. 736: *ut* voluimus. v. 109: Set *ut* maestus est. Most. III, 2, 124: uti. Most. v. 815: *ut* lubet. v. 830: *ut* conivent. v. 832. III, 2, 168: *ut placide* accubat. v. 169: Iam *ut* lubet. Most. v. 872. v. 886: Vide simia *ut* fastidit. v. 901: esse *ut* addecet Nequam homines. III, 3, 25: Faciam *ut* voles. Most. v. 932: Dicam, *ut* hic res sint quietae atque hunc *ut* hinc amoverim. v. 1090: Experiar, *ut* opinor. V, 2, 12: *ut* meruisti. v. 50: viden *ut* astat furcifer? Pers. I, 1, 17: *Ut* vales? TOX. *Ut* queo. 3, 11: *Ut* ordine omnem rem tenet. v. 22: *ut* vales? v. 24: *ut* digna's. v. 25: *ut* digna's. v. 31. v. 32: confitere, *ut* te autumo? II, 4, 3: *ut* ego opinor. v. 14. 5, 8: *ut* valetur? v. 27: Utere *ut* vis. III, 1, 23. v. 52: et *ut* vi surpta fueris? IV, 1, 3. Pers. v. 463. v. 464: *ut graphice* decet. IV, 3, 7: *ut* ego hodie fui benignus, *ut* ego multis credidi. IV, 3, 49: Set *ut* occepisti. Pers. II, 2, 11: Scio fide hercle erili *ut* soleat inpudicitia opprobrari. Pseud. v. 1297: Non vides med *uti madide* madeam? Pseud. v. 1116: mansi *ut* iusserat. V, 1, 24 *ut*. Pseud. v. 1310: *ut probe* tactus Balliost. v. 1311: Quae tibi dixi *ut* ecfecta reddidi? v. 1312 ut. Pers. v. 547: *Ut contemptim* carnufex. v. 553. IV, 4, 27. 28. — v. 609: curabo *ut* voles. IV, 4, 58. 64: *ut* accepi. v. 71: *Ut* habet sapiens cor. v. 78: *Ut* mihi mater dixit. V, 1, 23. 2, 18. — v. 804. 809. 811. 812. Merc. v. 10. 4. 5. 12. I, 1, 62: *ut* ego. I, 1, 90: quasi *uti*. I, 1, 93: *ut* volui. v. 167: *ut* palpatur. I, 2, 100: *ut* sit gesta res. II, 1, 39: *ut* insani solent. II, 1, 41. Caecil. Stat. Plocium fr. 11: Vivas, *ut* possis, quando non quis *ut* velis. Synephebi fr. 1, v. 206: *ut* inde auferam. Hypobolimaeus fr. 5: Quos neque *ut* deprendas, neque *uti* dimittas scias. Terent. Andr. I, 5, 10: Adeon hominem esse invenustum aut infelicem quemquam, ut ego sum. Eun. I, 2, 48: scis — mea consilia *ut* tibi credam omnia. IV, 3, 6: *Ut* ego unguibus facile illi in oculos involem venefico! Andr. II, 1, 3: *Ut* animus in spe atque in timore usque antehac attentus fuit, *Ita*... Eun. IV, 4, 3: Illud vide, os *ut* sibi distorsit carnufex. 7, 12: *ut* hosce instruxit, ipsus sibi cavit loco. Adelph. III, 3, 45: *Ut* quisque suom volt esse, *ita*st. IV, 1, 14: Hisce opera *ut* data sit. Hec. I, 2, 70: Narratque, *ut* virgo ab se integra etiam tum siet. Hec. IV, 1, 52: *ut* hic laturus hoc

sit, si ipsam rem *ut* siet rpsciverit, Non edepol clam me es
Eun. II, 2, 43: *Ut* falsus animist. Phorm. I, 2, 5: Praeserti
ut nunc sunt mores: adeo res redit, Siquis quid reddit, magi
habendast gratia. Eun. III, 3, 19: Eam sese intendit esse, *uti*
audacia. Plaut. Epid. I, 1, 47: *Utcunque* in alto ventust, Ep
dice, exin velum vortitur. Poen. III, 5, 9: *Utquomquest* (sic A
ventus, exin velum vortitur. Plaut. Bacch. v. 1201: *utut* es
Pseud. I, 3, 34: *ututi* res sunt ceterae. v. 76: *utut* est. Plau
Pseud. I, 3, 110 et 130 *Valide*, item Pers. III, 3, 22. Mer
v. 51. Merc. I, 1, 42: Amare *valide* coepi. Merc. I, 1, 1(
valde. Plaut. Most. v. 841 et Merc. v. 923 *vehementer*. Plau
Pseud. III, 1, 5 et Most. I, 3, 3 et Merc. II, 1, 3 *velut*. Mos
III, 16 *veluti*. Ennii Hecuba fr. 11: *verecunde* et *modice*. Plau
Pseud. I, 5, 145 *vicissim*. Naevii bell. Pun. l. IV, fr. 2 V
cissatim (ap. Non. p. 183, 15, = per vices). Plaut. Pseud.
5, 26 *viritim*. Ennii Andromedae fr. 12, v. 145 *Visceratim*.

38. *Ablativus modi attributiva significatione positus. Silent*
Ennii Satur. l. III, fr. 4, v. 10: mundus caeli vastus consti
silentio. — *Iure* Plaut. Amph. I, 1, 96: proterunt hostium e
pias *Iure* iniustas, ubi *iure* ad verbum referendum est. Me
V, 1, 18: Itaque adeo *iure* coepta appellarist Canes. Most. II
2, 24: Te ipse *iure optumo* incursites licet. — *Voluntate* Livi
Andronicus fr. 4 Terei: mea voluntate. Plaut. Stich. I, 1,
Qui manet ut moneatur — Nec *voluntate* id facere meminit, se
vos is habitu hau probost, ad q. l. Dissald: „h. e. ut loquit
alias, a se, sua sponte, nullo alio monente.“ Mil. IV, 3. 3
Quin si *voluntate* nolet, vi extrudam foras. Men. IV, 2, 80: Quam
nil pudet Neque vis *tua voluntate* ipse profiteri. Terent. Adelp
III, 4, 44: Quod ius vos cogit, id *voluntate* inpetret. *Sponte* Plau
Truc. II, 6, 46: neque etiam queo Pedibus *mea sponte* ambulai
Lamb.: „*Mea sponte*, per me, meis viribus.“

Modo. Naev. bell. Pun. l. I, fr. 18: quo modo. Agitator
fr. 4: Quo modo. Cato R. R. c. 5: pro noxa *bono modo* vinc
cet. C. 6: Id *hoc modo* serito. C. 7: item pira *eodem modo* f
cias. C. 10: *Quomodo* oletum agri iugerum CCXI. instruere oport
C. 11: *Quomodo* vineam iugerum C. instruere oportet. Cato a
Festum v. *Struere* (Lion. p. 85): Iure, lege, libertate, re publi
communiter uti oportet, gloria atque honore, *quomodo* sibi qui
que struxit. Ennii Euhemeri fr. 11, 63: Hoc modo. Ennii
Athamantis ap. Vahlen. v. 152: Bacchico — modo. Alcuma

fr. 12: *Multis* sum *modis* circumventus. Plaut. Epid. I, 1, 79: Itque nunc, *quomodo* me expeditum ex impedito ego faciam, Consilium placet (ubi solum *quo* sufficiebat). Amph. II, 2, 105: Quo modo? Truc. II, 4, 65. Poen. V, 4, 75: *quo modo* vos furta facitis multa *Quo*que *modo* huiusce filias apud vos habetis servas.[44]) Pseud. v. 1277: hoc modo. v. 1286: quo modo? Pseud. v. 259: quam ego *malis* perdidi *modis*. v. 343: Quo modo? I, 5, 59 sq.: *alio modo* — atque. v. 156: Novo modo. II, 3, 9 et II, 4, 30: Quo modo. III, 1, 21: aliquo modo. IV, 6, 13: Omnibus modis. V, 1, 23: Hoc — modo. Merc. V, 4, 61: bono — modo. Merc. II, 1, 1: Miris modis. II, 2, 59: Huic persuadere *quo modo* nunc potis siem. IV, 5, 11: Quo modo? Merc. v. 919: *Omnibus* me ludificatur hic *modis*. Pers. III, 1, 46: *meo* si liceat *modo*. Pers. V, 2, 18 et 17: quomodo. Pers. III, 1, 31: meo modo — tuo. Most. V, 2, 3: *Quo*que *modo*. V, 2, 25: quibus modis. Most. v. 738: Quo modo? TR. Pessumo. Most. v. 458: *Quomodo* pultare potui, si non tangerem? Most. I, 1, 51: miseris modis. Most. I, 1, 25: *Hocine modo* hic rem curatam offendet suam? Men. I, 1, 8: aliquo modo. II, 2, 42: illoc modo. V, 2, 31: nullo modo. v. 827: quae molestast mihi *quoquo modo*. Men. V, 7, 50: Nimium mira mihi quidem hodie exorta sunt *miris modis*. 9, 67: Quomodo. v. 80: *Quomodo* haec ad te pervenit? Most. I, 3, 26: *quomodo* adiurasti? II, 1, 74: aliquo modo. Most. v. 1014: istoc — modo. IV, 3, 39: indignis modis. Men. II, 1, 25: non *tuo* hoc fiet *modo*. Most. v. 320: Semper *istoc modo* [tute] moratu's. Fleckeis. in Iahnii annal. 1851, vol. 61, sect 1. p. 45 haec affert exempla: *quo modo* Trin. 602. 855. Epid. V, 2, 41. Aul. IV, 1, 11: *Eodem modo* servom ratem esse amanti ero aequom censui. Asin. I, 2, 26: *Meo* loquar *modo* quae volam, quoniam intus non licitumst mihi. — *Ratione* Plaut. Merc. I, 1, 56: optuma (ratione, praecedit enim *Rationem*), h. e. quae ipse optuma ratione invenisset. Terent. Eun. II, 3, 31: *Qua ratione* amisisti? — *More* Ennii Telamonis fr. 4: *More antiquo* audibo. Plaut. Merc. prol. v. 3: *more* maiorum. Bacch. IV, 10, 4: fui ego illa aetate et feci illa omnia, set *more modesto*. Terent. Andr. V, 6, 3: *More* hominum evenit. Andr. I, 1, 125: *alieno more* vivendumst mihi.

---

[44]) Sic bene emendavit Herm. el. d. m. p. 154, quum vulgo legantur coniunctivi *faciatis* et *habeatis*. Sed *habetis* est in *Δ*p.

Cato R. R. c. 5: et illi *animo aequiore* facient. *Astu* Plaut Most. V, 1, 21. Pers. I, 3, 68: Praemonstra docte, praecipe *ast* filiae, h. e. astute. Plaut. Pers. II, 2, 17: Vola *curriculo*, h. e propere. Most. II, 1, 15: Set ego sumne infelix, qui non curr *curriculo* domum? III, 3, 26: *Curriculo* iube in urbem veniat Epid. I, 1, 12: *curriculo* occoepi sequi. Rud. III, 5, 20: Idus Turbalio *curriculo*. III, 6, 17: Abi sane ad litus *curriculo*. Terent Heaut. IV, 4, 11: *curriculo* percurre. Ennii fr. Agitatoriae 2 Quasi *dedita opera* quae ego volo, ea tu non vis, quae ego nolo ea cupis, de quo loco Charisius: „*dedita opera* declinari quiden ut nomen potest, sed tamen vim adverbii retinet." Cato R. R c. 5: Boves *maxima diligentia* curatos habeto. Plaut. Pseud IV, 2, 4: Ingredere in viam *dolo*. Men. II, 1, 3: non dicam *dolo* Plaut. Mil. IV, 6, 18 est *ergo* idem q. revera, certo, cf. Lindem ad I, 1, 63: *Ergo* mecastor pulcer est. Terent. Andr. V, 2, 9 Mihin? SI. Tibi *ergo*. Plaut. Men. v. 981: *Eo*que *exemplo* ser vio, tergo in rem ut arbitro esse. Pertinent huc etiam *gratii* et *ingratiis*, quae secundum praeceptum Bentleii ad Terent Ad. IV, 7, 26, coll. Bremio ad Nepot. p. 41. Ling. p. 51 apu Plautum et Terentium semper sic, nunquam vero *gratis* et *in gratis* scribenda sunt. Plaut. Most. I, 3, 19: Neque patiar t istanc *gratiis* laudasse. Pers. II, 4, 14. Bacch. v. 15: Ne ista me aetate sectarere *gratiis*. Asin. I, 3, 42: Hanc tibi nocten honoris caussa *gratiis* dono dabo. Asin. prol. v. 5: Age nun reside: cave modo, ne *gratiis*. Capt. I, 2, 38: Quoius numquan voltum tranquillavi *gratiis*. Epid. III, 4, 42: fides — tibi addan dono *gratiis*. Terent. Adelph. IV, 7, 26: psaltria, — quae — Aliquo abiicienda est, si non pretio, *gratiis*. Plaut. Cas. II, 5 7: Vobis invitis atque amborum *ingratiis*. Merc. II, 4, 11: Ni mium multum scis. EU. *Tueis ingratieis*. Cist. II, 3, 82: Nun mihi bonae necessumst esse *ingratiis*. Mil. II, 5, 40: Immo v atque invitam *ingratiis*, Nisi *voluntate* ibis, rapiam te domum Men. V, 8, 5 *ingratiis*. Ennii Andromacha Aechmalotis fr. 3 Bellum gerentes summum *summa industria*. Cato R. R. c. 5 *iniussu* domini. Plaut. Most. III, 3, 20 *ioculo*. Cato R. R. c. 3 Si rotas voles facere, tardius ducentur, sed *minore labore*. Enni fr. inc. libr. 7: Tibicina *maximo labore* mugit. — *Merito* Plaut Pseud. I, 5, 61. Pers. v. 254. 496. Most. IV, 2, 65. — Plaut Asin. III, 3, 18 *inmerito meo*. — Perventum est ad *numero*, quod Rostius comm. Plaut. p. 187—199 derivans a *numerus* idem

significare volebat atque Graecum ῥυθμῷ et secundum hanc significationem sex locos Plautinos, ubi *numero* legitur, explicare studuit, sed compluribus in locis admodum contorta est explicatio. Recte Ladewigius in diurn. antiqu. a. 1844 p. 623 docuit, omnibus locis *numero* significare potius *nimium cito* (quomodo etiam Festus p. 170 ed. Mueller. illud explicat), *nimis mature*. Naevius fragm. inc. trag. 9: neminem vidi, qui *numero* viret, quam quo scito opust. Ennii Andromeda fr. 5 ap. Nonium p. 352, 23 „*numero* significat *cito*." Plaut. Men. v. 287: Menaechme, *numero* huc advenis ad prandium. Cas. III, 5, 25: Nimium saevis. ST. *Numero* dicis, quod Weisius recte sic explicat: „nimium cito dicis me nimium saevire, nam nondum satis saevii et vehementius etiam saeviturus sum." Amph. v. 180. Mil. V, 7: Perii. PE. Haut etiam: *numero* hoc dicis, ubi Ladew. docet post *haut etiam* mente addendum esse *peristi*. Merc. IV, 3, 37: *numero* purigas, ad q. l. Salmasius: „Qui nimis cito se purgare conantur, eo ipso se videntur accusare." Caecil. Stat. fr. Aethrionis 2: *Numero* venit. (Festus p. 170 M. „Panurgus Antonius haec ait: *numero* nimium cito, celeriter nimium — — celeriter.") Plaut. Pseud. III, 2, 107: opere — maxumo. Most. II, 1, 73 sq.: maxumo Opere. Most. v. 752: Tunc te hoc orare iussit *opere maxumo*. Most. II, 2, 92: cur *tanto opere* extimueras? Terent. Eun. III, 3, 26: Thais *maxumo* Te orabat *opere*, ut cras redires. Plaut. Merc. V, 4, 3: *Optuma opportunitate* ambo atvenistis. Plaut. Amph. II, 2, 27: Certe enim me illi expectatum *optato* venturum scio. Terent. Andr. III, 3, 2: *optato* advenis. Naev. bell. Pun. lib. I, fr. 2: sacra in mensa Penatium *ordine* ponuntur. Plaut. Pseud. 1312: *ordine* [ego] scio. Men. IV, 3, 5: uxor rescivit rem omnem, ut factumst, *ordine*. Most. III, 1, 25. Pers. I, 3, 11: Ut *ordine* omnem rem tenet. *Ordine* legitur etiam Pseud. II, 3, 10 et II, 4, 71. — Naev. bell. Pun. l. I, fr. 14: *quo pacto*. Lycurg. fr. 11: dic *quo pacto* eum potiti sitis. Cato R. R. c. 1: Vicini *quo pacto* niteant. Eun. Achillis fr. 8: Neque sanguis *ullo* potis est *pacto* profluens consistere. Plaut. Pseud. I, 3, 7: *Quo*nam *pacto* animum vincere possim? I, 1, 81: *Istocine pacto* me adiuvas? Pseud. v. 94: Profecto *nullo pacto* possum vivere, Si cett. I, 1, 108: Scis — *Quo pacto* et quantas soleam turbellas dare. I, 3, 38 et v. 1239: alio pacto. I, 4, 15: quo pacto. Pseud. v. 567: *Quo* id sim facturus *pacto*, nil etiam scio. II, 4, 65: quo — pacto.

III, 2, 9 *istoc pacto*. Merc. v. 182: Quo pacto? III, 4, 3
eo si *pacto* posset indagarier. II, 1, 39: eodem pacto. Caeci
Stat. Synephebi fr. 1, v. 206 *quo pacto*. Marcii vatis carme
alterum ap. Macrob. sat. I, 17 (Egger. p. 111): Decemviri *grae*
ritu hostiis sacra faciant. Plaut. Men. II, 3, 44 *canterino rit*
Caecil. Stat. fr. 7 Hymnidis: Sine suam senectutem ducat usqu
ad senium *sorbilo*, h. e. cum ploratu, infeliciter. Plaut. Mer
v. 135: At tibi *sortito* id optigit. Ennii fr. Athamantis v. 151
alterna vice. Ennii annal. inc. sedis fr. 47 *vulgo*. Pertine
huc etiam ablativi quidam pronominum modum significante
Interrogativum *qui* est in his locis. Naev. Ludus fr. 1. Plau
Men. II, 2, 62: miror, *qui* ille noverit nomen meum. Epid. I
2, 24: *Qui* tu scis? v. 50 *qui?* v. 65 et 87 *qui* scis? v. 116
Qui dum? III, 1, 12: *qui* tibi lubet mihi male loqui? Rud. I
2, 63 *Qui?* Trin. I, 2, 129 Quidum? Idem legitur Mil. II, 3
54; Men. v. 161; Most. II, 2, 20; Most. v. 733; Bacch. v. 461
Men. v. 639: *Qui* tu misera's? II, 3, 45. V, 2, 36: *Qui* istuc
mi pater, cavere possum? 9, 61: *Qui* id potest? Most. I, 1
55: *Qui* scis. II, 1, 28: *qui* potest? III, 1, 111: *Qui* scire pos
sum? Rud. IV, 4, 27: Si in mari rete ego prehendi, *qui* tutu
potiust quam meum? Stich. I, 2, 4: *Qui* minus meministis quo
opust facto facere in aedibus? Bacch. III, 6, 34 *Qui?* Pseud
I, 3, 102 et 104 et v. 843 et v. 1123 *Qui* dum? Pseud. II
2, 77: Quaeso *qui* possum doce Bonum animum habere —? Pseud
v. 930: *Qui* potest? Most. v. 740 *Qui?* V, 1, 59: *Qui* tandem
Pers. II, 2, 46 *Qui?* 4, 23: At *qui* id fiat? Pers. v. 716: *q*
ego nunc scio. Merc. v. 182: *Qui* potuit videre? v. 184: *Q*
malum ego nugor? II, 1, 34: nescio *qui*. Merc. v. 363: Ne
qui rebus meis confidam, mi ulla spes in corde certast. v. 374
nescio *qui* animus mihi dolet. II, 3, 61: *Qui* vero? Merc. I
3, 114: *qui* scio —? II, 4, 12: *quei* sceis. Merc. v. 511 *Qui*
item III, 4, 27. III, 4, 42. v. 813. 902. Caecil. Stat. Harpa
zomene fr. 5: *qui* homo ineptitudinis cumulatus, cultum oblitu's —
Plocium fr. 2, v. 159: *Qui* tandem? Terent. Andr. IV, 4, 52
Qui sciam? V, 4, 31: *Qui* credis? v. 51 *Qui?* Eun. I, 2, 41
qui istuc? Eun. II, 2, 42: *qui* dum? II, 3, 15: *qui* quaeso
IV, 3, 15: *qui* istuc facere eunuchus potuerit? IV, 6, 7: *q*
quaeso istuc? IV, 7, 10: *Qui* malum alii? 7, 20: *qui* scis
Adelph. II, 1, 25: *Qui* tibi magis licet meam habere. 2, 7: *Q*
potui melius. Andr. I, 1, 26: nam antea *Qui* scire posses a

ingenium noscere. v. 123: *Qui* cedo? Andr. III, 2, 21: Nam *qui* tibi istaec incidit suspicio? v. 22 qui? Eun. prol. v. 36: *Qui* magis licet currentem servom scribere. Andr. II, 1, 2: *Qui* scis? Andr. III, 3, 33: *Qui* scis ergo istuc, nisi periclum feceris? v. 43: *Qui* scis eos nunc discordare inter se? Deinde pronomen relativum *qui*. Plaut. Men. IV, 2, 72: non mihi censebas esse, *qui* te ulciscerer. Trin. III, 2, 62 *qui* = ut aliqua ratione. Caecil. Stat. Obolostates fr. 5, v. 127: vix habeam, satis te *qui* laudem. Terent. Eun. III, 2, 35: Qui haberet *qui* pararet alium, ubi Donatns recte dicit alterum *qui* adverbii (sive potius ablativi modi) vice fungi. Andr. II, 1, 7: Quanto satiust te id dare operam *qui* istum amorem ex animo amoveas. Andr. II, 1, 34 sq.: Facite, fingite, invenite, efficite *qui* detur tibi: Ego id agam, mihi *qui* me detur. Heaut. III, 1, 83: Dum id quaero, tibi *qui* filium restituerem. Nonnullis eorum locorum, quos modo attuli, vides pro *qui* poni potuisse etiam coniunctionem *ut*, vid. Haasium ad Reisig. adnot. 490. Heaut. III, 2, 27 Fleckeisenus scribit: Quippe *qui* Magnarum saepe id remedium aegritudinumst. (insofern). Deinde pronomen indefinitum *qui*. Plaut. Trin. III, 2, 11: An id est sapere ut *qui* beneficium a benevolente repudies?, ad q. l. Lindem.: „Ut qui, ἵνα πως, ὅπως τρόπον τινα. Nunquam in hac formula *qui* nominativus est, praeterquam quum *ut qui* fere idem est quod *tanquam qui*, *quippe qui*. v. c. ut qui se neget daturum.“ Capt. III, 4, 21: Et eum mihi esse morbum, ut *qui* me opus sit insputarier? Asin. III, 1, 2: An ita tu's animata, ut *qui* expers matris inperiis[45]) sies, ubi male Lambinus *ut quae* exponit. Bacch. II, 3, 49: Adeon me fuisse fungum ut *qui* illi crederem. Lindm. ad Trin. l. c. addit: „*Qui* in hac locutione est ablativus pronominis indefiniti, *aliquo modo*. Vulgo ad pleonasmos revocant.“ Aul. prol. v. 16: Coepi observare, *ecqui* maiorem filius Mi honorem haberet. Rud. IV, 1, 5: *Nequi* significem quidpiam mulierculis. Rud. v. 218: *Numqui* minus nunc servio, quam si forem serva nata? III, 4, 31: *Numqui* minus hasce esse oportet liberas? Pseud. v. 219 *Numqui*. Denique *aliqui*. Plaut. Aul. prol. v. 24: aut *aliqui* semper supplicat. Merc. II, 4, 25 et 26: *aliqui* fiet.

39. *Ablativus modi accessoria significatione positus*, quo describuntur res, quae statum quasi comitantur. Ennii annal.

---

[45]) Sic recte Bothius. Vulgo vitiose *imperii*.

l. VIII, fr. 7: *summo sonitu* quatit ungula terram. Me exulis fr. 14: Utinam ne umquam Mede Colchis *cupido* pedem extulisses! Ennii epigramm. 1, v. 3: Nemo me lacr decoret nec funera *fletu* Faxit. Plaut. Cas. V, 4, 5: unde *natu hoc* advenis? Bacch. I, 2, 2: Inspectans quas tu res *ornatu* geras. Merc. v. 59: *Summo* haec *clamore*. Amph. I 162: At *cruciatu*[46]) iam, nisi adparet, *tuo*. Caecil. Stat. inc. fr. 13, v. 256: *Venerio cursu* veni. Terent. Hecyr. prol. 1: Orator ad vos venio *ornatu* prologi. Vide de hoc genere lativi Reisigium p. 714. Additur etiam praepositio *cum*. N bell. Pun. l. III, fr. 4: *cum stupro* redire ad suos popul Ennii *Προτρεπτικὸς* fr. 2: Quae *tanto cum studio* servit. A l. I, fr. 57, v. 80: Curantes *magna cum cura*. Plaut. Pe 3, 2: *magna cum cura* colo. II, 2, 16: face rem hanc *cum* geras. Men. V, 4, 7: *Magna cum cura* ego illum curari vol 9: Ita illum *cum cura magna* curabo tibi. Terent. Eun. v. 44: *cum silentio* animum attendite. Eun. I, 1, 18: s operam ut *cum ratione* insanias.

40. Ad ablativum modalem referendi etiam sunt abl *absoluti*, qui dicuntur, significatione causali et conditi positi. Cato R. R. c. 5: insciente domino. C. 4: si quid (*salute*) usus venerit, benigne defendent. Gesnerus illud *bon lute* sic explicat: „quod omen deus avertat.“ Plaut. As 3, 14: Semper tibi promissum habeto *hac lege*, dum superes Mil. II, 6, 76: Si ego *me sciente* paterer vicino meo Eam aput me tam insignite iniuriam. Pers. IV, 4, 31: Atqui au *emptore* vendes pulcre aut *alio* non potest. Terent. Phorm 3, 31: abs te hoc *bona venia* peto. Hec. V, 1, 11: Nam aetate ea sum, ut non siet *peccato* mi ignosci aequom, ubi R kenius *peccato* ablativum absolutum esse dicit, quam *peccato* etiam dativus esse possit, ita ut *ignosci* cum d dativo coniunctum sit.

41. *Ablativi qualitatis tales, qui ad interiorem quasi st subiecti alicuius formandum et constituendum, itaque ad v eius indolem et naturam pertinent.* Hi ablativi ita differun iis, quos in proximis tractavimus, ut illi non tam arte subiecto sint coniuncti, sed magis ab eo quodam modo rati, artissime autem cum praedicato coniuncti, hi auten

---

[46]) Sic bene emendavit Fleckeisenus. Vulgo *cum cruciatu*, ἀμ

tissime cum ipso subiecto enunciationis eiusque vera indole et natura cohaereant. a. *Ablativus principii.* Huc pertinet ablativus, qui dicitur *originis*, qui exprimit genitorem vel materiem gignentem et procreantem, qui iungitur cum verbis *nascendi*, *gignendi*, *oriendi*, quo pertinent etiam *esse*, *facere*, *fieri*, aut non addita praepositione aut additis praepositionibus *ex*, *de*, *ab*. Naev. Lycurg. fr. 21: *Dryante* regem *prognatum patre*. Ennii Thyestis fr. 6: Tantalo prognatus, Pelope natus. Ennii annal. inc. sedis fragm. 140: *Saturno* sancte *create*. Erechthei fr. 2: *Erebo creata* fuscis crinibus Nox. Ennii annal. l. VIII, fr. 24: Poenos *Didone oriundos*. Ennii annal. l. I, fr. 72, v. 117: o sanguen *dis oriundum*. Ennii annal. l. I, v. 53: Te *sale nata* precor Venus. Ennii annal. l. I, fr. 29: *Assaraco natus* Capis optimus. Plaut. Amph. III, 1, 18 sq.: et quod gravidast *viro* Et *me* quod gravidast. Epid. V, 1, 35: istic frater *alia matre*, *uno patre*. Poen. V, 4, 31: Non *eo* sumus *prognatae genere*. Aul. II, 2, 35: Dic mi, *quali* me abitrare *genere prognatum*? EU. *bono*. Pseud. I, 3, 122: istoc genere gnatus. Pseud. v. 590: *Quo* sim *genere gnatus*. Men. II, 3, 56: Moscho prognatum patre. V, 9, 19: Me esse dico, *Moscho prognatum patre*. v. 20 sq.: Tun *meo patre's prognatus*? MEN. I. Immo equidem, adulescens, *meo*. Men. V, 9, 44: *una matre natos* et *patre uno*. Most. V, 2, 20: summis gnati generibus. Pers. v. 252: Ope gnato. Pers. v. 594: *Quo genere* aut qua in patria *nata sit* aut *quibus parentibus*, ubi etiam *quo genere* non solum ad *sit* est referendum (tum esset abl. habitus) sed ad *nata sit*. IV, 4, 93: Haec erit *bono genere nata*. Merc. V, 4, 8: Qui *bono* sunt *genere nati*. Terent. Phorm. I, 2, 65: illam civem esse Atticam bonam *bonis prognatam*.

Ennii annal. l. II, fr. 4 ap. Fest. p. 161 M.: Si quid *me fuerit* humanitus ut teneatis, ad q. l. Dacerius: „Sententia: si mors mihi contigit, nam cum mortem designabant, humanum usurpare solebant veteres, si quid humani mihi accidat, si quid humanitus accidat.“ Male autem Dacerius istud *me* pro accusativo accipit. Plaut. Bacch. II, 3, 100: Nescit quid *faciat euro*. Capt. V, 1, 30: volo Erogitare, *meo minore* quid *sit factum filio*. Trin. I, 2, 120: Siquid *eo fuerit*, ad q. l. Lindem.: „si quid ei acciderit. *Esse* enim, ut *facere*, *fieri*, ablativo iungitur rem notans, quae in aliquo accidit, ubi nos dicimus: mit jemanden anfangen. *Quid me fiet*? was soll aus mir werden? *Quid te faciam*? was soll ich mit dir anfangen? *Si quid me*

erit, wenn etwas mit mir vorgeht." Mil. II, 3, 28: Quid *fua me* nescio, ad q. l. Lindemannus: „*Esse* cum ablativo in ha structura eadem significatione, qua *facere*, *fieri* cum ablativ iungitur. *Erit me* igitur fere idem est quod *fiet me*; es geh mit mir vor, geschieht mit mir." Epid. I, 2, 48: Quid *illa fi fidicina* igitur? Trin. II, 4, 193: In ambiguo etiam nunc es quid *ea re fuat*, ad q. l. Lindemannus: „*Esse*, ut *fieri*, *facer* et soli ablativo et praepositioni *de* coniungitur, quum de rebu fortuitis sermo est; was daraus werden soll." Men. II, 1, 41 Quid *eo* vis? Most. I, 3, 74: Quid *illis futurumst ceteris*. III, 1 106: Quid *eost argento factum*? V, 2, 44: quid *me fiet* nunc iam Merc. I, 2, 20: *foribus facere hisce* assulas. II, 3, 82: Set qui *illa* nunc *fiet*? Mil. IV, 1, 26: Quid *illa faciemus concubina* qua domist? Pseud. I, 1, 86: Set quid *ea drachuma facere* vis? III 1, 13: Nunc nescio hercle *rebus* quid *faciam meis*. Cas. V, 4 6: Quid *fecisti scipione*? v. 9: quin responde, *tuo* quid *factum pallio*. Truc. IV, 3, 25: Quid *eo fecisti puero*? Poen. V 2, 125: Quin mea quoque iste habebit, si quid *me fua* ubi Taubm.: „i. e. si obiero mortem." Aul. IV, 10, 46 tum *me faciat* quod volt magnus Iuppiter, ubi vel propte similitudinem reliquorum exemplorum *me* pro ablativo, no pro accusativo habendum est. Caecil. Stat. Plocium fr. 13 Quid *hoc futurum obsoniost* —? Terent. Andr. IV, 2, 26: Qui *me fiet*? III, 5, 8: Nec quid *me* nunc *faciam* scio. Heaut. III 1, 53: Quid *te futurum* censes? II, 3, 76: Quid *illo facias*?

Abl. originis cum praep. ex coniunctus. Huc pertinent i loci, quibus *ex* aut cum materiae nominibus iunctum indica aliquid ea materia compositum esse (Kampm. n. 5), aut d toto aliquid depromi significat et cum partitivis notionibu iunctum partitivam vim suscipit (Kampm. n. 6), aut originen et causam indicat, qua quid efficitur et procreatur (Kampm n. 7), aut adhibetur ad indicandam mutationem quandam, it ut res conditionem sive naturam sive formam quam habet re linquat aut amittat et aliam induat, quod fit apud verba *esse facere*, *fieri*, *reddere* (Kampm. n. 9). Cato R. R. c. 14: caetero parietes *ex latere* — indito. Caetera lex uti villa *ex calce ce mentis*, pro quo Schneiderus scribere mavult: Caetera lex villa ex calce cementis, int. structae totius. Ib.: pilas *ex lapide angulari*, h. e. factas, compositas. C. 15, § 1: Macerias *ex calce, cementis*, *silice*, uti dominus omnia ad opus praebet. C. 3: Si

cito sustuleris et vasa parata erunt, damni nihil *erit ex tempestate*, ubi *esse* habet significationem verbi oriendi. Praef. §. 4: At *ex agricolis* et viri fortissimi et milites strenuissimi gignuntur. C. 3. §. 4: *ex quavis olea* oleum viridius et bonum fieri potest. C. 5: Scabiem pecori — caveto. id *ex fame* et si impluit, fieri solet. C. 157: ubi sufflatae sunt *ex cibo*. Ib.: ubi *ex multo cibo* alvus non it. Ennii annal. l. I, fr. 29: Assaraco natus Capis optimus isque pium *ex se* Anchisen *generat*. Ennii trag. inc. fragm. 20: *e spe* quidem id successit tibi. Epicharmus fr. 7. p. 168 Vahlen.: qui ventus est et nubes: imber postea Atque *ex imbre* frigus: ventus post fit. Plaut. Stich. v. 291: donaque *ex auro*. Rud. V, 2, 13: Nam hoc quidem pol *e robigine*, non est *e ferro* factum. Bacch. IV, 4, 1: Huic statuam statui decet *ex auro*. Merc. I, 2, 28: Resinam *ex melle* Aegyptiam vorato, h. e. resinam cum melle, *μετὰ μέλιτος*, v. intpp. Aul. II, 2, 29: Neque illo quisquamst alter hodie *ex paupertate* parcior, h. e. e numero pauperum. Stich. v. 12: qui unus unice *Civibus ex omnibus* probus Perhibetur. I, 2, 63: *Ex malis multis* malum quod minumumst. II, 2, 19: Verum *ex multis* nequiorem nullum quam hic est (conveni). Most. I, 1, 29: iuventute ex omni Attica. Pseud. I, 3, 156: Pauci *ex multis* sunt amici, homini certi qui sient. v. 158: Atque exquaere *ex illis multis* unum qui certus siet. Men. v. 370: Quia pol te unum *ex omnibus* Venus me voluit magnificare. Most. I, 4, 24: Illi ego *ex omnibus* optume volo. Most. v. 880: Solus — *ex plurumis*. Stich. I, 3, 88: Nunc Miccotrogus nomine e vero vocor. Stich. I, 3, 114: Satin ut facete aeque atque *ex pictura* astitit?, h. e. quasi ex pictura ortus, quasi pictus sit. Most. II, 1, 71: Neque quicquam nobis pariant *ex se* incommodi. Pers. IV, 4, 100: Divitias tu *ex istac* facies. Merc. II, 2, 53: Hic homo *ex amore* insanit. II, 3, 106: Sanus non est *ex amore* illius. II, 3, 110: Numquam edepol fuit neque fiet ille senex insanior *Ex amore*. III, 1, 19: *ex forma* nomen inditumst. Epid. II, 1, 4: qua *ex* tibi commemores Hanc — filiam prognatam. Pseud. I, 5, 77: Quia nolebam *ex me* morem progigni malum. II, 2, 60: *ex hoc* nomen mihist. Cist. III, v. 21: Tranquillum facere *ex irato*. Poen. V, 3, 45: Restitue certas mi *ex incertis* nunc opes. Astrabae fragm. p. 476, v. 3: Axitiosae annonam caram *e vili* concinnant viris. Truc. II, 2, 64: Vidi equidem *ex iumentis* domita *fieri* atque alias bestias, de quo versu vide Kampm. p. 19. Mil. IV, 2,

27: *fecisti* modo mi *ex proclivo* planum Capt. II, 2, 55: (For tuna) Me qui liber fueram servom fecit, e *summo* infumum Pseud. III, 2, 82: *Fecisse* russus *ex sene* adulescentulum. IV, 2 10: Set eccum qui *ex incerto faciet* mihi quod quaero certius. I 3, 90: Immo vin etiam te faciam *ex laeto* laetantem magis? Amph prol. v. 54: faciam ego *ex tragoedia* Comoedia ut sit omnibu isdem versibus. I, 1, 149: Quinctus *fiam e Sosia.* Pseud. v. 1237 Certumst mi hunc emortualem *facere ex natali die.* Pseud. I, 2, 59 meque ut praedicet *Lenone ex Ballione* regem Iasionem. Most. I, 1 80: erilem filium Video corruptum ita *ex adulescente optumo.* IV, 1 8: Augent *ex pauxillo*, quod Kampm. de EX praep. usu Plaut p. 18 explicat: „i. e. e parvo magnum faciunt." Merc. V, 2 15: Eundem *ex confidente* actutum diffidentem (int. facis). Terent Hec. V, 1, 30: si esset alia *ex hoc quaestu*, h. e. huiu quaestus, v. Ruhnk. Phorm. I, 3, 15: Conicito cetera, Qui ego *ex hac inopia* nunc capiam, et quid tu *ex istac copia.* Eur II, 1, 19: adeon homines inmutarier *Ex amore.* Heaut. V, 4 7: ut tu *ex me* atque *hoc* natus es. Adelph. I, 1, 15: Atque *e me* hic natus non est, sed *fratre ex meo.* Andr. I, 1, 10: Fe *ex servo* ut esses libertus mihi, h. e. quum ante servus esse ut expl. Ruhnk. Adelph. V, 9, 31: Id non *fieri ex vera vita* nequ adeo *x aequo et bono*, Sed *ex adsentando, indulgendo* et *largiend*

Abl. originis cum praepositione de coniunctus. Cato R. R c. 1: De omnibus agris optimoque loco si emeris iugera ag centum, vinea est prima. C. 17: semen *de cupresso*, *de pino.* C 108: Vini sextarium *de eo vino*, quod voles experiri. C. 157: E primum scito, *de omnibus brassicis* nulla est illiusmodi medica mentosior. C. 5: sicilimenta (Grummet) *de prato.* Plaut. Aul. pro v. 28: *de summo* adulescens *loco.* Rud. IV, 5, 7: Et eam *de ge nere summo* adulescenti dabo. Alia exempla vide ap. Kampm de DE praep. usu Plaut. n. 6.

Abl. originis cum praepositione ab coniunctus. Cato R. R c. 51: *Ab arbore* abs terra pulli qui nascentur. Plaut. Cist. IV 1, 6: haec cistella numnam hinc *ab nobis* domost? Curc. III, 82: Credo hercle te *esse ab illo*, h. e. parasitum illius esse Pseud. II, 2, 22: *Es*ne tu an non *es ab illo milite* e Macedonia Pseud. v. 690: Qui *a lenone* me *esse* dixi. v. 1162 sq.: qua [si] *a Macedonio Milite esset.* Fortasse huc pertinet etiam Epi II, 2, 22: A *legione omnes* remissi sunt, si hoc idem est atque omnes, qui ad legionem pertinent. Spectat huc pars eorum

exemplorum, quae allata sunt a Kampmanno de praep. AB nr. 7. Terent. Andr. III, 1, 3: *ab Andria*st ancilla haec. Andr. IV, 4, 15: undest? — MY. *A nobis.* v. 17: *Ab Andria*st haec, quantum intellego. Adelph. IV, 2, 2: *a villa* mercenarium Vidi, i. e. qui ad villam pertinet, ab illa quasi profectus est, sive, ut Schaefferus p. 2 explicat: „mercenarium qui venit a villa, ubi domicilium habet. Adelph. II, 1, 35: tamen tibi *a me* nullast *orta* iniuria.

42. b. *Ablativus habitus.* Huc pertinet ablativus, qui vulgo *κατ' ἐξοχὴν* dicitur *qualitatis*, ut cum dicitur *corpore magno esse*, quod tamen leni mutatione cogitationis se convertere etiam potest in *corpore magnum esse*, ubi ablativus magis per translationem positus est et respondet ad interrogationem *ubi?* Lex Papiria tribunitia ap. Egger. p. 113: *eodemque iure sunto.* Cato R. R. c. 1: si *vino multo* siet. C. 8: Telanus atras *pediculo* (Stiel) *longo.* Ennii Euhemerus ap. Vahlen. fr. 3, p. 169: Titan qui *maior natu* erat. ib.: Titan qui *facie deterior* esset. Ennii annal. l. IX, fr. 4: Cornelius *suaviloquenti Ore* Cetegus Marcus. Annal. inc. sedis fragm. 19: Isdem campus habet textrinum *navibus longis.* Alcumaeo fr. 2, v. 45: Quae nemo est tam *firmo ingenio* et *tanta confidentia* cett. Alexandri fr. 10: quid te ita contuo *lacerato corpore.* Erechthei fr. 4: *Lapideo* sunt *corde* multi. Eumenidum fr. 2: *fuscis crinibus* Nox. Satur. l. III, fr. 4, v. 12: Sol equis iter repressit *ungulis volantibus.* Plaut. Pseud. I, 2, 5: *eo* enim *ingenio* hi sunt flagitribae. v. 16: ita vos estis neglegentes perditi *ingenio inprobo.* I, 3, 3: liquido's animo. I, 3, 88: Animo bono's. Men. prol. v. 19: Ita *forma simili* pueri. Men. v. 485: *Minore* nusquam bene fui *dispendio.* V, 9, 63: *Uno nomine* ambo eratis? Most. II, 1, 49: Potin' ut *animo* sis *quieto* —? III, 1, 49: Scio te *bona* esse *voce.* 2, 19: Atque pol nescio ut *moribus* sient Vostrae. v. 124: non vides tu hunc *voltu* uti *tristi*st senex? Pseud. II, 4, 35: Qua facie? III, 2, 63: An tu invenire postulas quemquam coquom Nisi *milvinis* aut *aquilinis ungulis?* Pseud. v. 1132: *alio* sunt illi *ingenio* atque tu. v. 1217: *qua facie* fuit —? v. 1218 sqq.: *crassis suris* — *Magno capite, acutis oculis, ore rubicundo*, ad modum *Magnis pedibus.* Bacch. IV, 10, 4: *fui* ego *illa aetate.* Capt. III, 4, 58: Neque praeter te in Alide ullus servos *istoc nomine*st. IV, 2, 9: *Conlecto* quidemst *pallio:* quidnam acturust? Poen. V, 4, 12: quom, *ingeniis quibus* sumus atque aliae, cognosco. Aul. II, 2, 36: Quid *fide?* EU. *bona.* ME. quid *fa-*

ctis? EU. Neque *malis* neque *improbis.* Merc. I, 2, 97: *forma eximia* mulierem. Most. I, 3, 49: mulierem lepidam et *pudico ingenio.* Most. III, 2, 127: te esse *humano ingenio* existumo. Most. v. 819: *Quanta firmitate* facti et *quanta crassitudine.* V, 2, 27: qui sunt *capite candido.* Pers. I, 3, 50: Quia *forma lepida* et *liberalist.* III, 1, 22: Quom parva *natu* recte praecipio patri. IV, 3, 53: *Forma expetunda* liberalem mulierem. Pers. v. 547: Sat edepol *concinnast facie,* ubi dubium est, utrum *concinna* nominativus an ablativus sit. IV, 4, 99: *summo genere* esse arbitror. IV, 6, 17: Eadem statura. De loco Pers. v. 594: *Quo genere* aut qua in patria nata sit aut quibus parentibus, vide supra, ubi *quo genere* videtur non solum ad *sit* pertinere, ut sit abl. qualitatis, sed ad *nata sit,* ut sit abl. originis. Merc. v. 9: Ibi amare occepi *forma eximia* mulierem. II, 2, 34: Tun *capite cano* amas, homo nequissume? II, 3, 78: Ancillam viraginem — non malam, *forma mala.* III, 1, 22: *una aetate* quae sit. III 1, 33: Bono animo's? III, 3, 13: anima foetida. v. 595: tam etsi *podagrosis pedibus* esset Eutychus. III, 4, 50: qua prosapia. III, 4, 53: *Qua forma* esse aiebant? III, 4, 55: Subnigris oculis, oblongis malis. III, 4, 58: ille *oblongis malis* mihi dedit magnum malum. V, 2, 49: Potin' ut *animo* sis *tranquillo?* V, 4, 8 si sunt *ingenio malo.* V, 4, 11: istac aetate. Merc. II, 1, 36 aspicio *forma eximia* mulierem. Caecil. Stat. Plocium fr. 1, v 153: Quis vostrarum fuit *integra aetatula.* fr. 2, v. 161: ex templo savium Dat *ieiuna anima.* Epicleros fr. 1, v. 30: Itane Antipho invenitur *profluia fide.* v. 31: intanest *madida memoria* Hypobolimaeus fr. 5, v. 79: Nam hi sunt inimici pessumi *fronte hilaro, corde tristi.* Terent. Heaut. V, 5, 17: Rufamne illam virginem Caesiam, *sparso ore, adunco naso?* Eun. II, 1, 24: ducit secum una virginem dono huic, papae, *Facie honesta.* Andr I, 1, 91 sqq.. forte unam aspicio adulescentulam *Forma* — SO. *Bona* fortasse. SI. Et *voltu,* Sosia, Adeo *modesto,* adeo *venusto,* ut nil supra. v. 95: et qua erat *forma* praeter ceteras *Honesta* et *liberali,* accedo ad pedisequas. Adelph. III, 3, 88: civium — *antiqua virtute* ac *fide.* Andr. I, 1, 42 sqq.: mulier quaedam — *egregia forma* atque *aetate integra.* Eun. I, 2, 52: Is ubi esse hanc *forma* videt *honesta* virginem. Phorm. V, 8, 64: *Animo virili praesentique* ut sis para. Eun. I, 2, 4: *Bono animo* es. Eun. II, 2, 29 ubi — videt me esse *tanto honore.*

C. Accusativus.

In diversis accusativi generibus exponendis iterum sequar Iacobsium. Iam supra, cum de ablativo agebamus, tres quasi formas cogitari posse docuimus, in quibus verbum in enunciatione positum esse spectari potest. Iam prima forma si posita cogitatur, vidimus ea quae ad praedicatum accuratius constituendum adduntur nomina, poni in ablativo. Si in altera forma positum esse verbum cogitatur, ut actionem et efficacitatem quasi subiecti exprimat, ea nomina, quae ad praedicatum accuratius constituendum et complendum quasi demum adduntur, ponuntur in *accusativo*. Subiectum res, quae ad complendam sententiam enunciationis adduntur, sibi subiicit quasi plane, ita ut totae ex illo pendeant eiusque actione et efficacitate et actio obiectum suum quasi prorsus amplectatur. Sed duplex ratio potest intercedere inter actionem et obiectum, ita ut actio sit aut *receptiva* aut *productiva*. Receptiva actio est talis, cuius obiecta extra limites quasi et fines actionis posita sunt, ita ut illa initio vim exercere in ea non potuerit et postea demum ea complectatur. Contra productiva actio est talis, quae ea, quae ab initio non extra ipsam posita erant, producit demum. Obiecta eius ante ipsam plane non extabant, sed originem suam et fontem quasi ex ipsa subiecti actione repetunt, ex ea prodeunt et simul cum ea nascuntur. Porro cum substantiva generis neutrius plerumque rem, masculina et feminina magis personam significent hominesque adsuevissent notionem rei et obiecti actionis productivae cogitatione coniungere et quasi conflare, factum est, ut in substantivis neutris ea casus forma, quae proprie erat forma obiecti actionis productivae, stabilitatem quandam nancisceretur et etiam alii casus, nominativus et vocativus ea exprimerentur. Multi infinitivi vel absolute positi vel coniuncti cum praedicatis generis masculini in accusativo positis (ut *contentum esse, doctum videri*) usurpabantur ut substantiva generis neutrius, quae causa etiam est constructionis *accusativi cum infinitivo*, sive subiectum est enunciationis sive obiectum, qui semper cogitatur tale, quod effectum et quasi productum sit activa et efficaci cogitatione eius qui loquitur vel alius cuiusdam subiecti, quo factum est, ut in hac constructione retineretur accusativus. Substantiva personas significantia forma diversa sunt, si subiectum et si obiectum significant, nominativi ergo forma alia est atque ac-

cusativi. Subiectum ab eo, qui loquitur, plane simili modo natum esse cogitari potest, atque obiectum in accusativo positum ex actione subiecti quasi prodiit, siquidem cogitatio eius, qui loquitur, ipsa est actio, quae id, quod subiectum enunciationis futurum est, in se recipit vel ex se demum procreat. Eadem igitur plane ratio intercedit inter obiectum et subiectum, quae inter subiectum et eum qui loquitur. Accusativus sic spectatus ratione nominativi habita eundem locum obtinet quem nominativus ratione eius, qui loquitur, habita, quapropter accusativus ratione nominativi habita vocari potest *casus rectus* quemadmodum est nominativus ipse ratione eius, qui loquitur habita. Eius autem, qui loquitur, ratione habita accusativum apparet manere *casum obliquum*. Quodsi ad accusativum obiecti accedit notio praedicativa, ponitur haec in singulari verbi forma, infinitivo, quapropter etiam recte dicit Haasius ad Reisigium adnot. 601 b, eandem intercedere rationem inter accusativum et nominativum, quam inter infinitivum et indicativum.

Usque adhuc actio ipsa eiusque natura universe spectata est. Iam spectemus eam, quatenus *se explicet*, quod ultra temporis momentum progreditur, ita ut sensim fieri et nasci eam videamus, qua in re *initium explicationis* distinguendum est ab eo, qui excipit initium, *ulteriore progressu* eius. Primo illo temporis momento, quo actio nascitur et ex voluntate subiecti quasi prodit, adhuc incertum est, quomodo se illa amplius sit explicatura, cum diversis modis hoc fieri possit. Opus est igitur hoc ipsum accuratius constitui iam inde ab ipso initio actionis, quod fit, si obiectum offertur, quod actionem quasi in se dirigit eamque hoc modo constituit. Hic dici potest *accusativus directionis*. Sed haec ipsa directio iterum duplici modo potest cogitari. Aut enim ab initio potest constitui, ita ut subiectum obiectum suum quasi ut punctum sive propius sive longius remotum consideret, ad quod tendat actio, quod si fit accusativus respondet ad interrogationes *quo?, quorsum?*, similes; aut res, quae directionem constituit, subiecto item specie extensionis se ostendere potest sive viae, cum qua via, qua actio itura est, comparetur et secundum quam dirigatur, quod ubi fit, accusativus respondet ad interrogationes *per quem locum?, secundum quem locum?, ultra quem locum?, praeter quem locum*? (woran vorbei?) aliasque huius generis. Plerumque igitur hic est accusativus loci, qui tamen etiam in ideales,

quae dicuntur, significationes se convertere potest. Situs lineae, si punctum eius extremum datum est, primum eo constitui potest, ut aliud punctum fixum detur, ad quod versus vel ultra quod linea dirigatur, deinde vero etiam eo, ut alia linea fixa detur, cum qua directionem vel eandem vel diversam sit habitura, vel etiam ut planities detur, quam linea sit secatura cett. Facile apparet prorsus similiter rem se habere in ambabus formis accusativi directionis. Sed magna varietate, quae in hoc genere cogitari potest, efficitur, ut praepositionibus opus sit quibus accuratius constituatur, quod genus directionis ubique cogitandum sit. Quo fit, ut accusativus directionis semper coniungatur cum praepositionibus, quae in priore solum genere, ubi directio dato puncto satis constituta est, nonnunquam omittuntur Addendum est, hunc accusativum directionis, sive cum praepositione coniunctum, sive sine praepositione elatum nonnunquam etiam poni sine praedicato, quod proprie dicitur, h. e. verbo, sed artissime coniunctum cum alio substantivo, ad quod solum referendus est.

Ab initio actionis, ut supra demonstratum est, differt *ulterior* eius *progressus*, in quo genere actio obiectum suum artius quasi complectitur quam in priore genere, obiectum magis magisque actione tangitur quasi et afficitur et sensim destituitur plane ea vi, quam ipsum quoque exercebat in actionem, si erat obiectum directionis, quod proprie dicitur, ut si dicitur *Romam proficiscor, cubitum eo, in urbem eo, per agros vagor.* In altero igitur genere actio plane comprehendit sibique subiicit quasi obiectum suum eoque prorsus potitur et cogit illud ut sibi serviat, quod fit, ubi accusativus positus est qui respondet ad interrogationes *quem? quid?* vel *quam longus?, quam diu?, quantum?*, similes. Cuius accusativi varietas perexigua est, et tum propter hanc causam tum quod laxissimo tantum vinculo cum cogitatione loci coniunctus est, nunquam requirit praepositionem. Exempla sunt: *dormio totam hiemem, multum valeo, vitam iucundam vivo, patrem amo.* Maxime hic accusativus apparet in obiecto verborum, quae proprie dicuntur, transitivorum, cuius unum genus, ubi ratio spectatur, quae inter obiectum effectum et actionem efficientem intercedit, *causativi* nomine designari potest. Habemus igitur duplex accusativi genus, *accusativum regionis* (sive directionis) et alterum, quod nomine *accusativi progressionis* notare possumus.

Non raro utrumque genus accusativi poni potest, aut via, quae directionem constituit, eadem est cum via action ipsius, ubi fere nulla differentia existit significationis, ut si d citur *per totam noctem vigilare* vel *totam noctem vig.*, aut al de causis, ut si praepositio, quae directionis genus accurati designat, cum verbo ipso coniungitur, quo in genere mo item nulla est differentia significationis (ut si dicitur *ad urb advolare* vel *rostra advolare*), modo est differentia, ut inter *adi ad aliquem* et *adire aliquem*, aut unum genus accusativi m tatur in alterum, praesertim ubi pro forma verbi, quo so proprie progressus significari potest actionis, alia ponitur, u *amo patrem*, sed: *amor meus in patrem*, quod pro genitivo o iecti positum est.

Discrimen, quod antea fecimus inter receptivam et pr ductivam actionem, proprie tantum in accusativo progressior apparet, quoniam in ipso initio actionis tale discrimen v conspicitur, sed tum demum, cum actio amplius procedit. O iectum enim directionis fere est receptivum.

Diversa genera accusativi secundum diversas rationes co stituenda sunt, quibus actionem se explicare cogitari potest. H rationes duae sunt potissimum. In priore actionem ita se e plicare cogitatur, ut status, qui initio fuit, voluntate subie semper renovetur et repetatur, quo fit ut augeatur etiam crescat, mutetur ergo ratione habita quantitatis. Haec muta autem iterum duplex esse potest, aut *extensiva* aut *intensi* utra sit, pendet ex natura actionis et ea ratione, qua spec tur. Utrobique autem oculis nostris offertur species *quantita* et ita quidem, ut, si actio extensiva ratione explicetur, notior loci et temporis appareant, sin autem intensiva ratione, qua titatem interiorem, gradum spectemus. Altera ratio, qua act nem se explicare cogitari potest, ea est, qua interior quasi et natura actionis in medium proferatur. Quod ubi fit, ac aut se ipsam obiectum habere potest, ut ad se ipsam sua que interiorem naturam se convertat, eamque ita explicet, formâ substantivi vel nominis certe appareat, aut vim su ita explicat, ut ad aliud obiectum, quod sibi ipsa deligit qua se convertat, in quo vim suam exerceat, quo item vera natu actionis perspicua fit. Hoc obiectum a grammaticis dicit *passivum*, actio ipsa autem *transitiva*. Facile apparet, in l duobus generibus actionem non iam secundum quantitate

sed *qualitatem* constitui, modo hae duae voces *quantitas* et *qualitas*, quemadmodum iam in ablativo tractando fecimus, latissime patente significatione accipiantur.

Quod si primum accusativum quantitatis spectamus, eum bipartitum esse iam paulo ante vidimus, quatenus spectatur quantitas extensiva aut intensiva actionis. Illa apparet in *loco* et *tempore*, et actiones, quae huc referendae sunt, exprimunt *motum* in loco vel in tempore. Sed, ut supra vidimus, discernendum est inter accusativum initii actionis se explicantis, qui est *accusativus directionis artissima significatione*, et accusativum progressionis, quem dicere possis *accusativum extensionis* (distantiae, perpetuitatis).

Obiectum directionem significans si tanquam punctum in loco vel in tempore cogitatur, quo directio motus satis constituitur, finis quasi et terminus motûs est, ad quem perveniendum est, sed ita tamen, ut illud nequaquam extra motum, sed intra eum positum sit. Hoc maxime in nominibus locorum vel solo accusativo respondente ad interrogationes *quo? quorsum?* vel cum praepositionibus, maxime *ad* et *in* coniuncto exprimitur. Quodsi obiectum non est nisi tale, secundum cuius situm directio actionis constituatur, semper praepositiones accedunt ad accusativum, ut *per, praeter, inter*, aliae. Notandum est accusativi cum *ad* et *in* praepositionibus coniuncti contrarium esse ablativum, reliquarum autem praepositionum plurimarum contrarias item tales esse, quae cum accusativo coniungantur, ut *ante* et *post, cis* et *trans*. Nonnullae praepositiones ipsae forma sunt accusativi, ut *circum*, *secundum* et per se quidem spectatae non sunt accusativi directionis, sed extensionis. Multas alias notum est esse adverbia forma ablativi, quo efficitur, casum proprie non pendere a praepositione, sed a ratione qua is, qui loquitur, cogitat.

Alter accusativus erat progressionis, qui, ut iam supra demonstratum est, propter simplicitatem suam sine praepositione cum praedicato coniungitur. In spatio *extensionem*, in tempore *perpetuitatem* exprimit, qua in re, nisi nimis accurate rem spectare velis, nihil refert, utrum actio magis pro receptiva an pro productiva accipiatur. Receptiva est actio, si obiecta loci vel temporis ut data et quae ab initio fuerunt, subiecto ex adverso ponuntur, productiva, si nihil nisi modus harum notionum, longitudo, perpetuitas tanquam obiecta spe-

ctantur, quae cum actione demum eaque durante nascuntu et formantur, quapropter tale obiectum, utpote motu progre diente demum ortum, tum quoque manet obiectum, cum prae dicato non iam ipsa actio motus, sed qualitas subiecti ea effect (ut *longus, latus*) vel verbum id quod motu effectum est signi ficans (ut *absum, disto*, al.) exprimitur. Distantiam in talibu apparet progressione effectam esse, quoniam cum ea et pe eam nascitur, quare etiam accusativo exprimitur, cum, si ill solum ut differentia duorum locorum spectatur, ut supra v dimus, ablativus ponatur. Actio productiva et receptiva saep in locutionibus admodum inter se cognatis permutantur. S productiva est actio in talibus: *tria milia pasuum ambular triginta annos vivere*, receptiva in his: *totam hiemem dormi tertiam aetatem vivo* et maxime in locutionibus passivis ab h formatis, quae a poetis usurpantur, velut *tertia vivitur aeta* in quibus iam plus inest quam temporis perpetuitatis noti notio consumendi. Etiam coniunctionum adverbialium *du quum* forma accusativus est temporis perpetuitatis.

Deinde quod attinet ad actionem *intensiva* ratione se e plicantem, in hoc genere accusativus directionem exprimen qui respondet ad interrogationem: *usque ad quem gradum?* e acc. loci metaphorice positus. Huc pertinent *admodum* et *quo*, quae cum *ad* et *usque* coniuncta maiorem vim accipiu In altero genere obiecti, quod respondens extensioni in lo progressionem gradus, totam *quantitatem interiorem* complecte significat et exprimitur accusativo, qui respondet ad interr gationes *quantum?, quam multum?*, metaphora quidem ite esse potest, sed eam esse non necessarium est. Huc specta accusativi adverbiales *multum, quantum* multique horum simile quo referendi sunt etiam *tam, quam*, quae omnia maiorem vi habent quam ablativi similis significationis. Actio autem, qu in his cernitur, maximam partem est productiva, quae r etiam causa esse videtur, cur adverbia comparativorum sem per et superlativorum saepe formam accusativorum generi neutrius habeant, siquidem maior gradus effectus videtur action intensiva.

Alterum erat, si actio secundum *qualitatem* spectabatu Quod genus iterum bipartitum esse vidimus. Primum eni actio ita se explicare potest, ut interior quasi vis et natur eius in medium proferatur. Quod ubi fit, cogitari potest,

subiecto statim ab initio actionis rem quandam peti, quam illa se explicans sequatur et secundum quam se constituat, et ita quidem, ut haec res iam simul cum natura actionis data ipsa pars eius naturae esse videatur. Obiectum tale, quod directionem exprimere manifestum est, accusativo exprimitur, qui respondet ad interrogationes *quatenus?*, *ad quam rem pertinens?*, ut in locutionibus, quales sunt *insignis ad laudem, lenis ad severitatem*, deinde *quemadmodum*, *hunc in modum* et frequenti usu praepositionis *ad* cum gerundio coniunctae. In locutionibus similibus cum praep. *in* elatis vis metaphorica etiam magis apparet, ut si dicitur *in eam partem peccare quae est cautior*. Quo fit, ut etiam *causa*, quatenus voluntatem subiecti constituit, accusativo directionis cum *ob, propter* praepos. coniuncto exprimatur, item *modus* natura subiecti effectus et inde in actionem eius se convertens, eam constituens in locutionibus, quales sunt *per virtutem, per dementiam*.

Alterum genus accusativi, accusativus progressionis, maxime perspicuum est in iis, ubi ipsa vis et significatio verbi obiectum fit, quod dici potest obiectum proximum et simplicissimum, sic *clarissimam pugnam pugnare, mirum somnium somniare, longam viam ire*, in quibus tamen semper vocem attributivam, etiam si nihil nisi pronomen sit, accedere oportet, quoniam sine ea tautologia existeret. Quo fit, ut haec vox attributiva proprie partem primariam efficiat obiecti, unde sequitur ut locutiones, quales sunt *perfidum ridere, magnum sonare* et ea obiecta, quae maxime generali sunt significatione, ut *idem glorior*, *id studeo* (etiam illud Sallustii: *quae homines arant, navigant, aedificant*), ut interrogativum *quid?* et *quod*, quod in coniunctionem se convertit, certissime huc sint referenda. Hoc totum genus accusativorum maxime cognatum sive potius analogum est iis, quos supra commemoravimus, qui gradum actionis exprimunt. Actio in genere, quod nunc spectamus, est productiva, quoniam obiectum se explicante demum actione nascitur. Sin autem res iam ante initium actionis extabat, quae a subiecto non pendens vim in illud statum constituens exercebat, et si iam hoc subiectum obiectum illud complectitur, quo quae sit sua actio ante oculos ponat, haec actio magis receptiva est. Quod maxime fit in verbis affectuum, ubi res, qua affectus efficitur, itaque iterum, ut supra in accusativo directionis, causa obiectum est, ut *lugeo casum amici*,

etiam tum, cum haec verba sequitur enunciatio a coniunctione *quod* incipiens (cum quo non confundendum est hoc *quod* per se solum spectatum, quod, ut paulo ante commemoratum est, omnino tale apparet, quod actione demum effectum sit), cum talis enunciatio semper vice fungatur vocis, quae causam status primi significans iam antea in actione extabat. Actio receptiva, ut ex iis, quae modo diximus, patet, facile fit reproductiva, quod maxime perspicuum est in verbis qualia sunt *olere*, *sapere* (ut *olet unguenta*), ubi obiectum tale spectatur, quod ad ipsam actionem pertineat. Sic, ut iam saepius diximus, actio productiva et receptiva inter se permutantur et permiscentur.

Usque adhuc obiecta data spectavimus, h. e. talia, quae iam ante initium actionis in eius natura posita erant, et a quae complectenda subiectum cogitur quasi, quamvis ipsa actio efficiat, ut illa obiecta a se pendeant. Alterum genus est eorum, ubi non ea posita sunt, quae iam in ipsa natura actionis continentur quibusque haec natura ante oculos ponitur, sed ubi obiecto demum natura eius explicetur. In hoc genere subiectum non iam, ut antea, exiguam obiectorum eligendorum habet potestatem, sed liberrimam inter omnes res, quae extant; actionem suam convertere potest quocunque vult, inter obiecta praedicati recipere vel ex praedicato producere potest quemcunqne et quodcunque vult. Apparet in hoc genere subiectum actionem suam explicare liberrime. Ac videri possit hoc totum discrimen inter obiectum datum et tale, quod a subiecto secundum arbitrium suum eligatur, subtilius excogitatum esse quam verius, posse enim in priore genere accusativum loci qui petitur (*Romam*, *in Italiam*) vel in altero accusativum, qui respondet ad interrogationem *quatenus*? (*lenis ad severitatem*), non minus obiectum a subiecto ex arbitrio suo electum quam datum significare. Ac negari non potest posse rem ita accipi et accusativum loci, qui petitur, metaphorice ad id genus, quod nunc spectamus, posse referri. Verum enim vero non est obliviscendum, locum et tempus, utpote quae sint generales formae et conditiones cuiusvis existentiae, item eam rem quae in accusativo ponitur respondente ad interrogationem *quatenus*?, quoniam ipsa actione iam continentur, necesse esse semper voluntatem subiecti in se dirigere, ita ut huic solum intra ipsos fines illarum rerum eligendi quaedam potestas concedatur. Nihilo tamen secius est quaedam

cogitatio, in qua obiectum directionis tale apparet, quod a subiecto agente ponatur ita ut plane secundum arbitrium suum illud eligat et ita ut non necesse sit rationem habere rei, quae sive extrinsecus sive ex singulari actionis natura proficiscatur; illam cagitationem dico, quam designamus nomine *consilii, propositi*, quod non confundendum est cum causa. Sic huc spectat usus gerundii cum *ad* praepos. coniuncti, (ut *dare ad defendendum*, *propensus ad docendum*), deinde usus supini in *um* desinentis. Utrumque nequaquam idem est atque accusativus termini, sed utique ei analogum et figuratum (consilium, quod sequimur in motu, quod supino exprimitur, ita differt a termino loci, ut illud notione qualitatis, hoc quantitatis cogitetur). Obiectum directionis alterius generis in hoc genere praeter alia persona est sive res, quae notionem personae induit, quam eligens subiectum sibi viam quasi constituit, qua actio progressura sit, qua efficitur igitur, ut actio non solum fieri possit, sed etiam fiat et propositum suum consequatur. Haec enim persona, per quam aliquid fieri cogitatur, primum non pro instrumento vita carente accipi potest, utpote quod tantum in animadverso statu appareat, sed omnino nisi actione obiectum fieri non potest, qua re ablativus instrumenti in hoc genere usurpari non potest; deinde notio personae non talis est, quae iam in ipsa natura actionis subiecti contineatur et sic iam data statuenda sit, ex quibus hoc genus huc pertinere demonstratur. Coniungitur autem personae notio in hoc genere cum praepositione *per*: et sicubi rerum vocabula tali modo usurpantur, velut *per litteras*, *per insidias* cett., ea, qua modo demonstravimus, ratione ab illo, quod supra allatum est, *per ignaviam* et similibus discernenda sunt.

Reliquum est ut agatur de accusativo progressionis. Si in hoc genere obiectum naturam actionis constituens a subiecto ad arbitrium suum sibi electum ad praedicatum accedit, quum nunc summum quasi fastigium sese explicantis actionis appareat, fieri non potest, quin obiectum illud plane servire cogatur huic actioni et omnibus ex partibus ab ea quasi afficiatur. Quo fit, ut una cum cogitatione actionis liberrime et perfectissima ratione se explicantis etiam id ante oculos ponatur et in medium quasi proferatur, quod naturali quodam modo ei est contrarium, plane pendere dico ab illa et prorsus pati, et ut subiectum sit causa, cur obiectum patiatur. Si haec

vis a subiecto exercetur, in grammatica hoc verbo *transeunt* significatur, et ea verba, quae usque ad hoc fastigium potestatis quasi se explicantem actionem significant, verba *transitiva* nominantur, adeoque ipse accusativus inde pendens accusativus transitivus. Fortasse vix ullum verbum est, quod transitivum fieri posse plane negandum sit, sed hoc diversis modis fieri posse usu loquendi docemur. C. E. Chr. Schneiderus ea verba transitiva esse volebat, quae talem subiecti actionem exprimerent, quae ex eius voluntate eiusque libero arbitrio prodiret, intransitiva contra ea, in quibus actio fortuito fieret. Quae sententia non omni ex parte vera est, alioquin verba qualia sunt *ire, currere* cett. transitiva esse necesse esset, quoniam actio eundi certo non minus voluntaria est quam, ut hoc utar, verberandi. Nihilo tamen minus aliquid veri in eo inest, modo hoc, utrum actio ex voluntate prodeat an fortuito fiat, non in actione ipsa investigetur, sed potius in libera potestate eligendae rei, quam actio complectitur quaque natura eius apparet. Sed ut ad propositum nostrum revertamur, ratio quae in hoc genere inter subiectum et obiectum voluntatis subiecti electum intercedit, *effectum* significat et obiectum autem id ipsum est, quod efficitur (unde in hoc genere casus rectius *causativus* appellaretur), aut *persona vel res, in qua effectus apparet*, et utrobique quidem sic, ut haec significatio effectus prorsus intra actionem quasi decurrentem cadat. Et cum accusativi ratio et natura in hoc genere clarissime appareat, tum discrimen, quod intercedit inter actionem productivam et receptivam, in hoc genere maxime est perspicuum. Atqui actio productiva talis, in qua obiecti eligendi potestas liberrima sit, si accurate rem spectes, in iis solum generibus actionum apparere potest, quarum natura ipsum cogitare est, ita ut nihil nisi ipsa cogitatio per se spectata obiectum productivum esse possit. Cogitatum autem quiddam enunciatione exprimi necesse est et inde oritur constructio accusativi cum infinitivo, qua plenum atque integrum cogitatum profertur · tanquam obiectum verbi cogitandi. Constructionem hanc etiam tum, cum subiectum fit enunciationis, eandem naturam cogitati cuiusdam prae se ferre, iam supra dictum est. Idem usu venit in verbis affectuum, ubi, si leviter rem spectas, enunciatio eiusmodi per accusativum elata non tale obiectum exprimere videtur, quod libero arbitrio subiecti sit electum. Sed in his

ipsis verbis (qualia sunt *laetor*, *miror*) obiectum accusativo cum infinitivo expressum semper id est, quod *cogitatur*, ergo id quod actione cogitandi verbo expressa efficitur, cui contraria est enunciatio obiectiva per coniunctionem *quod* elata, qua diserte res iam extans naturamque effectus exprimens significatur. Enunciatio igitur per *quod* elata obiectum est receptivum, enunciatio autem per accusativum c. inf. prolata productivum. (Quasi praeteriens commemoro, in explicanda enunciatione finali per *ut* et *ne* elata proficiscendum esse ab obiecto directionis). — Quivis alius accusativus cum verbis transitivis coniunctus sive magis sive minus perspicue obiectum est receptivum, ut in *amo patrem*, *laudo discipulum*, *deleo urbem*; in solis verbis factitivis videntur ambae notiones quasi misceri inter se et confundi. Sed si hoc consideras, cum omnibus verbis, quorum generalis significatio est *faciendi*, obiectum rem, si minus in rerum natura, at certe in cogitatione iam extantem exprimens posse coniungi et tum modo *esse* hanc rem, nec vero eius naturam ipsam tale declarari, quod actione sit effectum, patet, etiamtum cogitationem existere obiecti receptivi, quod tamen (eodem modo, quo in simili re, quam supra commemoravimus) mutatur in reproductivum.

Reliquum est, ut dicatur de accusativis, qui dicuntur, duplicibus, qui item huc pertinent, cuius constructionis constat duo genera esse discernenda. In altero enim genere, quod nomine *obiecti personae et rei* significatur, in verbo semper haec vis inest, ut actio subiecti obiectum ad alteram actionem impellat, quod per *curo* s. *efficio*, *ut aliquis faciat* exprimi potest; sic *doceo* idem est quod *facio*, *ut aliquis discat*, *rogo* idem quod *facio ut aliquis dicat*, similiter *transduco* idem quod *facio ut aliquis transeat* (nisi forte in hoc exemplo rem pro obiecto directionis accipere velis, contra quam sententiam multa sunt quae dici possint). Accusativus rei igitur exprimit, ut ita dicam, obiectum secundi gradus atque ordinis, cum ipse sit obiectum actionis ab obiecto personae effectae, quo fit, ut hoc obiectum ne in passiva quidem constructione mutetur, siquidem cogitatur alteram ambarum actionum, dico eam, quae a subiecto primario effecta est, etiam tum manere, cum altera, actionem dico *curandi*, evanuerit et id, quod antea erat obiectum, subiectum factum sit enunciationis passivae. In altero genere accusativi duplicis notio verbi non talis est, qua actio

obiecti efficiatur, sed actio subiecti efficit sive ponit statu quasi obiecti, ita ut huic obiecto et statui eius verbo expres sive qualitati eius plane eadem ratio intercedat cum vert Quo fit, ut, sicubi enunciatio activa mutatur in passiva utrumque obiectum in nominativum mutetur, et alterum quide fiat subiectum enunciationis, alterum pars potissima praedica (eam dico, quae nomine exprimitur), siquidem passivis horu verborum, in quibus actio efficiens evanuit, nihil nisi *ess* qualicunque modo id se habet, exprimitur eorumque vis null alia est nisi copulativa. Si igitur in priore illo genere signifi catio verbi activi generali forma *curo ut aliquis faciat* exprim poterat, fortasse non ineptum erit hoc alterum genus ita defi nire, ut exprimat *facio, ut aliquid sit.*

I. Accusatvus quantitatis.

43. *Accusativus quantitatis extensivae.* a) *Accus. regionis* Si obiectum est punctum in loco vel in tempore, quod acti petit, quo ei perveniendum est, primum accusativus sin praepositionibus positus esse potest. Huc pertinent maxim nomina urbium, insularum terrarumque (*Alidem*, *Cariam*), voce *domum*, *rus*, *Acheruntem*, *pessum* cum verbis *abire*, *dare*, *premer* coniunctum, acc. pendens a *proximus*, acc. loci pendens a verbis cu praepositionibus *ad*, *in*, *circum* coniunctis, denique rarior loquen formula *exsequias ire.* Naev. bell. Pun. l. IV, fr. 1: transit *Melita* Romanus — insulam integram omnem Urit. Naev. Hector prof ciscens fr. 1 Spartam. Plaut. Curc. II, 3, 60: rogat quid venia *Cariam.* Capt. III, 4, 41: hodie hinc abiit *Alidem.* Pers. 259: Nam erus *Eretriam* me misit. II, 5, 21: Dominus me *Er triam* bovis mercatum misit. Merc. V, 2, 96: Iam *Cyprum* ven Merc. v. 7 Rhodum. I, 1, 92: *Rhodum* venimus. V, 2, 98: pe veni *Chalcidem.* Mil. IV, 4, 56: Prosum *Athenas* protinam abib tecum. Men. prol. v. 27: *Tarentum* avexit secum. Men. V, 53: Cum patre ut abii *Tarentum.* II, 1, 5: quamobrem nun *Epidamnum* venimus? 2, 32: qui ante hunc diem *Epidamnu* numquam vidi neque *veni.* Mil. IV, 1, 28: Ephesum. Teren Adelph. IV, 5, 21: *Miletum* usque. Ennii Medeae exulis fr. 15 Quo nunc me vortam? quod iter incipiam ingredi? *Domum pa ternam*ne anne ad Peliae filias? Plaut. Mil. II, 6, 54: Abi intr ad vos *domum.* Poen. III, 6, 19: *Domos* abeamus *nostras*, sultis nunc iam. Aul. IV, 8, 12: ibo ut hoc condam *domum*, ubi du-

bium videtur utrum domum ab *ibo* an a *condam* pendeat. Men. V, 5, 60: *domum* ire cupio. v. 62: ad noctem saltem, credo, intromittar *domum*. Men. V, 2, 94: hi *domum* me ad se auferent. Men. V, 1, 4: Provisam, quam mox vir meus redeat *domum*. 2, 97: fuge *domum*. Men. I, 2, 8: Portitorem *domum* duxi. II, 1, 22: quin nos hinc *domum* Redimus —? v. 31: nisi *domum* revorteris. II, 2, 68: perditum amittent *domum*. IV, 2, 71: redeo nunc demum *domum*. v. 97: quin refers pallam *domum*? v. 99. 100. V, 5, 51: Immo ibo *domum*. Merc. IV, 3, 6. v. 804: *domum* renuntio. V, 4, 19. 49. Men. V, 7, 45. Men. v. 1049. Most. I, 4, 22: Nempe *domum* eo commissatum. II, 1, 15. II, 2, 10: Triennio post Aegypto advenio *domum*. v. 54: postquam rediit a cena *domum*. III, 1, 10. v. 51. v. 56: Immo abi *domum* — abi modo *domum*. v. 58: abi modo *domum*. III, 2, 114. Most. IV, 3, 6: A foro incedo *domum*. Pers. I, 3, 67: propere abi *domum*. II, 2, 9. v. 16: ego *domum* ibo. II, 4, 1: nunc *domum* propero. II, 4, 17: At tu *domum*. 5, 5: abi *domum*. III, 3, 1: iam ego *domum* me recipiam. Pers. v. 680. IV, 6, 3. Merc. prol. v. 45 domum. II, 1, 20. v. 555. v. 559: *domum* Redeam. III, 4, 74: Eo *domum*. Caecil. Statius Aethrio fr. 2: fuge *domum*. Asotus fr. 1, v. 10: duco — *domum*. Plocium fr. 2, v. 160: Ubi *domum* adveni. fr. 17: Ibo *domum*. Terent. Eun. V, 8, 12: Visam *domum*. Plaut. Most. I, 1, 8: Abi *rus*. I, 1, 63: Tace atque abi *rus*. v. 71: nunc iam *rus* te amove. III, 3, 25: Nunc abi *rus*. V, 1, 3. Merc. II, 1, 68. III, 4, 71: *rus* abire. IV, 1, 2: *Rus* non iturum. IV, 3, 12. v. 804: *Rus* abiisse aibant. Men. prol. v. 63: *rus* ut ibat forte. Merc. IV, 1, 1 rus. Terent. Eun. II, 1, 10: Ego *rus* ibo atque ibi manebo. Hec. II, 1, 27: *Rus* habitatum abii. Plaut. Most. II, 2, 68: Nam me *Acheruntem* recipere Orcus noluit. Poen. IV, 2, 9: Quodvis genus ibi hominum videas, quasi *Acheruntem* veneris. Cas. II, 8, 12: Certumst, hunc *Acheruntem* praemittam prius. Most. II, 2, 77: Vivom me accersunt *Acheruntem* mortui. Plaut. Rud. II, 3, 64: Nunc eum cum navi scilicet *abiisse pessum* in altum. Similiter Truc. I, 1, 15: Quando *abiit* rete *pessum*. Merc. V, 2, 6: pessum dedi. Most. V, 2, 49: Quam ut non ego istum pro suis factis pessumis *pessum premam*, ubi vid. interprett. Caecil. Statius Fallacia fr. 5: qui se malit pugnitus *pessum dari*. Terent. Andr. I, 3, 3: me aut erum *pessum dabunt*. Plaut. Poen. V, 3, 1: Quis pultat? MI. Qui *te*

proxumus est. Ennii annal. inc. sedis fragm. 67: accedit muro Plaut. Pseud. I, 3, 43: Et *id* et *hoc* quod te revocamus quae animum *advorte*. Pseud. I, 2, 23 *adsistere* et Pers. I, 1, 1 *adstare* coniunctum est cum accusativo. Fortasse etiam *iniice aliquem manum* recte se habet Pers. I, 2, 18, si cum Bergki Philol. 1861 I, p. 49 retinemus lect. vulgatam et codd. fr matam: Ubi quadruplator *quempiam* iniexit manum, pro quo Aci dalio praeeunte Ritschelius scribebat *quoipiam*. Truc. IV, 2 49: Post id ego manum *te iniiciam* quadrupli. Capt. III, 4, 16 Ne tu quod istic fabuletur *auris inmittas tuas*. Most. III, 2, 157: Eho, istum, puere, *circumduce hasce aedis* et *conclavia*. Terent. Andr. III, 3, 40: Si ita istuc *animum induxti* esse utile, = apud animum constituisti. Phorm. V, 9, 37: *Exequias* Chremeti quibus est commodum *ire*, em tempus est.

44. *Accusativus cum praepositione ad coniunctus.* I. 1. *Ad* praepositio primum locum describit, quo motus quidam ita pergit, ut ubi ad fines eius pervenerit finiatur neque intro progrediatur. (Verba sunt Schaefferi de usu praep. Terent. p. 19). Haec significatio autem motus ad locum saepissime non vera, sed metaphorice accipienda est. Liv. Andronic. fr. Inonis: Derige odorisequos *ad certa cubilia* canes. Naevius bell. Pun. l II, fr. 2: Manusque susum *ad caelum* sustulit suas rex. l. III fr. 4: cum stupro redire *ad suos popularis*. Lycurg. fr. 19: *ad mortem* meant. Tarentilla fr. 12, v. 92: *ad virtutem* ut redeatis Inc. com. fr. 2: Dictator — pervehitur usque ad *oppidum*. Cat. R. R. c. 3: ubi aetas accessit *ad annos XXXVI*. C. 38: Ventu *ad praefurnium* caveto ne accedat. C. 5: *ad coenam* ne quo eat C. 7: eo lotium suillum aut stercus *ad radicem* addere oportet C. 18: arbores *ad stipitem* primum directos. Ennii frag. inc. trag 15, v. 433: *Ad eum* aditavere. Ennii Achillis fr. 8: *ad vos* ad veniens. Ennii annal l. VII, fr. 8: referunt *ad pectora* tonsa (= remos Festus p. 356 M.). Ennii annal. l. I, fr. 34, v. 50 Quamquam multa manus *ad* caeli *caerula templa* Tendebam la crumans. fr. 57, v. 88: omnes avidi spectant *ad* carceris *oras* Annal. fr. inc. sedis 60: ad caelum. Inc. sedis fragm. 92: I montes patrios et *ad incunabula nostra*. fr. 138: Massili porta bant iuvenes *ad litora* tanas. Ennii Cresphontis fr. 7: eunt *ad fontem*. Medeae exulis fr. 1, v. 281: accedisset abiegna *ad ter ram* trabes. fr. 15: quod iter incipiam ingredi? Domum pater namne anne *ad* Peliae *filias?* Telamonis fr. 3, v. 362: *ad*

um cum misi. Thyestis fr. 11, v. 404: Nolite hospites, *ad me* . Pancratiastes fr. 2: *ad genua* accidit. Euhemerus fr. 9, *ad eum* in ius veniebant. fr. 12, 70: *ad deos* abiit. Plaut. . V, 2, 23: accipito hanc [tute] *ad te* litem. Pers. IV, 5, *ad me* recipito. Pers. I, 1, 47: recipe te *ad me*. Bacch. 5, 8: Adambulabo *ad ostium*. Trin. III, 2, 93: Nisi uti sar- constringam et clupeum *ad dorsum* adcommodem. Pers. , 15: ne te *ad terram*, scelus, adfligam. Asin. III, 3, 90: *ad hunc*, Philenium, adgredimur —? Merc. II, 1, 24: *ad* modus visust adgredirier. Bacch. V, 2, 32. Merc. II, 2, 62: ic *ad illam* me animum adiecisse aliqua sentiat. Asin. IV, 1, *Ad* eorum ne *quemquám* oculos adiciat suos. Pers. III, 1, Nam *ad paupertatem* si admigrant infamiae. Merc. V, 2, 23: io quoia vox *ad auris* mi advolavit, cf. Amph. I. 1, 169. II, 2, 53: *Ad vos*. SOPH. At pol ego *ad vos* (me ago). III, 1, 6: *Ad hirundininum nidum* visast simia Ascensi- ut faceret admolirier. Most. I, 3, 4 sq.: Quid ea nam is attinet *ad meam lavationem*? SC. Nihilo plus quam lavatio *ad messim*. Pers. II, 2, 53: Quid id *ad te* attenet? 4, 13: autem id *ad te?* Pers. v. 497: Hae quid *ad me?* TOX. *ad te* attinent. Merc. II, 1, 28: Hoc *quam ad rem* credam nere somnium. Merc. I, 1, 32: Quae nihil attingunt *ad rem*. III, 5, 52: *ad postremum* cedit. Aul. II, 8, 13: Accessit us *ad meam sententiam*. Pers. v. 605: Iube dum ea hoc ac- *ad me*, h. e. ad aedes domini mei (Rost. comment. Plaut. 79). V, 1, 12: Accede — *ad me*. Most. V, 1, 71: Set eccum nati sodalem huc *ad nos* video incedere. Mil. III, 1, 205: ne *ád eum* conciliarem. Stich. v. 447: amare atque *ad cenam* cere. Capt. V, 4, 22: hunc — *ad carnuficem* dabo. Merc. , 35: *ad illam nàvem* devehor. Merc. II, 1, 20: Domum *ad uxorem* intro ducturum meam. Merc. v. 914: quin intro me *ad eam*. III, 3, 1: Adducam ego illum iam *ad te*. v. Quis eam adduxit *ad vos?* Stich. III, 1, 28: sumbulam Ad n *ad* eius *conservom Sagarinum* feram. Most. III, 1, 147: m iam *ad unum saxum* me fluctus ferunt. Merc. I, 2, 85: xa ferri. Pers. II, 2, 66: At ego *ad Lemniselenem tuam* hanc obsignatam abietem. Most. I, 1, 65: Ervom tibi ali- cras faxo *ad villam* adferat. Most. v. 931: Nunc ego me per posticum *ad congerrones* conferam. Most. v. 466: fuge e propius. Merc. prol. v. 4: Pro mea persona ut sim *ad*

vos index ilico. Most. I, 2, 48: *Ad legionem* quom itur. Mil. II 5, 70: Atque *ad hunc* [ibo] *vicinum*. Sic recte correxit Bothius Vitiose antea legebatur: Atque apud hunc eo vicinum. Most v. 317. III, 1, 39: Hic *ad me* it. Most. III, 2, 166: Ego e hinc *ad forum*. Most. V, 1, 52: ire *ad iudicem*. V, 2, 11: ir *ad cenam*. Merc. v. 461: *ad navem* iam hinc eo. v. 466: Ib *ad portum*. v. 467: is se *ad portum* deixerat Ire dudum. v. 472: ibo *ad medicum*. II, 4, 18: Visne eam *ad portum*? III, 4, 79: *ad praetorem* ilico Ibo. IV, 4, 57: Ibo *ad forum*. V, 4, 1: *ad patrem* ibo. Merc. II, 2, 6: I tu hinc *ad villam*. Pers. v. 487: I *ad forum*. Pers. v. 849: Intro i — *ad cenam*. Merc. I, 2, 105: *ad navem* non eo? Most. III, 2, 18: abeam — *ad forum*. Most. IV, 2, 53: postquam pater *ad mercatum* abiit hinc. V, 1, 4: Abii — *ad hortum nostrum*. Merc. II, 1, 31: *Ad portum* hinc abii. Pers. III, 3, 39: Abi — *ad forum*. Merc. prol. v. 43: Res exulatum *at illam* clam abibat patris. Truc. II, 6, 21: Vin adeam *ad hominem?* (sic iam Pius scribi voluit, quod probarunt Gruterus et Gronovius; vulg. adeam hominem). Curc. II, 2, 11: Neque eum *ad me* adire neque magni pendere Vissumst. Fleckeisenus exerc. Plaut. p. 40 haec habet: „Familiaris Plauto est locutio *adeundi ad aliquem*, perrara *adeundi aliquem*." Aul. IV, 10, 16: Cum istacin te oratione huc *ad me* adire ausum. Pers. I, 2, 20: Ut aequa parti prodeant *ad trisviros*. Most. v. 741: *ad me* redi. Merc. II, 4, 28: *ad me* redieris. Pers. IV, 4, 107: ego *ad hunc* redeo. Stich. III, 1, 33: Iam hercle ego per hortum *ad amicam* transibo *meam*. Pers. III, 3, 40: Eadem istaec facit mulier *ad me* transeat. Merc. v. 465: *Ad portum* ne bitas. Cas III, 2, 13: Nam tuus vir me oravit, ut eam istuc adiutum mitterem *Ad te* (sic Fleckeis. in Iahnii annal. 1851, vol. 61, sect. 1 p. 64). Bacch. II, 1, 7: Pistoclerum, *quem ad* epistulam Mnesilocha missit. Most. v. 747: Nunc, quod *ad te* noster me misit senex Merc. v. 803: quo me misit, *ad patrem*. Pers. I, 3, 85: *a amicam meam* Volo puerum mittere. Most. I, 3, 76: Utinam meu nunc mortuos pater *ad me* nuntietur. Merc. v. 177: si boni qui *ad te* nuntiem. Truc. IV, 1, 4: magna *ad me* nuntiavit Cyamu hodie gaudia. Bacch. V, v. 157: Teque *ad patrem* esse mortuo renuntiem. Truc. II, 4, 91: Praeterea *ad mnam* duntaxat obso narier. Most. v. 837: At tu istoc *ad vos* optuere. Merc. II, 2 54: *Ad portum* propero. Pers. IV, 9, 15: usque *ad praetorem* Merc. v. 880: spice nunc *ad sinisteram*. v. 879: Respice *a*

tram. Most. v. 835: Quaeso huc *ad me* specta. IV, 3, 32: *me* huc specta. Most. I, 4, 1: Advorsum veniri mihi *ad Molachem* Volo temperi. II, 2, 59: Ait venisse illum in somnis *se* mortuom. V, 2, 13: te *ad me ad cenam* dic venturum. v. : Non potuit venire orator magis *ad me* inpetrabilis. Merc. II, 10: *ad me* venit. v. 617: quom *ad portum* venio. IV, 4, 48: veniat *ad me.* Pers. IV, 3, 51: Nunc *ad illut* venies. IV, 4, : Venient *ad te.* Merc. I, 1, 99: *ad me* advenit. IV, 1, 1: *ad* rus advenit nuntius. Most. IV, 2, 52: ne *ad alias aedis* perrum deveneris. Merc. III, 4, 23: *ad capita* rerum perveni. uc. II, 6, 16: Nunc *ad amicam* decumo mense post Athenas icas Viso. Merc. v. 555: huc *ad me* intervisam domum. Stich. 2, 9: *ad meam maiorem filiam* invisso domum. Truc. II, 2, : Nunc *ad eram* revidebo. II, 4, 79: *ad me* revisas. Merc. 1, 97: *ad cenam* vocat. Most. v. 1005: *ad cenam* ne me te are censeas. III, 1, 145: evoca aliquem huc intus *ad te*, nio. Merc. v. 694: Decem si *ad cenam* summos vocitasset a. Merc. II, 3, 97: Quo vortisti? DE. *Ad illum* qui emit. s. v. 608: *ad castra* convortamini. Most. IV, 2, 50: Vide ne forte *ad merendam* quopiam devorteris. Pers. v. 604: A a *ad caelum* quidlubet. Pers. v. 829: qui me usque admutisti *ad cutem.* Ex nonnullis exemplis, quae protulimus, pa- pro praep. *ad* cum acc. nonnunquam etiam solum dativum uisse poni. Etiam cum numeralibus coniungitur *ad* praep., exprimere volumus numerum aliquem ad alium proxime edere. Sic Epid. II, 2, 113: *Ad quadraginta* fortasse eam se emi minumo *minas.* Caecil. Statius Aethrio fr. 1: *ad* hum sum profectus. Asotus fr. 2, v. 11: *Ad amicos* curret natum. Imbrii fr. 6: duc me *ad patrios fines.* Obolostates 4, v. 125: quaeso ne *ad malum* hoc addas malum. Plocium 16: Ibo *ad forum.* fr. 17: *ad plebem* pergitur. Sumbolum 1: Destituit omnes servos *ad mensam* ante se. Synephebi fr. *Ad restim* res redit. Titthe fr. 4. v. 225: cum *ad nos* venis. . fab. fragm. 13, v. 257: Venerio cursu veni, prolato pede ue *ad scaphonem.* Terent. Andr. I, 5, 16: Itur *ad me*, cf. nat., quod significat: man hat es auf mich abgesehen, gemünzt. c. I, 2, 114: It visere *ad eam.* Andr. I, 1, 51: proclive *ad idinem.* Andr. prol. v. 1: Poeta quom primum animum *ad ibendum* adpulit, ad q. l. v. Donat. et Ruhnk. Eun. I, 2, : *Ad virginem* animum adiecit. Hec. IV, 4, 67: Nunc ani-

mum rursum *ad meretricem* induxti tuom. Hec. V, 3, 38: Numquam animum quaesti gratia *ad malas* adducam *partis*. Heaut. V, 5, 12: *Ad me* recipio, Faciet. Andr. I, 3, 10: *Ad haec mala* hoc mi accedit etiam. Phorm. prol. v. 30: Voluntas vostra si *ad poetam* accesserit. Hec. III, 3, 18: *ad genua* accidit, cf. Donat. Eun. III, 1, 34: Forte habui scortum: coepit *ad id* adludere (Ruhnk.: „i. e. amorem suum ostendere visu, motu, tactu manus aut pedis.") Et me inridere. Phorm. V, 7, 10: Quo me adsimularam ire, *ad mercatum* non eo. Heaut. III, 2, 34: Nonne *ad senem* aliquam fabricam fingit? ex quo loco et similibus nonnulli vim praepositionis *adversus* in nostram praep. *ad* inferre volebant, sed haec vis impetus hostilis non inest in praepositione *ad*, sed in verbo enunciationis, ut bene docuit Handius in Tursellino I, p. 84 sqq. — 2. Hinc usurpatur etiam de fine et consilio, quod aut animo propositum aut natura rei constitutum est, quod nos dicimus Zweck aut Bestimmung (Schaeff. p. 22). Cato R. R. cap. 23: Face *ad vindemiam* quae opus sunt uti parentur. Inscriptio huius capitis: Quae *ad vindemiam* in tempore parari opus sit. C. 14: *ad opus* dabit. C. 15 bis legitur *ad opus* praebeat. C. 16: ligna conficit *ad fornacem*. Dominus lapidem, ligna *ad fornacem* — praebet. C. 12: vinum myrteum *ad alvum crudam*. (zu, für vel gegen etwas dienlich, heilsam sein). Ennii Euhemerus fr. 9, 45: quod *ad vitam humanam* utile esset. Plaut. Stich. III, 1, 28: sumbolam *Ad cenam* ad eius conservom Sagarinum feram. Most. III, 2, 72: *Ad eam rem* facere volt novom gynaeceum. IV, 1, 5: Exercent sese *ad cursuram*. Merc. v. 7: Pater *ad mercatum* hinc me meus misit Rhodum. Pers. II, 5, 27: *ad eam rem* usus est tua mi opera. Poen. III, 2, 6: Non potuisti adducere homines magis *ad hanc rem* idoneos. Terent. Hec. II, 1, 6: Ia eodemque omnes mihi videntur ludo doctae *ad malitiam*. Andr. I, 1, 5: Nihil istac opus est arte *ad hanc rem*, quam paro. Andr. III, 2, 2 (v. Herz. ad Caes. p. 455, qui dicit, genitivum h. l. fuisse usitatiorem): Adhuc, Archilis, quae adsolent quaeque oportet Signa esse *ad salutem*, omnia huic esse video. Andr. I, 2, 21: Tum siquis magistratum cepit *ad eam rem* inprobum. Heaut. I, 2, 33: atque haec sunt tamen *ad virtutem* omnia, — ad virtutem apta vel idonea (Bestimmung des Dienens zu etwas, Weissenborn. synt. p. 158, adnot. 1). Eun. I, 2, 51: eius frater aliquantum *ad rem*st advidior. — 3. Motus ad locum si-

gnificatio metaphorica inest etiam tum, cum praep. *ad* in comparationibus usurpatur. Plaut. Mil. I, 1, 12: Neque aequiperare meae virtutis *ad tuas*. Mil. IV, 1, 21: *Ad tuam formam* illa una dignast. Capt. II, 2, 25: Nam pol *ad sapientiam* huius nimius nugator fuit. Trin. III, 2, 97: Credo *ad summos bellatores* acrem — fugitorem fore. Terent. Eun. IV, 4, 14: Ne comparandus hic quidem *ad illum*st. — 4. Significatio loci transfertur ad tempus, usque ad quod sive terminum usque ad quem actio aliqua fit. cf. Hand. Tursell. I, p. 86 sq. Schaeffer. p. 21. I, 2. Naev. fr. inc. com. 27: depuvit (= verberavit) me miseram *ad necem*. Plaut. Asin. II, 1, 5: Ibi tu *ad hoc* diei *tempus* dormisti in otio. Most. v. 133: ad illut. III, 1, 3: A mani *ad noctem* usque. III, 1, 55: Quid, si hic manebo potius *ad meridiem?* III, 2, 80: Sol semper hic est usque a mani *ad vesperum*. Merc. III, 3, 19: usque *ad vesperum*. Caecil. Stat. Hymnis fr. 7: usque *ad senium*. Terent. Phorm. III, 2, 38: tibi quidemst olim dies, *Quam ad* dares huic, praestituta. H. l., ut recte docet Schaefferus, praepositione *ad* terminus describitur, ad quem actionem aliquam esse oporteat. — II, 1. Significatur praepositione *ad* locus, ubi res post motum aliquem aut revera factum aut quasi factus esset, cogitandum, est. Hac autem significatione praesertim cum nominibus personarum frequentius *apud* ponitur. Cato R. R. c. 7: vel *ad fabrum ferrarium* pro passis eae recte servantur. Ennii annal. l. VII, fr. 19: Naris *ad undas*. l. VIII, fr. 11: ad caelum. Ennii heduphagetica ap. Vahlen. v. 9: Nestoris *ad patriam* hinc capitur. Ib. v. 1: ad Clupeam. Medeae [Atheniensis] fr.: templum Cereris *ad laevam* aspice. Plaut. Trin. II, 4, 93: Aequo mendicus atque ille opulentissumus Censetur censu *ad Acheruntem* mortuos. Most. II, 1, 5: Ita mali maeroris montem maxumum *ad portum* modo Conspicatus sum. IV, 3, 7: Numquid processit *ad forum* hic hodie novi? Pers. IV, 4, 79: ad laevam manum. Merc. v. 108: eam reliqui *ad portum*. II, 2, 56: Quin mihi quoque etiamst *ad portum* negotium. Most. III, 2, 158: Nisi mi esset *ad forum* negotium. Rud. v. 91: Nequivi *ad portum* lenonem prehendere. Cas. II, 2, 21: Ius suom *ad mulieres* obtinere haud queunt, h. e. apud mul. Amph. I, 3, 6: Set ubi summus imperator non adest *ad exercitum*. Stich. v. 439: Dabo et iubebo *ad Sagarinum* cenam coqui: ubi poeta haec duo: *Dabo* et *iubebo coqui* celeritate quadam cogitandi in unam notionem conflasse videtur, ita ut

ad ex verbo *dabo* pendens directionem quasi ad Sagarinum e motum ad illum factum exprimat. Terent. Heaut. V, 2, 26 tibi iam esse *ad sororem* intellego, v. interptt. — 2. Haec loc significatio item transfertur ad tempus, ita ut significetur pro pinquitas temporis cuiusdam cum eo tempore, quo actio aliqu fit. Cato R. R. c. 17: ubi solstitium fuerit *ad brumam*. C. 105 *Ad ver* diffundito in amphoras. Plaut. Pseud. IV, 7, 78: altera (int. die) *ad meridiem*.

45. *Accusativus cum praepositione in coniunctus.* 1. *In* s gnificat aliquid ita ad locum moveri, ut in eius fines, sive i planitiem quandam sive solidum corpus includunt, intret, si est revera locus sive aliquid metaphorice pro loco accipitu Lex Numae ap. Festum v. opima spolia: *in* Martis *aram* ca dito. Livius Andronicus Aegisthi fr. 7: Ipsus se *in terram* sau cius fligit cadens. Naev. Lycurg. fr. 7: Sublimen alios *in saltu* inlicite. fr. inc. trag. 6: in montes. Glaucoma: quod de ec opsonio Stilo mi *in manum* pupugit. Naev. Lycurgus fr. 5, 27: ite actutum *in frundiferos locos*. Naev. Iphigenia: passo velo *vicinum* aquilo *in portum* oras ferat. Naevii Andromacha: Quod tu, mi gnate, quaeso ut *in* pectus tuum Demittas, tamquam in *fiscinam* vindemiator. Naev. bell. Pun. l. I, fr. 4 Vahlen.: Ei venit *in mentem* hominum fortunas. l. III, fr. 3: Partem exerciti *in expeditionem* ducit. Cato R. R. c. 6: Ager — qui *in ventum Favo nium* spectabit. C. 49: *in alium locum* transferre. C. 6: sin sale *in defrutum* condito. C. 43: facito de scrobe aqua *in sul cum* defluat. C. 66: Caveat quam minimum *in torcularium* et i *cellam* introeatur. C. 67: usque adeo, donec *in lacum* perveneri lb.: donec *in dolium* pervenerit. C. 1: *in meridiem* spectet. C 105: Ad ver diffundito *in amphoras*. C. 111: Si voles scire i *vinum* addita sit nec ne. C. 115: *In vinum mustum* veratri at manipulum coniicito *in amphoram*. C. 161: Usque licebit vella donicum *in semen* videris ire. Ennii Phoenicis fr. 7: *in gremiu* extollas. fr. 12: *in altum* despexit *mare*. Ennii Hecubae fr. 9: i *quem* — cadunt. Ennii Hectoris lustra fr. 8, v. 210: contulit se *in pedes*. Ennii annal. inc. sedis fragm. 92: *In montes patri* et ad incunabula nostra. fr. 132: urgentur *in unum*. fr. 9: et T beris flumen vomit *in mare salsum*. fr. 18: redinunt *In patria* Ennii annal. XVII, fr. 4: Tollitur *in caelum* clamor exortus utrin que. Annal. inc. sedis fragm. 77: Pertudit *in latus*. Ennii anna l. IV, fr. 2: At sese, sum (h. e. eum) quae dederit *in* lumin

s. Ennii annal. l. I, fr. 57, v. 92: Interea sol albus recessit *infera* noctis. Ennii annal. l. I, fr. 53, v. 75: Conjcit *in* am sese. Ennii annal. l. I, fr. 47: Unus erit quem tu tolles *aerula* caeli *Templa*. Ennii annal. l. I, fr. 34, v. 49: Nec dedit *in conspectum*. Ennii epigramm. 3, v. 9 Vahlen.: Si *endo plagas* caelestum ascendere cuiquam est. Ennii Telaiis fr. 3, v. 363: Scibam me *in mortiferum bellum*, non *in* las mittere. fr. 7: *Eandem* me *in suspitionem* sceleris partipater. fr. 12: ut omnia *in me* conglomeras mala! Inc. trag. gm. 1, v. 418: Degustandum ex ea (h. e. philosophia), non *eam* ingurgitandum censeo. Ennii Sota fr. 5: Ille ictu' retro idit *in natem* supinus. Euhemerus fr. 3, 15: Tum Iunonem irno *in conspectum* dedere. fr. 7, 30: Deinde Pan eum deit *in montem*. Euhemerus fr. 7, 33 sq.: suspexit *in caelum*. fr. 13: *in ius* veniebant. fr. 11, 47 sq.: ut *in quamcunque re-iem* venerat. Plaut. Poen. I, 2, 120: *in aedem* Veneris (me). Aul. I, 2, 12: Cave quemquam alienum *in aedis* intromis. v. 20: Profecto *in aedis meas* me absente neminem Volo omitti. Amph. IV, 3, 14: Certumst, intro rumpam *iu aedis*. 8: Quin sic faciam uti constitui: pergam *in aedis* nunc iam. . III, 6, 17: Qui mi intromisti *in aedis* quingentos coquos cum Goellero est legendum). Most. II, 2, 39: Quia septem ses sunt, quom *in hasce aedis* pedem Nemo intro tetulit. Merc. 4, 46: *Meas*que *in aedis* sic scorta obductarier! IV, 5, 11: aedis, item v. 924. Most. I, 3, 61: *In anginam* ego nunc velim vorti. Rud. prol. v. 22: Atque hoc scelesti [illi] *in mum* inducunt *suum*, Iovem se placare posse donis, hostiis, Ladew. Zeitschr. f. Alt. 1841, p. 1097. Epid. I, 2, 27: *in mum* inducam, cf. Ladew. l. c. Most. v. 688: Dum mihi senatum sili *in cor* convoco. Most. v. 135: Postea, quom immigravi *ingem in meum*. Most. I, 3, 114: *in mentem* venit. I, 4, 21: *in men-* venit modo. Pers. III, 1, 60: Ergo istuc facito ut veniat *in tem* tibi. Merc. II, 2, 23: *in mentem* venit. v. 922: hoc non *mentem* venit. Most. v. 86: Argumentaque *in pectus* multa inivi. I, 2, 63: Is usque *in pectus* permanavit. I, 3, 8: quom ni Amor et Cupido *In pectus* perpluit *meum*. Merc. I, 2, 92: si *in aquam* indideris salem. Most. V, 2, 14: Set tu istuc d confugisti *in aram* hinc inscitissumus? Aul. IV, 6, 12: inendam *aliquam in arborem*. Pers. II, 5, 18: in bubile. Cist. , 3, 78: Quid nunc supina susum (sic *Δ*p pro sursum) *in coe-*

lum conspicis? Merc. v. 384: in consilium. v. 736: *in consilium* istam advocavisti. Most. V, 2, 33: nam illum prodire pudet *in conspectum tuum*. Most. II, 1, 12: primus qui *in crucem* excucurrerit. V, 2, 12: ego ferare faxo, ut meruisti, *in crucem*. Pers. v. 855: intro abi, *in crucem*. Poen. III, 6, 4: utinam hinc abierit *in malam crucem*. Poen. II, v. 47: aut is *in malam crucem*. v. 48: *in malam crucem* ibo potius. Most. III, 2, 163: abin hinc *in malam crucem?* Pers. III, 1, 24: Ferant eantque *in maxumam malam crucem*. Pers. IV, 4, 25: I in malum cruciatum. v. 786: Quem pol ego ut hominem *in cruciatum, in compedis* cogam. II, 4, 17: Abi *in malam rem*. Most. III, 2, 7: Voluit *in cubiculum* abducere me anus. Merc. V, 2, 91: Quin pedes vos *in curriculum* coicitis. v. 90: *in currum* conscendi. Most. II, 1, 59: *In tuam custodelam* meque et spes meas trado, Tranio. v. 9: *In custodelam* simiae concredere. Merc. v. 47: Amorem multos inlexe *in dispendium*. Amph. I, 1, 103: Deduntque se — *In ditionem* atque *in arbitratum* cuncti Thebano poplo. Mil. II, 4, 4: Age nunc iam insiste *in dolos*. Amph. prol. v. 102: Is prius quam hinc abiit ipsemet *in exercitum*. Pers. IV, 4, 13: Te *in exilium* ire huc oportet. Pers. v. 595: paene *in foveam* decidi. Amph. I, 1, 83: *In fugam* set tamen nemo convortitur. Merc. v. 886: restituam iam ego te *in gaudia antiqua*. III, 4, 28: Demisisti gladium *in iugulum*. Most. V, 1, 40: Quin cita illum *in ius*. Pers. IV, 9, 8: Age ambula *in ius*. Ib.: Quid me *in ius* vocas? v. 9: set ego *in ius* voco. Capt. V, 1, 23: *In lapicidinas* conpeditum condidi. Merc. II, 1, 35: Inscendi *in lembum*. II, 2, 32: eire occepi *in ludum litterarium*. Pers. III, 3, 36: Fortasse metuis *in manum* concredere? Merc. II, 2, 7: ut tradas *in manum*. V, 2, 90: lora *in manus* cepi *meas*. v. 618: Montis tu quidem mali *in me* ardentis iam dumum iacis. Amph. I, 1, 68: Deinde uterque imperator *in medium* exeunt. Rud. II, 6, 18: Quid mihi scelesto tibi erat auscultatio? Quidve hinc abitio? quidve *in navem* inscensio? Pers. IV, 5, 5: quasi eas prorsum *in navem*. Merc. I, 2, 82: donec *in navim* subit. Pseud. I, 1, 121: De istac re *in oculum utrumvis* conquiescito. Most. I, 1, 16: Quod te *in pistrinum* hau scis actutum tradier. Pers. IV, 4, 28: in portum. Merc. v. 374: *in portum* huc ut sum advectus. Capt. IV, 3, 8: Nunc ibo [*in meam*] *praefecturam*. Pers. v. 606: *in proelium* Vide ut ingrediare. I, 2, 16: det *in puplicum*. Rud. II, 3, 36: timidae ambae *in scapham* insuluimus.

Amph. II, 1, 39 (cf. Lind. ad h. l. et ad III, 1, 12): Quoius ego hodie *in tergum* faxo ista expetant mendacia. Most. v. 739: subducta erat — *in terram*. Pers. II, 4, 22: defigam *in terram* colaphis. IV, 3, 11: Hunc hominem ego hodie *in transennam* doctis inducam dolis. V, 2, 18: Ut me *in tricas* coniecisti? Most. V, 1, 7: *in tutum* eduxi. III, 3, 26: *in urbem* veniat. Pers. IV, 4, 109: *pauca in verba* confer. Pers. I, 3, 18: Nolo *in vesicam* quod eat, *in ventrem* volo. Pers. v. 1: ingressus est princeps Amoris *in vias*. Merc. I, 2, 5: Detrude, deturba *in viam*. IV, 4, 58: in viam. Most. III, 1, 134: Nisi ut *in vicinum hunc proximum* [rem conferam]. Caecil. Stat. inc. fab. fr. 15, v. 262: *in morbum* injci. Caecil. Stat. inc. fab. fr. 2, v. 234: *Istam in vicinitatem* te *meretriciam* Cur intulisti? Caecil. Stat. Syracusii fr. 2: tantan hinc invasit *in tua corda* dulcitas? Caecil. Stat. Plocium fr. 8, v. 170: Pauper qui educit *in egestatem* liberos. Caecil. Stat. Hypobolimaeus fr. 2: Filius *in med* incedit sat hilara schema. Iuventius inc. fab. fr. 1: gaudia Sua si omnes homines conferant *unum in locum*. Terent. Adelph. IV, 2, 13: Nam me iam *in cellam aliquam* cum illa concludam. Heaut. II, 3, 101: *in aurem utramvis* otiose ut dormias. Adelph. IV, 3, 6: numquam te aliter atque es *in animum* induxi *meum*. Heaut. V, 4, 5: ne istuc *in animum* inducas tuom alienum esse te, cf. Madvig. Bemerkungen p. 11, adnot. 2. Hec. prol. alter v. 42: (si) eum esse quaestum *in animum* induxi maxumum, Quam maxume servire vostris commodis. Hecyr. III, 1, 12: Levia sunt, quae tu pergravia esse *in animum* induxti *tuom*. Phorm. II, 2, 9: atque *in me* omnem iram derivem senis? Adelph. II, 4, 5: Vereor coram *in os* te laudare. Andr. V, 3, 14: Eodem die istuc verbum vere *in te* accidit, gilt, paßt von dir. Hec. I, 2, 33: Numquam tam dices commode, ut tergum meum *Tuam in fidem* committam. — 2. Singillatim sunt commemoranda nomina urbium et terrarum et voc. *domus* cum *in* praep. coniuncta, quoniam posterioris aetatis usu in his, exceptis terrarum nominibus, praepositio *in* omittitur. Liv. Andron. in Odyss. ap. Fest. v. advenies: *in Pylum* adveniens. Plaut. Most. IV, 3, 23: Non equidem *in Aegyptum* hinc modo vectus fui, Set etiam *in terras solas orasque ultumas* Sum circumvectus. Capt. III, 4, 56: in Alidem. Poen. prol. v. 87: Eas qui subrupuit, *in Anactorium* devehit. v. 94: commigravit *in Calydonem*. Merc. V, 5, 92: In Cyprum. Bacch. IV, 2, 9: Vel ut *in Elatiam* hodie eat secum semul. IV, 6, 7:

quam mox navigo *In Ephesum* —? II, 1, 2: Postquam hinc *in Ephesum* abii. 3, 15: Quid hoc qua caussa eum hinc *in Ephesum* misseram? v. 120: Senex *in Ephesum* hinc ibit aurum arcessere. III, 2, 4: Nam ut *in Ephesum* hinc abii. H. l. dicit Reisigius p. 694 praepositionem additam esse ut opponatur hoc ei quod in versu sequenti scriptum est, *ex Epheso*. Mil. II, 4, 31: Venisse Athenis *in Ephesum* cum suo amatore quodam. II, 1, 35: Eamque huc invitam mulierem *in Ephesum* advehit. Most. I, 1, 63: ego ire *in Piraeum* volo. Trin. v. 112: Quoniam hinc iturust ipsus *in Seleuciam*. Pseud. IV, 6, 36: Qui illam quidem iam *in Sicuonem* abduxit modo. Singulariter nomen populi pro terra dicit Pers. v. 718: In Persas. Caecil. Stat. ap. Cic. epp. ad Att. VII, 3, 10: Mane ut ex portu *in Piraeum* (Cic., quem vide, *in* addidit, quod non ut de oppido locutus est, sed ut de loco). — Plaut. Amph. I, 1, 25: aut quor non intro eo *in nostram domum?* Capt. IV, 4, 3: *in nostram* — advenit *domum*, cf. Haas. ad Reis. p. 695. Terent. Eun. II, 3, 91: *in domum meretriciam* Deducar. — 3. Item separatim sunt afferenda verba *ponendi* et *collocandi*, quoniam in plurimis horum in vulgari loquendi ratione *in* cum abl. iungitur. Livius Andronicus Aegisthi fr. 6: *in sedes conlocat* se *regias*. Cato R. R. c. 6: *in solem* ponito biduum. C. 66: in lacum ponito. Plaut. Aul. IV, 8, 6: multoque prius me *collocavi in arborem*. Merc. III, 2, 9: *in otium* Te *conloces*. Bacch. v. 499: *In te* ego hoc onus omne *inpono*. Rud. II, 5, 5. 6: quae numquam pedem Voluisti *in navem* mecum hercle una *inponere*. Pers. IV, 6, 9: Huc *in collum*, nisi piget, *Impone*. Most. II, 2, 4: inposisse in undam. Terent. Andr. I, 1, 102: In ignem inpositast. — 4. Directio exprimere potest animum hostilem adversus rem aut hominem, ita ut *in* idem sit atque *contra*. Legg. XII tabb. III, fr. 3: endo em, quod Dirksenius p. 248 explicat per *in eum*, *adversus eum*. Plaut. Amph. I, 1, 173: Si *in me* exercituru's, quaeso *in parietem* ut primum domes, ad q. l. Lindem.: „Exspectasses *in pariete*. Sed accusativus sententiam efficit hanc: *adversus parietem verberando domes*, gegen eine Wand schlagend zähme sie." Bacch. v. 167: Edepol fecisti furtum *in aetatem* malum. Kampm. n. 14: „Idem animus, quo quis est adversus alterum aut se ipsum, imprimis dicendo et faciendo apparet." Sic Pers. III, 1, 15: Meum opino imperiumst *in te*, non *in me* tibi. Merc. v. 816: quae *in se* (= contra se) cul-

pam commerent. Caecil. Stat. Synephebi fr. 1, v. 200: Parentem — *in liberos* Difficilem. Terent. Heaut. III, 1, 28: Quia pessume istuc *in te* atque *in illum* consulis. Phorm. II, 3, 23: numquam tam gravis Ob hanc inimicitias caperem *in vostram familiam*. Eun. V, 4, 20: Ut ne inpune *in nos* inluseris. — 5. Sed etiam amicus et benevolus adversus rem aut hominem animus praepositione *in* significari potest, ita ut idem sit atque *erga*. Plaut. Most. v. 239: Si quid tu *in illum* bene voles loqui. Terent. Hec. III, 5, 22: quam fideli animo et benigno *in illam* et clementi fui! — 6. Metaphorice accipiendum est *in rem est*, quasi in rem aliquam intrat, ut eam adiuvet (Kampm. n. 15). Plaut. Pers. III, 1, 14: *in* ventris *rem* videbitur. IV, 4, 58: Age, ut *rem* esse *in nostram* putas. Merc. I, 1, 36: quae *in rem* sint *tuam*. Capt. II, 3, 26: Quod *in rem* recte conducat *tuam*. Terent. Andr. III, 3, 14: Si *in rem*st utrique, h. e. si utile est, ad q. l. affert Ruhnkenius Hec. II, 2, 7: magis *in rem* et *vostram* et *nostram* esset. — 7. Potest aliquid intrare in copiam et multitudinem aliquam rerum vel hominum ita ut *in* habeat significationem distributivam. Cato R. R. c. 57: *in singulos homines* congios. Ib.: Summa vini *in homines singulos* cett. C. 60: Bubus cibaria annua *in iugà singula* lupini modios CXX. C. 115: In vinum mustum veratri atri manipulum coniicito *in amphoram*. C. 3. C. 140. C. 14: *In tegulas singulas* II. in tectum. Ib.: pretium *in tegulas singulas* N. S. Ib.: in aliis quot erunt, *in singulas* quaternae numerabuntur. C. 15: Parietes villae si locet — libellis *in pedes V*. Plaut. Aul. I, 2, 30: Dividere argenti numos dixit *in viros*, h. e. viritim, *κατ' ἄνδρα*, ut explicat Taubmannus. Asin. V, 2, 66: *in partem* hac amanti ut liceat ei potirier. — 8. *In* significat extendi aliquid et porrigi quasi in spatio aliquo. Cato R. R. c. 6: Hoc genus oleae *in XXV* aut *in XXX pedes* conserito. C. 15: Parietes villae si locet *in pedes C*, i. e. P. X quoquoversum. — 9. *In* consilium et finem actionis cuiusdam exprimit aut coniungitur cum re, cui aliquid destinatum est. In his nos plerumque praepositione für utimur. Cato R. R. c. 39, 2: per imbrem *in villam* quaerito quid fieri possit, ubi inutilis est adnotatio Schneideri: „In edd. quibusdam esse *in villa* annotavit damnavitque Meursius, qui multis exemplis usum promiscuum accusativi et ablativi iuncti praepositioni hinc confirmare conatus est cum Popma.“ C. 107: et oblinito et utito *in labra* doliorum. C. 96: Eodem *in omnes quadrupedes* utito,

si scabrae erunt. C. 13: claves cum clostris *in cellas duc*
C. 14: In tegulas singulas II. *in tectum*. C. 150: in fructu
ubi Schneiderus mente addendum censet *accedit*. C. 3: *In* *gera* oleti *CXX* vasa bina esse oportet, ubi cum ea, quam nu tractamus, significatione coniuncta est, ut saepius, distributiv C. 39: Medicamentum *in dolium* hoc modo facito. C. 12: *I torcularium* quae opus sunt. C. 13: *In torcularium* in usu, quo opus est. Ib.: *in cellam oleariam* haec opus sunt. C. 15: in P. singulos. C. 14: clatros *in fenestras* maiores cett. C. 26: privasque scopulas *in dolia* facito habeas cett. C. 6: Caeterae vites — *in quemvis agrum* conveniunt. Plaut. Mil. v. 832: Neque ille calidum hic exbibit *in prandium*, h. e. loco prandii, ut pro prandio sit. Truc. IV, 4, 22: In eam rem, ubi Weisius mente addendum censet: volo mihi commodare puerum. IV, 2, 27: Dedi equidem hoc die ei quinque argenti deferri minas, Praeterea unam *in obsonatum*. Cas. prol. v. 75: Id ni sit, mecum pignus si quis volt, dato *In urnam* mulsi. Most. I, 2, 42: Ut *in usum* boni sint et *in speciem* populo. v. 41: parant sedulo *in firmi tatem*. Licinius Imbrex Neaera v. 2: Cum quidem Mavorti e *in conubium* data. Terent. Andr. II, 5, 32: Holera et pisciculo minutos ferre obolo *in cenam* seni, ubi vide Ruhnk. — 10. Non nunquam *in* cum accusativo coniungitur, ubi ablativus exspectatur, ita ut directio et motus cogitetur, qui praegressus est antequam aliquid in locum aliquem pervenit in eoque versatur Cato R. R. c. 52, 1: *in arborem* relinquito. C. 156, 5: *in aquam* macerare. C. 39, 2: coquito *in fornacem*. Plaut. Casin. II, 8 26· Ubi *in lustra* iacuisti? Poen. V, 4, 108: Patrue, facito i *memoriam* habeas. Epid. II, 2, 7: Nam ego illum audivi i *amorem* haerere. Amph. I, 1, 25: numero mi *in mentem* fuit, di advenientem gratias agere, v. Taubm. II, 2, 78: qui istuc *in mentem*st tibi ex me, mi vir, percontarier? Bacch. v. 159: ecqui *in mentem*st tibi. Terent. Adelph. IV, 1, 12: Nilne *in mentem*st Heaut. V, 2, 33: Ego dicam, quod mi *in mentem*st. — 11. *In* coniungitur cum temporis notionibus, aut ita ut tempus exprimatur per quod perpetuum aliquid duraturum sit aut cuius aliqua pars ad rem agendam constituitur. (Verba sunt Kampmann de IN praep. usu Plautino p. 39). Legg. XII tabb. III, fr. 4 endo dies = in dies. Cato R. R. c. 54 et 57: in dies. C. 57 Eos non est nimium *in annos singulos* vini quadrantalia X. ebiber C. 58: Oleum dato *in menses* unicuique sextarium I. Omnibu

is Catonis locis significatio simul est distributiva. C. 2: si nid desit *in annum*, uti paretur. Plaut. Most. I, 1, 64: ego ire ı Piraeum volo *In vesperum* parare piscatum mihi. III, 2, 11: es paratast mala *in vesperum* huic seni. Pers. IV, 3, 2: ego ›die conpendi feci binos panes *in dies*. IV, 6, 7: Lucro faciundo ;o auspicavi *in hunc diem*. Merc. V, 1, 9: in dies. Terent. un. V, 6, 19: Sed *in diem* istuc, Parmeno, est fortasse, quod inare, ubi cogitatur de tempore futuro.

46. Si secundum situm obiecti directio actionis constituir, semper accedunt praepositiones ad accusativum, quas deinps tractabo.

Adversus, adversum, quae et adverbia et praepositiones esse ossunt, primum habent significationem loci, gegenüber, entgegen, if etwas hin, quae etiam metaphorica esse potest, ut de praentia alicuius accipiantur et idem significent quod *coram*, deinde ansferuntur ad animum quo sumus vel agimus ratione alidus rei vel hominis habita aut hostilem aut amicum et bevolum, ita ut et pro *contra* et pro *erga* dicantur. 1. Signiatio loci est ap. Plaut. Pers. II, 2, 18: set quis haec est, ae *me advorsum* incedit. Plurimis autem in locis, ubi signiatio loci apparet, sunt adverbia, unde formulae *adversus ire, versus venire, adversus esse,* pro obviam ire cett. Sic Most. 4, 1: *Advorsum veniri* mihi ad Philolachem Volo temperi. Most. 938: Callidamati nostro *advorsum venimus*. Merc. I, 2, 4. ich. I, 2, 32: ferre *advorsum* homini occupemus ausculum. Mil. 2, 14: Estne *advorsum* hic qui *venit* [Palaestrio]. (Sic scri- ; Fleckeisenus in ed. Plauti T. I, praef. 23 cum Fritzschio) obviam. Similiter Men. II, 3, 82: Tum facito ante solem casum ut *venias advorsum* mihi. — 2. Quum, qui coram aliquo stat, ei sit adversus, dicitur *adversum* etiam de praesentia. nii Telephi fr. 11: Ted ipsum oportet hoc profiteri et prolo- d *Advorsum illam* mihi. Plaut. Amph. III, 2, 55: Nam ius randum verum *te advorsum* dedi. Poen. I, 2, 188: ne mendax e *advorsum* siet. Mil. IV, 2, 88: ne haec censeret me *advorsum* mentiri, ubi vid. interp. (= coram se). Aul. IV, 7, 9: Egone t *te advorsum* mentiar, mater mea? Bacch. IV, 4, 7: Immo audias quae dicta dixit *me advorsum* tibi, quod Handius Turell. T. I, p. 181 ita explicat: me praesente in te absentem. Bacch. I, 2, 19: Etiam *med advorsum* exordire argutias? Poen. , 6, 18: Numquid recusas contra me? LY. *advorsum* quidem,

ubi Gruterus dicit in *advorsum* esse significationem obscenai Terent. Andr. I, 1, 15: Et id gratum fuisse *advorsum te* hab gratiam (sic scribit Ritschelius praef. ad Trin. p. 118), quod bei explicat Handius Tursell. T. I, p. 182; coniungenda sunt *a vorsum te* cum *id gratum fuisse,* ita ut *adv. te* significent: *ratio tui habita*, quamquam fuerunt qui coniungerent *advorsum habeo gratiam,* ita ut *advorsum* idem esset atque *erga.* — 3. S gnificationem *contra* habet ap. Ennium fr. Phoenicis 2, v. 3 Vahlen.: Fortiterque † innoxium vocare *adversum adversar* de cuius loci sententia vide Ribbeckium. Plaut. fragm. p. 4 v. 7 ed. Gronov.: Stultus est *advorsum aetatem* et capitis *nitudinem.* Stich. IV, 2, 11: *advorsum te* fabulare (cf. Hand. 185), h. e. adversus commodum tuum. Trin. v. 176: *Adv sum* quam eius me opsecravisset pater, ad q. l. vid. Lindem. Me II, 3, 104: *advorsum* mei animi *sententiam?* Merc. v. 59 advorsum mei animi *sententiam.* Merc. II, 3, 43: nolo advo sari *advorsum tuam sententiam.* Caecil. Stat. Hymnis fr. 3, v 69: Quin machaera licitari (h. e. congredi, pugnare) *adversum aeneum* coepsti sciens? Terent. Phorm. II, 3, 80: Itane es pa ratus facere *me advorsum* omnia. Heaut. IV, 1, 10: Primum ho te oro, nequid credas me *advorsum edictum tuom* Facere ess ausam. Phorm. I, 2, 28: nam quae inscitiast *Advorsum stim lum* calces!

Am legitur apud Catonem in origg. ap. Macrobium I, 14: am terminum (sic Iordanus e cod. regio.). Macrobius: „Ve teres *an* pro *circum* ponere consuerunt."

Ante dicitur et de loco et de tempore et de comparation rerum praestantium, quae sunt verba Handii in Tursellin apud quem vide multa exempla cuiusvis generis. Cato ap phthegmata (Lion. 96) ap. Plin. hist. nat. 15, 18 (20): Interrog vos — quando hanc pomum demtam putetis ex arbore? — A qui *tertium — ante diem* scitote decerptam Carthagine; tam prop a muris habemus hostem. Ennii annal. l. IX, fr. 8, v. 314: No num rumores ponebat *ante salutem.* Iphigeniae fr. 13, v. 277: Quo est *ante pedes.* Ennii annal. l. VII, fr. 1, v. 225: ante hun Plaut. Asin. V, 2, 8: At nunc dehinc scito illum *ante omnis* m numi mortalem preti. Most. I, 1, 6: hic *ante aedis.* Most. 817 et 1066: ante aedis, item Merc. v. 821 et Pers. v. 73 Merc. IV, 4, 40: ante pedes. Truc. I, 2, 73: Cur, obsecr ergo *ante ostium* pro ignoto alienoque adstas? Most. III, 2, 108

ante ostium. Pers. V, 1, 6: *ante ostium* et *ianuam*. Caecil. Stat. Nothus Nicasio fr. 2: *ante ostium* hic erimus. Sumbolum fr. 1: Destitui omnes servos ad mensam *ante se*. Inc. fab. fr. 3: Ut me hodie *ante omnes comicos stultos senes* Versaris atque emunxeris lautissime. Terent. Adelph. III, 3, 32: Istuc est sapere, non quod *ante pedes* modost Videre, sed etiam illa quae futura sunt.

Apud. In hac praepositione describenda sequar Handium Tursell. T. I, p. 405 sqq., qui dicit: „*Apud* proprie significat propinquitatem rerum, non eam, quae appropinquatione efficitur (ea enim per *ad* exprimitur), sed in qua duae res iuxta positae apparent. Quare cum verbis, quae motum ad aliquem locum notant, coniungitur numquam a bonis quidem scriptoribus.“ 1. Usurpatur primum de proxima sede, ut Plaut. Most. I, 3, 141: Etiam nunc decem minae *aput te* sunt. Pers. IV, 4, 65: aput hunc. Merc. III, 4, 17 et 18: apud mortuos. — 2. De praesentia dictum *coram* significat, nam qui coram aliquo aliquid agit, prope adstat et cum eo agit. Sic scripsit Cato orationem *apud Athenienses* (Meyer. p. 20), ubi Ruhnkenius emendationem suam *ad Athenienses* retractavit. Plaut. Amph. II, 1, 43 (Hand. p. 408): miserruma istaec miseriast servo bono, *Aput* erum qui vera loquitur, si id vi verum vincitur. Pers. IV, 9, 9: Illi *aput praetorem* dicam. — 3. Deinde dicitur de domo et domicilio et de locis, in quibus aliquis versari solet. Unde formula *apud se, apud te,* etiam absente ipso domino, et de rebus domesticis. Naev. Ariolus fr. 2: Quis heri *apud te?* Plaut. Stich. IV, 1, 11. 12: Cras *apud me* eritis —. PA. At *aput me* perendie. Most. v. 238 et Merc. v. 543: aput me. Merc. III, 2, 24: apud me. Most. IV, 3, 15: *aput te* cenavero. Merc. III, 3, 19: Aput te. Merc. V, 2, 108: apud te. Pers. v. 491: *Aput te.* TOX. Ain, *aput me*st? DORD. Aio inquam: *aput te*st, inquam. Most. V, 2, 8: aput nos. Merc. V, 4, 48: apud nos. Alia exempla vide apud Handium p. 408. — 4. Et transfertur ad animum, diciturque de homine, qui mentis animique compos est, praesertim in negativa sententia, in qua negationis particula cum verbo semper connectitur. Terent. Andr. V, 4, 34: Vix sum *apud me;* ita animus commotust metu, Spe, gaudio. Heaut. V, 1, 48: Prae iracundia, Menedeme, non sum *apud me.* Alia exempla vide apud Handium p. 409. — 5. Quum locus personae, et quae ad eam pertinent, res significantur, vocabuli usus eo usque promovetur, ut sit *a parte*,

atque eam rationem exprimat, quae dativo, et eam, quae ablativo cum praepositione coniuncto designatur. Refertur enim res ad hominem, in quo ipsa locum obtineat, aut a quo profecta videatur. Et intelligitur imprimis animus, sententia, opinio hominum, ad quam aliquid constituitur, ideoque et id, quod alicui visum est, aut ex alicuius sententia exstat (Sic Handius p. 410 sq.). Naev. fr. inc. com. 3, v. 109: qui *apud gentes* solus praestat. Plaut. Pers. IV, 7, 9: Credidi gratum fore Beneficium meum *aput te*. Terent. Hec. IV, 2, 8: Ut *apud me* praemium esse positum pietati scias. — 6. A personis transfertur ad res et de locorum regione, propinquitate et vicinia dicitur. In vulgari sermone de ipso loco pro *in* per omne tempus usurpatum erat, sed a bonis scriptoribus tantum in quibusdam formulis, *apud forum, apud villam:* comici de urbibus dicebant pro *in*. Naev. bell. Pun. fr. inc. 17 Vahlen. p. 20: Apud emporium. Naev. Carbonaria: Tibi servi multi *apud mensam* astant. Ennii heduphagetica (Vahlen. p. 166, v. 3): apud *Charadram Ambraciam*que. Plaut. Most. v. 935: quid illisce homines quaerunt *aput aedis meas?* Pers. I, 1, 22: Plusculum annum Fui praeferratus, *aput molas* tribunus vapularis. II, 2, 21: aput hanc obicem. Ruddim. p. 282, adnot. 33 affert Epid. I, 1, 51, ubi *apud Thebas*, ut Ursinus docet, pro *Thebis* dictum est. Terent. Andr. II, 1, 2: *Apud forum* modo e Davo audivi, h. e. in foro. Adelph. I, 2, 74: hominem convenire, si *apud forum*st. III, 5, 2: Ego Micionem, si *apud forum*st, Conveniam. IV, 1, 1: *Apud villam*st.

Circiter et de loco et de tempore dicitur. Sic de loco Plaut. Cist. IV, 2, 8: *Loca circiter* excidit *haec* mi (sic scribit Ritschelius prolegom. ad Trin. p. 177), de tempore Most. III, 1, 52: Redito huc *circiter meridiem*.

Circum de loco dicitur. Cato R. R. c. 5: *Circum oleas* autumnitate ablaqueato. C. 36: Amurcam spargas vel irriges ad arbores, *circum capita maiora* amphoras — addito. C. 6: *Circum coronas* et *circum vias* ulmos serito. Ib.: Salicem Graecam *circum arundinetum* serito. Ennii annal. l. III, fr. 5: *Circum sòs* quae sunt magnae gentes opulentae (*sos* = eos Festus p. 301 M.). Andromedae fr. 10: circum sese. Exempla ex Plauto et Terentio desumpta vide apud Handium. — Ex *circa* et *circum* coniunctum est adverbium *circumcirca*. Sergius in Donat. p. 1855, ed. Putsch.: „Nam et praepositionem praepositioni sic cohae-

rentem, ut pro una parte praepositionis habeatur, invenimus saepe apud Catonem, ut *circumcirca*, i. e. circa. Vide Bolhuis. p. 213.

Cis de tempore dicitur, velut Plaut. Merc. I, 2, 42: cis paucos mensis. Truc. II, 3, 27: Ut nulla faxim *cis dies paucos* siet, h. e. intra paucos dies. Most. I, 1, 17: *Cis* hercle *paucas tempestates*, h. e. intra breve tempus.

Clam eiusdem originis est cum verbo *celare*. Plaut. Truc. II, 1, 37: Satin *clam patrem* hac etiam nocte illico Per hortum transilivit ad nos?, ubi Pall. habent *pater*. Cas. grex v. 5: clam uxorem, item II, 8, 15 et Asin. V, 2, 92. Aul. prol. v. 7: clam omnis. Amph. prol. v. 107: Is amare occepit Alcumenam *clam virum*. Cas. III, 8, 33: clam meam uxorem. Merc. II, 3, 26: Muscast meus pater, nil potest *clam illum* haberi. Most. V, 1, 13: Nam scio equidem nullo pacto iam esse posse clam senem. Merc. III, 4, 75: Clam patrem. Merc. v. 807: clam uxorem suam. v. 809: Uxor *virum* si *clam* domo egressast. v. 815: clam — uxorem suam. III, 2, 2: Emptast amica *clam uxorem* et *clam filium*. Terent. Adelph. I, 1, 27 sq.: postremo, alii *clanculum Patres* quae faciunt, — Ea ne me celet, consuefeci filium. Hec. III, 3, 36: ut *clam* eveniat partus *patrem*.

Inter et de loco et de tempore dicitur, item de personis et rebus atque actionibus. Naev. bell. Pun. fr. inc. 6 Vahlen. p. 18: rumitant *inter se*. Naevii Lycurg. fr. 17: nam ut ludere *inter se* laetantis vidimus. Ennii fr. incerti libri ap. Serv. ad Virg. ecl. IX, 24: inter ponendum, h. e. dum ponuntur. Ennii Achillis fr. 9: mortales *inter se* pugnant. Ennii annal. l. I, fr. 54: *inter se* licitantur. fr. 72, v. 114 sq.: simul *inter Sese* sic memorant. l. II, fr. 13: inter sese. l. VII, v. 256: inter pugnas. l. VIII, fr. 3, v. 275: Miscent *inter sese* inimicitiam agitantes. Annal. fragm. inc. sedis 18: Inter se. Ennii *Προτρεπτικὸς* fr. 2: Ubi videt avenam lolium crescere *inter triticum*. Ennii Alexandri fr. 9: Iudicabit inclitum iudicium *inter deas tris* aliquis. Cresphontis fr. 1: *inter se* sortiunt urbem atque agros. fr. 6: Pacem *inter sese* conciliant. Inc. trag. fragm. 8: inter civis. Plaut. Merc. IV, 4, 12: etiamne haec illi tibi Iusserunt ferri, *quos inter* iudex datu's? Poen. sc. ultima v. 27: Quid lenonem vis *inter negotium?* Truc. II, 6, 29: *Inter tot dies* quidem hercle iam aliquid actum oportuit. Poen. V, 3, 43: At ne *inter vias* Praeterbitamus, metuo. Caecil. Stat. Asotus fr. 7: Nihil fore opino *inter me* atque *illum*. Plocium

fr. 1, v. 147: egomet vivo *inter vivos* mortuus. v. 151 sq.: *inter suas Aequalis, cognatas* sermonem serit. Pugil v. 193: inter laudandum. Terent. Adelph. V, 3, 17: Vetus verbum hoc quidemst, Communia esse amicorum *inter se* omnia. Eun. IV, 2, 1: coepi egomet mecum *inter vias* — Aliam rem ex alia cogitare. Andr. III, 3, 43: Qui scis eos nunc discordare *inter se?* Alia exempla vide apud Handium in Tursellino.

Ob. Pertinet huc usus praepositionis *ob* tantummodo localis. Leges XII tabb., 2, fr. 3: Ob portum, h. e. ad domum sive ante aedes, ut Funccius explicat. Ennii annales l. VIII, fr. 21 (Paulus Festi p. 179 M.: „*ob* praep..... pro *ad*"): *Ob Romam* (i. e. ad Romam) noctu legiones ducere coepit. Ennius fr. inc. libri 5 (Fest. l. l.): *Ob Troiam* duxit. Plaut. Aul. II, 4, 23: follem obstringit *ob gulam*. Most. III, 1, 91: obici Iube huic argentum *ob os* impurae belluae. Merc. v. 924: *Ob oculos* adduxerit. Mil. II, 4, 51: Nunc demum experior mi *ob oculos* caliginem opstitisse. Pseud. IV, 5, 10: Nunc ego Simonem mi *ob viam* veniat velim. Terent. Phorm. IV, 3, 56: Ager oppositust pignori *Decem ob minas.*

Penes. Plaut. Amph. II, 2, 21: *quem penes* est virtus. Truc. IV, 4, 5: *quam penes* est mea omnis res et liberi. Truc. I, 1, 4: *Quam penes* amantum summa summarum redit. Truc. V, v. 9: Manus vetat, priusquam *penes sese* habeat, quidquam credere. Aul. IV, 4, 27: nequi tui *me* quicquam invenisti *penes.* Capt. II, 1, 37: set ubi iam *penes sese* habent, h. e. in sua potestate habent, impetrarunt. Poen. V, 4, 15: *Quem penes* spes vitae sunt hominum omnium. Terent. Adelph. III, 3, 34: istaec iam *penes vos* psaltriast? Hec. IV, 1, 20: illorum esse hanc culpam credidi, quae *te* est *penes.*

Per. Livius Andronicus fr. Aegisthi 1: praeda *per participes* aequiter Partita est. Livii Andronici inc. trag. fragm. 8: Quo Castalia *per struices saxeas* lapsu accidit. Naev. fr. inc. trag. 4: Dubii *faventem per fretum* introcurrimus. Naev. bell. Pun. ex incert. libr. 3 Vahlen. p. 17: Per liquidum mare. Cato R. R. c. 2: per imbrem. Ib.: per ferias. C. 5: *Per autumnum* evehito. Ib.: *per tempus* eam condito. C. 6 et C. 61: per tempus. C. 39: Per imbrem. C. 40: Per ver. C. 53: *per ver* cum arabitur. C. 17: *per sementim* primum incipiunt maturae esse. Ennii annal. l. I, fr. 34, v. 40: Nam me visus homo pulcher *per amoena salicta* Et *ripas* raptare *locos*que *novos.* l. II, fr. 15:

tractatus *per aequora* campi. l. V, fr. 7: Quod *per amoenam urbem* leni fluit agmine flumen. l. VI, fr. 11: Incedunt *arbusta per alta.* l. XI, fr. 7: per pectus. Annal. inc. sed. fragm. 5: per terras. fr. 27: Labitur uncta carina *per aequora cana* celocis. fr. 51, v. 505: Fert sese campi *per caerula laetaque prata.* fr. 81: *Per*que *fabam* repunt (grues). fr. 131: per altum. Ambracia fr. 1: *per gentes* esse cluebat omnium miserrimus. Epigramm. 1, v. 4: Cur? volito vivus *per ora* virum. Euhemeri fr. 11, 62: *per orbem* terrae. Ennius annal. l. I, fr. 4: *Latos per populos terras*que poëmata nostra Clara cluebunt. fr. 19: Transnavit cita *per teneras* caliginis *auras.* Annal. fr. inc. sedis: per aethera. Plaut. Pers. IV, 5, 6 et Most. V, 1, 4: per angiportum. Pers. II, 2, 17: per circum. Pers. IV, 5, 7 et Merc. V, 4, 49 et Pers. III, 3, 41: per hortum. Stich. III, 1, 33: *per hortum* ad amicam transibo meam. Merc. v. 371: Per mare. Most. v. 931: per posticum. Merc. v. 175: per urbem. Merc. II, 3, 71: incedat *per vias.* Merc. V, 4, 46 et Most. I, 1, 53: per vias Truc. I, 2, 85: *Per tempus* subvenistis, h. e. opportune, zu rechter Zeit, vide Boxhorn. ad Cas. II, 1, 16. Caecil. Stat. Titthe fr. 3: *Per mysteria* hic inhoneste honestam gravidavit probro. Terent. Hec. IV, 3, 16: Sed video Phidippum egredi *per tempus*, h. e. tempore opportuno.

Pone. Cato R. R. c. 18: qui *pone arbores* est. Plaut. Curc. IV, 2, 1: non queo quod *pone mest* servare. Poen. III, 2, 34: *Pone nos* recede. v. 35: *pone sese* homines locant. Trin. III, 2, 37: Tute *pone te* latebis facile, ne inveniat te honos. Curc. IV, 1, 20: *Pone aedem* Castoris. Aul. IV, 4, 10: Pone, ubi vide adnotationem Taubmanni.

Post. Cato R. R. c. 5: *Post imbrem* autumni rapinam — serito. C. 65: Postridie aut *post diem tertium* quam lecta erit. Ennii Alexandri fr. 1, v. 67: Post illa.

Praeter. Ennii Medeae exulis fr. 7, v. 300: *Praeter rogitatum* si querare. Plaut. Stich. III, 2, 7: mustella murem [ut] apstulit *praeter pedes,* vor den Füßen hin. Asin. V, 2, 6: At scelesta ego *praeter alios* meum virum fui rata Siccum. Taubm.: *μάλιστα τῶν ἄλλων.* Most. IV, 2, 49: *praeter speciem* stultus es. Amph. II, 2, 10: quem ego amo *praeter omnis.* Most. III, 2, 138: praeter vecturam. Merc. III, 3, 24: praeter hunc diem. Mil. v. 629 Fleckeisenus in editione Plauti T. I, praef. p. 26 omittit *praeter* et scribit: Nam equidem hau sum natus annos

quinquaginta —. Terent. Heaut. I, 1, 7: *praeter aetatem tuam* Facere et praeter quam res te adhortatur tua. Heaut. I, 1, 27: Fortasse aliquantum iniquior erat *praeter* eius *lubidinem*. Adelph. I, 1, 39: Nimium ipsest durus *praeter aequomque* et *bonum*. Ib. V, 5, 3: Iam nunc haec tria primum addidi *Praeter naturam*. Adelph. II, 3, 5: Itaque unam hanc rem me habere *praeter alios* praecipuam arbitror. Phorm. V, 2, 3: Ita fugias ne *praeter casam*, quod aiunt (= ultra). Andr. I, 1, 31: Horum ille nil egregie *praeter cetera* Studebat, h. e. quasi ceteris omnibus neglectis, ad q. l. vid. Ruhnk. v. 95: et quia erat forma *praeter ceteras* Honesta et liberali.

Prope. Plaut. Pers. I, 3, 19: *Prope me* hic nescio quis loquitur.

Propter. Pertinet huc praepositionis *propter* significatio tantummodo localis. Naev. Lycurg. fr. 17, v. 47: Propter amnem. Cato R. R. c. 9: propter amnes. Ennii annal. l. I, fr. 20: Constitit inde loci *propter sos* dia dearum. Satur. libr. inc. fragm. 6: Subulo quondam marinas *propter* adstabat *plagas*. fr. 7: Propter stagna. Plaut. Rud. prol. v. 34: In agro atque villa proxuma *propter mare*. Amph. IV, 1, 8: *Quem propter* corpus suum stupri conpleverit, h. e. prope, vid. Sciopp. et Boxhorn.; non recte Lambinus accipiebat pro *cuius gratia*. Terent. Adelph. II, 1, 15: hic *propter hunc* adsiste.

Secundum. Cato R. R. c. 118: Oleam albam *secundum vindemiam* uti voles. Cato orat. in L. Furium de aqua ap. Festum Vindiciae: praetores *secundum populum* vindicias dicunt, ad q. l. Dacerius: „i. e. populo vindicias dant. Rei controversae possessionem populo decernunt.“ Ennii Euhemerus fr. 8, 40: quae *secundum mare* loca essent. Plaut. Capt. II, 1, 42: *Secundum patrem* tu's pater proxumus. Plaut. ap. Priscian. 10 (Scheller. gr. lat. p. 744): *secundum aram* aurum abscondidi. Mil. IV, 8, 38: *Nos secundum* ferri nunc per urbem haec omnia, ubi vide interpretationem Lindemanni. Cas. prol. v. 28: *Secundum ludos* reddunt autem nemini, h. e. post ludos, ludis peractis. Terent. Eun. V, 8, 60: conlaudavi *secundum facta* et *virtutes tuas* (ordinem et causam exprimit, = sequendo virtutes tuas). Pro *secundum* dicebatur etiam *secus*, sic apud Catonem R. R. c. 21: dextra sinistra foramina utrinque *secus laminas*.

Sub. Naev. bell. Pun. fr. 7. Vahlen. p. 18: subiguntur *sub suum iudicium*. Plaut. Most. II, 1, 10: subeunt *sub falas*. Pers. IV, 1, 2: Solet illa recte *sum manus* succedere, ad q. l. affert

Gronovius Mil. II, 2, 59: Lepide hoc succedit *sub manus* negotium.

Super. Ennii annal. l. XIV, fr. 2: volat *super* impetus *undas.*

Subter. Q. Fabius Pictor ap. Gell. X, 15 (Egger. p. 107): Unguium Dialis et capilli segmina *subter arborem felicem* terra operiuntur.

Trans. Plaut. Merc. v. 354: trans mare. Mil. II, 5, 58: conmeatus transtinet *trans parietem.*

Contra. Cato R. R. c. 18: uti *contra ora* sient, nisi h. l. cum Schneidero *contraria* scribendum est. Ennii annal. l. VI, fr. 3, v. 181 sq.: *contra carinantes* (h. e. obtrectantes) Verba [atra] obscena profatus.

Erga uno tantum loco significationem habet localem, Plaut. Truc. II, 4, 52, ubi scribendum aut cum Bothio: tonstricem Suram Novisti, nostras quae nunc erga aedis habet, aut cum Handio Tursell. II, p. 438: t. S. n. nostram, quae med erga aedis habet, h. e. e regione. In ed. Gronovii est: t. S. N. nostram, quae modo erga aedes habet. In codd. Cam. legitur *quem. Modo* profectum est a Lipsio. Deinde de animo dicitur, et de amico et de hostili. Asin. I, 1, 5: Siquid *med erga* [tu] hodie falsum dixeris. Aul. IV, 10, 62: Si quid ego *ted erga* imprudens peccavi aut *gnatam tuam* (sic Goell.). Capt. II, 1, 48: Per fortunam incertam et per mei *te erga* bonitatem patris Perque conservitium. 3, 56: Si ego item memorem quae *me erga* multa fecisti bene. II, 2, 100: me esse scit *erga se* benevolum. Terent. Heaut. II, 3, 24: Nam et vitast eadem et animus *te erga* idem ac fuit. Heaut. I, 2, 15: animum amicae *se erga* ut sit suae.

Extra. Ennii Alexandri fr. 8, v. 83: extra me. Medeae exulis fr. 2: Quid sic te *extra aedis* exanimata eliminas? Terent. Hec. IV, 1, 48: ne extulisse *extra aedis* puerum usquam velis. Phorm. I, 2, 48: Neque notus neque cognatus *extra unam aniculam* Quisquam aderat.

Infra. Terent. Eun. III, 2, 36: Tace tu, quem ego *infra infumos omnis* puto.

Intra. Ennii annal. l. I, fr. 72, v. 118: Tu produxisti nos *intra* luminis *oras.* l. XV, fr. 2, v. 391: intra muros. Plaut. Most. v. 1064: intra limen. Merc. I, 2, 75: intra navem.

Supra. In Ennii epigrammate 3 ap. Vahlen. p. 163 est: A sole exoriente *supra Maeotis paludes* Nemo est cett. Plaut. Pers. V, 2, 38: qui *supra nos* habitat.

Ultra. Ennii annal. inc. sedis fragm. 91: *ultra* fossam.

47. b) *Accusativus progressionis.* Spectemus primum accusativum spatii. Cato R. R. c. 18: orbem olearium crassum *digitos sex* facito. Ib.: Foramina longa *pedes tres semis*, exculpta *digitos sex.* C. 6: Ibi oculos arundinis *pedes ternos* alium ab alio serito. C. 20: Si autem labent in cupam, eo indito tunicas solidas et latas *digitum pollicem.* C. 41: Eos surculos facito sint longi *pedes binos.* C. 45: ne plus *IV digitos transversos* emineant. C. 46: *Digitum* supra terram facito semina emineant. C. 47: *ternos pedes* oculos disponito. C. 48: porcas *pedes quinos* latas facito. Ib.: terram — altam *digitum transversum.* C. 49: Vineam veterem si in alium locum transferre voles, duntaxat *brachium* crassam licebit. Cato origg. ap. Varron. de re rust. II, 3, §. 3: In Sauracti et Fiscello caprae ferae sunt, quae saliunt e saxo *pedes plus sexagenos.* Or. in L. Veturium de sacrificio commisso ap. Priscian. T. I, p. 229: non minus *XV milia* Anien abest. R. R. c. 22, 1: ab labris *digitum minimum* abesse oportet. Ib.: si orbes *minimum* aberunt. Plaut. Bacch. III, 3, 19: *Digitum* longe a paedagogo pedem ut ecferres aedibus. Aul. I, 1, 18: *Digitum transvorsum* aut *unguem latum* excesseris. Amph. II, 1, 1: age i tu *secundum* (hic secundum Iacobsium non est accusativus directionis, sed extensionis). Asin. III, 3, 13: Ne iste hercle ab ista non *pedem* discedat. Poen. IV, 2, 15: nomina insunt *cubitum* longis literis. Most. v. 842: *Latius* demum operaest pretium ivisse.

Sequitur accusativus temporis. Naev. Agitatoriae fr. 1, v. 5: hunc unum diem. Q. Fabius Pictor ap. Gell. X, 15 (Egger. p. 107): et de eo lecto *trinoctium continuum* non decubat. Cato R. R. c. 17: Postea usque adeo sunt *plus menses VIII*, quae ita corrigit Schneiderus: maturae esse, postea usque adeo plus menses VIII, i. e. et post sementem ita maturescere pergunt plus quam VIII menses. C. 2: videto *quot dies* quaeve opera per imbrem fieri potuerint. C. 7: sale confriato *dies V.* Ib.: in solem ponito *biduum.* C. 105: *Biennium* in sole sinito positum esse. C. 89: nec plus aqua sita siet *horam unam.* C. 109: Sinito combibant *noctem* et *diem.* C. 113: et ne *plus quatriduum* in sole siveris. C. 120: *totum annum* mustum erit. ib.: Mustum si voles *totum annum* habere. C. 128: sinito *quatriduum* fracescat. C. 112: et ponito in sole *biduum.* Ennii Euhemerus fr. 9, 42 sq.: in monte Olympo *maximam partem* vitae colebat. Ennii annal.

l. VII, fr. 10, v. 241: *magnam* cum lassus diei *Partem* fuisset. l. X, fr. 5: Sollicitari te Tite sic *noctes*que *dies*que. Alexandri fr. 8, v. 86: *Multos annos* latuit. Andromacha aechmalotis fr. 3: *annos multos* — Bellum gerentes. Plaut. Pers. I, 1, 21: *Plusculum annum* Fui praeferratus aput molas tribunus vapularis. 3, 35: id *totum* procedit *diem*. Pers. v. 172: Nam equidem te iam sector *quintum hunc annum*. IV, 4, 76: Numquam hercle *hunc mensem vortentem*, credo, servibit tibi. Merc. v. 46: Obiurigare pater haec *noctes* et *dies*. v. 55: tot — annos. III, 1, 26: Ovem — natam *annos sexaginta*. Merc. v. 542: *diem unum* oravit Ut aput me praehiberem locum. III, 2, 6: Nam *hanc* bene se habere *aetatem* nimiost aequius. III, 3, 24: *Nullum* hercle praeter hunc *diem* illa apud me erit. Men. V, 1, 20: Nam *meam* med *aetatem* esse viduam mavelim. Asin. II, 2, 8: *Aetatem* velim servire, Libanum ut conveniam modo, quod est adverbialiter pro *semper* positum, v. adnot. Taubmanni. Asin. I, 1, 6: Ut tibi superstes uxor *aetatem* siet. [Nonius: „aetatem pro diutissime sive aeternum adverbialiter positum]. II, 2, 18: Adeo ut *aetatem* ambo ambobus nobis sint obnoxii. Aul. prol. v. 4: hanc domum Iam *multos annos* est ut possideo. Pers. I, 3, 57: Sicut istic leno hau dum *sex mensis* Megaribus Huc est quom commigravit. Truc. III, 2, 20: Rabonem habeto, mecum ut *hanc noctem* sies. IV, 4, 19: ut *hoc dies aliquos* sinas Eum esse aput me. v. 21: *Triduom hoc* saltem, dum miles aliquo circumducitur. Epid. III, 4, 62: plus iam sum libera *quinquennium*. Poen. V, 4, 69: Quia *annos multos* filias meas celavistis clam me. Mil. IV, 2, 87: Quin *mille* annorum perpetuo vivont ab saeclo ad saeclum. Most. I, 1, 21: *Dies noctis*que bibite. v. 76: *Triennium* qui iam hinc abest. Most. v. 235: *dies noctes*que estur. III. 1, 61: *Multos* me hoc pacto *dies* frustramini. 2, 78: Sub diu colere te usque *perpetuom diem*. IV, 2, 38: Quin *sex mensis* iam hic nemo habitat. v. 42: numquam hic *triduom unum* desitumst potarier. v. 43: *Triduom unum* haut esse intermissum hic bibi. Merc. V, 4, 57: *Annos* gnatus *sexaginta*. Caecil. Stat. fr. Fallaciae 7: Velim paulisper te opperiri. — Quantisper? — Non plus *triduum*. Terent. Adelph. IV, 1, 5 sq,: nam *hunc diem* Misere nimis cupio ut coepi, *perpetuom* in laetitia degere. Heaut. I, 1, 10: *Annos sexaginta* natus es, Aut *plus* eo, ut conicio. Heaut. I, 1, 66: Clam me profectus *mensis tris* abest. Phorm. I, 3, 7: fuisset tum illos mi aegre *aliquot dies*. Heaut. IV, 3, 38: me *aetatem* censes velle

id adsimularier? Hec. III, 4, 7: *Dies triginta* aut *plus* e navi fui. — Pertinet huc etiam acc. temporis cum *ad* coniunctus. Plaut. Bacch. III, 2, 4: hoc factumst ferme *ad biennium*. Stich. I, 2, 80: Quid illos expectatis qui *abhinc* abierunt *triennium*? Cas. prol. v. 39: Is servos, sed *ad annos* factumst *sedecim*, Quom conspicatust primulo crepu Puellam exponi. Terent. Andr. I, 1, 42: Interea mulier qua *abhinc triennium* Ex Andro commigravit huc viciniae. Hec 3, 24: *abhinc mensis decem* fere. V, 9, 28: Vinolentus *abhinc annos quindecim* mulierculam Eam compressit. Hand. sell. I, p. 64 docet eadem significatione a Plauto etiam usurpatum esse Truc. II, 3, 20: Quam si *hinc* ducentos a fuerim mortuus.

Sed invenitur etiam accusativus temporis, ubi non perpetuitas, sed unum tantum punctum temporis significa quod alibi ablativo exprimitur. Cato R. R. c. 17: Ea semen viride et maturum habet, uti semen de cupresso, de *quidvis anni* legere possis. Item *quidvis anni* matura est cett. C *triduum* aut *quatriduum* post. Plaut. Amph. I, 1, 2: Qui *hoc n* solus ambulem, *δεικτικῶς*, = nocte tam sera atque intempesta. Qui *hoc noctis* a portu [med] ingratiis excitavit. I, 1, 136: Set hic est homo, quem ante aedis video *hoc noctis?* v. 154: non place *hoc noctis* esse. Curcul. I, 1, 1: Quo ted *hoc noctis* dicam profi foras Asin. I, 1, 56: Neque puduit eum *id aetatis* sucopha Struere. Bacch. II, 3, 109: Ne navigarem tandem *hoc a* senex. Mil. III, 1, 64: At quidem *illuc aetatis* qui sit cett. III, 3, 57: Quamquam *hoc* me *aetatis* sucophantari pudet. M II, 2, 19: *quid* tibi ego *aetatis* videor? Terent. Heaut. I, 1, Ego *istuc aetatis* non amori operam dabam.

Huc referendus est etiam et similis huic accusativo is, dicitur graecus, quemadmodum recte censet Kruegeru gramm. lat. p. 427. Cato R. R. c. 7: *Oleas orchites, posias* — conduntur, nisi potius pendet hic acc. a praegressis serito inserito. c. 118: *caetera* item condito ita, uti supra scriptum quod Schneiderus ita explicat: „i. e. quod reliqua condim attinet.“ Ennii annal. l. IX, fr. 7: perculsi *pectora* Poeni. l. fr. 4: succincti *corda* machaeris. l. I, fr. 40:

Cetera quos peperisti
Ne cures.

Servius ad Virg. Aun. l. IX, v. 656 dicit: „*Cetera* deinc

est adverbium. Id est in ceterum; est autem Ennianum: tera" e. q. s. Plaut. Epid. IV, 1, 39: ut *alias res* est impense probus, h. e. τὰ ἄλλα, ceterum, sive quod ad ceterum attinet, tera, *ad cetera* cett., quae sunt verba Scioppii, cf. Perizon. Sanct. Minerv. p. 159, adnot. 2. Bacch. IV, 8, 37: *ceterum* rbum sat est, vid. adnot. Acidalii. Poen. IV, 2, 6: *latera* aepeditus forti ferro. Rud. V, 2, 3: quasi palo *pectus* tundor. ud. IV, 3, 23: *Vidulum istum* quoius est novi ego hominem, ro: quod ad vidulum istum attinet cett.

48. *Accusativus quantitatis intensivae.* a) *Accusativus regionis.* dmodum Cato R. R. c. 156: Paulisper demittito usque *admodum* um quinquies quinque numeres. Plaut. Amph. I, 3, 43: Ex amore ic *ad modum* quam saevos est, de quo vide Taubm. ad h. l. t Hand. Tursell. I, p. 178. Most. III, 2, 125. Merc. II, 3, 65. In esponsione utuntur hoc vocabulo colloquentes, ut rem in eum, qui ntea dictus erat, modum se habere concedant addita certae affirmationis vi. (Sic Hand. Tursell. I, p. 177, cf. Schuetz. doctr. part. . 31). Sic Bacch. IV, 7, 40: Dic sodes mihi, Bellan videtur specie ulier? NI. *Ad modum*, item Rud. I, 2, 55. Terent. Heaut. I, , 1: Quamquam haec inter nos nuper notitia *admodum*st. — *Eo* aev. bell. Pun. l. VI, fr. 4 Vahlen.: Censet *eo* venturum obam Poenum. Lycurg. fr. 6. Cato R. R. c. 40: *eo* duos surlos — artito. C. 7: *eo* lotium suillum aut stercus ad radicem ldere oportet. C. 22: *Eo* sumpti opus est (dazu ist an Aufwand ldhig). Ennii Euhemerus fr. 7, 31: Postquam *eo* ascendit. fr. 43: *eo* ad eum in ius veniebat. l. 45: *eo* veniebant. l. 45: *eo* niebat. Plaut. Pers. II, 2, 53: Quid *eo*? Merc. V, 1, 8: *eo* iam acdit servitus. V, 2, 99. Terent. Phorm. IV, 3, 35: Immo non potuit elius pervenirier *Eo quo* nos volumus, h. e. ad eum gradum, d eam conditionem, ad eum statum, ad eum scopum. Sequente ronomine relativo ib. I, 3, 6: Neu me cupidum *eo* inpulisset, uod mihi principiumst mali. — *Adeo.* De huius particulae usu raeter Handium in Tursellino conferendus est etiam Kleinius a censura Reinholdi de usu part. *adeo* brevis observationis in Zeitschr. f. Alt. 1841, p. 1300 — 1309. — 1., Terminum loci vel temporis exprimit, quem usum recte Handius docet solum apud antiquiores scriptores inveniri, quum ea significatio, qua gradum exprimit, antiquiorum et posteriorum scriptorum communis sit. Cato R. R. c. 56: *usque adeo* dum ficus esse coeperint. C. 67: amurcim commutet *usque adeo*, donec in lacum —

pervenerit. C. 76: item linito *usque adeo*, donec omne caseum cum melle adusus eris. C. 86: Lacte addat paulatim *usque adeo*, donec cremor crassus erit factus. C. 88: Id aliquoties in die [quotidie] facito, *usque adeo* donec sal desiverit tabescere biduum. ib.: *Usque adeo* in sole habeto, donec concreverit. C. 95: igni leni coquito — *usque adeo*, dum fiat tam crassum, quam mel. C. 40: artito (surculum) *usque adeo quo* praeacueris. C. 106: *usque adeo*, donec ovum gallinaceum coctum natabit. C. 17: Postea *usque adeo* sunt plus menses VIII. Plaut. Merc. III, 4, 72: *Adeo* dum illius cupiditas te atque amor missum facit? Merc. I, 1, 77: *Adeo* dum. Terent. Eun. IV, 6, 3: *Usque adeo* illius ferre possum ineptiam. — 2., A loci significatione translatum est, si usurpatur in loquendi formula *adeo res redit*, vid. Hand. I, p. 138. Sic Terent. Phorm. I, 2, 5: *adeo res redit*, Siquis quid reddit, magna habendast gratia. Heaut. V, 2, 27: *Adeon rem rediisse*, ut periclum etiam a fame mihi sit, Syre? Heaut. I, 1, 61: Postremo *adeo res rediit*. — 3., Amplificatam conditionem et rem ad certum aliquem gradum provectam et auctam denotat, qua significatione coniungitur et cum adiectivis et cum adverbiis et cum substantivis et cum verbis. Naev. Corollaria fr. 1, v. 37: *Adeo* efflictim. Plaut. Rud. V, 3, 32: Id ego continuo huic dabo, *adeo* me ut hic emittat manu, ubi *adeo ut* idem valet atque *ita ut*, *eo consilio ut*. Bacch. II, 3, 49. Merc. v. 35: Quia nullus usquam amator *adeo*st callide Facundus. I, 1, 64, quibus duobus locis est so, so sehr. Aquilius Boeotia v. 8: *adeo* — ut. Terent. Adelph. II, 2, 13: vero ego numquam *adeo* astutus fui, Quin quidquid possem mallem auferre potius in praesentia. Andr. I, 1, 93: Et voltu, Sosia, *Adeo* modesto, *adeo* venusto, ut nil supra. Eun. I, 2, 123: nam me eius spero fratrem propemodum Iam repperisse adulescentem *adeo* nobilem. Nonnunquam in comparatione ponitur, ut Andr. I, 5, 10: *Adeon* hominem esse invenustum aut infelicem quemquam, *ut* ego sum? Heaut. V, 1, 12: Gaudere *adeo* coepit, *quasi* qui cupiunt nuptias, h. e. tantum, quantum gaudent ii qui cett. — 4., Sequitur is usus, quem Reinholdus l. l. usum petitum particulae dicit, repetendum illum ex significatione primigenia, sed ita tamen, ut huius vis paulum imminuta sit. Quam significationem Handius intensivam dicit et comparat cum Graecorum particula restrictiva ἔτι. Distinguit enim, ut Handius ait, *adeo* id, quod ante omnia accurate et maxime spectandum sit, aut in aliqua re magno-

pere vel potissimum valeat. Accuratius Kleinius in hoc genere distinguit usum procliticum et encliticum particulae, prout vocabulum id, cui vis particula additur, post eam aut ante eam positum est et addit nonnunquam particulam etiam interponi duobus vocabulis, quorum vis ea intenditur. Nos dicimus gar vel fogar. Ac primum quidem ea, quam diximus, ratione componitur proprie cum pronominibus, ut aliquam rem ante dictam vel aliunde cognitam vel adhuc exponendam maiori vi efferat et in eam convertat praecipuam considerationem. Plaut. Aul. IV, 2, 16 servus dicit, si aurum domini sui in templo Fidei inveniat, se ei (Fidei) mulsi congialem plenam facturum fideliam. Tum ei dicit: Id *adeo* tibi faciam: verum ego mihi bibam, id ubi fecero. Handius (p. 143 sq.) *adeo* cum *id* coniungit et explicat: *τοῦτό γε*, *id quidem*, omnino recte. Significat: das gar, h. e. *tantum* honoris, *tantum* donum *tibi* afferam, sed *mihi bibam*, ubi id fecero. Est igitur h. l. duplex oppositio, primum inter *id*, h. e. plenam facere congialem et *bibere*, deinde inter *tibi* et *mihi*, germanice: ja, dies will ich dir thun etc. Rud. prol. v. 36: Neque is *adeo* propter malitiam patria caret. Most. II, 2, 46. Merc. V, 4, 64. Caecil. Stat. Epistula fr. 1: Iam me *adeo* manta. Terent. Eun. II, 2, 2: hoc *adeo* ex hac re venit in mentem mihi. (Kleinius p. 1307 et 1308 ja, dabei fällt mir das ein, ubi non solum *hoc*, sed etiam *ex hac re* cum *adeo* coniungendum est). Deinde *adeo* pronominibus personalibus apponitur proprie, ubi oratio ab alia persona ad aliam transit et in eam maxime animum convertit. Ennius fr. Medeae exulis 21 Vahlen.: Iuppiter *tu*que *adeo* summe Sol. Plaut. Rud. III, 4, 25: *Vos adeo*, ubi ego innuero vobis, — ego vos virgis circumvinciam. — *Ego adeo* fere idem est quod *ego quidem*, *ἔγωγε*. Plaut. Bacch. IV, 7, 30: *Ego adeo* numquam accipiam. Terent. Eun. II, 2, 16: *ego adeo* hanc primus inveni viam. Pronomini *ipse* adiectum *adeo* auget eius vim, quae cernitur in graeco *αὐτός γε*. Plaut. Asin. II, 3, 23: Atque hercle *ipsum adeo* contuor. Terent. Andr. II, 5, 4: *Ipsum adeo* praesto video cum Davo. Etiam cum coniunctionibus, quae conditionem indicant, coniungitur *adeo*. Plaut. Merc. V, 4, 33. Terent. Andr. II, 6, 7: Num illi molestae quidpiam haec sunt nuptiae? . . . DA. Nil hercle: aut, *si adeo*, biduist aut tridui Haec sollicitudo, de quo loco Kleinius p. 1309: „In *si adeo* est imperfecta enunciatio ex iis quae praecedunt supplenda, velut:

si adeo illi molestae quippiam sunt hae nuptiae. Handius explicat: wenn wirklich, quod intelligendum dictum esse pro: wenn gar, si praeter exspectationem.“ Sic dicitur etiam *nunc adeo*, h. e. *νῦν γε*, ut Plaut. Merc. II, 2, 57. Etiam imperativo vim addit, ut graecum *γέ*, vide Passovium et nostrum doch. Sic Terent. Andr. IV, 4, 20: Propera *adeo* puerum tollere hinc ab ianua. In narratione ponitur, ubi aliqua persona vel res aliis ex adverso apposita insigniter est demonstranda, ubi nos vocem magis intendimus pronunciando, interdum jedoch, dagegen usurpamus. Sic Plaut. Amph. I, 2, 6: ille *adeo* illum mentiri sibi Credet et Merc. II, 1, 10: Ea simia *adeo* post haud multo ad me venit. — Stich. I, 1, 11: crucior patrem tuum Meumque *adeo* — inprobi Viri officio uti (sogar). Similiter Amph. II, 2, 46: Quamque *adeo* cives Thebani vero rumiferant probam, ubi exprimit id, quod exspectationem superat, quam ipsi Thebani, utpote qui alias libenter maledicant hominibus, probam mulierem dicunt. Rud. IV, 4, 121: Qui te di omnes perdant, qui hodie me oculis vidisti tuis, Meque *adeo* scelestum (und obendrein, h. e. quod ad cetera etiam accedit). Most. III, 1, 101: *Adeo* etiam faenus creditum argenti audio. Most. I, 3, 123: Verum illut esse maxuma *adeo* pars vostrorum intelligit. Pers. III, 1, 2. Merc. v. 26. v. 60. Stich. V, 4, 15: Atque *adeo* ut tu scire possis, pacto ego tecum hoc divido, quod Handius explicat: *eo consilio ut*, melius, puto, huc referetur, ut *adeo* habeat significationem intensivam et pertineat ad sequentia: p. e. t. h. divido. Merc. II, 3, 60: neque *adeo* placet. Stich. V, 2, 16: Ibi voster cenat cum uxore *adeo* et Antipho, ubi *adeo* ad *uxore* pertinet. Cas. V, 4, 23: Si ego unquam *adeo* posthac tale admisero ja, wenn ich jemals künftig etc. Curc. V, 3, 37: Nunc *adeo*, ut tu scire possis, leno, meam sententiam, Libera haec est etc., ubi *adeo* pertinet ad sententiam duorum versuum, qui sequuntur, libera haec est etc.: ja jetzt, damit du meine Meinung wissest (sage ich dir): dieses Mädchen ist eine Freie etc. Merc. V, 2, 18: Neque mihi ulla opsistet amnis nec mons neque *adeo* mare (h. e. ja kein Meer). Curc. V, 3, 2: id *adeo* ego hodie expertus sum, ubi *adeo* ad *expertus sum* spectat. Sententia est (id non modo dico ita): id hodie adeo *expertus* sum. Rud. V, 3, 62 sqq.: spectatores, vos quoque ad cenam vocem, Ni daturus nil sim, Nive *adeo* vocatos credam vos esse ad cenam foras. Hic *adeo* spectat ad *foras vocatos*: *Vos* quoque ad cenam vocem,

isi nihil (h. e. si aliquid) habeam quod dem, adeo nisi creiam vos *foras* ad cenam vocatos esse. (Fabula enim finita est). Stich. v. 215. Amph. prol. v. 72. Aquilius Boeotia fr. 1, v. 2. Caecil. Stat. Imbrii fr. 7, v. 101. Terent. Hec. IV, 1, 9: tu virum me aut hominem deputas *adeo* esse?, ubi *adeo* coniungendum cum *hominem*. Andr. III, 3, 47: Tute *adeo* iam eius verba audies, ubi Handius falso explicat: „tu ipse (σύ γε) eius verba audies." Quae Davus sentiat, Simo Chremeti iam dixit; nunc ei dicit: adeo *eius ipsius verba* audies, et servum vocari iubet. Hec. II, 1, 4: Itaque *adeo* uno animo omnes socrus — oderunt nurus. Hec. II, 2, 19: Neque *adeo* clam me est, quam esse eum graviter laturum credam. Kleinius: auch weiß ich sogar wohl. Eun. V, 4, 42: Atque *adeo* autem quor non egomet intro eo? Andr. V, 6, 13: atque *adeo* longumst illum me expectare. — *Quo* Liv. Andron. fr. inc. trag. 8: *Quo* Castalia per struices saxeas lapsu accidit. Cato R. R. c. 10: dolia *quo* vinaceos condet. Cato R. R. c. 5: ad cenam ne *quo* eat. Cato R. R. c. 43: Palo prius locum ne feceris, *quo* taleam demittas. Ennii Andromacha Aechmalotis fr. 9, v. 114: *Quo* accedam? *quo* applicem? Medeae exulis fr. 15: *Quo* nunc me vertam? Pancratiastes fr. 3: *Quo* nunc me ducis? Ennii annal. l. VI, fr. 14: *Quo* vobis mentes — sese flexere viai? Annal. inc. sedis fragm. 79: *quo* tam temere itis citati? Alexandri fr. 1, v. 64: *Quo* sese vertant tantae sortes somnium. Plaut. Merc. V, 2, 43: *Quo* nunc ibas? II, 3, 97: *Quo* vortisti? Merc. v. 803: *quo* me misit. Merc. III, 4, 64: *quo* nunc ire paritas. V, 2, 16. Merc. I, 2, 37: bonum, malum *quo* accedit. IV, 4, 59. Pers. II, 2, 53: *Quo* agas te. Pers. v. 397. Most. v. 562: *Quo* te agis? TR. Nequoquam. Pers. II, 2, 34: *Quo* agis te? PA. *Quo* tu? Most. v. 877: scio *quo* properas. Most. IV, 2, 53: *quo* venerim, novi locum. Pers. II, 2, 9. 15. v. 35: *Quo* ergo tu is, scelus? v. 39: certumnest celare, *quo* iter facias —? v. 40: *quo* te inmittas. Pers. v. 717: *quo* illum sequar? Aul. II, 2, 26: *Quo*nam abis? III, 5, 15: *Quo* illae nubent divites, ad q. l. Gronov.: „Male Meursius Quoi. Nam *quo* est in quam domum." v. 17: *Quo* lubeat nubant. Truc. I, 1, 75: Legatus *quo* hinc cum publico imperio fui. *Quo* dicitur etiam pro praep. *ad* cum pron. relat. coniuncta ita ut ad hominem spectet. Sic Pers. II, 2, 20: Sophoclidisca haec est peculiaris eius, *Quo* ego sum missus, = ad quam. Men. I, 1, 20: Nam ego ad Menaechmum nunc eo: *quo* iam diu Sum indicatus, ultro eo, ut

me vinciat. — *Quoad* Plaut. Mil. IV, 4, 24: *quoad* ego poter Asin. II, 2, 30: voce summa, *quoad* vires valent. Rud. IV, 29: *Quoad* primarius vir dicat, conprime hunc sis, si tuust. Asi I, 1, 29: Nam *quo usque*?

49. b) *Accusativus progressionis. Multum* Naev. Gymnas cus fr. 3: nimis *multum* vales. Ennii annal. l. XVIII, fr. 2, 436: *multum*que laborat. Plaut. Rud. I, 5, 4: haut gravat Patronam executur benignamque *multum*. Aul. II, 1, 5: N *multum* loquaces merito omnes habemur. Most. I, 3, 14: sa scelesta *multum*. Pers. I, 3, 28: Sapis *multum* ad genium. II, 2: amare *multum*. Merc. v. 873: *multum* benevolens.

Plus Naevii fr. 8 inc. com.: utrum scapulae *plus* an coll calli iam habeat, nescio. Cato R. R. c. 157, 10: *plus* videbu Cato R. R. c. 5: Ne *plus* censeat sapere se quam dominu Ennii Phoenicis fr. 3. Annal. l. IX, fr. 8, v. 315: Ergo *plus*q magisque viri nunc gloria claret. Plaut. Merc. v. 540: Null adulescentem *plus* amo. Bacch. III, 4, 23: Tum quom nihilo *p* ad suam rem illut referet. Most. I, 3, 5: Nihilo *plus* (int. at net) quam lavatio tua ad messim. V, 1, 54: nimio *plus* sa sedens. Merc. II, 2, 28. Caecil. Stat. Fallacia fr. 7, 52: vel paulisper te opperiri. — Quantisper? — Non *plus* triduum. Tere Eun. I, 2, 5: iam calesces *plus* satis. Eun. I, 2, 16: Non p quo quemquam *plus* amem aut *plus* diligam, Eo feci. Heaut. pr v. 27: Ne *plus* iniquom possit quam aequom oratio.

Plurimum Plaut. Most. III, 2, 28: di te ament *plurum* Simo. Terent. Phorm. I, 4, 17: ibi *plurimum*st.

Quantum Plaut. Trin. v. 765: *quantum* potis, ad q. Lindem.: „quam primum, quam citissime fieri potest.“ Mo III, 2, 71: *quantum* potest. Terent. Phorm. II, 1, 17: incre bilest *quantum* erum ante eo sapientia.

Tantum Terent. Hec. III, 4, 3: Non hercle verbis, Parme dici potest *Tantum*, quam re ipsa navigare incommodumst. Hea prol. v. 13: *tantum* poterit a facundia.

Aliquantum Plaut. Capt. III, 4, 115: *aliquantum* crisp Terent. Eun. I, 2, 51: eius frater *aliquantum* ad remst avidi Heaut. I, 2, 27: Fortasse *aliquantum* iniquior erat praeter e lubidinem. Andr. II, 6, 16: Subtristis visus est esse *aliquantum* mi

Nimium Plaut. Merc. IV, 1, 20. Most. v. 947: Puere, *mium* delicatu's. Terent. Andr. II, 6, 24: et, quod dicendum siet, Tu quoque per parce *nimium*.

Parum. Plaut. Mil. IV, 4, 6: At etiam *parum*, h. e. nondum satis, noch zu wenig. Merc. prol. v. 3. Terent. Phorm. III, 2, 23: Ne *parum* leno sies, h. e. ne parum mores lenonios habeas.

Parumper. Ennii annal. inc. sedis fragm. 109: nostri cessere *parumper*. Ennii annal. l. VI, fr. 18, v. 214. Ann. v. 443. Ennii annal. l. I, fr. 36, v. 54, item fr. 53, v. 74. Nonius p. 378, 18: parumper, cito et velociter. Plaut. Amph. II, 2, 6: quoi voluptas *Parumper* datast. Merc. v. 921. Aul. II, 2, 22: Da mihi operam *parumper*. Cist. IV, 2, 46. Terent. Phorm. III, 2, 1.

Plerumque. Terent. Phorm. I, 2, 39: hic solebamus fere *Plerumque* eam opperiri.

Pausillum. Plaut. Capt. I, 2, 73: Set si *pausillum* (sic Fleckeisen. praef. ad Plaut. ed. T. I, p. 12) potes Contentus esse, ad q. l. v. Lindem. Aliter Ruddim. II, p. 109, adnot. 7 secundum Gronovium hunc locum accipit, sed non recte, ut opinor, ut *esse* pro *edere* et *contentus* absolute positum sit, ita ut sententia sit: Si pauxillo potes parcus contentusque vesci.

Tam coniungitur cum adiectivis et adverbiis, et positivis et superlativis, et cum verbis. Uno loco cum substantivo coniunctum reperitur apud Plautum fragm. Condalii p. 479 Gron.: *Tam crepusculo* fere etc. Saepissime sibi respondent mutuo *tam* et *quam* in duabus enunciationibus. Naev. Gymnasticus fr. 3: cum *tam* pausillus sis. Ludus fr. 1: *tam* cito. Corollaria fr. 3, v. 42: *tam* cito. Cato R. R, c. 64: *Quam citissime* conficies, *tam maxime* expediet. Ib.: Nam oleum *quam diutissime* in amurca et in fracibus erit, *tam deterrimum* erit. C. 65: *Quam acerbissima* olea oleum facies, *tam* oleum *optimum* erit. Cato ap. Festum sub Vetern., Viritim et Forma (Lion. 86): Veternosus *quam plurimum* bibit, *tam maxime* sitit. Ennii annal. l. I, v. 56: *tam* torviter. Annal. inc. sedis fragm. 79: *tam* temere. Alcumaeo fr. 2, v. 45: *tam* firmo ingenio. Medeae exulis fr. 9: *Quam* magis aerumna urget, *tam* magis ad male faciendum viget. Pancratiastes fr. 1: *tam* proterviter. Plaut. Asin. I, 3, 6: *Quam magis* te in altum capessis, *tam* aestus te in portum refert. Asin. II, 4, 83: *Tam* ego homo sum *quam* tu. Mil. III, 2, 38: Non hercle *tam* istic valide cassabant cadi, h. e. tantopere. Pers. IV, 4, 34: Numquam ullus deus *tam* benignus fuit qui fuerit propi-

tius [de q. l. vid. Balbach. p. 40]. Bacch. III, 3, 11: Quid hoc negotist Pistoclerum Ludus quod erum *tam* ciet? v. 16: Set tu qui pro *tam* corrumpto dicis caussam filio. Stich. III, 2, 1: *Tam* confido *quam* potis, h. e. certissime confido. Mil. II, 5, 47: *tam* east *quam* potis Nostra erilis concubina, h. e. tam certo illa mulier Philocomasium est, quam certissimum esse potest. Mil. v. 781: *Quam* potis *tam* verba confer *maxume* ad conpendium. Aul. II, 2, 59: *Quam* ad probos propinquitate *proxume* te adiunxeris, *Tam optumumst.* Most. III, 2, 165: *Tam* placidast, *quam* placidast aqua. Capt. II, 2, 86: *Tam* hoc quidem tibi in proclivist, *quam* imber est, quando pluit. Fragm. Vidul. Mai. p. 497: *Tam* scio *quam.* Mil. IV, 5, 3: Numquam ego me *tam* sensi amari *quam* nunc ab illa muliere. Capt. III, 4, 106: *Tam* satis, *quam* numquam hoc invenies secus. Trin. III, 1, 8: *Tam*modo, inquit Praenestinus, ad q. l. vid. Lindem. Trin. III, 2, 62: Nolo ego mihi te *tam* prospicere qui meam egestatem leves, h. e. tantopere, in tantum. Cas. II, 6, 58: *Tam* huic loqui licere oportet, *quam* isti. Most. I, 3, 29: Equidem pol miror *tam catam, tam doctam* et bene te eductam Nunc stultam stulte facere. Most. III, 1, 10: tam cito. Most. v. 559: *Tam* facile vinces, *quam* pirum volpes comest. v. 751: *Tam* liquidust, *quam* liquida esse tempestas solet. III, 2, 100: *tam* diu. Pers. IV, 6, 8: Nil mihi *tam* parvist. IV, 6, 11: Quid *tam* properas? Merc. v. 119. v. 121: Qui *quam* resisto, *tam* res maxume in periclo vortitur. v. 172: *Tam*ne indignus videor? v. 186: *Tam* hercle certe, *quam* ego te aut tu me vides. v. 362: *tam* profanum. III, 1, 27: *tam* vetulam? Merc. IV, 4, 45: *tam* male. Merc. v. 956: Tam — quam. Bacch. V, 1, 5: *Quam magis* id reputo, *tam magis* uror, quae meus filius turbavit. Merc. I, 2, 12: *Quam* maxume resisto, *tam* res in periclo vortitur. Duobus locis *tam* sequitur *atque*, Bacch. IV, 6, 9: ni meum Gnatum *tam* amem *atque* ei facta cupiam quae is velit, et Amph. I, 1, 287: *tam* consimilist *atque* ego, ad q. l. v. Taubm. Restant quattuor loci Plautini, Pseud. II, 4, 23; Merc. II, 2, 107; Men. II, 3, 36; Stich. III, 2, 18, quibus legitur formula *Tam gratiast*, quod nonnulli ita intellexerunt, ut pro *tamen* positum esse dicerent, quod tamen non verum est, ut docuit Ladewigius in Zeitschr. f. Alt. 1842, p. 1069 sq.; potius *tam* cum manuum motu pronunciatum est, quo indicetur, quam magnas aliquis gratias pro re quadam agat. Terent. Heaut. V, 2, 44: Nam *quam maxume* huic vana haec suspitio Erit, *tam facillume*

patris pacem in leges conficiet suas. Adelph. II, 4, 14: Ne *tam* quidem. Ib. III, 4, 56 sqq.: *Quam* vos *facillume* agitis, *quam* estis *maxume* Potentes, dites, fortunati, nobiles, *Tam maxume* vos aequo animo aequa noscere Oportet. Phorm. I, 2, 15: *Tam quam* te.

Quam coniungitur 1., cum positivis adiectivorum, ut gradus exprimatur, quo qualitas, quae adiectivo designatur, accipienda sit. Ennii satur. libr. inc. fr. 9: Simia *quam similis* turpissima bestia nobis! Ennii annal. l. II, fr. 16, v. 142: *quam crudeli* — sepulcro. Plaut. Trin. v. 321: Is probust, quem paenitet *quam probus* sit et frugi bonae, ad q. l. Lindem.: „Dicimus *aliquem poenitere, quam sit*, qui non contentus est eo, quod est. Most. v. 460: *quam indignum* facinus fecisti. Most. v. 726: Vita *quam* sit brevis cogita. V, 1, 52: *quam* meticulosa res sit. Merc. v. 455: Scio saevos *quam* sit. Terent. Heaut. II, 3, 129: Patrem novisti ad has res *quam* sit *perspicax*. Andr. I, 5, 52: Nec clam te est, *quam* illi utraeque res nunc *utiles* Et ad pudicitiam et ad rem tutandam sient, ad q. l. affert Ruhnkenius IV, 5, 16: Nunc me hospitem Litis sequi, *quam* id mihi sit *facile* atque *utile*, Aliorum exempla conmonent. — 2., cum positivis adverbiorum. Ennii annal. l. I, fr. 57, v. 89: *quam mox* emittat. Plaut. Bacch. v. 1204: *Quam* quidem *actutum* emoriamur?, quod pendet ex praegresso *expectant*, vid. adnotationem Acidalii. Trin. III, 1, 7: *Quam dudum* istuc aut ubi actumst, ad q. l. Lindem. citat Captiv. V, 3, 5: *Quam diu* id factumst? Most. I, 1, 37: *Quam* confidenter loquitur. III, 2, 33: *quam* mox? Most. v. 829: Specta *quam* arte dormiunt. Merc. I, 1, 102: Vosmet videte, *quam* mihi *valde* placuerit. Truc. II, 3, 3: Si proinde amentur mulieres, *diu quam* lavant. Most, III, 2, 20: *quam* me habet male. Caecil. Stat. Fallacia fr. 1, v. 42: *quam* duriter. Quasi per exclamationem est explicandum. Terent. Andr. I, 1, 109: Reiecit se in eum flens *quam familiariter*. Phorm. I, 3, 9: Dum expecto *quam mox* veniat. — 3., Cum comparativis. Plaut. Bacch. IV, 10, 1: *Quam magis* in pectore meo foveo, sequitur in apodosi: Magis curaest magisque adformido. Asin. I, 3, 6 (vide supra in *Tam*). cf. Lindem. ad Trin. IV, 2, 19. Men. I, 1, 19: *Quam magis* extendas, tanto adstringunt artius. — 4., Cum superlativis. Cato R. R. c. 7: Item alia genera *quam plurima* serito. C. 1: Videto *quam minimi* instrumenti — siet. C. 8 extr.: uti *quam solertissummum* habeat.

C. 9: sicca *quam plurima* facito. C. 46: Locum *quam optimum* et *apertissimum* et *stercorosissimum* poteris, et *quam simillimum* genus terrae eae, ubi semina positurus eris — eum locum bipalio vortito. Plaut. Most. I, 1, 75: quam primum. Terent. Eun. I, 1, 29: nisi ut te redimas captum *quam* queas *Minumo*. — 5., Cum verbis. Plaut. Poen. V, 2, 9: *Quam* orationem hanc aures dulcem devorant! Truc. II, 2, 18: *Quam* me tibi velim, ubi mente addendum est ex praegressis: placere. Men. II, 2, 43: *Quam* vis ridiculus est. Most. II, 1, 48: *quam* istaec blanda dicta quo evenant *madeo* metu. Most. II, 2, 79: Nimis *quam* formido. III, 1, 12: *quam* timeo miser. Pers. I, 3, 59: Scin *quam* potest? IV, 4, 71: *quam* dicit quod opust. Caecil. Stat. fr. Plocii 2: Quam rogas? Terent. Hec. IV, 4, 12: Dum ne redducam: turbent porro *quam velint*. Adelph. IV, 1, 16: *Quam vellem* etiam noctu amicis operam mos esset dari. — 6., *Quam* respondet praegressae vel sequenti enunciationi cum *quam*, de quo supra. — 7., *Quam* respondet praegresso *aeque*. Plaut. Stich. I, 3, 64: Ridiculus *aeque* nullust *quam* hic quando essurit. Mil. II, 5, 55: Qui *aeque* faciat confidenter quicquam *quam* quae mulieres. Epid. II, 3, 2: Nullum esse opinor ego agrum in agro Attico *aeque* feracem *quam* hic est noster Periphanes. — 8., *Quam* respondet praegresso aut sequenti comparativo. Liv. Andron. fr. Danaës: mitte ea quae tua sunt magis *quam* mea. Naevii Agitatoria fr. 3, v. 10: Potioremque habui libertatem multo *quam* pecuniam. Tarentilla fr. 12, v. 93: potius quam. Naev. fr. inc. com. 10: Non hercle apluda est hodie *quam* tu nequior. Ennii Medeae exulis fr. 13: magis *quam*. fr. 21: prius *quam* fiat. Thyestis fr. 5, v. 394: pol mihi fortuna magis nunc defit *quam* genus. Trag. fragm. inc. 19: flammam sapiens facilius ore in ardente opprimit *Quam* bona dicta teneat. Euhemerus fr. 3, 8: deterior esset *quam* Saturnus. Ennii annal. l. VII, fr. 2: prius *quam*. Ennii annal. l. VI, fr. 8, v. 188: Bellipotentes sunt magis *quam* sapientipotentes. Ennii annal. l. I, fr. 26: Iuppiter ut muro fretus *magis quamde* manus vi. Ennii annal. inc. sedis fragm. 20: Et melior navis *quam* stlataria portat. fr. 22: prius quam, item Achillis fr. 8. Alcumaeo fr. 3: quid potius dicam aut verius *quam* mulierem? Iphigeniae fr. 4, v. 253. Plaut. Mil. I, 1, 2: clarior, *Quam* solis radii esse olim quom sudumst solent. Rud. IV, 4, 70: Eo tacent, quia tacitast melior mulier semper *quam* loquens. Poen. V, 4, 22: Stulta, soror, es mage *quam* volo.

Bacch. IV, 4, 21: immo vero nimis multo minus *quam* parum. Truc. IV, 2, 19: quidem *quam* miles magis? Capt. II, 3, 70: Et quom minus dixi *quam* volui de te. Curc. II, 2, 6: meliorem *quam* ego sum suppono tibi. Bacch. IV, 8, 80: quos non dabo Temere etiam *prius quam* filium convenero. Epid. V, 1, 22: *prius* venisset *quam* tu advenisti mihi. Capt. III, 5, 29: Meumque *potius* me caput periclo Hic praeoptavisse *quam* is periret ponere. Trin. v. 274 sq.: Eo mihi magis lubet cum probis una *Potius quam* cum inprobis vivere vanidicis. Most. I, 1, 55: Qui scis, an tibi istuc prius eveniat *quam* mihi? v. 69 sq.: celerius — *quam* illut quod petas. I, 3, 5: Nihilo plus *quam* lavatio tua ad messim. v. 40: magis saepe *quam* quae speres. v. 73: multo potius, *quam*. v. 131: Pulcra mulier nuda erit, *quam* purpurata, pulcrior. III, 1, 2. v. 13: Nihil est miserius, *quam* animus hominis conscius. III, 1, 79: neque ego taetriorem beluam Vidisse me umquam quemquam *quam* te censeo. v. 129: Nullum edepol hodie genus est hominum taetrius Nec minus bono cum iure, *quam* danisticum. Pers. IV, 4, 108: Magis lubet *quam* perdere. Most. III, 2, 6: Melius quom prandium, *quam* solet, dedit. v. 18. v. 21: Peius posthac fore *quam* fuit mihi. v. 139. Most. v. 847: potius *quam* perductet quispiam. v. 867. 883. 884. IV, 2, 51: plus, *quam* satis fuerit. V, 1, 25. v. 66: elixus esse *quam* assus soleo suavior. V, 2, 40: Non potuit venire orator magis ad me inpetrabilis *Quam* tu. v. 49: facilius, *Quam* ut non ego istum pro suis factis pessumis pessum premam. Pers. I, 3, 64: prius — *Quam*. v. 73: Ter tanto peior ipsast, *quam* illam tu esse vis. Pers. v. 184: Melius *quam* tu qui docuisti. II, 2, 27: Certe equidem puerum peiorem *quam* te novi neminem. v. 50. 55. 62. II, 5, 4: Magis calleo *quam* aprugnum callum callet. III, 1, 12. 26. 31. 47. 3, 31: citius — *quam* ex porta ludis quom emissust lepus. v. 37: citius — *quam* in cursu rotula circumvortitur. Merc. I, 2, 30: Hominem ego iracundiorem *quam* te novi neminem. Merc. v. 169: prius volo *quam* vapulem. II, 1, 8: Posterius *quam* mercatus fueram. II, 3, 84. II, 3, 89: Dum — ne minoris vendas *quam* ego emi. II, 3, 110: *quam* ille adulescens. Merc. v. 456: Prius respondes *quam* rogo. ib.: Prius tu emis *quam* vendo. v. 460: potius *quam* ille quem ego volo. II, 4, 18: Quid potius *quam* voles? II, 4, 19: Quid potius *quam* auro expendas? II, 4, 23: mille nummum plus. II, 4, 28: prius *quam* tu ad me redieris. III,

1, 4: tibi quidem, quod rideas, magis est *quam* ut lamentere. III, 1, 16: Oratio edepol pluris est huiusce, *quam* quanti emptast. Merc. v. 559: hunc vicinum prius conveniam *quam* domum Redeam. III, 4, 16: Prius *quam* recipias anhelitum. IV, 3, 16: Pudicius Faciunt pol *quam* illi. IV, 3, 18: minus *Quam* urbani. Merc. v. 806: Multoque iniquiore miserae *quam* viri. v. 817: Plures viri sint vidui, *quam* nunc mulieres. Merc. V, 2, 22: Prius profecto *quam* aut amicam aut mortem investigavero. V, 4, 50: prius — *quam*. V, 4, 56: Prius *quam*. II, 2, 28: plus — video *quam* prius. Caecil. Stat. Hypobolimaeus Chaerestratus: magis *quam* viri. Terent. Eun. III, 3, 21: Thais, *quam* ego sum maiusculast. Phorm. IV, 2, 1: Ego hominem callidiorem vidi neminem *Quam* Phormionem. Hec. IV, 4, 25: Non tibi illud factum *minus* placet *quam* mihi, Laches. Hec. IV, 1, 17 sqq.: ut puerum praeoptares perire — Potius *quam* esset cum illo nupta! Heaut. II, 2, 8: Pergin istuc *prius* diiudicare, *quam* scis quid veri siet? Ib. III, 3, 23: Hic *prius* se indicarit *quam* ego argentum effecero. Andr. II, 1, 11: omnia experiri certumst *prius quam* pereo. Huc pertinet etiam verbum *malle*, quoniam in eo inest notio comparativi. Ennii Medeae exulis fr. 6: nam ter sub armis malim vitam cernere, *quam* semel modo parere. Plaut. Pers. I, 1, 4: — malui, *quam*. — 9., *Quam* respondet notionibus temporis. Cato R. R. c. 65: Postridie aut post diem tertium *quam* lecta erit. Plaut. Amph. I, 2, 19. 20: Alter decumo post mense nascetur puer *quam* seminatust, ad q. l. Lindem.: „Saepe apud Plautum adverbia *post*, *prius*, *ante*, *praeter*, a coniunctione *quam* dirimuntur. Hac diremptione succurrit Hermannus loco Captiv. I, 2, 54: Quoi optigerat, post Philopolemus *quam* captust tuus.“ — 10., *Quam* respondet praegressae enunciationi, quacum confertur. Plaut. Men. V, 6, 4: Ut absente ero rem sui eri diligenter Tutetur, *quam* si ipse adsit, ubi *tam diligenter* poni potuisset. Pseud. I, 3, 8: In rem quod sit praevortaris *quam* re advorsa animo auscultes, ubi in verbo *praevorti* inest quasi notio comparativi. Menaechm. V, 1, 26: Non, inquam, patiar praeterhac, Quin vidua vivam, *quam* istos mores perferam, ubi mente addendum est *potius*. Merc. II, 2, 26: bis tanto valeo *quam* valui prius, ubi *bis* est instar comparativi. Potest huc etiam referri *praeter quam*, ut Naev. Colax fr. 3, v. 34: *praeter quam* vellem. Plaut. Pers. III, 1, 38: Qua *praeter* sapiat *quam* placet parcutibus. Adde *prae*

quam, ut Plaut. Most. V, 2, 25. Merc. v. 23: *Prae quam* res patitur.

50. Pertinent huc etiam adverbia comparativorum et superlativorum accusativi formam habentia. Liv. Andr. Aiax Mastigophorus fr. 2: ocius. Naev. Tarentilla fr. 12, v. 93: *potius*. Naev. bell. Pun. fr. inc. 11 Vahlen p. 19: prius. Cato R. R. c. 5, 6: bubulcis obsequitor, partim, quo *libentius* boves carent. Cato R. R. c. 5: prius. Ennii annal. l. VII, fr. 2: prius. l. VIII, fr. 16: amplius. Ennii Achillis fr. 8: prius. Medeae exulis fr. 21, v. 323: *prius* quam fiat. Telephi fr. 13, v. 389: Nihilo *minus*. Ennii fr. inc. trag. 19: facilius. Euhemerus fr. 3, 14: posterius. Ennii fr. inc. libr. 11: topper quam nemo *melius* scit. Plaut. Trin. II, 2, 14: quin me ad pluris penetravi *prius*? Stich. I, 2, 20: *potius* temptem leniter. Trin. IV, 2, 12: Quae voluit mihi dixit, docuit et praemonstravit *prius*, Quo modo quicque agerem, ad q. l. Lindem.: „Non est haec sermonis familiaris abundantia, sed *praemonstrare* h. l. eodem modo dicitur, quo *praecipere*, ubi praepositionis vis non tempus spectat, sed disciplinam seu doctrinam, quum magister, quae docet, veluti praeit.“ Pseud. I, 4, 15: Verum is nescio quo pacto praesensit *prius*. Trin. I, 2, 12: Valeo et valui *rectius*. Trin. IV, 3, 22: *Potius* in maiore honore hic essent. Most. III, 1, 55 *potius*, item III, 1, 139; III, 2, 18; Most. v. 847, 884; Pers. III, 1, 12. 31. 47, Pers. v. 710; Merc. v. 17; I, 2, 109; Merc. v. 460; III, 4, 24. Most. III, 1, 83 *prius*, item Most. v. 867; v. 1006; Pers. I, 3, 60; II, 2, 36. 58. 60; Pers. IV, 4, 40; v. 43; Merc. v. 169; II, 2, 28; Merc. v. 389; v. 559; III, 3, 7; III, 4, 16; V, 2, 22; V, 4, 50. 56; II, 2, 26. *Minus* Most. III, 1, 129; IV, 3, 20; Merc. v. 24; Merc. IV, 3, 17; Merc. v. 813. Most. III, 1, 149 *ocius*, item Pers. v. 181, Merc. v. 886, V, 2, 89, IV, 1, 5. Most. V, 1, 50 *facilius*, item 2, 48. Pers. I, 3, 5: adproperate *ocius*. Pers. I, 3, 31 *melius*, item Pers. v. 184, Merc. II, 3, 58, V, 2, 57. Pers. II, 2, 7: Bona pax sit *potius*. Pers. III, 3, 30: *citius*, item v. 37. Pers. v. 800: *Posterius*, item Merc. II, 1, 8. Merc. v. 456: *Prius* respondes quam rogas. Ib.: *Prius* tu emis quam vendo. II, 4, 19: Quid *potius* quam auro expendas? II, 4, 28: *prius* quam tu ad me redieris. IV, 3, 9: *propius*. IV, 3, 15: *Pudicius* Faciunt. Merc. IV, 4, 62: *rectius*. Merc. v. 875: facias *rectius*. Merc. II, 4, 18: Quid *potius* quam voles? III, 3, 12: Tanto *minus*. Curc.

II, 2, 26: exi inquam *ocius*. Men. prol. v. 43: iam nunc praedico *prius*. Truc. II, 3, 17: *Prius* praedivinant, quo die esuri sient. Capt. III, 5, 29 sq.: Meumque *potius* me caput periculo [Hic] praeoptavisse quam is perirset ponere, ubi Lind.: „*Praeoptare potius quam* ut *malle potius quam* Cic. in Verr. div. c. 6." Caecil. Stat. Androgynos fr. 2 *prius*. Hypobolimaeus Rastraria fr. 3 *minus*, item Hypobolimaeus Aeschinus. Synephebi fr. 1, v. 205: *libentius*. Terent. Andr. II, 1, 4: Quid est, Quod tibi mea ars efficere hoc possit *amplius*?, ubi dubitari potest utrum sit adverbium *amplius* an adiectivum. Si adiectivum, positum est pro *gravius*, *maioris momenti*, sin adverbium, pro *praeterea*. Prol. Andr. v. 27: Spectandae an exigendae sint vobis *prius*. Adelph. II, 2, 14: Quin quidquid possem mallem auferre *potius* in praesentia, cf. Lind. ad Capt. III, 5, 29. Andr. I, 1, 25: *liberius* vivendi fuit potestas. Naev. Appella fr. 2: primum, item Naev. Tarentilla fr. 12, v. 92. Cato R. R. c. 9: Prata irrigua, si aquam habebis, *potissimum* facito. Ennii annal. l. VI, fr. 21: primum, item Plaut. Merc. I, 1, 69; Merc. 379; III, 1, 34; III, 4, 23; V, 4, 64. Mil. IV, 2, 14: Hercle vero [haec] iam adlubescit *primulum*, Palaestrio. Merc. III, 4, 60: potissumum, item II, 4, 15. Aquilius Boeotia fr. 2: Ubi *primum*. Terent. Andr. II, 1, 22: Si id facis, hodie *postremum* me vides.

II. Accusativus qualitatis.

51. Spectemus primum id genus, ubi actio ita se explicat, ut interior quasi vis et natura eius in medium proferatur. a. *Accusativus regionis*. *Ad*. Cato R. R. c. 41: integitoque *ad eundem modum*, tanquam oleas. C. 18: *ad hunc modum* vasa componito. C. 78: In balteo tracta ex caseo, *ad eundem modum* facito, uti placentam sine melle. C. 80: Encytum *ad eundem modum* facito, uti globos. Ennii Euhemerus fr. 3, 18: Ad eundem modum. Plaut. Merc. III, 4, 45: *Ad mandata* claudus, caecus, mutus, mancus, debilis. Bacch. IV, 4, 81: Dic *quem ad modum?* Pers. I, 1, 36: Quem ad modum? Merc. v. 352: quem ad modum? II, 3, 91: senex est — qui aliquam mandavit mihi Ut emerem *ad istanc faciem*. Pers. III, 1, 7: Ea causa *ad hoc exemplum* te exornavi ego. Merc. II, 1, 41: ad hoc exemplum. Hand. Tursell. I, p. 107: „Ponitur AD, ubi significanda est norma et regula et id quod actionem aliquam regit et modulatur: id

quod reddi potest per vocabulum *secundum*", et p. 109: „Hoc modo factae sunt formulae seorsum notandae: — *ad modum*, — *ad exemplum*." Epid. II, 2, 91: *Quam ad rem* istuc refert? Pers. IV, 3, 44: Quid *ad me* aut *meam rem* refert, Persae quid rerum gerant. Pers. IV, 4, 44: te — percontari volo, Quae *ad rem* referunt. Pertinet huc etiam *ad* cum gerundio et gerundivo coniunctum. Ennii Medeae exulis fr. 9: Quam magis aerumna urget, tam magis *ad* male *faciendum* viget. De Plauto vide Luebkerum de usu inf. Plaut. p. 18 adnot. Merc. I, 1, 15: Atque *advortendum at animum* adest benignitas. Mil. II, 1, 1 sq.: Mihi *ad enarrandum hoc argumentum*st comitas, Si *ad auscultandum* vostra erit benignitas. Men. prol. v. 16: Tanta *ad narrandum* nostra adest benignitas. Bacch. IV, 4, 86: Haec quidem herclest *ad perdundum* magis quam *ad scribundum* cita. Terent. Andr. I, 1, 123: Ne haec quidem Satis vemens causa *ad obiurgandum*. Andr. I, 5, 53: quam illi utraeque res nunc inutiles Et *ad pudicitiam* et *ad rem tutandam* sient.

In. Plaut. Most. I, 1, 31: Is nunc *in aliam partem* palmam possidet. *In modum* dicitur pro eo, quod *modo* sive *ratione;* nam necesse est aliquam rem transire in modum, priusquam certo quodam modo et habitu apparere possit (Kampm. 9). Ennii Euhemerus fr. 3, 24: in hunc modum. fr. 11, 55: in eundem modum. Plaut. Most. III, 1, 5: perii plane *in perpetuom modum*. IV, 3, 41: in perpetuom modum. Pers. I, 3, 78: in peregrinum modum. Pertinet huc etiam adverbialis locutio *in commune*, ubi motus, sed metaphorice accipiendus cogitatur. Asin. II, 2, 20: Metuo *in commune* nequam fraudem fraussus sit, h. e. mihi et illi. Terent. Andr. III, 3, 16: id oro te, *in commune* ut consulas. Heaut. V, 2, 10: consulere *in longitudinem*.

Ob. Naev. Corollaria fr. 2, v. 39: Ultro moretur, *quam obrem* ametur. Naev. fr. inc. com. 21: Sonticam esse oportet causam, *quam obrem* perdas mulierem. Ennius Telamonis fr. 2, v. 362 ap. Cic. Tuscul. III, 13: Ad Troiam cum misi *ob defendendam Graeciam*. Plaut. Rud. III, 6, 23: Quine arrabonem a me accepisti *ob mulierem* —?, h. e. pro muliere. Most. I, 3, 18: ob hoc verbum. v. 65: ob istam mulierem. v. 95: Ob istuc verbum. II, 1, 68: quam ob rem. Most. IV, 2, 71: quamobrem, item Pers. IV, 3, 62. Most. v. 461: Quam ob rem? Pers. II, 2, 10: ob istanc rem, item v. 492. V, 1, 5: ob eam rem. V,

2, 3: neque *quam ob rem* eieci, iam habeo. Merc. I, 1, 37: Nunc vos mi irasci *ob multiloquium* non decet. V, 2, 66: ob istunc nuntium. V, 4, 66: *Ob* senum — *industriam*. V, 4, 31: ob hanc iniuriam. Caecil. Stat. Chrysion v. 23: ob eam rem. Terent. Andr. III, 5, 4: Pretium *ob stultitiam* fero. Eun. I, 2 91: *Ob haec facta* abs te spernor.

Propter. Ennii Andromeda fr. 7: propter te. Ennii Epicharmus fr. 7, v. 11: Haece propter. Plaut. Bacch. IV, 9, 109: *Quam propter* tantum damni feci et flagiti. Aul. IV, 10, 56: *Quem propter* hodie auri tantum perdidi infelix, miser. Rud. I, 2, 39: Nam *propter* eius modi ego *viros* vivo miser, ad q. l. Lamb.: „opera et culpa talium virorum.“ v. 61 sq.: Ut mea opiniost, *Propter viam* illi sunt vocati ad prandium, vide adnot. in ed. Taubm. II, 6, 12: *Quem propter* hoc mihi optigit misero mali. V, 3, 55: *Quem propter* tu vidulum et ego gnatam inveni Merc. IV, 4, 32: Nunc verum ego illud verbum esse experior vetus: Aliquid mali esse *propter vicinum malum*. Truc. IV, 3, 48: Video te, *propter malefacta* qui's patronus parieti! Most. V, 2, 34: *Propter ea* quae fecit. Merc. II, 3, 81: propter eam (wegen derselben). v. 955: Propter istanc. v. 959: propter illam. Terent. Phorm. III, 1, 5: Nequid *propter tuam fidem* decepta poteretur mali. Adelph. V, 9, 35: Quae vos *propter adulescentiam* Minus videtis.

Per modum exprimens. Haasius ad Reisigium adnot. 565 affert Plaut. Capt. III, 5, 32: Qui *per virtutem* perit, at non [is] interit. Mil. IV, 1, 32: Vin tu illam actutum amovere, a te ut abeat *per gratiam?* 3, 32: quin potius per *gratiam Bonam* abeat aps te. 5, 1: Quod volui, ut volui, impetravi: *per amicitiam* et *gratiam* [A me ut abeat.]. Terent. Adelph. III, 2, 10: Cui miserae indigne *per vim* vitium obtulerat. Adelph. II, 3, 20: *Per oppressionem* ut hanc mihi eripere postulet.

52. b. *Accusativus progressionis*. *α. Si actio est productiva.* In hoc genere primum verbum coniunctum esse potest cum obiecto eiusdem stirpis atque originis. Ennii fr. libri incerti 60: regredi gressum. Ennii Iphigeniae fr. 4, v. 259: praeter propter *vitam vivitur*. Plaut. Mil. II, 4, 47: Ut ad id exemplum *somnium consimile somniavit*. Rud. III, 1, 5: *Mirum* atque *inscitum somniavi somnium*. Pseud. I, 5, 110: Prius quam *istam pugnam pugnabo*. Amph. I, 1, 97: *Haec* illi vi *pugnata pugnast*

que a mane ad vesperum. Pers. II, 2, 50: Militia ista militur. Pers. I, 1, 35: An *sempiternam servitutem serviat.* Pers. 1, 7: qui ero suo *servire* volt bene servos *servitutem.* Mil. , 6, 2: neque erile hic negotium Plus curat quasi non *servitem serviat.* Capt. II, 3, 31: Me hic valere et *servitutem servre* huic homini optumo. Mil. III, 1, 148: Servientis servitutem. ul. IV, 1, 6: Nam qui ero amanti *servitutem servit,* quasi ego rvio. Pers. III, 1, 18: *Modice* et *modeste* meliust *vitam vivere,* bi adverbia posita sunt pro adiectivis. Pers. IV, 3, 24: mei eminceris, dum *vitam vivas* (sic Δp et Gronovius et Ritschelius, p *vita*). Mil. III, 1, 34: tamne tibi diu videor *vitam vivere?* lerc. V, 2, 2: *Spem speratam* quom optulisti nunc mihi, tibi rates ago. Bacch. IV, 10, 1: Quam magis in pectore meo foeo, *quas* meus filius *turbas turbet.* Mil. III, 1, 106: Haec — le prohibent uxore, quae mi huius similis *sermones serat.* Rud. I, 6, 24: *Scelestiorem cenam cenavi tuam* Quam quae Thyestaest nteposita et Tereo. ib. v. 27: *Pulmoneum* edepol nimis velim omitum *vomas.* Asin. II, 2, 20: Metuo in conmune nequam *fraudem fraussus sit.* Cas. III, 1, 2: nunc *specimen specitur,* nunc certamen *cernitur,* i. e. certatur. Capt. II. 2, 108: Quod bonis benefit *beneficium,* gratia ea gravidast bonis. Terent. Adelph. V, 4, 5: Nam ego *vitam duram, quam vixi* usque adhuc, Prope iam excurso spatio mitto. Andr. V, 5, 8: Nam hunc scio *mea* solide solum *gavisurum gaudia.* Eun. III, 5, 38: et quia *consimilem luserat* Iam olim ille *ludum.* Phorm. III, 2, 10: Cantilenam eandem canis. Deinde obiectum etiam cognatae significationis cum verbo esse potest. Ennius ap. Cic. de senect. c. 5: *vicit Olimpia,* h. e. victoriam in ludis Olympicis, cf. Krueger. gramm. lat. p. 409. Plaut. Aul. V, 1, 21: Soleo hercle ego *garrire nugas.* Amph. IV, 2, 3: ut profecto *vivas aetatem* miser. Men. V, 6, 31: Set metuo ne sero veniam *depugnato praelio.* Cas. I, 1, 30: Primum omnium huic *lucebis* novae nuptae *facem.* Porro obiectum esse potest vox attributiva ipsa s. adiectivum in genere neutro singularis positum. Ennii annal. l. I, fr. 54: pars *ludicre* saxa Iactant. Vahlen.: „*ludicre* neutrum adiectivi, quod notavit Priscianus VII, p. 768 P. (I, p. 341 K.).“ Plaut. Most. II, 2, 57: Atque ille *exclamat* derepente *maxumum.* Mil. III, 2, 10: Nam eo *magnum clamat.* Stich. II, 2, 73: provenisti futtile, quod Boxhornius sine necessaria causa pro adverbio habet et explicat:

Nihil effecisti, frustra es. Huc spectat etiam Capt. II, 3, 79: Fac *fidele* sis *fidelis*. III, 5, 60: *Recens captum* hominem. Deinde obiectum esse potest accusativus pronominis. Livius Andronicus fr. Hermionae: Obsecro te, Anchiale, matri ne *quid* tuae advorsus fuas. Cato R. R. c. 38: Si duobus praefurniis coques, lacuna *nihil* opus erit. Origg. l. V, p. 25, 5 Iordan.: *Idne* irascimini, siquis superbior est quam vos? (ap. Gell. VII, 3). Cato ap. Gell. XIII, 23 (Bolhuis. p. 215): Vitio vertunt, quia *multa* egeo. Ad hanc analogiam dictum est etiam R. R. c. 28: id maxime cavendum est. Ennii annal. l. X, fr. 5, v. 349: si *quid* te adivero. Iphigeniae fr. 4, v. 255: id studet. Ennii annal. l. I, v. 51:

Quamquam *multa* manus ad caeli caerula templa
Tendebam lacrumans.

Plaut. Bacch. III, 4, 27: neu *quid* ei suscenseat. III, 6, 4: Verum postremo inpetravi, ut *nequid* ei suscenseat. Capt. III, 5, 22: An, opsecro hercle te, *id* nunc suscenses mihi? ad q. l. Lindemannus: „Acc. idem, qui est in formulis *gloriari aliquid, gaudere aliquid, laetari aliquid.*“ Most. V, 2, 41: Neque illi iam sum iratus neque *quicquam* ei suscenseo. Pers. III, 3, 26: *id* tibi suscensui (sic codd. Pall. sec. Pareum). Pers. v. 739: Salve *multum*. Merc. v. 912: Nil, Charine, te quidem quicquam pudet. Epid. II, 1, 1: quos, quom *nil refert*, pudet. Poen. III, 5, 33: Nego et negando, si *quid refert*, ravio. Pseud. II, 4, 38: *Numquid* refert? Pers. IV, 3, 68: Mea quidem *nihil* istuc refert. Most. III, 3, 19: At enim ne *quid* captioni mihi sit. Bacch. v. 633: *Quid* id autem prodest mihi? Rud. III, 4, 68: *Quod* ego in somnis somniavi. Epid. IV, 2, 8: Scio, *quid* erres. Rud. v. 207: Hoc *quod* induta sum. Menaechm. I, 3, 8: Interim nequis, quin eius *aliquid* indutus sies. Epid. II, 2, 39: *Quid* erat induta? Bacch. V, 1, 13: hoc est demum *quod* percrucior. Mil. IV, 8, 11: *Istuc* crucior. Epid. II, 2, 8: *Id* ego excrucior. Stich. I, 1, 11: *hoc* — crucior. v. 29: An *id* doles —? Curcul. I, 2, 46: Quia ego *id* quod amo *careo*. Similiter Poen. IV, 1, 4: praesertim qui, quod amat, caret. Men. I, 2, 12: nec *quicquam* eges. Epid. V, 1, 51: Sed memento, si *quid* saevibunt (sic Bothius sec. Douzam) senes. Pers. II, 1, 9: *Id* tuus scatet animus Cist. II, 1, 45: Propter te *haec pecco*. Ad hanc analogiam dictum est etiam Trin. III, 2, 44: Minus placet *quod* consuadetur: quod dissuadetur placet. (Rudd. II, p. 149, adnot.

10: „Ex veteribus solus, quod sciam, Plautus verbo *suadere* passive utitur.“ Most. II, 2, 89: Set tu etiamne astas, nec quae dico optemperas? (sc. *ea.*) Amph. I, 1, 293: Non ego illi optempero quod loquitur. II, 2, 192: qui *illut* quod ego dicam adsentiant. Merc. II, 3, 62: *Nihil* opust nobis ancilla, nisi quae texat, quae molat. v. 87: *nihil* istoc opust. V, 4, 44: *Nihil* opust resciscat. Most. V, 2, 53: *Nihil* opust profecto. Pers. IV, 3, 61: *nil* mi *opust* Litibus neque tricis. Aul. prol. v. 10: Nunquam indicare *id* filio voluit suo, ubi, quemadmodum Goellerus docet, sunt qui *id* non referant ad *thensaurum*, sed explicent per: *propter id.* Pseud. I, 1, 12: *Nihil* hoc Iovis ad iudicium attinet. Poen. I, 3, 11: nunc *nihil* obsecras, h. e. frustra sec. Acidalium. Bacch. IV, 10, 10: *ecquid* eum mi ad frugem opera sua conpulerit. Bacch. v. 1175: *iquid* vis (mente adde: *concastigare*) filium concastigato. Aul. II, 2, 89: *Id* inhiat, ubi *id* pro *ideo* positum esse potest, cf. Goeller. Amph. I, 1, 11: Idem nonne me mittere *hoc* luci potuit?, ubi dubitatum est, utrum *hoc* adverbium loci esset, an = ob hoc, ideo, v. Gruter. v. 191: num*quid* nunc es certior? III, 2, 28: Et *id* huc revorti uti purigarem me tibi, h. e. propter id. Truc. II, 6, 24: *ecquid* mihi similist? Asin. I, 2, 23: viden ut ne *id* quidem me dignum esse existumat. Pseud. IV, 1, 26: nam si exoptem *quantum* dignus es. Capt. V, 2, 16: Non me censes scire *quid dignus* siem?, ad q. l. Lindemannus: „Accusativus inde, quod *dignus* notionem vocis *meritus* accepit. Solet enim fieri, ut verba, quum in aliorum notionem transeunt, etiam structuram mutent.“ Amph. V, 1, 48: Iam *istuc* gaudeo. Asin. I, 1, 61: Et *id* ego percupio opsequi gnato meo. Asin. III, 1, 7: Neque *quae* recte faciunt culpo neque *quae* delinquont amo, ad q. l. Douza: „*in quibus*, ut ad parentes referatur.“ Rud. I, 3, 12: Set *id* si parate curavi ut *caverem.* Pseud. III, 2, 104: Profecto *quid* nunc primum *caveam* nescio. Most. I, 3, 148: *Haec* qui gaudent. Rud. II, 3, 66: *Id* misera *maestast*, Sibi eorum evenisse inopiam, ubi *maestast* sic cogitatum est, quasi dictum sit *maeret.* Huc spectat etiam locutio *auctorem esse* nonnullis locis cum acc. iuncta, quod ita cogitatum est, quasi dictum sit *suadere aliquid.* Dubium est hoc in loco Pseud. I, 3, 2: *Quid* mihi's *auctor* huic ut mittam, ubi *quid* etiam a *mittam* pendere potest. Pseud. IV, 7, 70: *quid* nunc mihi's auctor, Simo? Fragm. Cist. Ang. Maj. p. 485: Sed *quid* auctor nunc mihi est? Poen. I, 3, 1: *Quid*

nunc mi es auctor, Milphio? Poen. III, 4, 11: *Quid* nunc mi auctores estis? Merc. IV, 3, 33: Tam, si *nihil* usus esset cett. Trin. II, 4, 102: Ubi usus *nihil* erat [ei] dicto, 'spondeo' Dicebat. Epid. I, 2, 33: miserumst, ingratum esse hominem (Palmerius *homini*, *Δp hominem*) *id* quod facies bene. Poen. III, 1, 15: obnoxii *istuc*. v. 69: Heia, haud vostrumst iracundos esse, quod dixi ioco, sc. *id* s. *propter id*. Pers. v. 735: num *quippiam aliut* me vis? Pers. IV, 6, 10: *Numquid* ceterum Me voltis? Most. III, 1, 8: nisi *quid* occurro prius. Poen. III, 5, 25: *id* nunc his cerebrum uritur (h. e. propter id, propterea), Me esse hos trecentos Philippos facturum lucri. Most. III, 2, 100: *id* sum opperitus, h. e. propter id [Perizon. ad Sanct. Minerv. p. 282]. Mil. gl. IV, 4, 22: *Id* nos ad te, siquid velles, venimus. Most. IV, 3, 16: nisi *quid* magis Es occupatus, operam mihi da. Pers. v. 462 et 726: *numquid* moror? Pers. V, 1, 15: Ego *nil* moror. Most. v. 319: *Ecquid* tibi videor ma — ma — madere. v. 750: *Numquid* increpavit filium? Pers. I, 3, 28: *ecquid* nam meministi. IV, 4, 3: *Numquid* principio cessavit verbum docte dicere? IV, 4, 69: ne *quid* mirer meum malum. Poen. II, v. 12: Quando *id* quod sat erat satis habere noluit, da sie daran nicht genug haben wollte. Bacch. IV, 9, 96: ut sat habeas *id*. Trin. I, 2, 59. Pseud. I, 3, 74: *Nil*ne te miseret? Trabea fr. inc. fab. 1, v. 2: quid studeam. Terent. Hec. II, 1, 2: quae haec est coniuratio! Utin omnes mulieres *eadem* aeque studeant nolintque *omnia?* Andr. I, 1, 31: Horum ille *nil* egregie praeter cetera Studebat. Heaut. II, 4, 2: *Id* tu quom studuisti. Adelph. V, 8, 16: *Id*ne *estis auctores* mihi? Andr. V, 6, 7 sq.: Num ille somniat *Ea*, quae vigilans voluit? Phorm. II, 1, 33: Atqui nil fecit, patrue, *quod* suscenseas. Andr. II, 3, 2: Si *id* suscenseat nunc. Heaut. V, 2, 23: *Nil succenseo* Nec tibi nec tibi: nec vos est aequom (sc. suscensere ob id) quod facio mihi. Phorm. II, 1, 29: an *id* suscenses nunc illi? Eun. II, 2, 22: Postremo inperavi egomet mihi *Omnia* adsentari. Phorm. II, 1, 8: Etiame *id* lex coegit? Eun. II, 3, 22: *Id* equidem adveniens mecum *stomachabar* modo. Heaut. II, 3, 111: ne*quid* accusandus sis. Hec. II, 1, 3: Neque declinatam *quicquam* ab aliarum ingenio ullam reperias! Adelph. II, 2, 2: Quid istuc, Sannio, est, quod te audio Nescio, *quid* concertasse cum ero? Andr. III, 4, 3: Ego dudum non *nil* veritus sum, Dave, abs te, ne faceres idem. Andr. III, 2, 18: Teneo *quid* erret. Adelph. V, 9, 33: Quia

non *iusta iniusta* prorsus *omnia* omnino obsequor. Heaut. I, 1, 24: Aliena ut cures eaque *nil* quae ad te attinent? Adelph. I, 2, 54: *nil* ad me attinet. Andr. I, 2, 16: quod antehac fecit, *nil* ad me attinet. Eun. II, 3, 29: mea *nil* re fert, dum potiar modo. Hec. V, 3, 12: Tua quod *nil* re fert, percontari desinas. Andr. II, 2, 25: Iam *id gaudeo*. Eun. V, 5, 28: id gaudeo. Eun. III, 1, 3 sq.: *id* vero serio Triumphat. Andr. IV, 1, 14: ubi *nil* opust. Eun. IV, 6, 27: *Nil* opus est istis. Heaut. I, 1, 119: *Nil* opus fuit monitore. Andr. I, 1, 5: *Nil* istac opus est arte. Phorm. IV, 5, 3: Ut cautus est, ubi *nil* opust. Adelph. I, 2, 62: Non *nil* molesta haec sunt mihi. Andr. I, 1, 133: quom *nil* obsint doli. I, 2, 31: *nil* circum itione usus es. II, 6, 7: Num illi molestae *quidpiam* haec sunt nuptiae —? v. 9: *Nil* hercle. Phorm. III, 2, 34: Di tibi omnes id *quod* es dignus duint. Eun. V, 1, 13: Num *id* lacrumat virgo?, h. e. propterea. Eun. V, 6, 4: Nunc *id* prodeo, ut conveniam Parmenonem, h. e. propterea. Separatim sunt commemoranda interrogativum *quid?* et *quod*. Naevii Proiectus fr. 2: *quid* moras? Ennii annal. l. VI, fr. 15, v. 210: Sed *quid* ego hinc animo lamentor? Ennii annal. l. IX, fr. 10: Sed *quid* ego haec memoro? Alexandri fr. 4: *quid* lascivis —? Fr. 8: Sed *quid* oculis rabere visa es derepente ardentibus? fr. 10: *quid* te ita contuo. Medeae exulis fr. 2, v. 290. Thyestis fr. 11, v. 407: *quid* te adirier abnutas? Heduphagetica v. 7: *Quid* turdum — Praeterii. Plaut. Poen. prol. v. 113: *Quid* verbis opust? I, 2, 81: *Quid* eo opust? v. 98: *Quid* tibi opust vixisse? III, 2, 2: *Quid* opust verbis? Bacch. v. 989: *Quid* me tibi adesse opus est —? v. 990: *Quid* opus est? v. 991: *Quid* opust? Aul. IV, 9, 13: Nam *quid* mi (*mi* Herm. elem. d. m. p. 412. Vulg. *mihi*) opus est vita, qui tantum auri perdidi —? Mil. III, 3, 40: *Quid* istis nunc memoratis opust? Most. I, 3, 94: *Quid* opust speculo tibi. v. 101: *Quid* cerussa nam opust? v. 129: *Quid* opus est. I, 3, 151: *Quid* opust? Most. IV, 3, 1: *quid* opust verbis? Pers. IV, 3, 63: *quid* eo mihi opust mercimonio —? Merc. v. 106: *Quid* verbis opus est? II, 3, 77: *quid* eo*st opus*? Bacch. IV, 8, 66: *Quid* eo nam intro ibis?, h. e. qua de causa. Rud. I, 2, 88: *Quid* id refert tua? Rud. III, 4, 41: *Quid* mea refert. Merc. II, 3, 117: *Quid* mea id refert? Merc. v. 904: *Quid* tua refert. Pers. IV, 3, 44: *Quid* id ad me aut ad meam rem refert. Amph. prol. v. 130: Haut quisquam quaeret qui tiem aut *quid* venerim, h. e. qua de causa. I, 1, 220: Loquere,

quid venisti? v. 190: Possum scire, quo profectus, quoius sis aut *quid* veneris? Curc. II, 3, 60: rogat *quid* veniam Cariam, h. e. quare. Merc. V, 2, 99: *quid* eo advenerim. Asin. prol. v. 6: Nam *quid* processerim huc — Dicam. Amph. I, 1, 186: *Quid* id exquiris tu. Bacch. IV, 4, 70: *Quid* id exquaeris? Most. v. 1003: Quid tu otiosus res novas requiritas? Rud. III, 4, 54: *Quid* illas spectas? Mil. III, 1, 195: Set *quid* usus est? Most. II, 1, 21: Nam *quid* tu malum me rogitas, quid agas? III, 1, 10: Set *quid*nam sic sese tam cito recipit domum? v. 51: *Quid* tibi ego morem vis geram? v. 54: *Quid* ego huc recursem, aut operam sumam et conteram? v. 58: *Quid* Philolachetem gnatum compellat meum —? III, 2, 100: *Quid* illic, obsecro, tam diu restitisti? Most. v. 939: *quid* istas aedis frangitis? V, 2, 14: Set tu istuc *quid* confugisti in aram hinc inscitissumus? Pers. I, 3, 28: *quid* cessamus. II, 2, 53: *Quid* eo? IV, 4, 13: *Quid* iam? TOX. Quia periurus es. (H. l. *quid* accusativum esse significatione *cur*, wie so denn, apparet ex responso Toxili, quod a voce *Quia* incipit). Pers. v. 638: *quid* eum quaeras. v. 641: *Quid* taces?, item Most. V, 2, 13 et Merc. V, 2, 52. Pers. IV, 4, 94: *Quid* illum miserum memorem qui fuit. IV, 9, 5: *Quid* ego igitur cesso infelix lamentarier. IV, 9, 8: *Quid* me in ius vocas? Merc. v. 109: Sed *quid* currentem servom a portu conspicor —? v. 367: *quid* festinas. IV, 1, 16: *quid* eiulas? I, 2, 105: Sed *quid* ego hic nunc lamentando pereo. Caecil. Statius Aethrio fr. 2: *quid* ita numero venit? Harpazomene fr. 6: *quid* tibi aucupatio est Argumentum cett. Terent. Phorm. IV, 5, 11: *Quid* tua, malum, id re fert? Andr. III, 2, 16: *quid* re tulit?

Quod aut est verus accusativus pronominis relativi, aut in coniunctionem se convertit. Pronomen relativum est in his: Ennii annal. inc. sedis fragm. 24: Haud temere est *quod* tu tristi cum corde gubernas. Medeae exulis fr. 16: Non commemoro, *quod* draconis saevi sopivi impetum, Non *quod* domui vim taurorum. Plaut. Bacch. II, 2, 19: Egone ut, *quod* ab illo me attigisset nuntius, Non inpretatum id advenienti ei redderem? h. e. propter quod, qua de re, quam ob causam. Menaechm. IV, 3, 3: Scin quid est, *quod* ego ad te venio? Epid. III, 4, 20: ut *quod* ego ad te venio intelligas. Pseud. II, 2, 44: Ut id agam *quod* missus huc sum. Stich. I, 2, 70: Set hoc est *quod* ad vos venio *quod*que esse ambas conventas volo. Epid. I, 2, 28: Empta ancillast, *quod* tute ad me literas Missiculabas. Aul. I, 2, 14: Ne causae quid sit, *quod* te quisquam quaeritet. Epid.

IV, 2, 1: Quid est, pater, *quod* me excivisti ante aedis? Rud. II, 6, 32: Bonamst *quod* habeas gratiam merito mihi. Cas. I, 18: Ego, huc *quod* veni in urbem, si inpetravero, h. e. ob quod huc in urbem veni (sic Gron.). Aul. II, 2, 26: est, *quod* visam domum. Most. III, 2, 23: Nihil erit *quod* deorum ullum accusitea. v. 99: *Quod* me misseras, adfero omne impetratum. Merc. II, 2, 46: Nihil est iam, *quod* tu mihi suscenseas. Merc. v. 368: istuc quid est, tibi *quod* conmutatust color? v. 384: Quid illuc est, *quod* ille a me solus se in consilium sevocat. IV, 3, 12: Pol hoc est, ire *quod* rus meus vir noluit. Merc. v. 119: Quid illuc est, *quod* ille tam expedite exquirit cursuram sibi? v. 175: Quin tu expedis, Quid siet *quod* me per urbem currens quaerebas modo? Amph. III, 1, 18: Faciamque ut uno fetu et *quod* gravidast viro Et me *quod* gravidast pariat sine doloribus. Terent. Eun. III, 5, 10: Quid est *quod* sic gestis? — quid est, *Quod* laetus es? Andr. IV, 3, 23: siquid est, *Quod* mea opera opus sit vobis. Hec. IV, 2, 24: Sine me obsecro hoc ecfugere, volgus *quod* male audit mulierum, quod Schmiederus pro *ob quod* dictum esse dicit. Phorm. V, 8, 63 sq.: Vin primum hodie facere, *quod* ego gaudeam, Nausistrata, Et *quod* tuo viro oculi doleant? Andr. II, 6, 17: sed est, *quod* suscenset tibi. Heaut. prol. v. 3: deinde *quod* veni eloquar. Hoc pronomen *quod* interdum etiam duas enunciationes inter se coniungit, ita ut positum sit pro: *quod attinet ad id quod.* Sic Plaut. Mil. II, 2, 7: *Quod* ille gallinam aut columbam se sectari aut simiam Dicat: disperistis, ni usque ad mortem male mulcassitis, ad q. l. Muretus: „Venusta et antiqua locutio, quae sic explicanda: Quantum ad illud attinet, quod is caussari velit, se gallinam aut columbam aut simiam, quae domo aufugerit, persequi, nullam accipio causam, actum est de vobis, nisi ad mortem eum verberaveritis.“ Curcul. II, 3, 48: Set *quod* te missi nihilo sum certior (sic Fleckeisen.; vulgo *quo*). Asin. IV, 1, 12: *Quod* illa aut amicum suum aut patronum nominet Aut *quod* illa amicae suae amatorem praedicet, Fores occlussae eius omnibus sint nisi tibi. Asin. IV, 1, 16: Aut *quod* illa dicat peregre adlatam epistulam, Ne epistula quidem ulla sit in aedibus. Cas. I, v. 39 *quod* te postules Gustare quidquam, cett. Terent. Adelph. II, 1, 8: Tu *quod* te posterius purges, — huius non faciam, quod Rudd. II, p. 156 explicat per: purgationem tuam. Germanice: was das anbetrifft, daß du dich vielleicht nachher entschuldigen wirst.

Eun. V, 8, 34: Si te in platea offendero hac post umquam, *quod* dicas mihi 'Alium quaerebam, iter hac habui', periisti. Was das anbelangt, daß du mir etwa sagst. Sententia est: Wenn ich dich treffe und du mir sagst, so..., sive: so bist du verloren, wenn du auch sagst. Eun. IV, 7, 15: *quod* tibi nunc vir videatur esse hic, nebulo magnus est. Coniunctio est *quod* in his: Naev. Colax fr. 3, v. 34: *Quod* praeter quam vellem audiebam hoc mi eminus. Ennii Euhemerus fr. 3, 8: *quod* videbat. Ennii Iphig. fr. 8: Ego proiector, *quod* tu peccas: tu delinquis, ego arguor? Plaut. Aul. II, 5, 18: *quod* te scio Facile abstinere posse, si nihil obviamst, ad q. l. vid. Taubm. Epid. V, 1, 24: *quod* ista voluit. Asin. I, 3, 37: Equidem scio iam filius *quod* amet meus, de quo loco multum a viris doctis disputatum est, quod offendit *quod* post verbum sentiendi positum, vide Gronovium ad h. l., Ruddim. II, p. 12, adnot. 34, Scheller. p. 673, Reisig. p. 601, Weissenborn. synt. p. 312, Krueger. p. 761 adnot. Most. I, 3, 45: Certo ego, *quod* te amo, operam nusquam melius potui ponere. Pers. IV, 3, 48: nisi *quod* pellegi prior. Merc. v. 692: Parumne hoc est malae rei *quod* amat Demipho. Caecil. Stat. Plocium fr. 9, v. 175: unum id sat est, *Quod* diu vivendo multa quae non volt videt. Terent. Adelph. II, 2, 2: Quid istuc, Sannio, est *quod* te audio Nescio quid concertasse cum ero? Adelph. III, 2. 9: Quem neque fides neque ius iurandum neque illum misericordia Repressit neque reflexit neque *quod* partus instabat prope. Hec. III, 3, 8: Laetae exclamant 'venit', *id quod* me repente aspexerant (= propterea quod).

53. *β. Si actio est receptiva.* Plaut. Cist. II, 1, 59: Et *illud paveo* et hoc formido. Poen. prol. v. 96: Earum his adulescens *alteram* ecflictim *perit Suam* sibi *cognatam* inprudens. V, 2, 135: earum hic *alteram* ecflictim *perit.* Bacch. III, 3, 66: *Meretricem* indigne *deperit.* Curc. I, 1, 46: ea *me deperit.* Argum. Pseud. ineditum Ang. Mai. invent. p. 24 (490 ed. Tauchn.) v. 2: Calidorus *scortum* iuvenis *Phoenicium* Efflictim *deperibat.* Cist. I, 2, 12: Is amore misere *hanc deperit mulierculam,* cf. sc. 3, v. 43: Is amore *proiectitiam illanc deperit.* Amph. I, 3, 19: proinde ut hic *te* ecflictim *deperit.* Pseud. I, 5, 114: *Tibicinam illam* tuus *quam* gnatus *deperit.* Poen. prol. v. 103: qui *illam deperit.* Epid. I, 1, 62: Deperit (mente adde *eam*). Epid. II, 2, 58: *quam* tuus gnatus *deperit.* Epid. II, 2, 116: Quia enim *mulierem* alius *illam* adulescens *deperit.* III, 4, 46: *Hanc* inquam

filius Meus *deperibat fidicinam*. Epid. II, 2, 35: Cum illa, *quam* tuus gnatus annos multos deamat, *deperit*. Mil. IV, 1, 23: Ea *demoritur te*, h. e. perdite amat, ut Gronovius explicat, qui affert etiam IV, 2, 48: eram meam quae *te demoritur*. Terent. Heaut. III, 2, 14: Minumeque miror, Clinia *hanc* si *deperit*.

Cato ap. Plin. hist. nat. 14, 14 (Lion. p. 88): Ideo propinquos feminis osculum dare, ut scirent, an *temetum olerent*. Plaut. Most. v. 42: Non omnes possunt *olere unguenta exotica*. Most. I, 3, 111: metuo me *olant argentum* manus. v. 116: Quia ecastor mulier recte olet, ubi *nil olet*. v. 121: *Quid olant*, nescias. Most. v. 39: oboluisti alium. Asin. V, 2, 79: Murram olet. Pseud. II, 4, 47 sq.: Set iste servos ex Carusto qui huc advenit *quid sapit?* Terent. Adelph. I, 2, 37: *olet unguenta*: de meo.

54. Alterum genus accusativi qualitatis erat, si obiecto demum natura actionis explicatur. a. *Accusativus regionis*. Primum spectemus id genus, ubi obiectum respondet ad interr. *quo? quorsum?*, quo pertinet *supinum* in *um* desinens et gerundium cum praep. *ad* coniunctum. Fest. v. *procitum* affert ex Livii Andronici Odyssea: matrem *procitum* plurimi venerunt. Cato R. R. c. 5: Primus cubitu surgat [villicus], postremus *cubitum* eat. Or. pro se contra C. Cassium ap. Gell. X, 14 (vid. Rudd. p. 257 sq. adnot. 78. Meyer. ed. II, p. 112, Bolhuis. 106): Contumelia, quae mihi per huiusce petulantiam *factum itur*. Plaut. Stich. I, 3, 28: Nulli negare soleo, siqui *essum* vocat. Menaechm. III, 1, 11: Qui *essum* neque vocantur neque vocant. Aul. III, 3, 9: *Coctum* ego, non *vapulatum* dudum conductus fui. Pseud. III, 2, 56: Si nusquam *coctum* is, quidnam cenat Iuppiter? v. 64: An tu *coquitatum* te ire quoquam postulas —? Merc. I, 1, 82: Dico esse iturum me *mercatum*. Pers. II, 5, 21: Dominus ne Eretriam bovis *mercatum* misit. Merc. v. 358: *Mercatum* ire iussit. Praepositionem *ad* addidit Merc. I, 1, 11: Pater *ad mercatum* hinc me meus misit Rhodum. Cas. III, 2, 13: Nam tuus vir me oravit, ut eam istuc *adiutum* mitterem Ad te (sic Fleckeisenus in Iahnii annal. philol. 1851, vol. 61, sect. 1, p. 64 verba *Ad te* initio novi versus posuit, quae vulgo post *istuc* leguntur). Most. III, 1, 66: Venisti huc te *extentatum?* Truc. II, 2, 15: Advenisti huc sic *tentatum* (sic Bothius; *ΔΘ* et Vatic. sec. Pareum *sistentatum*, quod hic antique pro *ostentatum* positum esse putat) cum exornatis ossibus. Most. III, 1, 69: hinc

abeat — Urbe *exulatum*. Merc. prol. v. 43: Res *exulatum* at illam clam abibat patris. Merc. v. 598: *exsolatum* abiit salus. III, 4, 59: certumst *exulatum* hinc ire me. V, 2, 43: Exulatum. V, 4, 20: ibat *exulatum*. Most. III, 2, 4: Nunc *dormitum* iubet me ire. v. 16: ibi omnibus Ire *dormitum* odiost. Most. v. 878: Iam hercle [nunc] ire vis, mule, *pastum* foras. Pers. II, 5, 17: sine ire *pastum*. Most. v. 317: Nunc *commissatum* ibo ad Philolachem. I, 4, 22: Nempe domum eo *commissatum*. IV, 2, 73: Alio credo *commissatum* abisse. Pers. IV, 4, 19: comissatum. Most. II, 2, 54: Abimus omnes *cubitum*, condormivimus. Truc. II, 6, 66: mox ad te huc *cubitum* ivero. Pseud. III, 2, 57: It incenatus *cubitum*. Pseud. III, 2, 101: Quin tu is *adcubitum?* Merc. I, 1, 99: *Discubitum* noctu ut imus. Pers. III, 1, 55: me ubi voles *nuptum* dare. Cas. prol. v. 86: Ultro ibit *nuptum*. Aul. II, 3, 4: Filiam despondi ego: hodie *nuptum* huic Megadoro dabo. Aul. II, 8, 14: Quam minumo sumptu filiam ut *nuptum* darem. Aul. IV, 1, 18: Eam ero nunc renunciatumst *nuptum* huic Megadoro dari. Amph. II, 1, 40: Nunc venis etiam ultro *inrisum* dominum. Aul. II, 2, 46: Neque edepol ego te *derisum* venio neque derideo. Rud. IV, 7, 16 (Rudd. p. 257 sq. adnot. 78): Mi istaec videtur praeda *praedatum* irier. Stich. I, 2, 82: Stultitiast, pater, *venatum* ducere invitas canes. Aul. IV, 10, 10: meque meosque *perditum* ires liberos? v. 26: Quin tibi ultro *supplicatum* venio ob stultitiam meam. Pers. III, 3, 42: *Supplicatum* cras eat. Amph. prol. v. 20: Pater huc me misit ad vos *oratum* meus. Amph. prol. v. 50: Nunc quam rem *oratum* huc veni, primum proloquar. Aul. IV, 10, 13: Id adeo te *oratum* advenio, ut animo aequo ignoscas mihi. Poen. V, 3, 15: *Oratum* ierunt deam. Mil. II, 5, 32: eam veni *quaesitum*. Merc. V, 2, 98: quaesitum. V, 2, 16: quaeritatum. Stich. I, 2, 50: Quid stuc est quod huc *exquaesitum* mulierum mores venis? Poen. III, 1, 9: Siccine oportet ire amicos homini amanti operam *datum?* Bacch. III, 3, 38: Quom patrem adeas *postulatum*. Stich. IV, 1, 29: Deos *salutatum* atque uxorem modo intro devortor domum. Bacch. II, 3, 113: Deos atque amicos iit *salutatum* ad forum. Stich. I, 3, 42: Hic illest parasitus quem *arcessitum* missa sum. Poen. V, 2, 73: Qui huc advenisti nos *captatum* migdilibs (Sic Lamb.; vulgo *migdilybs*, Both. *migdolibs*). Aul. II, 1, 24: ted (sic Herm. elem. d. m. p. 308, vulgo *te*) id *admonitum* advento. Cist. I, 1, 4: Qui mage potueritis mihi *habitum* ire ho-

norem, quod Schmiederus explicat: operam dare, ut habeatis. Cist. I, 1, 39: eunt *depressum*. Pers. I, 2, 11: Sine meo periculo ire aliena *ereptum* bona. Bacch. V, 2, 52: Ut istuc delictum desistas tanto opere ire *oppugnatum*. Caecil. Stat. fr. Asoti 2: Ad amicos curret *mutuatum*. Imbrii fr. 3: Mihi surdo *dormitum* suadet ut eam. Terent. Heaut. I, 1, 65: In Asiam ad regem *militatum* abiit, Chremes. Andr. I, 1, 107: Mea Glycerium, inquit, quid agis? quor te is *perditum?* Andr. I, 2, 6: Qui postquam audierat non *datum* iri filio uxorem suo. Andr. III, 2, 35: missast ancilla ilico Obstetricem *arcessitum* ad meam, et puerum ut adferret simul. Adelph. III, 2, 48: pro virgine ea dari *nuptum* hau potest. Andr. II, 1, 1: Daturne illa Pamphilo hodie *nuptum?* Phorm. II, 1, 81: ego deos penatis hinc *salutatum* domum Devortar. Heaut. II, 3, 74: in mea vita tu tibi laudem is *quaesitum*, scelus? Hec. II, 1, 27: Rus *habitatum* abii. Spectat ad hunc accusativum, ut Hartungius p. 48 docet, etiam locus Plaut. Merc. II, 3, 19: trans mare hinc *venum* asportet. Ennii Euhemerus fr. 11, 64: exemplum ceteris *ad imitandum* dedit. Plaut. Merc. V, 2, 94: operam ut sumam *ad pervestigandum*, ubi sit illaec.

55. Si acc. respondet ad interr. *ad quam rem pertinens?*, praepositio *per* ponitur cum acc. iuncta. — 1. *Per* de persona sive re, per quam aliquid fit. Ennii annal. l. XVI, fr. 10: Reges *per regnum statuas*que *sepulchra*que quaerunt, Aedificant nomen. Annal. inc. sedis fragm. 71: qui fulmine claro Omnia *per sonitus* arcet. Medeae exulis fr. 1, v. 286: per dolum. Plaut. Mil. IV, 6, 10: *Per epistulam* aut *per nuntium* quasi regem adiri eum aiunt. Most. III, 2, 70: *per fidem* Deceptus sum. Poen. prol v. 13: Exerce vocem *quam per* vivisque (sic codd. Parei. Vulgo *vivis*) et colis. Poen. V, 4, 14: Iuppiter — *per quem* vivimus vitalem aevom. Atilius fr. inc. fab. 2: *per laetitiam* liquitur Animus. Caecil. Stat. Synephebi fr. 1, v. 202: per literas. v. 203: per servolum. — 2. *Per* permissionem sive veniam exprimit. Plaut. Merc. V, 4, 63: *per nos* quidem hercle egebit, h. e. nos non impediemus, quominus egeat. Epid. III, 1, 3: *Per illam* tibi *copiam* copiam tibi Parare aliam licet, ad q. l. Lamb.: „*ἕνεκα ἐκείνης* [*τῆς*] *εὐπορίας*, q. d. Non debet tibi in Epidico tanta copiae spes esse, ut aliam propterea negligere velis.“ Pers. III, 1, 48: Lubere tibi *per me* licere intellego. Merc. V, 4, 30: *per me* habeat licet. Caecil. Stat. inc. fab. fr. 2, v. 240: *Per*

me licebit. Terent. Adelph. V, 8, 8: Parere iam diu haec *per annos* non potest. Ad. I, 2, 28: dum *per aetatem* licet. Andr. IV, 2, 16: ut ne pater *per me* stetisse credat. ib. v. 18: *per me* stetisse ut credat. Eun. I, 2, 33: signa cetera Neque scibat neque *per aetatem* etiam potis erat. — 3., *Per* ponitur in obtestationibus. Hic usus ab eo derivandus est, quem primo loco posuimus, eodem modo quo πρός cum genit. positum in obtestationibus, ut πρὸς τῶν θεῶν, ad eum usum praepositionis referendum est, quo significat von — her, von Seiten, qua de re vid. Kruegerum gramm. graec. p. 300. Nam utrobique id quod obsecramus tale fingitur, quod ab eo s. per eum, a quo petimus, efficiendum sit. Ennii Hectoris lustra fr. 16: *per vos* et *vostrum imperium* et *fidem* [Obsecro, mei] Myrmidonum vigiles, conmiserescite! Plaut. Rud. III, 2, 13: *Per* ego *haec genua* te obtestor, senex. Truc. IV, 3, 53: *Per tua* obsecro *genua*, a more genua in tali re tangendi (Herz. ad Sall. p. 182, qui docet hac in re elegantiam fuisse, inter casum a *per* pendentem et praepositionem nomen eius qui obsecratur vel obsecrantis ipsius inserere vel utrumque simul). Bacch. IV, 8, 64: *per* te, ere, opsecro *Deos inmortalis*. Poen. scena ultima v. 11: Per ego te *tua genua* obsecro et *hunc*, cognatum quem tuum esse intellego. Terent. Andr. III, 3, 6: *Per* te *deos* oro et *nostram amicitiam*. Andr. V, 1, 15: *per* ego te *deos* oro.

56. b) *Accusativus progressionis. α) Si actio est productiva.* Huc spectat constructio accusativi cum infinitivo. De cuius causa multi disputaverunt, quoniam res est ad explicandum difficillima. Alia ratione atque Iacobsius eam explicarunt praeter alios Wuellnerus de casibus p. 113—115, Fuistingius, commentatio de natura accusativi cum infinitivo apud Latinos Monasterii 1839, cum qua confer censuram Weissenbornii huius libri in Zeitschr. f. Alterthumsw. a. 1842, p. 959—967, Madvigius gramm. lat. p. 206 adnot. 1 sub finem et Bemerkungen üb. versch. Puncte des Syst. der lat. Sprachl. p. 31 et 77. Antiquissimus usus eius invenitur in carmine saliari ap. Marini gli atti tabl. XLI: neve luerve — sins incurrere, h. e. neve luem sinas incurrere, et paulo infra: neve luerve — sers incurrere, h. e. siris, siveris, sec. Grotefendi interpretationem. ib.: satur fufere, h. e. sec. interpretationem Lanzii ador fiere, ὥστε σῖτον γενέσθαι. — ib.: limen solis sta berber, h. e. sec. interpret. Grotefendi lumen solis siste fervere. Legg.

XII. tabb. VIII: Qui se sierit testarier. Oraculum Delphicum ap. Liv. V, 16: aquam Albanam cave lacu contineri, cave in mare manare suo flumine sinas, ib.: memor — tibi — victoriam datam. Elogium Appii Claudii Caeci ap Orellium inscriptt. lat. T. I, p. 146, n. 539: *pacem fieri* cum Pyrrho rege *prohibuit.* Liv. Andr. Aegisthi fr. 8: Quin quod *parere* mihi *vos* maiestas mea *Procat* (h. e. postulat), toleratis —? Naev. fr. Agitatoriae 1: Demea *obsequos* sinam ego *illos esse.* Naev. fr. Tarentillae 8: Quae ego in theatro hic meis probavi plausibus, Ea non audere quemquam regem rumpere: Quanto libertatem hanc hic superat servitus! Post *audere* positus est acc. c. inf. ap. Naev. fr. 9 Tarentillae: etiam *se audent* me coram *apparere*, cf. Klussm. p. 175, qui citat Westerhov. ad Terent. Andr. IV, 5, 2 et alios. Naevii elogium ab ipso scriptum (Egger. p. 123): Mortales immortales flere si foret fas. Naevii Danae fr. 4: eam nunc esse inventam probri Compotem scis. Naev. fr. Danaes 5: auri iubeo fonte lavere neminem manum. Gymnasticus fr. 1: In alto navem iube tu destitui anchoris. Triphallus v. 96 sq.: Si unquam quicquam filium rescivero Argentum amoris causa sumpse mutuum. Inc. com. fragm. 1: Pati necesse est multa mortalem mala. fr. 13: Risi egomet mecum cassabundum ire ebrium. fr. 21: Sonticam esse oportet causam, quam obrem perdas mulierem. Naev. Hectoris proficiscentis fr. 2: *laetus sum, laudari me* abs te, pater, a laudato viro. Naev. ap. Fest. v. stuprum: *sese*que ei (sic Vahlen.) *perire mavolunt* ibidem, quam cum stupro *redire* ad suos popularis. Q. Fabius Pictor (Egger. p. 105) ap. Gell. X, 15: Equo dialem flaminem vehi religio est. — Item iurare Dialem fas nunquam est: item annulo uti nisi pervio cassoque fas non est. Ignem e Flaminia, id est e flaminis dialis domo, nisi in sacrum efferri ius non est. Id. ibid. (Egger. p. 107): Vinctum, si aedes eius introierit, solvi necessum est, et vincula per impluvium in tegulas subduci, atque inde foras in viam demitti. — Pedes lecti, in quo cubat, luto tenui circumlitos esse oportet, — neque in eo lecto cubare alium fas est, neque apud eius lecti fulcrum capsulam esse cum strue atque ferto oportet. Id. ap. Gell. I, 12 (Egger. l. c.): quae ius sit sacerdotem vestalem facere pro populo Romano. Marcii vatis (212 a. Chr. = 541 a. u. c.) carmen alterum: Apollini censeo vovendos ludos, qui quotannis communiter fiant. Cato de Lusitanis ap. Gell. I, 7 (Egger p. 108): Ego me nunc volo ius

pontificium optime scire. R. R. c. 2: quae opera fieri velit. C. 42: *Quod genus* aut *ficum* aut *oleam esse* voles, inde librum scalpro eximito. C. 157: et mali nihil sinet in corpore consistere. C. 4: *Familiam* ne *siveris peccare.* C. 105: Biennium in sole *sinito positum esse.* C. 141: utique tu *fruges*, *frumenta*, *vineta virgulta*que *grandire* beneque *evenire sinas.* In l. quinto origg.: Illi polliciti, sese *facturum* (= factum ire Bolhuis. 38) omnia (Prisc. IX, p. 864 ed. P. coll. Gell. I, 7, ubi etiam locus ex Plauti Casina allatus est). Cato orat. de falsis pugnis contra Thermum ap. Gell. X, 3 acc. c. inf. in exclamatione, qua exprobratio exprimitur, positus est: Insignitas iniurias — *te facere ausum esse.* R. R. c. 6: Quam earum in his locis optimam dicent esse. Cato R. R. praef.: Maiores enim nostri hoc sic habuerunt et ita in legibus posiverunt, *furem* dupli *condemnari*, *foeneratorem* quadrupli. C. 3: *Cogitato* quotannis *tempestates magnas venire* et oleam deiicere *solere.* C. 5: Ne plus *censeat sapere se* quam *dominum.* Cato or. dierum dictarum de consulatu suo (Iordan. p. 33 sq.) ap. Charis. Maturrime p. 121: Laudant me maximis laudibus, tantum navium, tantum exercitum, tantum commeatum non opinatum esse quemquam hominem comparare potuisse, id tamen maturrime [me] comparavisse. R. R. c. 2: dolia lavari, picari, villam purgari, frumentum transferri, stercus foras efferri, sterquilinium fieri, semen purgari, funes veteres sarciri novosque fieri: centones, cuculiones *familiam oportuisse* sibi *sarcire.* H. l. accusativi c. inf. subiecti loco sunt iisque verba superiora: Videto quot dies quaeve opera per imbrem fieri potuerint explicantur. Pergit deinde simili modo: Per ferias potuisse fossas veteres tergeri cett. C. 3: *Patrem* familiae villam rusticam bene aedificatam *habere expedit.* C. 33: Vitem novellam resecari tum erit tempus, ubi valebit. C. 9: Salicta locis aquosis — ibi seri oportet. C. 2: Cum servi aegrotarint, *cibaria tanta dari* non *oportuisse.* C. 4: Clatros interesse oportet pede. C. 7: In eodem fundo *suum quidquid conseri oportet* arbustoque *vitem copulari.* C. 22: Inter orbem et miliarium unum digitum interesse oportet. C. 24: *Vinum Graecum* hoc modo *fieri* oportet. Inscriptio cap. 1: Quomodo agrum emi pararique oporteat. C. 3: Prima adolescentia patrem familiae agrum conserere studiose oportet, aedificare diu cogitare oportet, conserere cogitare non oportet, sed facere oportet. C. 20: columellam ferream, quae in miliario stat, eam rectam stare oportet. C. 2: Patrem familias vendacem, non emacem esse

oportet. C. 35: *Hordeum* qui locus novus erit aut qui restibilis — fieri poterit, *seri oportet*. C. 40: Per ver haec fieri oportet. Ib.: In locis crassis et humectis ulmos, ficos, poma, oleas seri oportet. Ficos, oleas, mala, pira, vites *inseri oportet* luna silenti. C. 38: Hoc signi erit, ubi calx cocta erit, summos lapides coctos esse oportebit. C. 43: Sulcos — alveatos esse oportet. C. 6: Ubi ager crassus — est — eum agrum frumentarium esse oportet. C. 6: Idem ager si nebulosus est, rapa — id maxime seri oportet. Ib.: Vineam quo in agro conseri oportet, sic observato. Ib.: Qui ager — macrior erit, ibi oleam Licinianam seri oportet. C. 51: Haec omnia a capite propagari eximique serique — oportet. C. 133: Ficum, oleam — haec omnia genera a capitibus propagari — oportebit. Inscriptio cap. 23: *Quae* ad vindemiam in tempore *parari opus sit*. C. 54: Ubi sementem paraveris, glandem parari legique convenit. C. 57: Eos non est nimium in annos singulos vini quadrantalia X ebibere. Ennii heduphagetica v. 5: Apriculum piscem scito primum esse Tarenti. Ennii fr. trag. Alexandri 1. ap. Vahlen. p. 98, v. 57. 58: mater gravida *parere se* ardentem facem *Visa est* in somnis Hecuba. Annal. l. VI, fr. 7 ambigue dictum: Aio te Aeacida Romanos vincere posse. l. VIII, v. 19: Non esse arquatos?, quod admirationem exprimit = Nos nos agere quasi simus arquati? wir sollten uns — (Fingit aliquem hoc cogitare posse, se se gesturos quasi arquatos). Alexandri fr. 8, v. 84: Men obesse, illos prodesse, me obstare, illos obsequi! Fr. Thyest. 11: quid te adirier abnutas? Fr. inc. libri 9: *Adsectari se* omnes cupiunt. (Prisc. lib. VIII, p. 792: „passive ἀκολουθεῖσθαι.") Ennii Euhemerus fr. 11, 50: iubebat sibi fanum creari. Achilles Aristarchi fr. 1: Audire vos iubet imperator. Ennii Euhemerus fr. 3, 8 sq.: quod videbat matrem atque sorores suas operam dare. Προτρεπτικὸς fr. 2: Ubi videt avenam lolium crescere inter triticum. Andromacha Aechmalotis fr. 9, v. 123 sqq.: Haec omnia videi inflammari, Priamo vi vitam evitarei Iovis aram sanguine turpari. Euhemerus fr. 4, 25 sq. Ennii Satur. inc. libr. fr. 1, v. 33: frustra illum dicit frustra esse. Ennii Thyestis fr. 4: Quem nam te esse dicam. Ennii Satur. fr. 1, v. 34: Nam qui se frustrari quem frustras sentit. Annal. l. VII, fr. 3: Nec *me* rem decet hanc carinantibus *edere* chartis. l. I, fr. 59: Astu non vi *sum* summam *servare* decet rem. (Festus p. 298 M. „*sum* pro eum usus est Ennius li. I). Ennii Phoenicis fr. 2: Sed virum virtute vera vivere animatum addecet

Fortiterque † innoxium vocare adversum adversarios. Telephi fr. 11: Ted ipsum oportet hoc profiteri et proloqui. Achillis fr. 8, v. 21: Eum scire oportet. Ennii annal. l. I, fr. 14: memini me fieri pavum. fr. 57, v. 98 sq.: Conspicit inde sibi data Romulus esse priora, Auspicio regni stabilita scamna solumque. Annal. inc. sedis fragm. 10: procedere recte Qui rem Romanam Latiumque augescere vultis. Iphigeniae fr. 9: Eos reduci quam relinqui, devehi quam deseri Malui. Annal. inc. sedis fragm. 87: Omnes mortales sese laudarier optant. Cresphontis fr. 3, v. 156: Nam si inprobum esse Cresphontem olim existimas. Hectoris lustra fr. 2: nos quiescere Aequom est? Telamonis fr. 1, v. 354: eos non curare opinor. Epicharmus fr. 1: Nam videbar somniare med ego esse mortuum. Ann. l. XVI, fr. 2: Quippe vetusta virum non est sati' bella moveri, ubi Bergkius in nov. annal. philol. 1861, sect. 5 p. 325 scribere vult *moneri*. Plaut. Cas. V, 1, 4: Neque hoc quod reliqũomst plus risuram opinor, ubi pronomen reflexivum *me* omissum est. Rud. prol. v. 22—23: Atque hoc scelesti [illi] in animum inducunt suum Iovem *se* placare *posse* donis, hostiis. Pers. I, 2, 14: eum animus induci potest Civem et fidelem esse et bonum [et frugi virum]. Bacch. v. 1193 sqq.: Non tibi in mentemst, [te] amabo, Si dum vivas tibi bene facias, pol id quidem esse hau perlonginquom, Neque si hoc hodie amissis, id post mortem eventurum esse umquam? Bacch. v. 159 sq.: ecquid in mentemst tibi Patrem tibi esse? Amph. prol. v. 23: quippe qui intellexerat Vereri vos se et metuere. Cist. II, 3, 10. 11: Nam mihi ab hippodromo memini adferri parvolam Puellam, eamque me mihi supponere (sic Bothius). Poen. V, 4, 40: quia me amare hanc scit, ubi ambiguitas non est vitata. Pseud. I, 5, 67: ecquam scis filium tibicinam Meum amare? Amph. I, 3, 13. 14: Edepol ne illa si istis rebus te sciat operam dare, Ego faxim te Amphitruonem malis esse quam Iovem. Stich. I, 2, 30: Multa scio faciunda verba. Poen. V, 4, 77: Quas vos ex patria liberas subreptas esse scitis. Rud. II, 7, 31: Itaque alvom prodi speravit nobis salsis poculis, ad q. l. I. Gul.: „Hellenismus est Plauto, Ciceroni, aliis usitatissimus.“ Truc. I, 2, 87: Immo edepol melius iam fore credo, te ubi videbit. Merc. III, 4, 46: ego me credidi Homini docto rem mandare. Aul. II, 2, 88: Credo ego illum iam inaudivisse, mi esse thensaurum domi. Aul. IV, 10, 16: Deos credo voluisse. Truc. I, 2, 92: Peperisse eam audivi. Poen. V, 2, 87: quid ego audio?

AG. Antidamae gnatum me esse. Truc. II, 6, 48: Id ita esse experta's, nuncque experiere, mea Phronesium, Me te amare. Curcul. II, 2, 10 sqq.:

Hac nocte in somnis vissus sum tuerier
Procul sedere longe a me Aesculapium:
Neque eum ad me adire neque me magni pendere
Vissumst.

Most. III, 2, 39: Vix tandem percepi super his rebus nostris te loqui. Pers. I, 3, 87: ut habeat animum bonum, Me esse effecturum hoc hodie. Capt. I, 2, 64 sq.: nam illum confido domum In his diebus me reconciliassere. Stich. III, 2, 1: tam confido quam potis Me meum optenturum regem. Amph. II, 2, 43: Magis nunc [me] meum officium facere — arbitror. Poen. V, 5, 39: Nam te cinaedum esse arbitror mage quam virum. As. II, 4, 78: Furcifer, nosmet fugitare censes? Mil. II, 4, 48: Atque ut tu suspicatus es [te] eam vidisse ausculantem. Poen. V, 4, 108: Patrue, facito in memoriam habeas (sic ΔΘg), tuam maiorem filiam Mihi te despondisse. Bacch. III, 2, 19: set eccos video incedere [Mei] patrem sodalis et magistrum. Aul. IV, 1, 7: Si videt superare amorem, hoc servi esse officium reor. Capt. prol. v. 1: Hos quos videtis stare hic captivos duos. Aul. V, 1, 4: Certe (Goeller. Certo) enim ego vocem hic loquentis modo me audire visus sum. Epid. IV, 1, 11: videor nescio ubi vidisse me prius. Mil. III, 3, 58: praedicabo A tua esse uxore mihi datum eamque illum deperire. Poen. V, 2, 51: muris Africanos praedicat In pompam ludis dare se velle aedilibus. Cist. I, 1, 101: iuravit — Me uxorem *ducturum esse*, ubi pronomen reflexivum *se* omissum est. Pers. III, 2, 2: Qui mihi iuratus est se hodie argentum dare? Pseud. I, 3, 118: Iuravistin te illam nulli venditurum nisi mihi? Mil. V, 18: Iura te nociturum non esse homini de hac re nemini. Cistell. II, 3, 40: Instare usque adeo donec se adiurat anus Eam mihi monstrare (sic Lachmann et Fleckeisen. in Iahn. annal. 1851, vol. 61, sect. I, p. 63; *adiurat* est praesens). Cas. III, 5, 37: deiuravit, Occisurum eum (sic ΔΘg) hac nocte quicum cubaret. Fragm. Amphitr. p. 486, v. 8: Exiuravisti te mihi dixe per iocum. Bacch. v. 157: Teque ad patrem esse mortuom renuntiem. Asin. I, 1, 85: promitto tibi Non offuturum [me]. Bacch. IV, 4, 90: Atque id pollicetur se daturum aurum mihi. Most. V, 1, 36: Quin ius iurandum pollicitust dare se. Bacch. I, 1, 62: Eo tibi argentum

iubebo iam intus ecferri foras. Amph. III, 1, 20: Mercuriu iussi me continuo consequi. Rud. II, 4, 17: Haec sacerdos V neris petere hinc iussit me a vobis aquam. Pseud. IV, 7, 5 Hoc tibi erus me iussit ferre Polumachaero plagides, Quod d hiberet, atque ut mecum mitteres Phoenicium, ubi *ut* non pe det ab *iussit*, sed enunciatio sic supplenda est: atque me ti dicere (te orare) iussit, ut cett. Sed coniunctum habes ac c. inf. cum *ut* Poen. prol. v. 4. 5: Audire iubet vos imperat histricus, Bonoque ut animo sedeant in subselliis Et qui esur entes et qui saturi venerint. Asin. V, 2, 40: Iube dari vinu V, 2, 18: Quin tu illum iubes ancillas rapere sublimem domum Cist. II, 3, 43: sed illaec se quandam aibat mulierem Suam b nevolentem convenire etiam prius. Amph. I, 1, 231: Ego su Sosia ille, quem tu dudum esse aiebas mihi. Merc. II, 4, 5 Civem esse aibant Atticum (sc. eum). Cist. IV, 2, 69: qui illa ait se scire ubi sit. Cas. II, 4, 1. 2: Te uxor aiebat tua n vocare. III, 5, 51: altero te occisurum ait. Truc. I, 2, 9 Ain tu med eam amare? Capt. III, 4, 54: Filium tuum qu redimere se ait. Poen. V, 2, 54: Ligulas canalis (sic ΔΘp) a se advexisse et nuces. Poen. V, 2, 36: Hannonem sese ait Ca thagine. Merc. II, 4, 1: Pentheum diripuisse aiunt Bacchas. Mo III, 2, 88 sq.: Alexandrum magnum atque Agathoclem maxum Duo res gessisse. Poen. V, 2, 1. 2: Ain tu, tibi dixe Sync rastum, Milphio, Has esse ingenuas ambas surrupticias.[47]) Ca III, 4, 11: Ergo arcessivisse ait sese et dixisse te, (mente ad *te*) Eam non missurum. Bacch. II, 3, 51: Quom mi ipsum n men eius Archidemides Clamaret dempturum esse, ubi *eum* omi sum est. Bacch. III, 4, 7: Ego faxo hau dicet nanctam, u pron. refl. *se* omissum est. Mil. II, 3, 75: An illic faciat qu facturum dicit. Rud. II, 3, 74: Nam extemplo, si verbis su peterem, *daturos* dixit. Stich. IV, 2, 30: non opinor dices (sc. deceptum fore. Epid. II, 2, 95: atque ut eam te in libertate dicas emere. Rud. I, 2, 7: Ubi rem divinam se facturum dixer Pseud. II, 4, 10: Is mihi haec sese ecfecturum dixit. Merc. 2, 95: Si illam matri meae me emisse dicam. Pseud. I, 5, 15 quod facturum (int. *me*) dixeram. Trin. v. 237: Numquam am quemquam nisi cupidum postulat se hominem in plagas Conice Rud. II, 4, 59 sq.: Iam postulabas te, inpurata belua, Totam

---

[47]) ΔΘp *Ain tu.* Alii sine *tibi.* ΔΘg *Ain tu tibi dixe.* ΔΘp *surru*

ciliam devoraturum insulam. Rud. IV, 3, 51: Et vitorem et piscatorem te esse, inpure, postulas. Stich. III, 2, 32: Hau postulo equidem in lecto med adcumbere. Rud. III, 4, 4: Tun legirupionem hic nobiscum dis facere postulas? Capt. III, 5, 60: postulavisti — Recens captum hominem, nuperum et novicium, Te perdocere. Capt. III, 5, 81: Quor ego te invito me esse salvom postulem? Mil. II, 3, 31: nam ego iam mihi nil credi postulo. Pseud. I, 1, 99: Quod tu istis lacrumis te probare postulas, ad q. l. Gron.: „h. e. quod censes, te existimari ab illa probum amatorem, ob lacrymas, falleris.“ cett. I, 3, 144: Set sine argento frustra's qui me tui misereri postulas. III, 2, 64: An tu coquitatum te ire quoquam postulas —? Poen. I, 2, 187: men prohibere postulas. Truc. IV, 4, 10: te amari postulas (sic Both.; *ΔΘg* me te amare p. *ἀμέτρως*). V, 36: si te amari postulas. Fragm. Amphitr. p. 486, v. 2: Ne tu postules matellam unam tibi aquae infundi in caput. Pseud. I, 5, 23: Probum patrem esse oportet, qui *gnatum suum Esse probiorem* quam ipsus fuerit *postulet*. Menaechm. II, 3, 88: Set ego inscitus sum qui ero me postulem moderarier. V, 2, 16: quae viros subservire Sibi postulant. v. 44: servirin tibi Postulas viros? Rud. V, 3, 30: ne tu, leno, *postules Te* hic fide lenonia uti. Asin. I, 3, 57: male dictis te eam ductare postulas? Diss.: „Postulas te ductare ex elegantiis Plautinis est.“ Trin. IV, 3, 13: Inter eosne homines condalium te redipisci postulas? Amph. III, 2, 10: fieri quod illaec postulat. Cas. I, 39: quod te postules Gustare quidquam. v. 53: ne tu te mihi respondere postules.[46]) Merc. IV, 1, 2: Quoniam a viro ad me rus advenit nuntius Rus non iturum. Pers. I, 3, 61: Quam te hoc facturum, quod rogo, adfirmas mihi. Amph. II, 2, 128: Etiamne hoc negabis te auream pateram mihi Dedisse. Pers. III, 3, 27: Quia te negabas credere argentum mihi. Curc. V, 1, 7: Nego me dicere. Trin. I, 2, 147: [Quae] ego me fecisse confiteor, Megaronides. Curcul. I, 3, 25: Venerin pervigilare te vovisti. Most. V, 2, 11: Quian me pro te ire ad cenam autumo? Asin. III, 3, 14: atque ab hac minatur sese abire. Mil. IV, 2, 77: Quin tu huic respondes aliquid Aut *facturum* aut non *facturum*? Mil. II, 2, 89 sq.: Arguam [hanc] vidisse aput te contra conservom meum Cum suo amatore amplexantem atque ausculantem. Cas. V, 2, 14: nec

[46]) Sic Both. *Δp tute. Δg tu te.*

quietum dare Savium sibi sinit me.[49]) Bacch. IV, 8, 64: si me — ire. Bacch. IV, 9, 117: Dem potius aurum quam illu conrumpi sinam. Bacch. V, 2, 51: sine [me] hoc exorare aps t II, 1, 5: Ne Nicubulum me sinas nostrum senem Prius conv nire. Bacch. III, 3, 15: neque equidem me vivo illum conrum sinam. Capt. v. 210: Unum *exorare* vos sinite *nos*. Epid. 2, 3: Sine me hominem apisci. Rud. III, 1, 3: Ne *dormien* quidem *sinunt quiescere*. IV, 4, 49: Sine me ut occepi loq Most. V, 2, 53: sine ted exorarier. v. 22: Sine me du istuc iudicare. Pseud. III, 2, 50: Sine sis loqui me. Poe I, 2, 167: Quamobrem, amabo, mea voluptas, sine ted ex rarier. III, 2, 2: callum aprugnum callere aeque non sinam. 11: nec Fortunam id situram fieri. Amph. I, 1, 108: Neque e hunc hominem hasce hodie ad aedis [hinc] sinam umquam accede Asin. II, 4, 14: sine me hunc perdere. V, 2, 67: ut sinat Se alternas cum illo noctis hac frui. Cas. I, 48: Sine, amabo, t amari. Poen. V, 1, 20: Measque hic ut gnatas et mei frat filium Reperire me siritis. V, 4, 90: conplecti nos sine. Pers. 3, 54: Tum tu me sine illam vendere. II, 2, 7: Tum tu igitur (s ΔΘp) sine me ire. III, 3, 12: Sine respirare me, tibi ut respondea Truc. IV, 2, 22: sine alios discere. IV, 4, 19: immo amabo, ut h dies aliquos sinas Eum esse apud me. v. 38: Sine eumpse adi huc. Cist. I, 1, 106: Nunc ego ted amabo, ut hanc hoc triduo solum sinas Esse hic et servare apud me.[50]) Truc. V, 33: Meos ante oculos illam ego (sic Both.) patiar alios amplexarier? Poe III, 3, 83: Siquidem potes pati esse te (*te* abest a codd. Pal in lepido loco, In lecto lepide strato lepidam mulierem Conpl xum contrectare. Asin. III, 1, 148: [Patierin Arguripp e,] P trem hanc amplexari tuum? Truc. II, 2, 45: Ego mihi haec patiar fieri? Bacch. IV, 9, 144: Curatumst esse te senem mise rumum. Amph. III, 4, 16: adsimulabo me esse ebrium. Cap v. 223: Nam si erus tu mihi's atque ego esse me tuum Servo adsimulo. Truc. IV, 2, 26: Dedi (Δp *dedit*) equidem hoc die quinque argenti deferri minas, Praeterea unam in obsonatum, ul inf. more Graecorum de consilio positus est. Epid. III, 3, 3

---

[49]) Sic Both. Δp: *neque enim dare sibi savium me sivit.* Codd. Pall *neque quietum dare sibi savium me sinit.*

[50]) Sic Both. Vulg.: *Nunc te amabo, ut hanc hoc triduum* cet *te* Pall. 3. 4. 6, sed Δp *tue,* ubi litt. *e* delenda est. Omnes codd. Par *trid. hoc.*

ut ille fidicinam Fecit nescire prorsus, se esse emptam tibi. Asin. III, 3, 11: Qui se parere adparent huius legibus. Bacch. I, 2, 45: Nil moro discipulos mihi esse plenos sanguinis. Cist. V, 5: Nil moror aliena mi opera fieri pluris liberos. Mil. II, 5, 37: Nil moror negotiosum mihi esse tergum. Poen. V, 4, 103: Nam *alios pictores nil moror* huiusmodi *tractare* (Vulg. *tractare exempla*, sed Hermannus elem. p. 154 *exempla*, ab interprete ex praecedente versu additum eiiciendum censet.). Amph. prol. v. 8: Et uti bonis vos vostrosque omnis nuntiis Me adficere voltis. Bacch. I, 1, 44: *te volo* Me *amplexari*. v. 60: nunc ego te facere hoc volo. Bacch. v. 269: id [primum] mihi dici volo. Bacch. III, 6, 1: nunc ego illam me velim Convenire. Cist. IV, 2, 71: volt dari mercedem. Amph. prol. v. 33: Iustam rem et facilem esse oratam a vobis volo. Merc. I, 2, 39: Vin tu te mi esse obsequentem, an nevis? Cas. II, 4, 8: velim me scire. Poen. V, 4, 82: id ego evenire vellem. Bacch. IV, 5, 51: Nunc quid *nos vis facere?* IV, 8, 32: Vis tibi ducentos nummos iam promittier. 9, 75: si *esse salvom vis me* aut *vitalem* tibi. Rud. prol. v. 32 sq.: Primumdum huic *esse nomen* urbi Diphilus *Cyrenas* voluit. Fragm. Cistell. p. 477: sane ego Me volo fortem perhiberier virum. Aul. I, 2, 9: Araneas mihi ego illas servari volo. Aul. I, 2, 21: neminem volo intromitti. Merc. II, 4, 16: Quid vis me igitur dicere? v. 17: Vin patri sublinere pulcre me os tuo? Merc. II, 3, 124: Vin me tecum illo ire? DE. nolo. 4, 22: Tanti quanti poscit, vin tanti illam emi? IV, 4, 29: Vin me experiri? v. 36: Nempe *me* hinc *abire vis*. Cas. II, 3, 34: quod vir velit Fieri. Bacch. v. 729: propterea [te] volo Scribere. Bacch. IV, 8, 32: Vis tibi ducentos nummos iam promittier. Pers. II, 2, 8: Set te volo curare. Pers. V, 1, 7: hic statui volo primum aquolam. 2, 23: Vin cinaedum novom tibi dari, Paegnium? Truc. II, 7, 6: puras sibi volt aedis esse. IV, 3, 8: Nisi si ad tintinaculos vos voltis voltis educi viros. v. 66: quid vis in ius me ire? V, v. 30: gaudere aliqui me volo. Aul. II, 4, 5: Siquo tu totum me ire vis, operam dabo. IV, 10, 11: Quid vis fieri? V, v. 15: nunc volo manu me emitti. Amph. II, 2, 70: Quid vis fieri? v. 119: Vera volo loqui te, nolo adsentari mihi. II, 2, 137: Vin proferri pateram? AM. Proferri volo. Asin. I, 3, 29: Is dare volt, is *se* aliquid *posci*. v. 31: Volt placere sese amicae. III, 3, 56: vin erum deludi? v. 97: Amandone exorarier te vis an ausculando? Capt. IV, 4, 12: si quidem *sese*

uti volet, ad q. l. Gronovius: „*Sese uti* non est se ipso uti v sibi esse utibilis, non genio indulgere, sed quasi esset *si se eo volet uti. Sese παρέλκει*, ut plurimis locis apud Plautum, pe inde foret *si uti volet.*“ Trin. II, 2, 48: res quaedamst qua volo Ego me aps te exorare, ad q. l. Lindem.: „Accusativi i finitivo iuncti structura in verbis *cupere, velle, studere,* u accusativus ad subiectum spectat, frequentissima apud Pla tum. Sed longe insolentior haec structura in verbis *vide posse.* Caeterum cf. Parei lexic. in *Ἀντιπτώσει* Plautina, ena lage et synt. insol.“ Poen. III, 3, 34: Locum sibi vello liberu praeberier. Eadem verba leguntur ib. I, 1, 49. Pseud. IV, 93: Uncti hi sunt senes: *fricari sese* ex antiquo *volunt.* Poe I, 2, 124: Sunt illi (sic *ΔΘp*) aliae, quas spectare ego et n spectari volo. v. 127: ibi ego me ostendi volo. III, 1, 6 Ad eam rem nos esse testis vis tibi. Pers. I, 2, 10: Neque qu druplari me volo, ad q. l. Turneb.: „*me* abundat, i. e. nolo qu druplator esse.“ Pseud. I, 2, 34: Magnifice volo *me* viros *a cipere.* Pers. V, 2, 45 sq.: Me quoque volo Reddere, cett. Pseu II, 2, 55: cum eo aiebat *velle mitti mulierem.* Poen. III, 1, 6 At edepol tibi nos in lumbos linguam atque oculos in solum (s velimus decidere). Capt. I, 2, 72: Propterea *te vocari* [ad m ad cenam volo. Pseud. I, 3, 11: iam ut [tu] med esse voles i ero. I, 3, 95: minimis me extis placari volo. v. 149: te mi operam dare volo. Pseud. I, 5, 146: Set te volo Domi usq adesse. Poen. III, 4, 5: propere (sic *ΔΘp*) hosce absumi (*Δ* apsumi) volo. v. 16: Hem, istaec volo ergo vos commeminis omnia. 5, 10: Valeant apud te quos[81]) volo, atque haud te vol ubi utrobique mente addendum est *valere.* V, 2, 46: sic vo Profecto vera cuncta huic expedirier. Mil. III, 3, 34: Atq huius uxorem te volo [esse] adsimulare, ubi proprie bis positu *te* oportuit. Cist. I, 1, 31 sq.: Nostra nos nihilum copia volu potesse, Suique omnium rerum nos indigere. Bacch. I, 1, 6 At ego nolo dare te quicquam. Bacch. IV, 9, 141: *Nolo,* i quam, *aurum concredi* mihi. Cist. I, v. 85: quia ego nolo i meretricem dicier. Pers. IV, 4, 67: Nolo ego te mirari. As III, 3, 68: Nolo ego te qui erus sis mihi onus istuc sustine Pseud. II, 4, 24: nolo tibi molestos esse nos. Poen. V, 2, 4 Nolo ego errare hospitem. v. 77: Meis consanguineis nolo te i

---

[81]) Vulg. *quas. Quos ΔΘp.*

iuste loqui. v. 119: Et te moneri num nevis (sic ΔΘg)? Bacch. III, 3, 48: Deos propitios me videre quam illum [hau] mavellem mihi. Bacch. v. 460: Illum meum malum promptare malim quam peculium. Bacch. IV, 8, 18: Nihil est lucri quod me hodie facere mavelim. Fragm. Kakist. p. 481, v. 1: malo hunc alligari ad oriam. Vidularia p. 484, v. 15: Malim moriri meos quam mendicarier. Cas. II, 4, 11: utrum — coelibem ted esse mavis liberum, An maritum servom aetatem degere et gnatos tuos? Pseud. IV, 5, 6: Conceptis hercle verbis satis certo scio Ego *periurare me mavellem* miliens Quam mihi *illum* verba per deridiculum *dare*. Pers. IV, 4, 52: set ego te malo tamen Eumpse adire. Truc. IV, 2, 30: Malim inimicos mi invidere, quam med inimicis meis. Aul. IV, 5, 1: Ecmortuom ego me mavelim leto malo.[62]) Asin. I, 1, 108: moriri sese misere mavolet. IV, 2, 1. 2: *emori Me malim*, quam haec non eius uxori indicem. Stich. v. 80: Si manere hic sese malint potius quam alio nubere. Poen. I, 2, 88: Bono med ingenio esse ornatum me esse nimio dici mavolo. v. 90: Bonam ego quam beatam me esse nimio mavolo. Amph. III, 2, 11: Si me illam amantem ad sese studeam recipere. Asin. I, 1, 52: Atque me id facere studeo. Stich. I, 1, 51: Nequest quor studeam has nuptias mutarier. Trin. I, 2, 16: Omnibus amicis quod mihist cupio esse item. Pseud. I, 5, 53: Cupis me esse nequam. Pseud. I, 2, 17: Officium vostrum ut *vos* malo *cupiatis commonerier*. Merc. I, 2, 37: Ego bonum, malum quo accedit, mihi dari hau desidero. Stich. IV, 1, 10: Nunc me gratiam aps te inire verbis nil desidero. Most. I, 2, 47: Nitantur ut alii sibi esse illorum similis expetant. III, 1, 97: id me scire expeto. Trin. v. 365: Multaest operae opus fictura, qui se fictorem probum Vitae agundae esse expetit. Mil. IV, 3, 42: Nam quos videre me exoptabam maxume. Bacch. II, 3, 3: Nam meus formidat animus, nostrum tam diu Ibi desidere neque redire filium. Mil. III, 1, 23 sqq.: Quid id est quod cruciat? cedo.

PL. Me tibi istuc aetatis homini facinora puerilia
Obicere [et] neque te decora neque tuis virtutibus
A te expetere: ex opibus summis mei te honoris gratia
Mihique amanti ire opitulatum atque ea te facere facinora,
Quae istaec aetas fugere facta magis quam sectari solet,

[62]) Pareus: „In V. C. initio fuit *laet.* postea *o* supra lineam positum a manu non admodum veteri."

ubi *quod* poni potuisset. Stich. I, 1, 11: set hoc, Soror cior patrem tuum Meumque adeo, qui unus unice Civib omnibus probus Perhibetur, eum nunc inprobi Viri officio uti. III, 4, 68: Crucior — lapidem non habere me, ubi acc. item pro *quod* positus est. Mil. IV, 8, 11: Istuc crucior, me tali abalienarier. Bacch. III, 3, 31: Propter me haec nun sodali dici discrucior miser, ubi iterum *quod* poni pot Bacch. III, 3, 52: salvom te advenire gaudeo. Most. I 119: Salvom te advenisse peregre gaudeo, Theuropides. III, 3, 73: salvom te advenire gaudeo Poen. V, 2, 118 istanc rem vobis bene evenisse gaudeo. Mil. IV, 7, 3: magis Me amoris causa [cum] hoc ornatu incedere. Poen. 24: Miror equidem, soror, te istaec sic fabulari (sic Fleck tetr. bacch.). Cas. II, 3, 3: cocos equidem nimis demir *Eos* eo condimento uno non *utier*. Merc. IV, 2, 7: Sed eu miror non venire ut iusseram. Rud. II, 3, 67: Id misera stast, Sibi eorum evenisse inopiam. Most. III, 2, 110: *maestus est*, hasce *se vendidisse*. Curc. II, 3, 57: Postquan responsumst, abeo ab illo maestus ad forum, Me illo frust venisse (pro *quod*). Bacch. III, 6, 14: Nullus est quoi n videant rem secundam optingere. Pseud. I, 3, 79: Nam quod nunc *lamentare*, non *esse argentum* tibi. Poen. III, *id* nunc his cerebrum uritur[53]), *Me esse* hoc trecentos Phi *facturum* lucri. Fragm. lenones gemini p. 481: Dolet hic p sese venum ducier. Asin. II, 4, 62: Ferox est, viginti meas tractare sese (pro *quod*). Etiam in exclamatione terrogatione ponitur acc. c. inf.. sive addita sive non part. interrogationis *ne*. Truc. II, 6, 56: hoccine mi ob res tantos tantillum dari? Bacch. V, 1, 4: hocine me ludos bis factum esse indigne? v. 16: Perii, hoc servom non nauci facere esse aussum. Bacch. I, 2, 44: Magistron quam discipulum minitarier? Bacch. v. 283: Adeon me fungum ut qui illi crederem —? Bacch. v. 629: Criminin me habuisse? Pers. I, 1, 43: Sicine hoc te mihi facere? I, 2, 1: foras aedibus me eicier? Trin. IV, 3, 10: tribu poteriis Memoriae esse oblitum? Curc. I, 3, 44: Hocine fi inmodestis te hic modereris moribus? Epid. III, 4, 84. Tr v. 41: Hunccine hominum te amplexari, tam horridum atque

---

[53]) *h. c. u.*] Par.: „Hac dictiones exulant a V. C.“

lidum?, — quo tandem modo fieri potest, ut possis cett. Mil. III, 1, 31: Hancine aetatem exercere [mei] me amoris gratia? Pseud. I, 2, 68: Huncine hic hominem pati [nos] colere iuventutem Atticam? Capt. IV, 2, 3: Ad illum modum sublitum os esse mi hodie. V, 1, 26: Propter meum caput labores homini evenisse optumo. Pseud. v. 442: Tene id mirari —? Rud. II, 2, 7: Ut piscatorem aequomst, ubi ex praegressis *perire* mente addendum est. Men. IV, 2, 96: mulierem aequomst vestimentum muliebre Dare foras, virum virile. Mil. III, 1, 29: aequom fuit Deos paravisse. v. 132: Itidem divos dispertisse vitam humanam aequom fuit. Rud. IV, 7, 20: Semper cavere hoc sapientis aequissumumst. Mil. II, 6, 35 sq.: Utrum me expostulare tecum aequomst prius, An — Me expurigare tibi videtur aequius. Bacch. III, 4, 29: Nam illi aequomst me consulere. Cas. II, 3, 47: Illum mi aequiust, quam me illi, quae volo, concedere. Cist. I, 1, 116: Inmundas fortunas aequomst squalorem sequi. Epid. II, 2, 72: si aequom siet, Me plus sapere quam vos. IV, 1, 25: Tuae memoriae interpretari me aequom censes. IV, 2, 16: Non me istanc cogere aequomst meam esse matrem. Men. V, 7, 21: me perirest aequius. Merc. II, 3, 117: Quia illi suam rem esse aequomst in manu. III, 2, 6: Nam hanc bene se habere aetatem nimiost aequius. III, 3, 8: quod te facere ego aequom censeo. V, 2, 57: nequest, quoi magis me melius velle aequom siet. Merc. V, 4, 11: Nam te istac aetate haud aequom filio fuerat tuo Adulescenti — amicam eripere. V, 4, 66: Nunc et illum Miserum et me Miseram aequomst nominarier. Poen. I, 1, 13: Ignoscere id te mi aequomst. III, 6, 5: Ita nos velle aequomst. Aul. II, 1, 11: ut aequomst — Et mihi te et tibi me consulere et monere (sic Herm. elem. p. 308). ib. v. 3: ut aequomst germanam sororem [sc. *facere*] (sic Herm. elem. p. 308). Bacch. IV, 9, 99: Ut te ei habere gratiam aequom sit bonam. V, 2, 46: Neque te tuost aequom esse iratum. Poen. V, 2, 121: Aequomst, habere hunc bona, quae possedit pater. Poen. V, 4, 84: Eo dis est aequom gratias nos agere sempiternas. Pers. I, 3, 26: Pernam quidem Meliust adponi frigidam postridie. Mil. III, 3, 8: At meliust [te] monerier. Men. V, 9, 32: meliust nos adire atque hunc percontarier. Merc. II, 3, 125: Meliust te, quae sunt mandatae res tibi, praevortier. Pers. III, 1, 41: Malo cavere meliust te. Poen. III, 1, 43: cursores meliust te advocatos ducere. v. 65: te advocatos meliust (sic scribendum pro

vulg. *melius* sec. notum illud praeceptum Ritschelii) celeri ducere. III, 3, 64: Nunc te illum meliust (sic scribendum pr vulg. *melius*) capere. Amph. II, 2, 32: Amphitruo, redire a navem meliust nos. Poen. III, 3, 64: Nunc te illum meliust ca pere, si captum (*ΔΘpg castum*) esse vis. v. 66: Cum illoc t meliust rem tuam, adulescens, loqui. Bacch. III, 4, 25: Pr fecto stabilest, me patri aurum reddere. Men. V, 6, 13: Pr pterea bonum certumst potius quam malum esse. Men. V, 8, 1 Quin certissumumst, Mepte potius fieri servom, quam te umquam emittam manu. Merc. III, 4, 57: certumst exulatum hinc in me. Merc. V, 2, 17: Certa rest, Me usque quaerere illam. Bacch IV, 3, 8: Malos quam bonos par magist me iuvare. Curc. 2, 17: Canem esse hanc quidem magis par fuit. Pers. V, 2, 21 Posterius istaec te magis par agerest. Poen. III, 1, 19: Liberc homines per urbem modico magis par est gradu Ire. Pers. V 2, 53: Et me haut par est (mente addendum: *ludificare*). Ampl I, 2, 32: nam deum Non par videtur facere. Mil. II, 5, 6 Et quidem palamst eam esse ut dicis. Pers. IV, 3, 70: te d aliis, quam alios de te suaviust Fieri doctos. Capt. III, 5, 4 Set hoc mihi aegrest, me huic dedisse operam malam. Cas. I 7, 6: Atque id non tam aegrest iam vicisse villicum. Most. 3, 67 sq.: Si tibi sat acceptumst, fore tibi victum sempiternum A que illum amatorem tibi proprium futurum. Most. I, 3, 90: 1 acceptum sat habes, tibi fore illum amicum sempiternum. Cap III, 5, 27: At erit mi hoc factum mortuo memorabile, [Me *meum erum* captum ex servitute atque hostibus Reducem *fi cisse* liberum in patriam ad patrem. Rud. IV, 1, 1: Bene factu et volup est hodie me his mulierculis Tetulisse auxilium. Mi III, 1, 126: Huic homini dignumst divitias esse et diu vitam da Pers. III, 1, 43: neque me dignumst dicere. Poen. I, 2, 4 sat est istuc alios (Sic Herm. elem. d. m. p. 296. Vulgo s est istuc alios dicere nobis). Merc. III, 4, 69: Quanto satiu rus abire te aliquo atque ibi te vivere. Poen. III, 1, 49: H te satius est docere. Truc. V, 34: Mortuom hercle me odio s tiust.[64]) Curc. I, 3, 9: Anime mi, [me] procul amantem abes haut consentaneumst. Asin. I, 1, 58: Eos me decretumst pers qui mores patris. Cas. II, 4, 7: Sed nihil est, me cupere factu

---

[64]) Sic Both., nisi quod *satius*. Vulg.: *Mortuum hercle me du satius*. *ΔΘpg medio sat*.

Stich. V, 4, 16: Hau tuum istuc est vereri te. Poen. III, 1, 64: haud vostrumst iracundos esse. Asin. III, 1, 6: An decorumst advorsari meis te praeceptis? Pseud. IV, 2, 38: Nam hodie Sicaoni necessest me esse aut cras mortem exequi. Most. I, 3, 129: Quid opus est, quod suum esse nolit, id ei ultro ostentarier? Pseud. V, 1, 10: Quid opust me multas agere ambages? Truc. I, 1, 71: Eo isti opust suppositum puerum pessumae [65]), quo loco Kruegerus gramm. lat. p. 491, adnot. 3 accusativum ex constructione acc. c. inf. explicat, omissum enim est *esse*. Bacch. IV, 9, 65: Quid *me* tibi *adesse* opus est [quaeso]? Merc. V, 2, 76: Non opust, inquam, nunc intro te ire. Bacch. IV, 6, 20: Nil iam me oportet scire. Bacch. III, 6, 23: Inprobum istunc esse oportet hominem. IV, 2, 20: Nequam esse oportet. Cist. IV, 2, 51: Hanc scire oportet. Trin. III, 3, 41: *Mendacilocum aliquem* [esse *hominem* oportet de foro,] *Falsidicum, confidentem.* Poen. I, 2, 43: sunt hic omnia, quae ad deum pacem oportet Adesse? Poen. III, 3, 14: Viam qui nescit, qua deveniat ad mare, Eum oportet amnem quaerere. Most. I, 3, 106: Non istanc aetatem oportet pigmentum ullum attingere. v. 126: Non me istuc curare oportet. III, 2, 115: Misericordia s[tulta haut esse] hominem oportet. Most. IV, 2, 53: Scio qua me ire oportet. Pers. IV, 4, 13: Te in exilium ire huc oportet. Poen. III, 1, 9: Siccine oportet ire amicos homini amanti operam datum? v. 17: Liberos nos esse oportet. v. 23: Pridie nos te advocatos huc duxisse oportuit. Aul. IV, 10, 24: non attactam oportuit. IV, 10, 27: sed meam esse oportere arbitror. Aul. IV, 10, 28: Quin tu eam invenies, inquam, meam illam esse oportere, Euclio. Amph. II, 2, 108: Aut mola salsa aut ture conprecatam oportuit. v. 151: Aut hic pateram inesse oportet. Asin. II, 3, 1: Ut demonstratae sunt mihi, hasce aedis esse oportet. Mil. IV, 8, 26: Aurem admotam oportuit (v. Haas. ad. Reisig. p. 559). Rud. I, 4, 36: Hau longo abesse oportet homines hinc. II, 7, 10: Meas oportet intus esse hic mulieres, mi Charmides. Menaechm. IV, 2, 44: te scire oportet. Poen. V, 2, 70: Servom hercle te esse oportet et nequam et malum. v. 72: At hercle te hominem et sycophantam et subdolum. Mil. II, 6, 80: nam hominem servom suos Domitos habere oportet oculos. Poen. V, 2, 113: Signum esse oportet in manu laeva tibi. v. 120: Paterna oportet reddi

---

[65]) *Ap Eum isti suppositum puerum opus pessume.*

filio bona. Pers. III, 3, 43: Dum stas, reditum oportuit. Tri II, 1, 14: Dentibus bonis lenam probam esse oportet. v. 1 Nunquam amatoris[56]) meretricem oportet causam noscere. I 1, 20: anne oportuit Ita te quidem qui es familiaris? (H. l. *cere* omissum est). Pseud. V, 2, 8: Quae istaec audaciast, sic interdius Cum corolla ebrium incedere? Mil. II, 2, 75: co fidentiast Nos inimicos profligare posse. Mil. I, 1, 68: Nimis miseria nimis pulcrum esse hominem. Stich. V, 4, 47: Haec i cetiast, amare inter se rivalis duos, Uno cantharo potare [et] unu scortum ducere. Mil. III, 3, 5 sq.: Stultitia atque insipient [insulsitasque hercle] haec sit, Me ire in opus alienum aut ti meam operam pollicitari. Pers. V, 2, 20: Stultitiast, quoi be esse liceat, eum praevorti litibus. Cas. II, 4, 4: Stultitiast, te esse tristem, quoius potestas plus potest. III, 3, 1 sq.: Stu titia magnast — Hominem amatorem ullum ad forum procedei Poen. prol. v. 9. 10: Nam quoi paratumst, quod edit, nost gratia Nimiast stultitia sessum inpransum incedere. Mil. III, 109: At illa laus est, magno in genere et in divitiis maxumis I beros hominem educare. Rud. III, 5, 51: vobis num molestia Me adire ad illas propius? Mil. IV, 6, 3: edepol nunc nos ter pus est malas peiores fieri. Merc. I, 2, 96: Scelus videtur, n parenti proloqui mendacium. Rud. I, 2, 56: Nullumst periclu te hinc ire inpransum domum. Aul. II, 2, 58: Hoc magnum periclum, ab asinis me ad boves transcendere. Truc. II, 1, 1: Piaculumst misererier nos rei hominum male geruntum (sic Heri in cens. Kampm. de AB). Poen. V, 2, 5: Nam tuom flagitium *tuas* te *popularis pati* Serviro ante oculos, ubi etiam *quod* po potuisset. Menaechm. V, 9, 43: Spes mihist, vos inventuru fratres germanos duos Geminos, ubi *me* omissum est. Asin. I 4, 1: quid hoc sit negoti, neminem meum dictum magni facere ubi acc. c. inf. subiecti loco est et explicat illud praegressu *hoc*. Pseud. I, 5, 149: Suspitiost mihi nunc vos suspicarier. Per V, 2, 26: Decet me facetum esse. Asin. V, 1, 6: Decet ver cundum esse adulescentem. Amph. I, 3, 24: non te mi iras decet. Asin. II, 4, 64: non decet superbum esse hominem se vom. Merc. V, 4, 21: Temperare istac ted aetate his deceb noxiis. Mil. I, 1, 40: Novisse mores tuos me meditate decet C

---

[56]) In *Δp* bis scribitur *amatoris*.

ramque adhibere cett. III, 1, 21: Pol ita decet hunc facere. Most. I, 1, 50 sq.: Decet me amare et te bubulcitarier, Me victitare pulcre, te miseris modis. Poen. I, 2, 91: Meretricem pudorem gerere mage decet quam purpuram, Magisque meretricem pudorem quam aurum gerere condecet. Poen. III, 3, 61: Neque nos hortari neque dehortari decet Hominem peregrinum. Amph. prol. v. 35: Nam iniusta ab iustis impetrari non decet. Poen. V, 4, 32: Ut deceat nos facere quidquam, quod homo quisquam inrideat. Most. IV, 2, 19: esse ut addecet Nequam homines, ita sunt. Pers. V, 2, 55: Te mihi dicto esse audientem addecet. Poen. I, 2, 115: Nam quidem edepol lucrum amare nullum amatorem addecet. Nervolaria p. 482, v. 5: Pollucte prodigum esse amatorem addecet. Truc. II, 1, 16: Meretricem sentis similem condecet esse. Pseud. I, 3, 136: Tene amatorem esse inventum inanem quasi cassam nucem?, ubi praecessit *pudet*. Cas. I, 1: Non mihi *licere* meam *me* rem solum, ut volo, *Loqui* atque *cogitare* sine ted arbitro? Asin. II, 4, 15: Quoi numquam rem me unam licet semel praecipere fari. Cas. III, 5, 61: redire me intro ut liceat. Pers. V, 1, 21: Quia te licet liberam me amplecti. Rud. II, 4, 12: Non licet te sic placidule bellam belle tangere? Plaut. fragm. p. 484: Licet vos abire curriculo. Epid. I, 2, 13: Nam quid te igitur rettulit Beneficum esse, ad q. l. Donat.: „— quid profuit, quid interfuit.“ Curc. IV, 3, 23: quid refert me fecisse regibus Ut mi oboedirent. Truc. II, 4, 40: quoi re id te adsimulare rettulit? Pers. IV, 6, 19: Quia attinet nos scire. Asin. III, 2, 34: Edepol senem Demaenetum lepidum fuisse nobis, ad q. l. Palmerius: „sicut *scilicet*, *fortassis*, *nimirum*.“ Stich. IV, 1, 49: Videlicet parcum fuisse illum senem. Stich. IV, 1, 51: Videlicet nequam fuisse illum adulescentem. *Fortasse* cum acc. c. inf. coniunctum Truc. III. 2, 12: Parasitum te fortasse dicere. Salmas. explicat: „Fortassean, inquit, petis an parasitum habeam.“ Epid. II, 2, 113: Ad quadraginta *fortasse eam posse* emi minumo minas. Merc. IV, 4, 42: Fortasse illum te mirarier. Capt. I, 2, 68: Hoc illum me mutare confido fore, ubi acc. c. inf. pendet a *fore*. Mil. III, 3, 52: Eo potuerit [rem] lepidius pol fieri. Ritschelius in prolegomenis ad Trinummum p. 113, coll. p. 325 negat Plautum omittere *esse* in constructione accusativi cum infinitivo, sed hoc non verum esse ex multis, quae supra posui, exemplis probari potest. Trabea fr. inc. fab. 2: Ego voluptatem animi nimiam summum esse errorem arbitror. Caecil. Stat.

Asotus fr. 7: Nihil fore opino inter me atque illum. Hypobolimaeus Rastraria fr. 3: Hos singulatim sapere, nos minus arbitror. Ephesius: Tum equidem in senecta hoc deputo miserrimum, Sentire ea aetate ipsum esse odiosum alteri. Plocium fr. 15: Tu nurum non vis odiosam tibi esse —? Fallacia fr. 5: nisi quidem qui se malit pugnitus pessum dari. Harpazomene fr. 2: hunc collum ludo praecidi iube! Hymnis fr. 8: te inriderier. Hypobolimaeus Rastraria fr. 4: Rabere se ait. Plocium fr. 1, v. 149: Ea me clam se cum mea ancilla ait consuetum. v. 143: Ferre ita me uxor et forma et factis facit. Synaristosae v. 197: prospexisse eum se ex tegulis. Triumphus fr. 2: Nunc meae malitiae, Astutia, te opus est subcenturiari. Androgynos fr. 2: gratulatum med oportebat prius. Inc. fab. fragm. 15: deum (Amorem) qui non summum putet, Aut *stultum* aut rerum *esse imperitum existumem*: Cuius in manu sit, *quem esse dementem velit*, *Quem sapere*, *quem sanari*, *quem* in morbum *injci* ... *Quem* contra *amari*, *quem expeti*, *quem arcessier*. Terent. Adelph. IV, 4, 9: Sostrata credit, mihi me psaltriam hanc emisse. Andr. II, 3, 27: Nam pollicitus sum suscepturum. Adelph. V, 4, 25: Ego quoque a meis *me amari* et magni *pendi postulo*. II, 1, 46: Ob malefacta haec tantidem emptam postulat sibi tradier. Hec. IV, 1, 47: Quam obrem incendor ira, esse ausam facere haec te iniussu meo. Andr. IV, 5, 2: Quae sese inhoneste optavit parere hic ditias. Andr. I, 2, 32: Ubivis facilius passus sim quam in hac re me deludier. Andr. I, 5, 39 sq.: Bene et pudice eius doctum atque eductum sinam Coactum egestate ingenium inmutarier? Adelph. I, 2, 17: te illum corrumpi sinis. v. 24: Non siit egestas facere nos. v. 27 sq.: et illum tu *tuom*, si esses homo, *Sineres* nunc *facere*. Andr. I, 1, 126: Sine nunc meo me vivere interea modo. Adelph. III, 4, 14: Salvere Hegionem plurumum lubeo, v. Donat. Hec. V, 1, 7: quapropter te huc foras *puerum evocare iussi*. Andr. I, 2, 34: neque tu haud dices, tibi non praedictum, sc. esse (Rudd. p. 228, adnot. 7). Andr. IV, 1, 37: numquam destitit Instare, ut dicerem me ducturum patri. Andr. II, 4, 8: si te dices ducere. Andr. III, 5, 9: Dicam aliquid me inventurum. Andr. III, 5, 15: An non dixi esse hoc futurum? Andr. I, 5, 3: Uxorem decrerat *dare sese* mi hodie. Hec. IV, 2, 10: Ego rus *abituram* hinc cum tuo *me* [*esse*] certo *decrevi* patre. Hec. I, 2, 73: Sed quam decrerim me non posse diutius Habere. Hec. I, 2, 121: nam constitui cum quodam hos-

pite Me esse illum conventuram. III, 4, 23: quod constitui hodie conventurum eum. Eun. I, 2, 125: Et is hodie venturum ad me constituit domum. Eun. III, 1, 45: quod eam me amare suspicatast. Heaut. V, 1, 6: desiste — deos, uxor gratulando obtundere, Tuam esse inventam gnatam. Hec. V, 2, 6: Nec pol istae metuont deos, neque has *respicere deos opinor*. Phorm. IV, 3, 25: Verum pono esse victum eum. Andr. V, 3, 27: Vis me uxorem ducere? Andr. III, 2, 30: Prorsus a me opinionem hanc tuam esse ego amotam volo. Hec. IV, 2, 16: Tum tuas amicas te et cognatas deserere et festos dies Mea causa nolo. Adelph. II, 1, 8: Tu quod te posterius purges, hanc iniuriam mihi nolle Factam esse, huius non faciam. Eun. IV, 6, 24: Malo ego nos prospicere, quam hunc ulcisci accepta iniuria. Eun. I, 1, 21: Mori me malim. Hec. V, 1, 1: Non hoc de nilost, quod Laches me nunc *conventam esse expetit*. Heaut. prol. v. 19: et deinde facturum autumat. Hec. I, 1, 5: iurabat — Numquam illa viva ducturum uxorem domum. Heaut. I, 1, 15 sqq.: Numquam tam mane egredior neque tam vesperi Domum revortor, quin te in fundo conspicer Fodere aut arare aut aliquid ferre. Heaut. prol. v. 31: Qui nuper fecit servo currenti in via Decesse (pro decessisse) populum. Hec. II, 2, 23: illam ad vos redire studeo. Eun. prol. v. 1: Si quisquamst, qui placere se studeat bonis. Hec. III, 5, 31: Nunc me pietas matris potius commodum suadet sequi. Andr. I, 1, 118: comperisse Pamphilum Pro uxore habere hanc peregrinam. Adelph. IV, 6, 5: neque fratrem homo Vidisse se aibat quisquam. Phorm. II, 2, 1: Itane patris ais adventum veritum hinc abiisse? Phorm. I, 4, 21: Huius patrem vidisse me, patruom tuom. Hec. I, 2, 71: Seque ante quam eam uxorem duxisset domum Sperasse eas tolerare posse nuptias. Eun. III, 5, 50: Habellulum tenere te asinum tantum. Adelph. II, 2, 2 sq.: Quid istuc, Sannio, est quod te audio Nescio quid concertasse cum ero? Phorm. I, 5, 59: Iam dudum te omnis nos accusare audio. Adelph. II, 3, 5 sq.: Itaque unam hanc rem me habere praeter alios praecipuam arbitror, Fratrem homini nemini esse primarum artium magis principem. Phorm. II, 1, 15: (cogitat) Communia esse haec. Eun. III, 3, 14: Credo ei placere hoc, sperat se a me avellere, sc. hoc praedium. Phorm. II, 1, 16: omne id deputare esse in lucro. Hec. III, 1, 5: Quanto fuerat praestabilius ubivis gentium agere aetatem Quam huc redire atque haec ita esse miserum me resciscere! Phorm. V, 1, 6 sq.: quom scirem

infirmas nuptias Hasce esse. Heaut. IV, 1, 53: Non *licet hominem esse* saepe ita ut volt. Heaut. IV, 2, 5: si licet me latere tecta abscedere. Heaut. II, 4, 8: Expedit bonas esse vobis. Phorm. V, 2, 1: ut malos expediat esse. Heaut. III, 2, 25: Haec facta ab illo oportebat, Syre. Adelph. II, 2, 6: Adulescenti morem gestum oportuit. And. I, 5, 4: Nonne prius communicatum oportuit (*esse* sive *fuisse* omissum est, v. Rudd. p. 208). Andr. I, 5, 30: Sed nunc peropust aut hunc cum ipsa aut de illa me advorsum hunc loqui. Adelph. II, 4, 8. 9: Hoc mihi dolet, nos sero rescisse et paene in eum rem locum Redisse, ut cett. Eun. III, 2, 33: Adparet servom hunc esse domini pauperis. Hec. III, 5, 4: Certum offirmare est viam me. Hec. III, 1, 46: Perisse me una haud dubiumst. Adelph. IV, 5, 52: virginem vitiasti, quam te non ius fuerat tangere. Adelph. I, 2, 32: Non est flagitium facere haec adulescentulum? Andr. IV, 1, 7: Post ubi tempust promissa iam perfici. Hec. III, 1, 33: Fortasse *unum aliquod verbum* inter eas iram hanc *concivissé*, ere. Heaut. IV, 8, 16: Scilicet Daturum. Heaut. II, 3, 118: Scilicet Facturum me esse. V, 1, 19: Continuo iniecisse verba tibi Dromonem scilicet. Etiam a Terentio acc. c. inf. plurimis locis in interrogatione et exclamatione ponitur. Heaut. III, 1, 94: Ita comparatam esse hominum naturam omnium, Aliena ut melius videant et diiudicent Quam sua? Andr. II, 5, 14: Nullane in re esse quoiquam homini fidem! III, 5, 3: Servon fortunas meas me commisisse futtili! IV, 2, 6: Sicin me atque illam opera tua nunc miseros sollicitari! 3, 1: Nilne esse proprium quoiquam? Eun. II, 1, 19: adeon homines inmutarier Ex amore. 3, 69: numquamne etiam me illam vidisse?, quod est stomachantis. Eun. III, 5, 5: Sed neminemne curiosum intervenire nunc mihi? Heaut. II, 4, 21: Hocin me miserum non licere meo modo ingenium frui? III, 1, 94: Ita comparatam esse hominum naturam omnium cett. V, 1, 48: Tene istuc loqui? Heaut. V, 2, 27: Adeon rem rediisse. Adelph. I, 1, 13: quemquamne hominem in animum instituere aut sibi Parare quod sit carius quam ipse est sibi? Phorm. III, 1, 2: Itane te hinc abisse et vitam tuam tutandam aliis dedisse? Hec. IV, 4, 23: Nosne hoc celatos tam diu? Andr. I, 5, 10: Adeon hominem esse invenustum aut infelicem quemquam, ut ego sum? ad q. l. Ruhnkenius: „hicce infinitivus nihil habet, a quo pendeat, sed sic veteres infinitivo uti solent in admirationibus et indignationibus, subintel-

ligentes *mirandum*, *est credibile* aut tale quid". Eun. IV, 3, 2: Hocine tam audax facinus facere esse ausum? Adelph. II, 2, 29: hocine incipere Aeschinum? Adelph. III, 4, 3: Ex illan familia Tam inliberale facinus esse ortum! IV, 4, 1: hocine de inproviso mihi mali obici Tantum. v. 21 sq.: non me hanc rem patri, Ut ut erat gesta, indicasse? Adelph. V, 8, 11: Me ducere autem?, ubi *aequum est* mente addendum est. Phorm. I, 3, 1: Adeon rem redisse. Adelph. III, 3, 54: Haecine flagitia facere te! haec te admittere Indigna genere nostro! Phorm. II, 2, 25: Tene asumbolum venire unctum atque lautum e balneis. Phorm. III, 2, 13: Adeon ingenio esse duro te atque inexorabili. v. 14: Adeon te esse incogitantem atque inpudentem. v. 18: Tum hoc esse mi obiectum malum? V, 3, 27: Itan parvam mihi fidem esse apud te? V, 7, 1: Tantam fortunam de inproviso esse his datam. 8, 84: Tantane adfectum quemquam esse hominem audacia! v. 85: non hoc publicitus scelus hinc asportarier (sic Ritschelius parerg. p. 369 e Bembino cod.). Hec. II, 1, 30: Non te pro his curasse rebus, nequid aegre esset mihi! Hec. IV, 3, 7: Hinc abire matrem? Phorm. III, 2, 43: Si hunc decipi!

57. β) *Si actio est receptiva.* In carmine fratrum Arvalium est: *Ennos*, Lases, iuvate, quod e Grotefendi sententia fortasse = en nos, ut eccum, ellum pro ecce eum, en illum. Appii Claudii Caeci sententiae ap. Priscian. VIII, 4 (Egger. p. 101): Amicum cum vides, *obliviscere miserias.* Livius Andronicus Odyss. ap. Priscian. VII, p. 739: neque enim *te oblitus sum.* Livii Andronici fr. Achillis: Si malos imitabo. Liv. Andron. fr. inc. trag. 2: sed qui sunt hi, qui *ascendunt altum ocrim?* Naevii fr. 11 Lycurgi: Dic quo pacto *eum potiti* sitis (Non. 481, 28 potior illam rem). Naevii Danae fr. 2: Contempla placide formam et faciem virginis. fr. 1: Omnes formidant homines eius valentiam. Lycurg. fr. 21: Lycurgum cette! Naevii Agitatoria fr. 6: carnificem cedo. Agrypnuntes fr. 1: perdocere multa. Naev. Ariolus fr. 2, v. 22: Suopte utrosque .... decuit acceptos cibo. Testicularia: immo quos scicidimus, eos conscindam atque abiciam. fr. inc. com. 2: Dictator ubi *currum insidit.* Cato R. R. c. 37: Stercus unde facias, *stramenta*, *lupinum*, *paleas*, *fabalia*, *acus*, *frondem ilignea m*, *querneam.* Hic offendit acc., ut iam aliquoties in capitibus superioribus. Videtur Cato, quo utitur dicendi genere brevi et abrupto, verbum in animo habuisse, sed non expressisse. Non minus absolute positus est accusativus c. 10: Quo-

modo oletum — instruere oportet: vilicum et sic per totum caput, item c. 11: Quomodo vineam instruere oportet: vilicum; utrobique videtur mente addendum esse: habere oportet. Similiter c. 12 et c. 13: In torcularium in usu quod opus est *Urceum* cett. C. 13 leguntur etiam haec: In cellam olearian haec opus sunt. Dolia olearia — conchas maiores duas cett. ubi usque ad extremum caput sequuntur accusativi, qui iterum pendere videntur ab eo, quod animo scriptoris videtur observatum fuisse, sed non expressum est: habere oportet. C. 51: Ficum, oleam —. Haec omnia a capite propagari eximique serique — oportet. H. l., id quod in Schneideri editione non factum est, ante *haec* potius comma ponendum et *haec omnia* appositionis instar accusativis *ficum* cett. addita censenda sunt cf. c. 133, ubi similia leguntur. Accusativus iterum absolute positus invenitur c. 104: *Vinum* familiae per hiemem qui utatur. C. 93: postea amurcam cum aqua commisceto aequas partes, quae est appositio. C. 149: Donicum pecuniam satisfecerit. C. 2: rationes putare argentariam, frumentariam. C. 5: Rationem cum domino crebro putet. C. 5: unde *utenda* roget. C. 118: Oleam albam *quam* secundum vindemiam *uti* voles, sic condito, ad q. l. vid. Schneid. C. 142: quomodo vilicam uti oportet. C. 143: *Vicinas aliasque mulieres* quam minimum utatur. C. 76 item linito usque adeo, donec *omne caseum* cum melle *adusu eris*. C. 123: et postea id utito vini cyathum mane ieiunus. Cato ap. Gell. XIII, 23: Siquid est, *quod utar*, *utor*. Ib.: *suum* cuique per me *uti* atque *frui* licet. C. 10 bis legitur *capere* c acc. significatione fassen, halten, de mensuris, item c. 11: ahenum, quod capit culleum unum. ib.: ahenum coculum, quod capiat culleum. C. 5: *Scabiem* pecori et iumentis *caveto*. C. 38: Inib *austrum caveto* maxime. C. 28: nam id maxime cavendum est C. 15: et ad opus praebeat calcis in P. singulos longitudinem opus est modium unum, arenae modios duos. Schneiderus mavul scribi *longitudini*, quod in nonnullis editionibus legitur, sed retineri potest *longitudinem* ita ut accipiatur pro accusativo graeco, *opus est* autem omisso *ut* cum coniunctivo *praebea* coniungendum. C. 49: binas gemmas ne amplius relinquito, ub observa collocationem verborum. Ennii Euhemerus fr. 3, 16 dantque *eum* Vestae *educandum*, celantes *Saturnum*. Enn. fr Telamonis 4: More antiquo audibo atque *auris* tibi contra *utendas* dabo (N. v. audibo). Euhemerus fr. 7, 34: in caelum *quoc*

nunc nos nominamus. fr. 3, 20: alii Orcum vocant (sc. eum.) fr. 11, 47: Nam cum *terras circuiret*. fr. 12, 65: Iuppiter postquam quienquiens *terras circuivit*. Iphigeniae fr. 14: *Acherontem* nunc obibo. Ennii annal. l. XV, fr. 2: Obcumbunt multi letum. Ennii fragm. trag. 358 (Telamon. fr. 2) ap. Cic.: Qui sibi *semitam* non sapiunt, alteri monstrant viam. Ennii epig. 3, v. 8. Vahlen.: Nemo est qui factis *me acquiperare* queat. Ennii fr. inc. libr. 4: Quis *te* persuasit? Ennii Hecubae fr. 3: Heu me miserum! Saturar. l. VI, v. 30: pro divum *fidem*! Medeae exulis fr. 5; Quae Corinthum arcem altam habetis. Ambracia fr. 3: Vide fortem virum! Saturar. l. III, fr. 7, v. 17: quae *te*que et *tua gesta loquatur*. Ennii fr. inc. trag. 16: festivum festinant diem. Ennii satur. libr. inc. fr. 4, v. 38: *quod* tuto agere possies. fr. 5: Cum spolia generis detraxeritis [inpie,] Quam inscriptionem dabitis? Heduphagetica v. 7 sq.: Quid turdum, merulam, melanurum umbramque marinam Praeterii atque scarum, cerebrum Iovis paene supremi? Epicharmus fr. 7, v. 12: Quoniam mortalis atque urbes beluasque omnis iuvat. Ennii Erechthei fr. 4: *quos* non miseret neminis. Ennii fr. trag. Alexandri ap. Vahlen. p. 100, v. 81 sq.: Virgines aequalis vereor, patris mei meum factum pudet, Optumi viri. Mea mater, tui *me miseret*, mei piget. Plaut. Asin. I, 1, 98: Profecto nemost quem iam dehinc metuam mihi. Truc. I, 2, 98: metuebatque te. Aul. I, 1, 22: nimisque ego hanc metuo male, Ne mi ex insidiis verba imprudenti duit. Epid. IV, 1, 7: quae ipsa se miseratur. Fragm. Vidulariae p. 484, v. 15: Boni im miserantur; illunc irrident mali (sic coniicit Lipsius pro: illum nunc irr. m.) Pers. IV, 9, 5 sq.: Quid ego igitur cesso infelix *lamentarier Minas sexaginta*. IV, 9, 7: Ego pol te faciam — *Te* quoque etiam *ipsum* ut *lamenteris*. Mil. V, 44: minus has res studeant, ad q. l. Lindem.: „*Studere aliquid* struitur ut *agere aliquid*; *cupere*, *velle aliquid*. Vocabula enim in aliorum notiones transeuntia horum etiam structuram asciscunt.“ Aul. II, 4, 20: Quin divom atque hominum clamat continuo fidem, de quo loco Perizon. ad Sanct. p. 320: „Verbum hoc cum compositis natura sua est neutrum. Saepe tamen additum sibi habet accusativum, quo tunc declaratur ipsum clamoris istius argumentum, et exprimitur res ipsa, quae clamando dicitur.“ Poen. IV, 2, 78: di vostram fidem, ubi mente addendum est *imploro*. Mil. III, 2, 48: Ne dixeritis opsecro huic vostram fidem, ad q. l. Lamb.: „Potest ordo ver-

borum et hic esse, obsecro vos per vostram fidem, ut subin telligatur praep. *per*, quod minus probo. Alter ordo: obsecr vestram fidem, ne dixeritis ero meo." Bacch. III, 3, 59: Cav malum. Asin. I, 1, 30: Cave sis malam rem. Capt. III, 1, 21 Neque me rident, d. q. l. Scalig.: „= *προσγελῶσιν ἐμοί*. Ridere pa rentes = ridere ad parentes, ut infantes, quibus blandiuntu nutrices." Bacch. III, 4, 20: Numquam edepol *vivom me inridebit* Capt. III, 4, 124: Hic quidem *me* numquam *inridebit*. Epid. III 1, 7: Numquam inridere nos inultum sinam servom hominem Poen. V, 2, 71: Hominem peregrinum atque advenam qui inri deas. Rud. I, 4, 4: omnis latebras perreptavi. Bacch. III, 6, 1 nunc ego illam me velim Convenire. Amph. IV, 1, 1: Naucraten quem convenire volui in navi non erat. Poen. III, 1, 36: Nequ nos quemquam flagitamus neque nos quisquam flagitat. Curc. I 2, 60: vos peto atque opsecro. Asin. I, 1, 7: Atque illa viv vivos ut pestem oppetas, quemadmodum dicitur mortem oppetere v. Gronov. Rud. II, 6, 9: Nam equidem *te* nequeo *consequi* tan strenue. Mil. II, 3, 53: ludis me, Palaestrio. PA. Iam mihi sun manus inquinatae, ad q. l. Douza: „Sceledrus *ludis me* sic ac cipit, ut *me* sit acc., Palaestrio, ut sit abl., ut cum dico *Luder pila disco*." Rud. III, 1, 1: Miris modis di ludos faciunt homi nibus. Stich. I, 1, 43: Et si illi inprobi sint atque aliter no faciant Quam aequom sit. Trin. V, 2, 12: namque hoc commo dum orditur loqui. Ernesti Synon. p. 266: „*Loqui aliquem* je manden nennen, anführen." Men. II, 2, 47: Quas mulieres quos tu parasitos loquere? Amph. III, 1, 21: nunc hanc adlo quar. Truc. V, 28: te adloquor. Trin. V, 2, 11: Quid eg cesso hos conloqui? Pseud. I, 3, 22: Non licet conloqui te? cf. Asin v. 523. Amph. I, 1, 164: Verum certumst confidenter hominem contr conloqui, ubi acc. non pendet a *contra*. Asin. I, 2, 24: quem conloquatu —? Men. V, 9, 7: eloquere tuum mihi nomen. Asin. III, 3, 141: nun rem ut est eloquamur. Aul. prol. v. 8: ut *id* servarem sibi Fragm. Bacch. p. 488, v. 21: Verum hic adolescens mult Ulyssem anteit. Cas. II, 3, 9: magis initio munditiis Munditian antideo, ex scriptura Bothii. Poen. II, v. 11: Eo pacto avara Veneri pulcre *adii manum*, cf. expl. Mureti (acc. cum verb intransitivo coniunctus). v. 16: Quom scibunt, Veneri ut adieri leno manum. Aul. II, 2, 24 sq.: nunc hic eam rem volt, scio Mecum adire ad pactionem, h. e. ob eam rem. Plaut. fragm. p 484, v. 12: Iniit te unquam febris? Aul. prol. v. 15: Ubi i

obiit mortem. v. 20: nam item *obiit diem.* Poen. IV, 4, 110: quom *suom obiit diem.* Rud. V, 2, 48: Praei verbis quidvis. Mil. IV, 2, 55: Haec illaec est ab illac quam dudum dixi. Asin. I, 1, 15: Cave mihi mendaci quicquam, ubi mente addendum est dixeris. Mil. IV, 2, 56: nam ita me occursant multae. Mil. I, 1, 51: Conmunicabo semper te mensa mea. Cas. III, 2, 25: Verum autem altrovorsus quom eam mecum rationem puto. Men. prol. v. 50: Ut hanc rem vobis examussim disputem, cf. Aul. III, 5, 55: Ubi disputatast ratio cum argentario. Bacch. v. 1189: scortum adcumbas. Menaechm. III, 2, 11: scortum accubui. Cas. II, 4, extr.: gladium faciam culcitam, Eumque incumbam. Asin. I, 1, 39: Rectum instas viam. Poen. IV, 2, 96: tantum eum instat exiti. Mil. III, 3, 55: Insistite hoc negotium sapienter. Most. II, 1, 40: ego istum lepide medicabo metum. Mil. III, 1, 59: Neque praeripio pulpamentum neque *praevorto populum.* Capt. V, 4, 28: Certumst principium id praevortier, cf. Mil. III, 1, 170: Igitur id quod agitur huice primum praevorti decet. Pseud. I, 3, 8: In rem quod sit praevortaris. Men. v. 218: meream deorum divitias mihi. Stich. IV, 2, 25: Nam illic homo tuam hereditatem inhiat. Mil. III, 1, 121: Bona mea inhiant. Poen. prol. v. 14: tacitum te obrepet fames, v. Ritschl. prolegom. ad Trin. p. 82 sq., qui docet verbum *obrepere* cum acc., non cum dat. coniungi. Fragm. Cistell. p. 477: Meminere officium suum. Poen. IV, 4, 102: Ecquid meministi tuum parentum nomina? Bacch. IV, 6, 20: oblitus sum omnia. Truc. II, 1, 22 Is amatur his apud nos, qui, quod dedit, *id oblitust datum.* Epid. III, 4, 20: Animum advorte. Rud. II, 2, 1: Animum advorsavi sedulo, ne erum usquam praeterirem. Curc. III, 11: Nisi eam mature parsit. Bacch. IV, 9, 120: Ego neque te iubeo neque voto neque suadeo. v. 137: absolvam *militem.* Asin. I, 1, 31: Dono te ob istuc dictum. Bacch. v. 1143: te condono. Rud. V, 3, 12: condono te, ad q. l. Gron.: „Condonare aliquem est donare alicui, quod debetur aut affertur, remittere, non exigere; condonare alicui aliquid est idem quod simplex donare.“ Most. V, 2, 44 phrasis Plauti dare aliquam veniam pro dare alicui veniam, vid. adnot. Poen. V, 5, 23: Iam hercle ego illunc excruciandum totum carnufici dabo. Mil. II, 1, 62: Nam unum conclave concubinae quod dedit Miles, quo nemo nisi eapse inferret pedem, In eo conclavi ego perfodivi parietem. Curc. III, 65: ut ei detur quam istic emi virginem, Quod te praesente

isti egi teque interprete, Et *aurum* et *vestem*, ἀνακολούθως quoniam potius *vestis* exspectatur post passivum. Sed quun antea in enunciatione: *quam emi virginem* accusativum usur paverit, eodem nunc uti pergit. Menaechm. II, 2, 37: Num mum illum quem mihi dudum pollicitu's dare, Iubeas, si sapias porculum adferri tibi. Amph. I, 1, 103: Deduntque se — I ditionem atque in arbitratum cuncti Thebano poplo. Cist. IV 2, 37: Sunt, qui te volunt conventam. Asin. I, 1, 107: Eiden homini, siquid recte curatum velis, Mandes. Pers. III, 1, 42 nam ego tibi cautum volo. Truc. IV, 1, 2: Quoi ego nunc au dictum aut factum melius quam Veneri velim. Men. V, 9, 27 Te volo igitur. Poen. IV, 2, 34: Te volo, ubi mente addi potest: conventam, v. adnot. Gron. Mil. IV, 6, 67: Iam no volt is profecto. Pseud. I, 3, 21: Te volo, ad q. l. Taubm. „Ambiguum, vel, Te volo convenire, vel Te Iuppiter perdat volo. Atque hoc modo Pseudulus intelligit, idque non fefelli lenonem, qui sic respondit: At ego volo vos ambos perdat Iup piter". Poen. V, 4, 41: vos volo ambas. Poen. I, 1, 62: nisi quid vis V, 2, 30: quid vis? v. 32: quid velit. V, 4, 25: quid vis, expedi. I, 2 112: quid nunc vis tibi? Poen. V, 4, 44: pol istunc malin quam malum. Bacch. IV, 9, 11: Nam ego has tabellas opsignatas, consignatas quas fero, Non sunt tabellae. Amph. prol v. 32. Trin. III, 2, 36: nisi me auscultas. Stich. I, 2, 37 Mane pulvinum. (Rudd. II. p. 158: „Verba neutra admittun post se accusativum, cum significationem quasi activam indu unt.") Amph. I, 3, 48: Nunc te, nox, quae *me mansisti*, mitto h. e. propter me mansisti in eodem loco, ne progredereris (Periz. ad Sanct. p. 354). Poen. V, 4, 64: Etiam me mea latrant canes? (pro *allatrare*, cf. Gronov.) Poen. I, 2, 129 Proba merx facile emtorem reperit. Amph. prol. v. 87: qua propter Iuppiter Nunc histriones curet (v. Lind. ad h. l. d *curare* cum dat. et cum acc. coniuncto.). Trin. v. 688: qu meam egestatem leves, cf. Epid. IV, 1, 29: Virgini paupercula Tuaeque matri me levare paupertatem. Menaechm. V, 2, 11 repente expetit me, ad se ut irem. Rud. II, 6, 58: Ibi me con ruere posse aiebas ditias (verbum neutrum activa signification usurpatum). Epid. ult.: Lumbos surgite atque extollite. Asin I, 1, 22: Ubi vivos homines mortui incursant boves. Plaut. ap Prisc. l. III, col. 617 (Rudd. p. 135): Adhinnire equam. Amph I, 1, 101: orant, ignoscamus peccatum suum. Pers. IV, 3, 46

Nequiquam tibi Fortuna faculam lucrifica adlucere volt. Bacch. II, 3, 22: di quattuor Scelestiorem nullum inluxere alterum. Capt. III, 4, 21: Et eum mihi esse morbum, ut qui me opus sit insputari (Rudd. p. 142), cf. v. 23: Quibus insputari saluti fuit. (Rudd. l. c.), ubi Quibus ad saluti fuit pertinere docet Ursinus. Cas. III, 3, 15: Te ecastor praestolabor. Epid. II, 2, 37: Ea praestolabatur illum apud portum. Truc. II, 3, 15: Nescio quam praestolatast. Most. I, 3, 59: si illum inservibis solum, cf. Poen. IV, 2, 105: Et illud autem inserviendum consiliumst vernaculum. Amph. prol. v. 115: Set ita adsimulavit se quasi Amphitruo siet. Capt. III, 1, 8 (Sanct. Min. p. 378): Ita venter gutturque resident essurialis ferias, h. e. sedendo agunt, sed recte Perizonius p. 377 dicit, hunc accusativum fortasse ea ratione positum esse, qua dicitur *aestuare annum*, *vivere Bacchanalia* (ut sit ergo aut acc. temporis aut acc. cognatae verbo significationis). Cist. II, 1, 58: Sed quis hic est, qui recta platea cursum huc contendit suom? Amph. II, 2, 103: Ut mi extra unum te mortalis nemo corpus corpore Contigit. Stich. I, 2, 44: *Eos* nos magnificare. Poen. V, 2, 111: Quo me privatum aegre patior mortuo. Exempla verbi *sinere* cum accus. coniuncti Perizon. ad Sanct. p. 328 haec duo affert: Men. II, 3, 1: *Sine fores* sic: abi, et Most. I, 1, 68: Dum interea sic sit, *istuc 'actutum' sino*, h. e. dum interea mihi sic sit, ut nunc est, contemno et nihili facio illud *Actutum*, quod mihi minaris. Amph. III, 2, 20: Heia autem inimicos?, ubi hunc acc. puto repetitionem statuendum esse eorum quae Alcumena dixit. Asin. V, 2, 55: Te, Philenium, mihi atque uxori mortem, ubi mente addendum est opto, voco. Capt. III, 4, 80 *nugas* absolute positum est, recte Acidalius mente addendum censet *egeris*. Aliter Lindemannus. Capt. I, 2, 52 imperare exercitum = cogere. Truc. II, 6, 10: Non placet, *quem* scurrae *laudant*, manipulares *mussitant*, h. e. sec. Lamb. tacent, non laudant. Poen. V, 4, 58: Nunc pol ego te ulciscar probe. Poen. V, 4, 69: Quia annos multos filias meas celavistis clam me. Poen. IV, 2. 37:

O Milphio, di omnes deaeque ament .... MI. Quemnam hominem? SY. Nec te,
Milphio, nec me, neque erum meum adeo. MI. Quem ament igitur? SY. Aliquem.

Pseud. II, 2I, 53: Eum odorem cenat Iuppiter cotidie. Asin.

V, 2, 86: Ecastor cenabis hodie, ut dignus es, magnum malum. Stich. I, 2, 17: *Principium* ego quo pacto cum illis *occupiam*, id ratiocinor. Pers. III, 4, 67: si nos ex te percontabimur Aut patriam tuam aut parentes. Mil. II, 2, 67: Coge in opsidium perduellis. Pseud. I, 5, 81: recte ego meam rem sapio, Callipho. III, 2, 9: Si me arbitrabare istoc pacto ut praedicas. Plauti fragm. p. 484, v. 9: Eiuravit militiam. v. 10: Sic me subes cotidie, quasi fiber salicem. Capt. III, 2, 4: *gratulantur*que *eam rem*. Merc. III, 1, 1: vicinus *quod* rogavit, Hoc emi mercimonium. Men. II, 3, 49: neque huc Umquam — intra portam penetravi pedem. (Kampm. de AB p. 24, adnot. 3: *migrare* nunquam transitivum, *penetrare* plerumque.) Poen. V, 4, 93: Multorum annorum miserias nunc hac voluptate sedo. Curc. I, 1, 59: Immo ut illam censes? Curc. II, 5, 38: Deos sperabimus. Deos sperare = diis confidere. Truc. I, 2, 58: Qui alterum incusat probri, se eumpse (sic Both., vulg. eum ipsum se) intueri oportet. Poen. III, 4, 27: Homo furti sese adstringet. Amph. II, 2, 189: Tu si me inpudicitiai captas, capere non potes. Bacch. IV, 4, 45: Quem mendaci praendit manufestum modo. Mil. II, 4, 18: quem pol ego capitis perdam? Trin. V, 2, 2: Quoius fides fidelitasque amicum erga *aequiperat tuam*. Mil. I, 1, 12: aequiperare suas virtutis ad tuas. Mil. II, 2, 68: Interclude conmeatum inimicis. Aul. I, 2, 30: Dividere argenti dixit numos in viros. Trin. III, 2, 93: clupeum ad dorsum adcommodem. Epid. II, 2, 41: Utin inpluvium induta fuerit? Pseud. V, 1, 30: [illi] inclamitant me ut revortar. Mil. II, 4, 3: edocebo Minume malas ut sint malae. Stich. II, 1, 50: Quas tu edes colubras. Trin. IV, 2, 145: Quia illum quem ementitu's is ego sum ipsus Charmides. Curc. III, 1, 49: Set istum quem quaeris ego sum. Capt. I, 2, 1 sqq.: istos captivos duos Heri quos emi de praeda a quaestoribus, His indito catenas singularias. Trin. IV, 2, 27: Hercle opinor mi advenienti hac noctu agitandumst vigilias. Poen. I, 2, 13: Eae *nos* lavando, eluendo operam dederunt. Mil. II, 3, 76: Nam ego quidem meos oculos habeo nec rogo utendos foris. Poen. V, 2, 128: Profecto uteris, ut voles, operam meam. Pers. I, 3, 38: Dares utendos mutuos. v. 47: filiam utendam tuam Mihi da. v. 48: Numquam edepol quoiquam etiam utendam dedi. Aul. I, 2, 18: *Quae utenda vasa* semper vicini rogant. Curc. V, 2, 5: Mater illi *utundum* dederat, cf. Cic. in Verr. II, II, 18. Trin. IV, 1, 8: Nam pol placidum te

et clementem eo usque modo ut volui usus sum in alto. Rud. III, 1, 10: Videtur ad me simia adgredirier, Rogare *scalas* ut darem *utendas* sibi. Rud. v. 1241: Ille qui consulte, docte atque astute cavet, Diutine *uti* [ei] bene licet *partum* bene. Trin. V, 2, 7: Quod datum utendumst. Menaechm. IV, 2, 94: sic utendam dedi. v. 95 sq.: Equidem ecastor tuam nec chlamydem do foras nec pallium Quoiquam *utundum*. Merc. I, 2, 34: Dic mihi, an boni quid usquamst, quod quisquam uti possiet Sine malo omni. Asin. I, 3, 47: Cetera quae [nos] volumus uti Graeca mercamur fide. Aul. II, 9, 4: Ego hinc artoptam ex proxumo utendam peto. Asin. II, 4, 38: Scuphos quos utendos dedi Philodamo, rettulitne. Poen. V, 4, 29: iam diu edepol tuam sapientiam haec quidem abusast (sic Both.; vulg. iam diu ed. sap. tuam abusast haec quidem). Pers. II, 3, 10: Nam hoc argentum iam alibi abutar. Bacch. II, 3, 126: Nosque aurum abussos. Trin. III, 2, 56: Me qui abusus tantam rem sum patriam porro in ditiis. Trin. II, 2, 73: Is est inmoenis, quoi nihil est qui munus fungatur suum. Amph. II, 2, 197: te qui apsente hic munus fungatur tuum. Plaut. fragm. Nervolariae p. 482, v. 3: quom moenia aliunde ego fungor mea. Taubm.: „*Moenia sua fungi* est suo loco atque ordine vitam recte et ut decet, tolerare.“ Cas. V, 3, 11: Ecquis est qui homo munus velit fungier. Trin. prol. v. 1: Sequere hac me, gnata, ut *munus fungaris tuum*. Most. I, 1, 45: Sine me aliatum fungi fortunas meas. Menaechm. I, 1, 5: Nam parasitus octo munus hominum facile fungitur. Asin. IV, 2, 3: aput amicam munus adulescentuli Fungare? Amph. I, 1, 23: Qui hodie fuerim liber, Eum nunc potivit pater servitutis, v. Taubm. (*potire* = aliquem rei compotem reddere, participem facere). Rud. IV, 2, 6: quae — Piscatu novo me uberi conpotivit Rud. IV, 3, 10: Nam hoc mi hau sit labori *laborem hunc potiri*. Rud. IV, 3, 73: Hinc tu nisi malum frunisci nil potes. Truc. V, v. 10: Puero opust cibum, opus est autem matri (sic Both., vulg. matri autem) quae puerum lavit, ubi cum Schellero gramm. p. 384 ex sequentibus *habeat* ad *cibum* mente addendum esse puto. Mil. III, 1, 28: Eam pudet me tibi in senecta obicere sollicitudinem. Pseud. I, 3, 45: Hunc pudet, quod tibi promissit. v. 47: Non dedisse istunc pudet: me quia non accepi piget. v. 136: Ecquid te pudet? Poen. V, 5, 26: ecquid te pudet? Pers. III, 3, 19: nilne te pudet? Trin. III, 2, 35: semul me parum pudere te piget. Truc. II, 2, 25:

ut nacta's hominem, quem pudeat probri? Bacch. IV, 9, 84: Pudet prodire me ad te in conspectum. v. 93: quoius me nunc facti pudet. Bacch. v. 1155: Pudet dicere me tibi quiddam. Epid. I, 2, 4: Idne pudet te. Trin. IV, 2, 67: Deum me hercle atque hominum pudet. Mil. III, 1, 29: siquidem *te* quicquam quod faxis pudet. Capt. II, 1, 9: At nos pudet, quia cum catenis sumus. Asin. I, 1, 56: Neque puduit eum id aetatis sucophantias Struere. Asin. V, 2, 83: Nilne te pudet? DE. Pol si aliut nil sit, tui me, uxor, pudet. Cas. II, 3, 26: Ecquid te pudet? Mil. III, 1, 143: Nil me paenitet iam quanto sumptui fuerim tibi, h. e. non parum mihi videtur, quantum sumptus adhuc in me fecisti. Haud parvum iudico sumptum esse, quo tibi constiti; non est quod amplius facias. Pseud. I, 3, 71: eho, an paenitet te, quanto hic fuerit ussui? Rud. II, 7, 20: an te paenitet, ad q. l. Gronovius: „*Poenitere* interdum, ut et hic, usurpatur pro non contentum esse, non satis iudicare." Trin. II, 2, 39: Is probust, quem paenitet quam probus sit et frugi bonae, ad q. l. vid. Gronov. et Lindem., qui haec habet: „Dicimus *aliquem poenitere*, *quam sit*, sive *quantum fiat*, qui non contentus est eo, quod est, vel quantum sit; *non poenitere*, qui satis eo contentus est." Truc. II, 4, 77: Quoius me non poeniteat. Cist. I, 1, 49: haud me poenitet. Stich. v. 51: Et me quidem haec condicio nunc non paenitet. Aul. III, 2, 20: Me haud paenitet. Amph. V, 1, 72: Pol me hau paenitet. Pseud. I, 3, 74: Nilne te miseret? V, 2, 25: Neque te metergi misereret, si hoc non hodie ecfecissem. Stich. II, 2, 5: Nam me quidem miserebat harum. Plaut. fragm. Dinias Nicodemus Cacistus p. 497 Mai. v. 3: quia me miserebat tui. Bacch. IV, 9, 121: Miseret me illius. Cist. IV, 2, 103: me huius miseret. Pers. IV, 4, 87: atque me miseret tamen. Trin. II, 4, 30: Miseret te aliorum, tui nec miseret nec pudet. v. 29: Nam nunc eum vidi miserum et me eius miseritumst. Pers. IV, 6, 8: Nil mihi tam parvist, quin me id pigeat perdere. Aul. II, 2, 33: Quaeso quod te percontabor, ne id *te* pigeat proloqui. Most. I, 4, 4: Ita me ibi male convivi sermonisque taesumst. Most. v. 166: satin' haec me vestis deceat. Pers. II, 2, 38: Decet me. SO. Me quidem item addecet. Merc. V, 4, 24: Itidem ut tempus anni, *aetatem aliam* aliud factum *condecet*. Amph. II, 2, 90: capies quod te condecet. Pseud. IV, 1, 24: ornatus his satine me condecet? Capt. II, 3, 37: remittat nostrum huc am-

borum *vicem*, ad q. l. Lindem. haec habet: „*Vicem* accusativus adverbii loco positus, ut *magnam partem* aliae similes formulae, ad Graeci sermonis exemplum, ubi τέλος, τοὐναντίον τρόπον, et quae sunt reliqua innumera, sine praepositione dicuntur, ipsa accusativi notione illam compensante. Cf. Cic. ad fam. epp. I, 9, 2: Nostram vicem ultus est ipse sese.“ Et in ed. priore: „Acc. *vicem* adverbialiter, pro usitatiori abl. *vice*“. Ib. III, 3, 11: quin male occidam oppetamque pestem eri *vicem malam*. Poen. I, 3, 4: Maiorem partem in ore habitas meo. Mil. III, 1, 50: Et meam partem itidem tacere. Ἀναχολούθως positus est acc. Rud. IV, 3, 23: *Vidulum istum* quoius est novi ego hominem iam pridem.

Substantiva verbalia cum acc. iuncta sunt in hisce exemplis. Amph. I, 3, 21: Quid tibi *hanc* curatiost *rem*? Asin. V, 2, 70: Quid tibi hunc receptio ad test meum virum? Aul. III, 2, 9: quid tibi nos, mendice homo, tactiost? Truc. II, 7, 62: quid tibi hanc aditiost? Quid tibi hanc notiost, inquam, amicam meam? Cas. II, 6, 54: Quid tibi istunc tactiost? Aul. IV, 10, 14: quid tibi ergo meam me invito tactiost? Curc. V, 2, 27: quid tibi istum tactiost? Poen. V, 5, 29: Quid hanc tibi digito tactiost? Most. I, 1, 33: Quid tibi malum *me, aut quid ego agam, curatiost?*, ubi verba: *aut quid ego agam* nihil aliud sunt nisi circumlocutio verbi *me*. Accusativus etiam in exclamationibus ponitur et sine interiectione et interiectione addita. Bacch. V, 2, 59: Lepidum te. III, 3, 51: Fortunatum Nicobulum. Stich. V, 4, 27: Bene vos: bene nos: bene te: bene me: bene nostram etiam Stephanium. Trin. IV, 2, 92: Nimium graphicum hunc nugatorem. Mil. III, 2, 25: Bono subpromo et promo cellam creditam, ad. q. l. v. Lindem. Aul. II, 4, 6: Bellum et pudicum vero prostibulum popli! Amph. II, 1, 57: Quas, malum, nugas? Amph. II, 2, 1. 2: ita me probri, Stupri, dedecoris a viro argutam meo, ubi Taubm. mente addit: patiar vel par est. Asin. V, 2, 81: Bellum filium. Poen. V, 5, 55: Bellum hominem, quem noveris. Eadem leguntur sc. ult. v. 9. Poen. I, 2, 44: diem pulcrum et celebrem et venustatis plenum Dignum Venere (sic Herm. elem. d. m. p. 295. vulg. Veneri) pol. III, 3, 40: Mortalis malos! IV, 2, 27: Lepidam Venerem! Pseud. I, 3, 132: Cantores probos! 5, 20: Lepidum senem! IV, 1, 22: Hominem lepidum! Mil. II, 2, 95: Nimis doctum dolum. Truc. V, v. 45: Malam rem his et magnam! quod elliptice ac-

cipiendum est et mente addendum: precor. Amph. V, 1, 4: me miserum: quid agam nescio. Deinde variis additis interiectionibus. Transitum faciunt haec tria: *apage*, *cedo*, quae proprie imperativi sunt et adverbium demonstrativum *en* sive *ecce*. Bacch. III, 1, 5: Apage *istas* a me *sorores*. Merc. I, 2, 33: Apage istius modi salutem, cum cruciatu quae advenit. Most. v. 1090: Immo mihi hominem cedo. Amph. V, 1, 24: Cedo manum. AM. Quis me tenet? Pers. II, 2, 43: Cedo manum ergo. Pseud. III, 2, 101: convivas cedo, v. adnot. I. Gul. Trin. v. 185: En mea malefacta, meam en avaritiam tibi. Asin. V, 2, 30: En tibi hominem. Poen. I, 2, 139: Ecce odium meum. Pers. IV, 7, 16: Ecce me. Merc. I, 2, 22: Ecce me, Acanthio, quem quaeris. Cas. II, 4, 26: ecce me nullum senem. Mil. III, 1, 69: Opusne erit tibi advocato tristi, iracundo? ecce me. Epid. V, 2, 15: ecce me. Merc. II, 3, 98: *Eccillum* video. Bacch. IV, 9, 14: ellum. v. 54: Set Priamum astantem *eccum* ante portam video. Bacch. V, 2, 47: Eunt *eccas* tandem. Amph. prol. v. 120: Nam meus pater nunc intus *eccum* Iuppiter, ad q. l. Taubm. *eccum* etiam de absentibus dici commemorat. Bacch. III, 6, 39 sq.: Duas ergo hic intus *eccas* Bacchides. MN. Quid, duae? PI. Atque (unb ꝛwar) *ambas sorores*, ubi acc. praegresso *eccas* se accommodat. IV, 2, 29: Mnesilochus *eccum* maestus progreditur foras. 3, 25: Tuam copiam *eccum* video Chrusalum. Cist. IV, 1, 3: Sed eram *eccam* video (sic Both., vulg. eccam eram). IV, 2, 77: Salvam eccam. Epid. IV, 1, 36: domi meae *eccam* salvam et sanam. Pseud. III, 1, 23: Erus *eccum* recipit se. Mil. I, 1, 25: Eccum. Epid. V, 1, 2: Sed *eccom* incedit Epidicus. Pseud. I, 4, 17: Erum *eccum* video huc meum Simonem — incedere. Merc. IV, 4, 7: sed eccum, qui nos conduxit, senex. Rud. II, 2, 4: Set quos perconter commode *eccos* video astare. Rud. III, 2, 49: Set *eccas* ipsae huc egrediuntur timidae e fano mulieres. III, 5, 25: Eccum optume edepol [huc] clavator advenit. 6, 6: Plesidippus *eccum* adest. Rud. v. 1209: atque optume *eccum* exit foras. Rud. v. 1356: eccum exit. Aul. II, 1, 55: sed *eccum*. Cas. III, 4, 3: Sed eccum ante aedis. IV, 2, 17: Sed *eccum* progreditur cum corona et lampade *Meus socerus*, conpar, conmaritus, villicus. Aul. III, 4, 14: eccum. 5, 62: *eccum* affinem ante aedis. IV, 5, 5: senex eccum aurum ecfert foras. 8, 12: Atat eccum ipsum. 10, 51: eccillam domi. Amph. I, 1, 179: Optume eccum incedit ad me. 2, 35:

Amphitruo subditivos eccum exit foras.. II, 2, 146: En pateram tibi: eccam. Asin. I, 2, 25: Atque eccam inlecebra exit tandem. Pseud. I, 1, 34: Eccam in tabellis porrectam: in cera cubat. Capt. I, 2, 60: Nam eccum captivom hunc adulescentem [emi] Aleum. Poen. V, 5, 51: Sed eccum lenonem Lycum. v. 52: bonum virum, eccum, video. Pers. I, 3, 3: Set eccum parasitum. Pers. II, 2, 44: Domi eccam: nam huc nullam attuli. v. 65: eccillam domi. Poen. I, 2, 67: Assum apud te eccum. Act. II, v. 24: Sed eccum incedit. V, 2, 88: tesseram Conferre si vis hospitalem, *eccam* attuli. Pers. II, 3, 19: set eccum puerum Toxili. III, 1, 64: Librorum eccillum habeo plenum soracum. IV, 3, 73: set eccum ipse optume advenit. 9, 2: atque optume Eccum ipsum ante aedis. Men. I, 2, 66: eapse eccam exit. Rud. IV, 4, 130: et mater tua eccam hic intus Daedalis. Rud. IV, 4, 22: eius vidulum hic eccillum [habet]. Truc. II, 2, 65: sed eccum odium progreditur meum. Mil. IV, 6, 66: Nescio quis *eccum* incedit. 7, 7: Set *eccum Palaestrionem*, stat cum milite. v. 27: Eccos exeunt. Merc. II, 1, 46: nam eccum it vicinus foras. Merc. v. 329: set eccum meum gnatum optume Video. Merc. III, 2, 18: atque eccum it foras. IV, 1, 5: Atque eccam incedit tamen. Pseud. II, 3, 27: Venit eccum Caludorus. IV, 1, 7: Set eccillum video verberam staturam. 2, 10: Set eccum qui ex incerto faciet mihi quod quaero certius. Poen. I, 1, 75: Sed Adelphasium *eccam* exit et Anterastylis. Curc. V, 2, 12: eccum quem quaerebam. v. 17: Certe eccistam video. v. 76: Set *eccum lenonem*. Most. III, 1, 83: Pater *eccum* advenit. v. 156 *eccum*. 2, 109 adeo plura verba interposita sunt: Senex ipsus te ante ostium *eccum* opperitur. IV, 3, 5: nam *eccum*, unde aedis filius Meus emit. Most. v. 1120 *eccum*. V, 2, 16: Nunc utrisque disceptator *eccum adest*. Menaechm. I, 1, 33: Menaechmum eccum ipsum video. 4, 1: eccos tris nummos habeo. II, 2, 3: Set eccum Menaechmum video. v, 12: Peniculum tuum eccum in vidulo salvom fero. 3, 7: Atque eccum video. IV, 1, 7: Set eccam coronam, quam habuit. cf. v. 9: Atque edepol eccum huc optume revortitur. V, 1, 5: Set *eccum* video. 2, 22: atque eccam eampse Ante aedis et eius virum tristem video. 3, 12: Atque eccum incedit. 4, 10: Atque eccum ipsum hominem. Mil. II, 3, 48: Philocomasium eccam domi 5, 60: Domi eccam erilem concubinam. 6, 59: Set eccum egreditur. Mil. III, 1, 192: Habeo eccillam meam cluentam, ad q. l. Lind.: „*Eccillum, eccillam* de absentibus multis in locis apud Plautum, ut nos: ba

'hab' ich einen, eine, itidem de absente." IV, 5, 16: Set eccam ipsam. 6, 1: Era, *eccum* praesto militem! V, 34 sq.: Servos meos Eccos video. Truc. II, 6, 22: Euge Astaphium eccam. v. 49: adduxi ancillas tibi eccas ex Suria duas. v. 55: attuli eccam pallulam ex Phrygia tibi. II, 7, 21: Attat, eccam, adest propinque. IV, 4, 6: Video eccum. Act. V, v. 25: Sed eccam video. Poen. V, 3, 47: Sed eccas video ipsas. Cas. II, 1, 15: atque eapse (sic Both., vulg. *ea ipsa*) egreditur foras. Cas. II, 2, 37: Vir eccum it. 4, 29 *eccum*. 5, 42: Eccum exit foras. Mil. II, 3, 52: nam [eccillam] quidem domi, ad q. l. v. Lind. v. 59: Quin domi eccam. II, 6, 64: Nam Philocomasium eccam intus. Amph. III, 2, 16: Et eccum video [modo] me miseram qui arguit stupri. III, 4, 22: Set eccum Amphitruonem: advenit. Capt. V, 4, 8: Set erus *eccum* ante ostium, et *erus alter eccum* ex Alide. v. 18: Quin huius filium intus eccum, fratrem germanum tuum. Bacch. II, 3, 59: Edepol mortalis malos. Asin. II, 2, 26: [Heu] edepol hominem infelicem, qui patronam conprimat. V, 2, 43: Edepol animam suaviorem aliquanto quam uxoris meae. Poen. I, 2, 111: Edepol Milphionem miserum. III, 2, 26: heu, edepol mortalis malos! Pseud. I, 5, 104: Edepol mortalem graphicum, si servat fidem. V, 7, 108: Edepol hominem verberonem Pseudulum. Truc. III, 2, 27: Heu edepol hominem nihili! Fragm. Amphitr. p. 486, v. 6: Edepol hominem te miserum! Bacch. v. 995: Euge literas minutas. Aul. IV, 9, 10: Hei me miserum, miserum. Truc. V. v. 60: Hem tibi talentum argenti. Rostius comment. Plaut. p. 182 docet vocabulum *hem* usurpasse eos, qui manibus ab aliquo poenas repeterent, nonnunquam cum accusativo nominis rei, ob quam quis verberaretur et affert in hanc rem Poen. I, 2, 169 et 170: hem voluptatem tibi, hem mel, hem cor, hem colostram, hem salutem, hem savium. Men. II, 2, 41: Heu, Hercle hominem ineptum multum et odiosum mihi. Poen. V, 2, 147 sq.: Heu, hercle mortalem catum Malum crudumque et callidum atque subdolum! Bacch. v. 759: O inperatorem probum. I, 2, 28: O praeligatum pectus. Poen. IV, 2, 28: o lepidam Venerem denuo! Pseud. II, 4, 44: O hominem opportunum mihi. Amph. I, 1, 164: Ultro istunc qui exossat homines (*ultro* signif. *procul absit* positum est, v. Douza ad h. l.). Asin. II, 4, 75: Vae te. Trabea fr. inc. fab. 1, v. 5: *Fortunam ipsam* anteibo fortunis meis. Aquilius Boeotia fr. 2: Ubi primum accensus clamarat *meridiem*. Caecilius Statius Karine fr.

3: Modo fit obsequens hilarus comis Communis, — dum *id* quod petit potitur. Caecil. Stat. fr. Harpazomenes 5: Qui homo ineptitudinis cumulatus, *cultum oblitus* —? Plocium fr. 1, v. 147: Dum eius *mortem* inhio. Inc. fab. fr. 2: sequere me. Plocium fr. 7: consequitur comes *insomnia* (acc. Plur.). Polumeni: At pol ego neque florem neque flocces volo mihi, vinum volo. Inc. fab. fragm. 5: Si confidentiam adhibes, *confide omnia*. fr. 21: di vostram fidem! Harpazomene fr. 6: quid tibi aucupatio est *Argumentum* —? Inc. fab. fr. 31: O tristes ineptias! Terent. Andr. III, 3, 2: Aliquot me adierunt. Hec. II, 2, 9: Adii te heri de filia. Phorm. II, 1, 17: O Phaedria, incredibilest, quantum *erum ante eo* sapientia. Hec. III, 3, 18: iam ut limen exirem, ad genua accidit. Andr. I, 3, 18: Is obiit mortem. Eun. IV, 2, 13: Villam praetereo sciens. Phorm. I, 4, 25: fortis fortuna adiuvat. Andr. I, 3, 4: *Pamphilum*ne *adiutem* an auscultem seni. Phorm. I, 2, 49; Neque — Quisquam aderat, qui *adiutaret funus*. Adelph. prol. v. 16: homines nobilis *Eum adiutare*. Hec. III, 3, 24: Tu pueris curre, Parmeno, obviam atque eis onera adiuta. Eun. V, 2, 16: Hanc metui ne me criminaretur tibi. Hec. V, 2, 6: Nec pol istae metuont deos, neque has respicere deos opinor. Eun. III, 5, 62 sq.: metuo fratrem Ne intus sit. Heaut. I, 2, 15; Timet omnia: patris iram, et animum amicae se erga ut sit suae. Eun. I, 2, 80: et istam nunc times, Quae advectast, ne illum talem praeripiat tibi. Andr. I, 3, 5: Si illum relinquo, eius vitae *timeo:* sin opitulor, huius *minas*. Hec. IV, 1. 60: Simul vereor *Pamphilum* ne orata nostra nequeat diutius Celare. Ad. III, 2, 2: Atque huic malo salutem quaerant. Heaut. IV, 8, 3: Te ipsum quaerebam, Chremes. Phorm. V, 1, 1: quo consilia haec referam? Andr. III, 4, 6: vos celavi. Eun. II, 3, 55: Comites secuti scilicet sunt virginem? *Litis sequi* Ruhnk. ad Andr. IV, 5, 16. Andr. IV, 4, 25: dic quod rogo. Hec. I, 2, 2: Senex si quaeret me, modo isse dicito Ad portum percontatum adventum Pamphili. Andr. prol. v. 20: Quorum *aemulari* exoptat neglegentiam Potius quam istorum obscuram diligentiam. Eun. V, 5, 5: Quem praestolare, Parmeno, hic ante ostium? Eun. V, 5, 7: Quem praestolare? Donatus: „Inquit nove, non: *Cui praestolare*, sed *quem* dixit. Aliter Tullius in Catilinam: Qui tibi ad forum Aurelium praestolarentur. *Praestolari* est praesto esse et apparere, hoc est, obsequi.“ Vide etiam Eugraphium et Taubm. ad Plaut. Truc. II, 3, 15. Heaut.

V, 2, 25: rogasse vellem. CL. Quid? SY. Unde peterem mihi cibum. Ad. III, 3, 3: Istuc est sapere, non quod ante pedes modost Videre, sed etiam illa quae futura sunt Prospicere. Adelph. V, 1, 13: nollem huc exitum, neutrum participii pro inf. Andr. prol. v. 8: Nunc quam rem vitio dent quaeso *animum attendite.* Phorm. prol. v. 24: animum attendite. Eun. III, 1, 7: Advorti hercle animum. Eun. I, 2, 113—115:

Dies noctisque me ames, me desideres,
Me somnies, me expectes, de me cogites,
Me speres, me te oblectes.

Eun. II, 2, 54: Ne tu istas (fores) faxo calcibus saepe insultabis frustra. Phorm. V, 4, 3: Quas, (cupiditates) quom res advorsae sient, paulo mederi possis. Andr. I, 2, 33: Bona verba, quaeso, ubi sec. Kruegerum gr. lat. p. 907a. mente addendum est dicas, loquere. Eun. I, 1, 20: Egone illam, quae illum, quae me, ubi sec. Rudd. II, p. 155 mente addenda sunt patiar, recepit, exclusit, aut similia. Eun. V, 2, 5: ego me in pedes, ubi mente addendum est *dedi*, v. Klussm. ad Naev. p. 144. Heaut. I, 1, 40: Hui, tam gravis hos, quaeso?, ubi mente addendum est *tractas.* Adelph. IV, 1, 17: Ego illius sensum pulchre calleo. Eun. IV, 7, 19: Omnia prius experiri quam armis sapientem decet. Andr. II, 2, 31: Etiam puerum inde abiens conveni Chremi. Adelph. I, 2, 74: hominem convenire. Adelph. III, 4, 53: Fratrem conveniam. Eun. I, 2, 49: Non hoc quidem tacebit Parmeno. Heaut. IV, 5, 1: Ita me di amabunt, ut nunc Menedemi *vicem* Miseret me. Andr. III, 2, 48: *orabo* gnato *uxorem.* Adelph. III, 4, 45: deos quaeso. Eun. II, 1, 6: effectum dabo. Eun. IV, 3, 11: Eunuchum quem dedisti nobis, quas turbas dedit. Ad. IV, 1, 18: Quom fervit maxume, tam placidum quasi ovem reddo. Phorm. V, 8, 22: Satis superbe inluditis me. Adelph. I, 1, 28: alii clanculum Patres quae faciunt. Andr. prol. 3: Populo ut placerent quas fecisset fabulas. Eun. V, 8, 34: Si te in platea offendero hac post umquam, h. e. invenero. Phorm. I, 4, 2: Ita nunc inparatum subito tanta te inpendent mala. Eun. II, 1, 16: nimis me indulgeo, de quo loco Rudd. p. 141: „Sciopp. rudim. gramm. p. m. 53 *me* antiquum dativum esse vult, Cortius vero ad Catil. 2, 9 ablativo positum existimat. At veteres huic verbo accusativum iunxisse ostendit illud Lucilii ap. Non. IV, 246: Iram indulges nimis: ita enim legitur antiquioribus edd. citantque Stephanus in thes.

)espaut. p. 310 et Ursin. p. 248, quamvis editione D. Gothofredi *irae* habetur." Heaut. V, 1, 22: Magis unum etiam instare, i. e. instanter urgere. Eun. II, 3, 3: quam insistam viam. Andr. IV, 1, 19: Solvisti fidem, de quo loco Ruddim. p. 152: „non est (quod Stephanus in thes. L. L. et Turnerus in gramm. exerc. p. 10 interpretantur) fidem rumpere, sed contra, promissa facere seu implere." Heaut. III, 1, 28: Quia pessume istuc in te atque in illum consulis. Heaut. V, 4, 21: neque quod principium capiam ad placandum scio. Hec. I, 2, 119: *Pergam*, quo coepi, *hoc iter*. Phorm. II, 3, 12: Si erum insimulabis malitiae, male audies. Eun. IV, 7, 39: Hic furti se adligat. Hec. I, 2, 33: ut tergum meum Tuam in fidem committam. Heaut. III, 1, 42: Primum iam ancillas secum adduxit *plus* decem. Hec. IV, 2, 27: Non tute incommodam rem, ut quaequest, in animum induces pati. Phorm. IV, 2, 1: Ego hominem callidiorem vidi neminem Quam Phormionem. Andr. II, 3, 4: Prius quam tuom ut sese habeat animum ad nuptias perspexerit. Eun. III, 5, 18: Quom ipsus *me noris*, quam elegans formarum spectator siem. Heaut. II, 3, 129: Patrem novisti ad has res quam sit perspicax. Heaut. II, 3, 130: Ego *te* autem novi, quam esse soleas inpotens. Andr. III, 2, 23: Non satis me pernosti etiam, qualis sim. Eun. II, 3, 16: Nunc, Parmeno, te ostenderis qui vir sies. Hec. III, 5, 18: Omnem rem scio ut sit gesta. IV, 1, 52: si ipsam rem ut siet resciverit. Andr. I, 1, 2: paucis te volo, ubi mente addi potest *alloqui*. Adelph. IV, 7, 36: Non te haec pudent? Heaut. II, 3, 19: Quoius nunc pudet me et miseret. Adelph. I, 2, 4: *quem* neque *pudet* Quicquam nec metuit quemquam. IV, 5, 49: Et me tui pudet. Phorm. II, 3, 45: non te horum pudet? Heaut. IV, 4, 19: at te id nullo modo Facere pudait. Adelph. III, 3, 37: Fratris me quidem Pudet pigetque. Heaut. III, 1, 54: ut me tuarum miseritumst, Menedeme, fortunarum. V, 4, 3: Eius ut memineris atque inopis nunc *te misereat* mei. Hec. I, 2, 53: ut *ipsam Bacchidem*, Si adesset, credo ibi eius commiseresceret. Phorm. I, 3, 20: nostri nosmet paenitet. III, 3, 21: Nequid plus minusve faxit, quod nos post pigeat, Geta. Adelph. III, 4, 18: neque boni Neque liberalis functus officiumst viri. Heaut. I, 1, 14: Ita tute attente illorum officia fungere. Phorm. II, 1, 51: Functus adulescentulist Officium liberalis. Heaut. I, 1, 81: Quod illa aetas magis ad haec utenda idoneast. Adelph. V, 3, 29: Mea quae praeter spem evenere,

utantur sine. Andr. prol. v. 5: In prologis scribundis operam abutitur. Phorm. II, 3, 66: meretricem ubi abusus sis. Adelph. V, 4, 17: ille alter sine labore patria potitur commoda. v. 22: hic potitur gaudia. Heaut. II, 4, 21: Hocin me miserum non licere meo modo ingenium frui? Andr. V, 2, 1: En Davom tibi. Adelph. V, 9, 38: Ecce me qui id faciam vobis. Eun. II, 3, 6: Ecce autem alterum. Phorm. II, 1, 34: Ecce autem similia omnia. Eun. I, 3, 34: Sed *eccam* ipsa egreditur, nostri fundi calamitas. Adelph. II, 3, 7: *Ellum*, te expectat domi. III, 3, 35: *Ellam* intus. In exclamationibus Adelph. III, 2, 32: Me miseram. Adelph. III, 1, 4: Miseram me. Adelph. III, 2, 6 sq.: Hocine saeclum! o scelera, o genera sacrilega, oh hominem inpium, SO. Me miseram. Eun. II, 2, 23: Scitum hercle hominem! Andr. I, 5, 2: Pro deum fidem (Herz. ad Sall. Cat. p. 102 sq.: Acc. per ellipsin explicatur, secundum Donatum, cum quo Ruhnkenius conferendus est, *obtestor* mente addendum est). Andr. III, 4, 25: Hem astutias. Hec. III, 1, 2: Heu me infelicem. Phorm. I, 4, 10: Heu me miserum. Andr. III, 4, 10: Vah consilium callidum! ubi *iniisti*, *cepisti* vel *narras* possis intelligere, sed etiam nominativus esse potest, ita ut *est* mente addendum sit. Adelph. II, 1, 29: O hominem inpurum.

58. *De duplici accusativo.* Primum spectemus accusativos duplices tales, quorum alter, si constructio activa in passivam mutatur, servatur, alter in nom. mutatur. Naev. Corollaria fr. 5: Num non vis *moneam te unum*, si videtur, *quippiam?* In lege Papiria tribunitia (a Chr. 213) ap. Egger. p. 113 est: tres viros capitales populum rogato. Cato R. R. c. 134: Iane pater, te hac strue commovenda bonas preces precor. Ib.: Iuppiter te hoc fercto obmovendo bonas preces precor. Ib.: Iane pater, uti te strue commovenda bonas preces bene precatus sum. C. 139: Eius rei ergo te hoc porco piaculo immolando bonas preces precor. C. 1: id animum advertito. C. 5: Ne quid dominum celavisse velit. C. 40: Idem alterum surculum, tertium, quartum facito (dasselbe mache mit cett.). Ennii satur. lib. inc. fr. 4, v. 38: Ne *quid expectes amicos* quod tute agere possies. Plaut. Bacch. I, 2, 61: Quom *istaec flagitia me celavisti* et *patrem*. Truc. I, 1, 37: Atque haec celamus damna nos industria. Pseud. I, 5, 76: Quor haec, tu ubi rescivisti ilico, *Celata me* sunt? Pseud. IV, 6, 8: roga me viginti minas. Amph. II, 2, 76: unum rogare te volo. Most. III, 1, 130: Dicisne hoc quod te rogo? Merc.

, 1, 17: Rogare hoc unum te volo. Rud. I, 2, 36: Dic *quod rogo*. Pseud. I, 3, 81: Face hoc quod te rogamus, Ballio. 106: Die mihi, opsecro hercle, verum serio, hoc quod te rogo. 64: quid hoc quod te rogo? IV, 7, 94: Responde opsecro rcle hoc vero serio *quod te rogo*. Pers. IV, 4, 83: At ego ıtriam te rogo quae sit tua. Pseud. I, 1, 114: roga me viginti inas. Pseud. I, 3, 60: nullus est tibi quem roges Mutuom arıntum? IV, 1, 10: Quid ergo quod scis me rogas? Pers. I, , 42: Quod tu me rogas. v. 44: Tu fac idem, quod rogas me. ruc. IV, 3, 27: nisi quod te rogo. Amph. II, 1, 61: Cave ıicquam, nisi quod rogabo te, [iam] mihi responderis. IV, 2, 5: : etiam quid velim, *id* tu *me rogas*? Asin. I, 1, 14: quod te ıgem. Cas. V, 2, 13: eam savium posco. Bacch. IV, 4, 52: me ıscitote aurum. Curcul. I, 1, 63: Alias me poscit pro illa triınta minas, Alias talentum magnum. Pers. III, 3, 20: Leno te ıgentum poscit. Truc. II, 4, 73: Ubi quidpiam me poscis. Aul. V, 10, 33: aulam auri, inquam, te reposco. Curcul. V, 2, 15: ıam tu virginem Me reposcis? Cas. III, 2, 2: ecastor id, quod e vir tantopere orabat meus. Trin. II, 4, 48: Verum *hoc* quod ıxi meus *me oravit* filius. Aul. IV, 7, 15: istuc quod tu me ras. Bacch. V, 2, 82: Hanc veniam illis sine te exorem. Capt. , 1, 17: Unum exorare vos sinite nos. Bacch. v. 1199: id me ıorat. Rud. prol. v. 28: Idcirco *moneo vos* ego *hoc*. Stich. I, 34: Quam ob rem ego te hoc — Moneo. 2, 1: Qui manet : *moneatur* semper servos homo *officium suum*. Aul. II, 1, 24: ıd (sic Herm. elem. d. m. p. 307) id admonitum advento. Pseud. 2, 17: *Officium vostrum* ut vos malo cupiatis conmonerier, quod ı activa constructione *commonere aliquem aliquid* ortum est. en. IV, 3, 26: Ibo et consulam hanc rem amicos. Aul. II, 2, 3: Quaeso quod te percontabor, ne id te pigeat proloqui. Pseud. 5, 47: Sunt *quae te* volumus percontari. Amph. prol. v. 38: unc hunc animum omnes quae loquar advortite. Trin. IV, 3, 39: on hoc puplice animum advorti. Pseud. I, 2, 10: Nunc adeo ıunc edictionem nisi animum advortetis omnes. v. 19: hoc aniıum advortite. v. 23: Adsistite omnes contra me et quae loıor advortite animum. 3, 43: Et id et hoc quod te revocamus ıaeso animum advorte. Capt. II, 2, 79: Nunc hoc animum adorte. 3, 23: Ergo *animum advortas* volo, Quae nuntiare hinc ı volo in patriam ad patrem, ubi omissum est demonstrativum a. Merc. II, 2, 49: hoc non voluntas me inpulit, ubi *hoc* I. Gul.

et Acidalius antiqua ratione scribendi pro *huc* positum existimarunt. Merc. V, 2, 27: Quid me voltis? Cas. II, 1, 3: Vir siquid volet me. 6, 1: quid meus me vir velit. Cist. I, 1, 59: eloquere — Et quid tibist et quid velis nostram operam. v. 119: Numquid me vis, mater, intro quin eam? v. 121: numquid me vis? Bacch. V, 2, 30: est *quod te volo.* v. 36: Quid me [nunc] vis? Cist. II. 3, 49: siquid eum velim. Epid. III, 4, 75: numquid me vis ceterum? Curcul. II, 3, 64: set *quid eum vis?* IV, 2, 36: Summane, numquid nunc iam me vis? Mil. II, 6, 94: Numquid nunc aliut me vis? Capt. III, 4, 85: siquid est *quod me velis.* Poen. I, 2, 140: Quid me vis? III, 6, 6: Numquid me....? (mente adde *vis*). Pers. I, 3, 49: Quid eam vis? IV, 8, 5: Num quippiam aliut me vis? Truc. III, 1, 7: rogo, quid eum velit. Truc. II, 4, 78: Num quidpiam vis me aliud? Aul. II. 2, 32: Redeo ad te, Megadore, siquid me vis. v. 40: Quid nunc me vis? v. 86: numquid me vis? Aul. III, 6, 43: Ego, nisi quid me vis, eo lavatum, ut sacruficem. Poen. sc. ult. v. 17: *Quid lenonem vis* inter negotium? Pers. IV, 6, 10: Numquid ceterum me voltis? Poen. III, 1, 71: Quid velim vos, scitis. Asin. I, 1, 75: Nunc verba in pauca conferam quid te velim. v. 96: Siquid te volam, Ubi eris? Pseud. I, 1, 11: Id te Iuppiter Prohibessit. Amph. IV, 3, 17: Neque me Iuppiter neque di omnes id prohibebunt, si volent, ad q. l. affert Lindem. Trin. I, 2, 50: Qui tu id prohibere me potes ne suspicer, sed ibi *id* pendet a *suspicer.* Cas. II, 8, 19: Ecquid amas nunc me? Asin. V, 2, 50: Ecquid matrem amas? Truc. II, 6, 61: *Ecquid* amas *me?* PH. *Nihil* ecastor. Bacch. IV, 9, 97: quod Chrusalus Med obiurgavit. Merc. I, 1, 46: Obiurigare pater haec me noctes et dies. Poen. IV, 2, 89: Numquid aliud me morare, Milphio? Poen. sc. ult. v. 31: nihil moror tibicinam. Curcul. V, 2, 31: quaeso tu mihi dicas, unde illum habeas anulum, *Quem* parasitus hic *te* elussit. Menaechm. V, 5, 37: egomet haece te arguo. Trin. I, 2, 59: Si *id* non *me accusas.* Amph. II, 2, 229: sic me insimulare falso facinus tam malum. Lamb.: „Subintelligendum fortassis est *fecisse* aut *admisisse.* Licet etiam *insimulare me* explicare: *insimulare in me,* quod est mihi obiicere et in me confingere falsum facinus.“ Capt. III, 4, 87: Set me primum hoc med expurgare tibi volo. Pseud. IV, 7, 96: Qui hanc [sucophantiam] Docuit te. Trin. II, 2, 91: Pol ego istam volo me rationem edoceas. Amph. v. 163: Eri *haec* inmodestia me coe-

, v. Taubm. Asin. I, 1, 82: Nisi quid tu porro uxorem de-
ıdaveris. Poen. V, 2, 102: Ecquid meministi tuum parentum
ıina? Aul. II, 1, 31: quod te iubet soror, ubi ex praegresso
: mente addendum est *facere*. Aul. II, 2, 22: paucis, Euclio,
quod te volo De communi re appellare mea et tua. Truc.
2, 49: Post id ego manum te iniiciam quadrupli, venefica.
gm. Cornicularіae v. 5, p. 479: Te obsecro, Lyde, pileum
m. Caecilius Plocium fr. 1, v. 149 (ap. Gell. II, 23), ubi
ex de uxore loquitur: *id me arguit*. Idem fr. Hypobolimaei
chini ap. Gell. XV, 14, 5: Ego illud minus nihilo exigor por-
um. Non. 106, 23 „*exigor* pro *a me exigitur*." Terent. Hec.
3, 24: te atque alios partum ut celaret suom. Adelph. I,
9: Ea ne me celet consuefeci filium. Andr. III, 4, 6: Idque
o metuens *vos* celavi, *quod nunc dicam*. Hec. IV, 4, 23: Nosne
celatos tam diu? Heaut. IV, 1, 31: nunc hoc te obsecro.
ir. V, 3, 28: *Hoc* modo *te* obsecro. Eun. V, 8, 54: Unum
m hoc vos oro. Andr. I, 5, 54: Quod ego per hanc te dex-
n oro. III, 3, 16: id oro te. v. 24: id te oro. Phorm. V,
21: ferme eadem omnia, Quae tute dudum coram me incusa-
as. Eun. III, 2, 3. 4: Ecquid nos amas De fidicina istac?
c. V, 1, 40: Verum *hoc te moneo unum*. Andr. V, 4, 15: ha-
pro illa re illum quod moneam probe. Heaut. II, 3, 112:
ficulumst, te *istuc me* admonere, Clitipho. Hec. V, 4, 9: Egone
pro hoc nuntio *quid donem?* ad q. l. Schmiederus: „i. e. quid
i donem, Graecorum more, v. g. *οἷά σε ποιήσω*." Phorm.
8, 54: *Argentum* quod habes *condonamus te*. Eun. prol. v.
: Habeo alia multa, quae nunc condonabitur, ad q. l. v. intpp.,
Schmiederum. Heaut. V, 2, 59: Neque me quicquam con-
o adiuvas? Eun. I, 2, 70: Id amabo adiuta me. Andr. I,
130: Et nunc id operam do. II, 1, 7: Quanto satiust te id
re operam, qui istum amorem ex animo amoveas. Eun. II, 3,
: Scin quid ego te volebam? Andr. III, 3, 4: quid te ego
im. Phorm. I, 2, 101: Num*quid*, Geta, *aliud me* vis? Andr.
, 2, 50: Nam gnatus quod pollicitust, haud dubiumst mihi,
nolit, quin eum merito possim cogere. Adelph. III, 4, 44:
od ius vos cogit. Andr. I, 2, 33: nil me fallis. Adelph. V,
49: Quod illos sat aetas acuet.

59. Alterum genus duplicium accusativorum est eorum,
orum uterque in passiva constructione in nominativum mu-
ur. Cato R. R. praef.: Et virum bonum cum laudabant, ita

laudabant, *bonum agricolam bonum*que *colonum*, ſie lobten ihn (einen guten Landmann cett. praef. §. 2: Quanto peiorem civ existimarint foeneratorem quam furem, hinc licet existimari. §. Mercatorem autem strenuum studiosumque rei quaerendae existim verum (ut supra dixi) periculosum et calamitosum. R. R. c. 1 Sesquipedalem parietem dominus fundamenta faciat. Ennii ann l. I, fr. 21: Est locus Hesperiam quam mortales perhibeba Alexandri fr. 6: Quapropter Parim pastores nunc Alexandr vocant. Epicharmus fr. 7, l. 8. 9: *quem* Graeci vocant *Aëre* l. 46 sq.: idque Iuppiter quod aether vocabatur precans primi caelum nominavit. Plaut. Aul. II, 2, 42: Filiam tuam mi u rem posco. Epid. V, 2, 2: tu quidem miserum me habes mise modis. Cas. III, 3, 27: *Miserrumum* hodie hunc habebo amasi (behandeln). Poen. V, 2, 110: Et is *me heredem fecit.* V, 48: Isto pretio tuas nos facile feceris. Poen. V, 4, 66: Ita ha canem faciam tibi oleo tranquilliorem. Capt. III, 4, 47: Ut s lestus, Hegio, nunc is *te ludos* hic *facit*, ad q. l. Lindemannu „*Ludos facere aliquem*, ludificare, ludere aliquem. Sic Ru III, 5, 12: si non te ludos pessumos dimisero. Usu enim ctum, ut *ludos facere* una haberetur notio unumque vocabulu quasi *ludificare*, unde pari modo strui coeptum. Quae ra deinde sic amplificata est, ut etiam aliud verbum adiiceret substantivo, velut *dimittere ludos*, h. e. ludificatum dimitter Quae ratio non improbabilis est, quamquam nihil impedit qu minus illud plane respondere putemus germanico jemand zum Spielwerk (-zeug) machen. Rud. II, 5, 13: ludos me fa Amph. II, 1, 21: Rogasne, inprobe, etiam qui ludos facis m Aul. II, 2, 75 sq.: Video hercle ego te me arbitrari, Euclio, minem idoneum, Quem senecta aetate ludos facias. Aul. II, 38: Certe edepol equidem te civem sine mala omni malitia Sem sum arbitratus et nunc arbitror. Poen. IV, 2, 95: Di inmor les meum erum servatum volunt Et disperditum hunc lenone Asin. I, 1, 53: Volo me patris mei similem. Aul. III, 6, 2 Quem quondam Ioni Iuno custodem addidit. Asin. I, 1, 88: T optionem sumito Leonidam. Bacch. IV, 10, 2: se — praecipit capessat. Rud. II, 6, 17: malam fortunam in aedis te add meas, quae est appositio. Poen. V, 2, 111: Quo me privat aegre patior mortuo. Caecil. Stat. Hypobolimaeus fr. 6: sub res *te reddent Hebem.* Terent. Heaut. III, 1, 91: Me cepe arbitrum. Adelph. IV, 2, 25: humani *nil* a me *alienum* pu

Andr. IV, 1, 59: At iam hoc tibi inventum dabo. Adelph. prol. v. 7: Eam Commorientis Plautus fecit fabulam. Phorm. V, 2, 6: Eis nunc praemiumst, qui *recta prava faciunt*. Heaut. prol. v. 26: Qua re oratos vos omnis volo.

D. Dativus.

Praeter duas, quas adhuc spectavimus, formas, quibus ei, qui loquitur, significatio verbi apparere potest, tertia est, in qua est illa status, quem subiectum esse voluit sive id quod explicata eius actione prodiit, ex quo sequitur naturam eius esse duplicem, qua differt a formis duabus prioribus, actionem enim et statum simul continet. Status, de quo hic loquimur, pendet quasi ex actione quae eum protulit, ita ut non possit sine illa cogitari. Itaque haec actio, etiamsi finita et ad finem perducta est, tamen semper etiamnum in statu, qui ex ea prodiit, animadverti potest et ne nunc quidem plane desiit vim in eum habere. Qua de causa quaecunque res coniungitur cum subiecto, quod tale praedicatum habet, etiamnum manet obiectum, in quod sive magis sive minus conspicua ratione actio etiamnum extans vim habet et quod pendet quasi ex illa. Sed hoc obiectum non comprehendit quasi et complectitur illa actio, quemadmodum obiectum in accusativo positum, alioquin enim actio se explicaret etiamnum, sed contra quam illud *extra actionem se explicantem* positum est, quoniam actionem quasi plane explicatam et ad finem perductam cogitari postulatur. Ubi actio eo progressa est, tangit illa quidem obiectum extra se positum seque coniungit cum eo, complecti tamen illud non potest. Tangitur igitur obiectum actione ad finem perducta, ita ut vim in illud habeat, diversam tamen illam ab ea, quam in accusativo deprehendimus.

Ex altera parte significatio status in hac tertia verbi forma spectanda est. Quod si fecerimus, apparebit obiectum nullius alius significationis nisi passivae, quae sit ex adverso posita merae et liberrime se explicanti actioni, hic non iam posse cogitari. Immo eadem de causa, quae iam in prima verbi forma consideranda similem in modum prolata est, fit ut obiectum item vim habeat in statum subiecti, qui verbo exprimitur. Apparet enim, quo magis actionis notio ex verbo tollatur et in eius locum notio statûs succedat, eo magis vim activam et efficacem enunciationis in aliam notionem transire,

quae, cum subiectum actione destitutum hanc vim non iam habat, nullae alia notio esse potest nisi obiectum, quod extra actionem quasi decurrentem positum est. Hoc obiectum, quod hac ratione ipsum quasi actionem induit et efficacitatem, plerumque vel persona est vel in personae notionem mutatum et tum demum vim in statum subiecti grammatici maxime declarat, quum notio statûs maxime conspicua facta et actio subiecti plane explicata et ad finem perducta est.

Quodsi utrumque coniungimus, in obiecto tertiae verbi formae duplici eius naturae respondens duplex notio inest, cum primum vis actionis etiamnum in verbo extans vim habeat in obiectum accedens, non minorem vero etiam hoc in praedicatum, quatenus statum exprimit. Sed utrobique tamen tenendum est, hoc obiectum omnino positum esse extra actionem se explicantem neque ullam ei cum illa rationem intercedere, qua re ab obiecto, quod accusativo significatum est, satis perspicua ratione differt. Ex his, quae disputavimus, nascitur notio primitiva dativi, ut dativus sit casus obiecti, quodcunque positum extra processum actionis tangitur tamen ab ea finita et item vim habet in statum, qui ex actione illa oritur.[67])

Ac primum quidem notandum est inter eam vim, quam verbum in obiectum, et eam, quam obiectum in verbum exercet, rationem inversam intercedere, ita ut quo magis perspicua altera evadat, eo magis altera recedat nec tamen prorsus tollatur et evanescat, quamquam difficillimum est certos quasi hac in re fines et limites ponere, quoniam transitûs non percipiuntur et continua series utriusque est incrementi et deminutionis.

Quod si primum vim spectamus, quam verbum habet in obiectum, quaeritur, quae ratio intercedat inter subiectum et obiectum extra actionem eius procedentem positum. Iam supra dictum est, obiectum tangi etiamnum vi actionis ad finem perductae et explicatae, et quamquam haec vis obiectum non iam, quemadmodum accusativum, complectitur et comprehendit, tamen ex altera parte fieri non potest, ut subiecti plane nihil intersit, quale obiectum sit, immo eo magis eius hoc in-

---

[67]) Similiter principalem dativi significationem constituit Madvigius Bemerkungen p. 29.

tererit, quo clarius etiamnum vis actionis et efficaciae in significatione verbi apparet, ita ut vim in illud obiectum habeat et *studium* quasi eius declaret, quamquam non comprehendit illud et complectitur, sed actione finita demum tangit tantum. Id quod obiectum patitur hac in re, *effectus* appellari potest, quo exprimitur id, quod actionem explicatam et ad finem perductam sequitur, accurate distinguendum illud ab eo, quod durante etiam actione in ea ipsa accidit eiusque cursum quasi comitatur. In obiecto igitur effectus apparet, cuius notio non est confundenda cum termini, quae accusativo exprimitur.

Vidimus igitur in subiecto studium obiecti, in obiecto effectum. Hic effectus a studio illo gignitur, et studium sine effectu tum demum cogitari potest, cum omnis actio sublata aut certe fracta et imminuta est. Quod si studium subiecti convertitur ad rem, quae secundum naturam suam pro persona accipi aut potest aut debet, fieri non potest quin haec res effectum in se procreatum animadvertat et percipiat, quo fit ut etiam in obiecto studium existat subiecti et ut vim habeat in statum subiecti, qui ex actione prodiit. Hinc intelligitur, ne obiecti quidem studium sine effectu manere opus esse, sed effectum eius in subiecto iam apparere, quod non minus extra actionem obiecti mutuo se ostendentem positum est. Quo fit, ut ordine inverso in obiecto conspicuum fiat studium, in subiecto autem effectus.

Accedamus iam ad singula genera huius casus accuratius explicanda. Ac primum quidem notandum est, significationem primigeniam dativi etiam minus quam eorum duorum casuum, quos antea spectavimus, ad tales res pertinere posse, quae sub sensus cadunt. Nihilo minus tamen etiam dativus, quae est generalis eius significatio, ad tales rationes spectare potest, quae sunt *quantitatis*, quas secundo loco spectabimus, quum priorem locum teneant rationes *qualitatis*.

Quum formae duae potissimae dativi iam in superioribus explicatae sint, facile erit eas explicare in rationibus qualitatis, quae intercedunt inter subiectum et praedicatum et obiectum. Forma prior apparet, ubicunque in obiecto, quod dativo expressum est, effectus et propterea in subiecto studium quaerendum est, altera autem, ubicunque ratio inversa est, ita ut in dativo persona, cui studium est, in subiecto autem

effectus studii eius appareat. Ut paucis res absolvatur, prior formae *dativo effectus*, posteriori *dativo personae, cui studium est*, nomen detur. Dativus effectus autem esse potest obiectum, quod aut persona est vel personae notionem induit (tum obiectum id est, in quo effectus apparet), aut res, quatum ipsa effectus est. Clarissime autem apparet studium quod in subiecto primum fuit, et ab eo prodiens effectus, qu in obiecto conspicitur, in dativis personae, qui sequuntur verb velut *caveo, prospicio, consulo, vaco, nubo, auctor sum, testis su* ac multa similia, quorum nonnulla quidem etiam obiectu dativi, quod re expressum est, admittunt, quod tamen no facile nulla ratione habita notionis personae aut appositae au mente addendae fieri potest, ut *prospicere saluti alicuius* e *prospicere rei frumentariae.*[58]) Maxime his cognata sunt tali *non scholae sed vitae discere, aliis aliquid facere non sibi* e magna pars dativi commodi qui dicitur, cuius fines tamen a limites accurate circumscribi non possunt, quoniam commodu vel incommodum nihil aliud est nisi species generalis notionis effectûs et si verbum *commodum* paulo latiore significatione usurpatu quivis dativus effectûs pro dativo commodi accipi potes inprimis is ipse qui sequitur verbum *dare.* Ceterum no tandum est per se quidem quodvis verbum cum tali da tivo non minus quam ea, quae commemoravimus, co iungi posse, quamquam usu alii aliis magis sanciti sun Neque tamen vis negligenda est, quae in tali dativi obiect semper inest, quapropter maxime etiam, ubi alterum alte opponitur, usurpatur. Quae vis non exigui est momenti, quo potissimum studium subiecti in eo positum esse debet, u effectus in hac vel illa certo designata persona neque in ull alia appareat, ita ut huius ipsius designatio potissima e maxime necessaria in enunciatione fiat. Porro dativus effectû profecti a subiecti studio rei, quae in dativo posita est, ap paret in omnibus praedicatis, quae dare aut contraria dan significant, itaque in verbis vel transitivis, velut *do, tribu nego, adimo, monstro,* vel intransitivis, velut *patrocinor, medeo*

[58]) De verbis, quae cum solo dativo coniunguntur, sive qui fiat u verba cum solo dativo coniungi possint, vide Madvigium Bemerkungen 32 adnot. Idem grammat. p. 207 haec verba designat talia, in quibu actio cogitetur tantummodo *ratione habita alicuius rei,* quae res deind in dativo posita addatur.

parco, quod discrimen dativo non magni est momenti, cum in his verbis accusativus obiecti inclusus sit, in illis non inclusus; porro in adiectivis, velut *salutaris, damnosus, formidolosus, noxius, amicus*, *fidus* et quae sunt huius generis alia. In tota hac classe, cuius praecipuum verbum *dare* casui nomen indidit. prima forma casûs clarissime apparet, nam obiectum dativi ubique est extra actionem se explicantem, sed subiectum studium prodit, cuius effectus tum demum in obiecto apparet, quum actio ipsa ad finem perducta est, nam si actio dandi desinit, actio sumendi in obiecto incipit, quae est effectus dandi, ex quo tum statim, sed posterius tamen secundum ea quae supra demonstravimus, studium etiam in obiecto nascitur. — Singillatim commemorandus est praeterea dativus effectus rem exprimens, iunctus cum verbo *esse* et verbis transitivis *ducere*, *vertere*, aliis, in phrasibus quales sunt *probro esse, laudi esse, honori ducere*, aliis, quibus tum plerumque etiam alter dativus classis superioris, obiectum personae, in quo hic effectus apparet, additur. Simul in hac constructione praedicatum, quod addi potest subiecto per verbum *esse*, pro effectu actionis accipitur et in hac forma transit quodammodo ad alterum dativi obiectum. Sic in locutione *dare alicui aliquid dono* v. *donum* est praedicatum verbi *aliquid*, quod est subiectum in periphrasi verbi *dare*, *facere ut aliquid sit*, quapropter etiam dici potest *dare aliquid alicui donum*, iamque illa notio pro nova forma, quam induit, ad dativi obiectum *alicui* transit, apparens tanquam effectus actionis. — Denique huc referenda est constructio verbi *esse* coniuncti cum dativo gerundii vel participii gerundivi, unde locutiones *decemviri legibus scribendis* et similes natae sunt, a quibus *esse* cum genitivo gerundivi coniunctum bene distinguendum est.

Quem postremo loco commemoravimus usum dativi cum verbo *esse* coniuncti, viam quasi munit et aperit a priore huius casus forma ad alteram. Transitus ad eam maxime apparet in altera coniunctione huius verbi cum dativo, eam dico, ubi dativus possessorem eius, quod subiecto expressum est, significat. Hic quoque verbo, non minus quam antea, expressum est id, quod ex actione prodiit, et quidem participem fieri alicuius rei, ita ut *mihi est domus* significet idem quod *particeps factus sum domus, mihi domus obtigit*, ergo *habeo illam*, sed iam perspicuum est, ex effectu ortum esse

studium in obiecto personae, quod vim praecipuam habet in subiectum grammaticum, dico vim, quam possessor exercet in rem possessam. Itaque iam hic reperimus *dativum personae, cui studium est.* Addendum est, in enunciationibus quales sunt *mihi est domus*, si per se solae spectantur, semper maiorem vim inesse in v. *domus* quam in *mihi*, quapropter Kruegerus in gramm. lat. §. 360 adnot. 2 ad discernendum hunc dativum a genitivo possess. dicit genitivum poni, ubicunque quaeratur qui sit possessor, dativum, ubi quaeratur quae sit possessa res. Hinc patet, praesertim si comparamus dativum in enunciationibus quales sunt *aliis aliquid facio*, sedem studii hic esse in ipso obiecto dativi, effectûs autem in subiecto, quo res possessa designatur. — Porro huc pertinet dativus iudicantis, velut *mihi dives est*, h. e. mea sententia, meo iudicio dives est, cum quo etiam conferri potest dativus in enunciationibus, quales sunt sita Anticyra est ... laeva parte sinum Corinthiacum intrantibus, deinde dativus coniunctus cum verbis quae verbo *esse* cognata sunt, velut *videri* et *licet.* Duplex dativus coniunctus cum *licet esse* similis est illi, qui iungitur cum *nomen est.* Cognatae sunt coniunctiones huius formae dativi cum verbis passivis, quarum *pugnandum tibi est* vere latinum est, *pugnatum tibi est* et etiam magis *pugnatur* ad similitudinem graeci sermonis dicta sunt. Ad analogiam verborum etiam adiectiva, quorum significatio primigenia passiva est, cum dativo iunguntur, velut praeter multa alia ea, quae in *ilis* exeunt (etiam *utilis* significatione sua primigenia *ad utendum idoneus*), quae non minus fieri aliquid posse significant quam participia gerundiva derivata significatione fieri aliquid necesse esse, ita ut dativus personae in utrisque eiusdem naturae sit. Ceterum etiam hoc in genere facili significationis commutatione hic dativus confunditur cum dativo effectûs, ita ut *utilis* etiam sic accipiatur, quasi proprie *utilitatem afferens* significet.

Haec hactenus de dativo quantitatis dicta sunto. Accedamus nunc ad quantitatis, quo spectant primum notiones spatii et temporis, deinde internae magnitudinis. Quaecunque actio ad merum spatium spectat, accipienda est tanquam motus, cum qua si coniungitur obiectum dativi extra illam positum, in quo primum effectus appareat, nascitur nobis hinc notio, in hoc obiecto motum prorsus ad finem perductum et in quietem mutatum iri. Subiectum id agit, ut in obiecto finem motûs

s. quietem inveniat, ita tamen ut illud in cursum viae procedentem non recipiat, quo oritur status quem generali notione *propinquitatis* designamus. Omnia verba et reliqua praedicata, quae hanc generalem notionem habent, admittunt dativum obiecti, in quo actio movens finem inveniat. Quod obiectum cum plerumque locus sit, cui subiectum appropinquat aut propinquum est, primum nobis hoc in genere apparet dativus effectûs; sin spectantur rationes spatii quae ei intercedunt cum aliis rebus, inprimis talibus, quae personae significationem habent, dativus etiam esse potest personae cui studium est. Notio appropinquandi augeri potest usque ad consociationem, quae tum est effectus actionis separationis statum, qui antea fuit, sensim tollentis et obiectum dativi adsciscit. Porro saepissime situs, quem subiectum habet in hac propinquitate vel consociatione comparatum cum obiecto extra posito, verbis cum praepositionibus directionem exprimentibus, velut *ad*, *in*, *inter*, *sub*, *super*, aliis compositis accuratius definitur, unde fit ut talia verba cum dativo coniungantur. Commemorandae etiam sunt permultae significationes loci metaphoricae, quae praecipue in his verbis, sed etiam in aliis inveniuntur. — Tempori designando dativus minus aptus est, quamquam cogitari potest. Quod denique ad comparationem magnitudinis attinet, huc spectat dativus coniunctus cum praedicatis, in quorum significatione similitudo et aequalitas inest, quae accurate praedicatis spatii et consociationis respondent, ita ut constructio dativi eandem causam habeat eodemque fundamento nitatur. In dativo cum *praefero*, *antepono*, *posthabeo*, similibus coniuncto facile metaphora a spatio petita cognosci potest.

I. Dativus qualitatis.

60. a. *Dativus effectûs.* Cato R. R. c. 5: Scabiem *pecori* et *iumentis caveto.* Pertinet huc etiam locutio *cavere malo* quae invenitur aliquot locis Plautinis, quamquam Ruddim. p. 215 in eo *malo* pro ablativo habet. Sunt autem hi. Bacch. I, 2, 39: Omitte, Lude, ac *cave malo.* LUD. Quid, *cave malo*? Pers. III, 1, 41: *Malo cavere* meliust te. Pers. V, 2, 54: *cave* sis *malo* ergo. Rud. IV, 4, 45: Cave malo. Men. II, 1, 24: discaveas malo. Terent. Eun. IV, 7, 12: ipsus *sibi cavit* loco. Plaut. Bacch. III, 6, 36: Occuperes tute [ipse] amare et *mi*

ires *consultum* male. Terent. Heaut. IV, 3, 37: dum *illi consulas*. Naev. fr. inc. com. 20, v. 216: Vel quae sperat se *nupturam* virginem *adulescentulo*. Terent. Adelph. IV, 5, 37: *Auctor his rebus* quis *est*? Ennii annal. l. I, fr. 48: Postquam consistit fluvius qui est *omnibu'* princeps. Plaut. Rud. I, 2, 58: Amori haec curat, tritico curat Ceres. Rud. I, 2, 92: Illis curandum censeo, Sceparnio. Trin. IV, 3, 50: Set ego sum insipientior qui rebus curem puplicis. Trin. v. 204: Qui illorum verbis falsis acceptor fui. Curc. II, 3, 19: vitent *infortunio*, ad q. l. Gronovius affert Cas. II, 2, 35: Semper tu huic verbo vitato abs tuo viro. CL. Quoi verbo? (h. e. operam dato, ne hoc verbum audias), item Poen. prol. v. 25: vitent ancipiti infortunio. Gronovius addit haec dicta esse eodem modo, quo saepe apud Plautum malo cavere. Poen. V, 4, 74: pro hoc mihi patronus sim necessest. Merc. V, 2, 1: Divom atque hominum quae spectatrix atque era eadem es hominibus. Mil. II, 2, 118: Nam illic est Philocomasio custos, meus conservos, qui it foras. Ib. V, v. 38: Quis erat igitur? SC. Philocomasio amator. Amph. prol. v. 44: quis benefactis meus pater, Deorum regnator, architectust omnibus, ad q. l. v. Taubm. Terent. Heaut. II, 3, 29: Quae est dicta mater esse ei antehac, non fuit. Hec. II, 2, 16: etsi *illi* pater es, h. e. illius. Adelph. I, 2, 46: Natura tu illi pater es, consiliis ego. Heaut. V, 2, 38: matres omnes filiis In peccato adiutrices, auxilio in paterna iniuria solent esse. Eun. V, 8, 22: Ita nostrae omnist fautrix familiae. Andr. II, 6, 27: Si hic malist quicquam, hem illic est huic rei caput. Adelph. IV, 2, 29: idem quod ego sensit, te esse huic rei caput. Andr. V, 4, 2: quod ipsi cupio Glycerio.

Duo dativi sibi oppositi sunt in his exemplis. Ennii Telamon. fr. 2, v. 328. Telephi fr. 13, v. 389: Nihilo minus *ipsi* lucet, cum *illi* accenderit. Plaut. Merc. IV, 4, 3: Nobis coquendast, non quoi conducti sumus. Men. IV, 2, 82:

Palla mihist domo surrupta. MEN. Palla surruptast mihi?
PEN. Viden ted ut scelestus captat? huic surruptast, non tibi:
Nam profecto tibi surrupta si esset, salva nunc foret.

Acidal. ad h. l. affert Capt. IV, 2, 86: Essurire mihi videre. ER. Mihi quidem essurio, non tibi, et Pseud. IV, 1, 23: Iuppiter te mihi servet. SI. Immo mihi. Aul. IV, 2, 16 (Perizon. ad Sanct. p. 182): id adeo *tibi* faciam (int. fideliam mulsi ple-

nam), verum ego *mihi* bibam. Terent. Adelph. I, 2, 16 sq.: haec quom illi, Micio, Dico, tibi dico, ubi Donatus: „*illi* pro *in illum*, et *tibi* pro *in te*."

Spectemus nunc *dativum commodi* (et *incommodi*), qui dicitur. Leges XII tabb., V, fr. 3: Uti legassit super pecunia tutelave *suae rei*, ita ius esto, ubi Dirksenius p. 338 (cf. p. 333) *suae rei* recte coniungit cum *legassit*. Naevii Tarentilla fr. 2, v. 77 sq.: alii percellit pedem, Anulum alii dat spectandum. Cato R. R. c. 282: id erit ei rei primum (bei dieser Sache). C. 6: Sin in loco crasso aut caldo severis, hostus nequam erit et *ferundo* arbor peribit et muscus ruber molestus erit, für das Früchte tragen wird der Baum verloren gehen. C. 41: facito *iis* medullam cum medulla coniungas. C. 5: Amicos domini, eos habeat *sibi* amicos. Ib.: Frondem — condito — *pabulum ovibus*. Ib.: *Satui* semen, cibaria, far, vinum, oleum mutuum dederit nemini (zur Saat). C. 6: uti frondem ovibus et bubus habeas. C. 10: ornamenta bubus VI. C. 10 extr.: centones pueris VI. Idem legitur c. 11. C. 11: Ornamenta bobus II. C. 18: Torcularium si aedificare voles quadrinis vasis. C. 10: opercula doliis (pro quo c. 11 scriptum est doliorum), seriis (Tonnen) priva (besondere) plura. Et sic accipiendum etiam c. 12: In torcularium (Kelter) quae opus sunt *vasis quinis*. Ennii epigr. 2:

Si fas endo plagas caelestum ascendere cuiquam est,
Mi soli caeli maxima porta *patet*.

Ennii fr. 4 Cresphontis: Duxit me uxorem liberorum sibi quaesendum gratia. Ennii Alexandri fr. 1, v. 68: Eum esse exitium Troiae, pestem Pergamo. Ennii annal. l. VIII, fr. 9: Certare abnueo: metuo legionibus labem. fr. 4: Poeni suos soliti dis sacrificare puellos. l. I, fr. 69: Quod *mihi meae*que *fide* et regno vobisque Quiritis Se fortunatim feliciter ac bene vortat. fr. 71: O Tite tute Tati *tibi* tanta tiranne tulisti. Telamonis fr. 3: morituros scivi et *ei rei* sustuli. fr. 6, v. 367: hoc lumen candidum *claret mihi*. Telephi fr. 3: Nam sapiens virtuti honorem praemium, haud praedam petit. Plaut. Truc. II, 2, 54: suam non ille enim meretriculis Moeniendis rem coegit, verum parsimoniae Duritiaeque.[50]) Truc. II, 4, 27: Lavisti iam? PHR. pol mihi quidem atque oculis meis. Truc. III, 2, 30: Ubi male accipiar mea

---

[50]) Vulg. *ἀμέτρως enim ille*. Transposuit Goellerus. Bothius *moeniendis* pro vulg. *muniendis*, quum codd. Camer. habeant *moniendis*.

mihi pecunia. Truc. IV, 3, 45: meo illic nunc fiunt capiti comitia. 4, 6: qui amans tutorem med adoptavit bonis.[60]) Bacch I, 2, 49: Pol metuo magis, ne Phoenix *tuis factis* fuam cett Trin. v. 81: ego meo sum promus pectori. Asin. V, 2, 97 Nunc si voltis deprecari huic seni ne vapulet. Merc. II, 3, 88 Me *tibi* illam posse opinor luculente vendere. Tibi vendere hic idem est, quod tuo nomine, tuo cum lucro et commodo alter vendere. Cist. I, 3, 24: Eaque educavit eam sibi pro filia. v. 29: duxit uxorem hic sibi. Epid. V, 1, 22: prius venisset, quam tu advenisti *mihi*. Rud. I, 2, 64: Confracta navis in marist *illis*. Rud. II, 4, 13: Otium ubi erit, tum *tibi* operam ludo et deliciae dabo. Poen. V, 5, 36: Num tibi, adulescens, malae aut dentes pruriunt? Poen. III, 5, 11: Valent ut postulatumst, verum non *tibi*. Aul. IV, 4, 8: quod tibi abstuleras, ad q. l. Goellerus: „i. e. tuo commodo abstuleras." Merc. prol. v. 71: Tibi aras, tibi occas, tibi seris, tibi item metis. Capt. I, 1, 12: Cochleae — Suo sibi succo vivont, quem dativum vulgo ethicum appellant, cf. Bacch. IV, 9, 71: *tuus tibi* servos tuo arbitratu serviat. Capt. prol. v. 5: Set is quo pacto serviat suo *sibi* patri, Id ego hic aput vos proloquar, si operam datis. Amph. I, 1, 113: Atque telo suo sibi hunc malitia a foribus pellere. Capt. prol. v. 46: Set inscientes [hi] sua sibi fallacia Ita conpararunt — dolum. ib. v. 50: Ita nunc ignorans [domi] suo sibi servit patri. Rud. V, 3, 18: Ius iurandum rei servandae, non perdundae conditumst, quem Weissenbornius quoque de gerundio et gerundivo p. 126 dativum, non genitivum esse existimat, cf. Pers. IV, 4, 11: rebus servandis centuplex murus parumst. Most. III, 2, 59 (cf. Abresch. ad Aesch. Choeph. v. 154): nil moror mi istiusmodi clientis. Mil. I, 1, 5: nam ego hanc machaeram mihi consolari volo. Aul. III, 6, 15: qui mihi omnis angulos Furum implevisti in aedibus misero mihi. Most. IV, 2, 20: maxumam qui his iniuriam Foribus defendat, quod exemplum iam in ablativo (§. 8) protuli, quoniam dubium est, uter casus statuendus sit. Amph. V, 1, 60: metuens pueris. Asin. I, 1, 98: Profecto nemost quem iam dehinc metuam mihi. Poen. III, 1, 6: metui meo amori moram. Aul. III, 2, 19: Utinam mea mihi modo auferam, quae attuli, salva. Amph. II, 2, 203: Ut *mi* extra unum te mortalis

---

[60]) Sic Bothius. Vulg. *qui manstutorem me adoptavit b.* ΔΘg *manstutorem med adoptavit.*

nemo corpus corpore Contigit. Capt. III, 3, 5 sqq.: Nec *subdolis mendaciis* mihi usquam mantellumst *meis*. Nec *sucophantiis* nec *fucis* ullum mantellum obviamst. Neque deprecatio *perfidiis meis* nec *malefactis* fugast. Nec *confidentiae* usquam hospitiumst nec devorticulum *dolis*. Aequilius Boeotia fr. 1, v. 3: Qui *mihi* comminuit *misero* articulatim diem. Caecil. Stat. Obolostates fr. 1: cum *meae morti* remedium Reperibit nemo. Plocium fr. 8, v. 172: Nam *opulento* famam facile occultat factio. Polumeni: At pol ego neque florem neque flocces volo *mihi*. Plocium fr. 8, v. 171: *Cui* fortuna et res, utut est, continuo patet. Inc. fab. fr. 1: Nunc enim demum *mi* animus ardet. Terent. Hec. III, 2, 24: eis onera adiuta = adiuta eos in oneribus portandis. Adelph. I, 2, 35: Siquid peccat, Demea, Mihi peccat (zu meinem Schaden). Phorm. II, 2, 16: Non rete accipitri tennitur neque milvo. Eun. V, 8, 23: *Mihi* (= apud me) illam laudas? Adelph. V, 8, 39: Suo sibi gladio hunc iugulo. Adelph. II, 4, 12: Quid ait tandem nobis Sannio? (dativus ethicus, cum quo confert Ramshorn. p. 205 germanicum: thue mir das nicht wieder). Andr. I, 3, 5: eius vitae timeo. Heaut. III, 2, 20: tibi timui male. Andr. II, 5, 8: Nunc nostrae timeo parti. Heaut. IV, 6, 16: scin ubi nunc sit tibi Tua Bacchis? IV, 7, 1: Ubi Clitipho hic est? — CL. Eccum hic tibi.

Verba dandi et negandi. Naev. Tarentilla fr. 2, v. 79: alii suo dat digito literas. Naev. Colax fr. 4: *pedibus* protinam me dedi. Ennii Medeae exulis fr. 12, v. 308 sq.: *illi* permitiem dabo, *Mihi* maerores, *illi* luctum, exitium *illi*, exilium *mihi*. Annal. l. VII, fr. 16: Fortibus est fortuna viris data. l. I, fr. 58, v. 101: *mi* calido das sanguine poenas. Telamonis fr. 4: auris *tibi* contra utendas dabo. Telephi fr. 6: verum quorum liberi *leto* dati Sunt in bello. Ennii satur. l. III, fr. 4, v. 11 sq.: Et Neptunus saevus *undis asperis* pausam dedit, Sol *equis* iter repressit ungulis volantibus. Euhemerus fr. 3, lin. 15: Tum Iunonem *Saturno* in conspectum dedere. lin. 16: dantque eum *Vestae* educandum. fr. 8, 39: Ubi Iuppiter *Neptuno* imperium dat maris. fr. 11, v. 64: exemplum *ceteris* ad imitandum dedit. Plaut. Rud. II, 4, 13. Epid. IV, 2, 35: Ego relictis rebus Epidicum operam quaerendo dabo. Poen. I, 2, 13: Eae nos lavando, eluendo operam dederunt. Poen. V, 5, 23: Iam hercle ego illunc excruciandum totum carnufici dabo. v. 1: minam — quam lenoni dedi. Poen. V, 4, 2: Oculis epulas dare. Poen. V, 4, 16: Da diem

hunc sospitem quaeso, rebus meis.[61]) Poen. V, 2, 52: In pon pam *ludis* (zu den Spielen) dare se velle *aedilibus*. V, 4, 83 sq Nunc quod boni di dant mihi[62]), vobis vostraeque matri, Eo d est aequom gratias nos agere sempiternas. Licinius Imbrex Neae v. 2: Cum quidem *Mavorti* es in conubium data. Naevii el gium ab ipso scriptum: Itaque postquam est *Orcino traditus th sauro*. Ennii Medeae exulis fr. 12: Ille transversa mente hodie tradidit repagula. Euhemerus fr. 3, lin. 24: in hunc m dum *nobis* ex sacra scriptione tradita est. Ennii epigr. 2:

Hic est ille situs, *cui* nemo civis neque hostis
Quivit pro factis *reddere* opis pretium.

Plaut. fragm. p. 484, v. 4: Iam tibi tuis meritis crassus cori redditus est. Ennii Andromacha Aechmalotis fr. 1: Andromach nomen qui indidit. Trabea fr. inc. fab. v. 5: *Mihi* se ded Plaut. Mil. II, 6, 69: Quoi me custodem erus addidit miles me Aul. III, 6, 20: Quem quondam Ioni Iuno custodem addidit, u Servius ad Aen. *Ionis* citat, sed vid. Osann. anal. crit. in e Goelleri. Ennii fr. inc. trag. 27: [Umquam] quicquam quisqu *cuiquam*, quod *ei* conveniat, neget? Ennii Telephi fr. 13, v. 38 homo, qui *erranti* comiter monstrat viam. Cato R. R. c. 6: Ag oleto conserundo, qui in ventum Favonium spectabit et *soli oste tus* erit, alius bonus nullus erit. ib.: Qui locus vino optimus citur esse et *ostentus soli*. Ennii Euhemer. fr. 3, lin. 21: Glaucam filiam *Saturno* ostendunt. fr. 8, 46: *Iovi* ostendeba Terent. Andr. V, 1, 12: gnato ut medicarer tuo. V, 4, 4 quom ego possim in hac re medicari mihi? Naevii Quadrig mini: suo labori nullus parcuit. Ennii Cresphontis fr. 5: E meae cum vitae parcam. Plaut. Truc. II, 4, 19: Utinam a pri cipio rei item parsissem meae, Ut nunc reparcis saviis. Poe V, 3, 26: Tace atque parce muliebri supellectili.

Liv. Andronic. Aegisthi fr. 4: Nemo haec vostrum rumin tur *mulieri*. Naev. Tarentilla fr. 2, v. 76: Alii adnutat, a adnictat. Cato R. R. c. 5: Cui iussus siet, auscultet. Ib.: B bulcis obsequitor. Cato de Ptolemaeo contra Thermum ap. Ge XX, 1: Per deos immortalis, nolite vos atque... sequestro pone

---

[61]) Sic Both. Vulg. *da diem hunc sospitem, quaeso, Rebus m agendis*. Δp *Mebus misi gaindis*.

[62]) Sic Herm. elem. d. m. p. 155. Vulg. *mihi di dant*. Scioppius m *di danunt*.

(Gell.: „Quod apud sequestrum depositum erat, *sequestro* possitum per adverbium dicebant"). M. Cato libri ad Marcum filium (Iordan. p. 77) ap. Plin. hist. nat. 29, 7, 14 sq.: Interdixi tibi de medicis. Cato ap. Charis. II, p. 178: donicum ille tibi interdixit rem capitalem. Cato R. R. c. 23, 4: mustum — uno cuique dolio dividito additoque pariter. C. 5: Familiae male ne sit. Cato R. R. c. 142: Eadem uti curet faciatque moneo, deminoque *dicto* audiens sit (Weissenbornius synt. lat. p. 200, adnot. 4 in hac locutione, *dicto audientem esse, dicto* dativum esse statuit, quod probo). Ennii annal. l. III, fr. 10: Et qui sextus erat Romae regnare quadratae. Ennii Medeae exulis fr. 7: animadverte ac *dicto* pare! Hecubae fr. 11: Quae *tibi* in concubio verecunde et modice morem gerit. Euhemerus fr. 11, l. 58: imperio eius libenter obsequebantur. Medeae exulis fr. 10, v. 305: Nam ut ego illis supplicarem —? fr. 3: proloqui *Caelo* atque *terrae* Medeai miserias. Hecubae fr. 12: Iuppiter tibi summe tandem male re gesta gratulor. Cresphontis fr. 5: letum inimico deprecor. fr. 3, v. 157: Cur me huic locabas nuptiis? Iphigeniae fr. 7: id meis rebus regimen restitat. Andromedae fr. 7: filiis propter te obiecta sum innocens Nerei. Alexandri fr. 8, v. 83: Optumam progeniem *Priamo* peperisti. Satur. l. III, fr. 10: Iam *tibi* munimenta mei peperere labores. Alexandri fr. 1, v. 66: puerum primus Priamo qui foret Post illa natus. Euhemerus fr. 2, lin. 11: si quid liberum virilis sexus *ei* natum esset. fr. 4, 25: Titan postquam rescivit *Saturno* filios procreatos — esse. fr. 7, 32: aram creat *Caelo*. fr. 11, lin. 50: iubebat *sibi* fanum creari. Annal. l. IX, fr. 8: Unus homo nobis cunctando restituit rem. Euhemerus fr. 11, lin. 52: Sic constituta sunt templa Iovi Ataburio, Iovi Labrandio. lin. 54: Item Iovi Laprio, Iovi Molioni, Iovi Casio. l. 56: ut et *sibi* honorem divinum et *hospitibus suis* perpetuum nomen acquireret. fr. 12, 66: *omnibusque amicis* atque *cognatis suis* imperia divisit. fr. 2, l. 67: hominibus leges mores frumentaque paravit. Erechthei fr. 3: *Quibus* nunc aerumna mea libertatem paro, *Quibus* servitutem mea miseria deprecor. Telamonis fr. 5: *cui* tu obsidionem paras. Euhemerus fr. 11, 48: reges principesve populorum hospitio *sibi* et amicitia copulabat. Annal. l. VIII, fr. 15: Romanis Iuno coepit placata favere. l. I, fr. 31: *Olli* respondet rex Albai longai. l. II, fr. 1: *Olli* respondit suavis sonus Egeriai. l. I, fr. 57, v. 82: Remus *auspicio* se devovet. Epicharmus fr. 7, v. 10: quae

dico tibi. Annal. l. VII, fr. 4: Appius indixit *Karthaginiensibus* bellum. Telamonis fr. 2, v. 357 sqq.: *quibus* egestas imperat, Qui *sibi* semitam non sapiunt, *alteri* monstrant viam, *Quibus* divitias pollicentur cett. Thyest. fr. 11, v. 405: Ne contagio mea *bonis* umbrave obsit. Telephi fr. 11: Te ipsum oportet hoc profiteri et proloqui Advorsum illam *mihi*. Satur. l. III, fr. 3: Nam is non bene *tibi* vult, qui falso criminat. Epicharmus fr. 2: Frigori miscet calorem atque umori aritudinem. Euhemerus fr. 3, 6: Ceres atque Ops suadent *Saturno*, ut de regno non concedat *fratri*. Medeae exulis fr. 13: Qui ipse *sibi* sapiens prodesse non quit, nequiquam sapit. Plaut. Amph. I, 3, 9: Opservatote eum, quam blande suppalpatur mulieri (sic Fleckeisen. praef. p. XVII). Mil. II, 1, 28: Occepit eius matri suppalparier Vino cett. Trin. v. 558: os quoi sublinat (Ritschelius proleg. ad. Trin. p. 83: „*Sublini os alicui*, non *alicuius*, constanti loquendi consuetudine dicitur"). Plaut. fragm. p. 484, v. 1: Epeum fumificum, qui legioni nostrae habet coactum cibum. v. 2: Oggannuit odiosus omni totae familiae. Pers. V, 2, 55: Te mihi *dicto* esse audientem addecet. III, 1, 50: *dicto* oboediens. Bacch. III, 3, 35: Quam magistro desinebat esse *dicto* oboediens. Poen. V, 5, 44: Loqui inclementer nostro cognato et patri. Scena ultima v. 1: patruo meo loqui inclementer. Poen. IV, 2, 63: Si erus meus med (sic Both., vulg. *me*) esse locutum quoiquam mortali sciat, = cum quoquam mortali. Men. V, 9, 7: eloquere tuum mihi nomen. Poen. V, 2, 26: tibi dico, mulier. Poen. V, 2, 127: dic *mihi* quidlubet. Poen. IV, 6, 23: Nam quanti refert ei nec recte dicere, Qui nihili faciat. Truc. IV, 3, 57: Non vinum hominibus moderari, sed homines vino solent.[68]) Mil. II, 2, 117: voci moderabor meae. IV, 5, 15: Moderare animo. Curc. IV, 1, 25: linguae moderandumst mihi. Mil. IV, 2, 81: Nequeo hercle equidem risu admoderarier. Rud. IV, 7, 28: linguae tempera. Most. I, 3, 6 sq. (cf. Kampm. de AB p. 26, adnot. 4): mihi quae modestiam omnem Detexit. Bacch. IV, 9, 136: Cape hoc *tibi* aurum. Merc. IV, 4, 1: iam amatori seni Coquenda cenast. Asin. II, 4, 71: Pergin precari pessumo? Truc. V, 45: Malam rem his et magnam! quod est elliptice dictum et mente addendum *precor*. Amph. II, 2, 107: te prodigiali Iovi — conprecatam oportuit. Amph. III, 2, 14: nunc autem insonti mihi Illius

[68]) Sic Both. Vulg. *vino homines*. Goell. *vino sed homines*.

in hanc et maledicta expetent, ubi Gronovius: „*Expetere* mi pro *expetere in aliquem*, ut *congerere alicui* et *in aliquem*." 1, 12: Si id *innocenti* [inmerito damnosum] *expetat*. Truc. 2, 30: Malim inimicos mi invidere quam med inimicis meis.[64]) ic. IV, 2, 32: Qui invident, egent illi; quibus invidetur, i rem ent.[65]) Cas. II, 5, 29: Quis mihi subveniet[66]) tergo aut capiti cruribus? Des. Heraldus: „Hellenismus est in hoc versu, ν καὶ μέρος. Homer. Il. α. Ἀλλ' οὐκ Ἀτρείδῃ Ἀγαμέμνονι ωκε θυμῷ." Poen. V, 5, 16: Propemodum istoc[67]) obsonare edium potero mihi. V, 2, 114: *Ludenti puero* quod (sc. si- m) memordit[68]) simia. Trin. IV, 2, 1: Huic ego die nomen nummo faciam. Men. I, 1, 1: Iuventus nomen fecit Peniculo ni. Capt. IV, 2, 85: Deum hunc saturitate facias tranquillum i. Rud. II, 4, 1: Quist qui *nostris* tam proterve *foribus* facit uriam? Trin. II, 2, 66: bene si amico feceris, Ne pigeat fe- e. Pers. I, 1, 36: Facere amicum tibi me potis es sempiternum. d. IV, 6, 1: Aliquando ausculando meliust, uxor, pausam fieri. in. v. 358: Quoi [tu] egestatem tolerare vis? — LY. Lesbo- o hinc adulescenti, Charmidai filio. v. 371: An eo egestatem tolerabis —? Similiter Epid. IV, 1, 29: Virgini pauperculae neque matri me levare paupertatem. Capt. III, 4, 79: Quid abnutas? TY. Tibi ego abnuto? — Poen. V, 2, 99: et is sibi adoptavit filium. Aul. II, 2, 60: ausculta mihi. Mil. 6, 16: Ego auscultem tibi? Rud. II, 6, 31: Dum tuis ausculto ignidicis mendaciis. Curc. II, 1, 8: auscultes mihi. Rud. II, 18: Quid mihi scelesto *tibi* erat *auscultatio*? Amph. I, 1, 120: que nox quoquam concedit die. Mil. II, 2, 68: Interclude con- atum inimicis. Curc. V, 2, 27: Opsecro parentis ne meos mihi ohibeas. Merc. I, 2, 80: Armamentis conplicandis, conponen- studuimus. Truc. I, 2, 25: tibi servio atque audiens sum periis (sic Both., vulg. *imperii*). Amph. I, 1, 12: Opulento

---

[64]) Sic haud dubie recte emendavit hunc l. Bothius, qui in vulg. it. itur contra metrum: *Mavelim mihi inimicos invidere, quam me ini- icis meis.*

[65]) Sic distinxit et supplevit hunc locum Bothius. Vulg.: *Qui invident, ent: illi, quibus invidetur, rem habent.* Sed codd. Pall. habent: *i rem ibent.*

[66]) *ΔΘg subveniens*, quod tamen deinde mutatum in *subveniet.*

[67]) Sic Both. Vulg. *hoc.*

[68]) Sic *ΔΘ*p. Vulg. *momordit.*

homini dura hoc [magis] servitus est = servitus quam quis servit opulento. Amph. III, 2, 28: uti me purgarem tibi. Asin. IV, 2, 4: *uxori* excusses te (= apud ux.). Stich. II, 2, 71: iube famulos rem divinam mi adparent. Pers. V, 1, 20: Bene mihi, bene meae amicae. Pers. v. 776: Bene vobis. Trin. II, 4, 102: Ubi usus nihil erat [ei] dicto. Pers. II, 2, 31: Fateor ego profecto me esse, ut decet lenonis familiae. Amph. III, 4, 24: ornatum capiam, qui potis decet. Amph. II, 2, 188: Istuc facinus, quod tu insimulas, nostro generi non decet. Capt. II, 2, 71: Ne, tam etsi unicus sum, magis *decere* videatur patri cett. Mil. III, 3, 9: mihi clamst, mir iſtȣ unbewußt. Poen. V, 2, 126: venit mi (sic Both.; vulg. *mihi*) in mentem. Epid. V, 1, 32: quod quidem nunc veniat in mentem mihi. Caecil. Stat. Harpazomene fr. 6: quod tibi — de meo amore verbificatio est *patri?* Hymnis fr. 4: septimum *Orco* spondeo. Hymnis fr. 1, v. 65: ego illam *huic* despondebo, et *gnato* salutem obsipiam (h. e. obsepiam). Imbrii fr. 3: Mihi surdo dormitum suadet ut eam. Obolostates fr. 9: pelvim *sibi* poposcit. Plocium fr. 18: Opulentitate nostra *sibi* ne iniuriam Faciam. Synephebi fr. 2: Serit arbores, quae *alteri saeclo prosint.* Pausimachus fr. 1: Edepol voluntas homini rarenter venit. Terent. Eun. V, 4, 28: Tu isti narra omne ordine, ut factum siet. Andr. I, 3, 4: Pamphilumne adiutem an auscultem seni. Heaut. V, 5, 5: Pater, obsecro mi ignoscas. Hec. V, 1, 11: aetate ea sum, ut non siet peccato mi ignosci aequom, ubi Ruhnk. *peccato* abl. absolutum esse statuit, dubito an recte. Heaut. IV, 8, 20: nimium illi, Menedeme, indulges. Hec. prol. 2, v. 43: Quam maxume servire vostris commodis, ubi vid. Ruhnk.; Heaut. prol. v. 50 eadem leguntur. Adelph. II, 1, 10: Neque tu verbis solves umquam, quod mihi re male feceris. Hec. IV, 2, 14: qui nobis, mater, male dictum velit. Phorm. II, 3, 25: Pergin ero absenti male loqui, inpurissume? Heaut. V, 2, 25: Unde peterem mihi cibum. Heaut. II, 4, 8: Expedit bonas esse vobis. Adelph. V, 4, 10: adridere omnibus. Eun. II, 2, 18: *hisce* ego non *paro* me ut rideant, Sed *eis* ultro *adrideo* et eorum ingenia admiror simul. Phorm. II, 3, 14: Nam iam adulescenti nil est quod suscenseam. Andr. V, 6, 6: Pater amicus summus nobis. Adelph. III, 4, 45: Haec primum ut fiant, deos quaeso, ut *vobis decet.*

Adiectiva. Liv. Andronicus fr. Hermionae: matri ne quid tuae advorsus fuas. Naev. Tarentilla fr. 11: Numquam quisquam

amico amanti amica nimis fiet *fidelis*, Nec erit nimis morigera et vota quisquam. Cato R. R. c. 4: *Vicinis bonus* esto. C. 6: Qui locus *vino optimus* dicetur esse et ostentus soli. Ib.: Ager oleto conserundo, qui in ventum Favonium spectabit, — alius bonus nullus erit. Ennii Telamonis fr. 6: Nam ita mihi Telamonis — Grata est gratia. Plaut. Fragm. Vidul. ined. Ang. Mai. p. 496: Tali si ac tantis tuae sunt consuetae manus (qui tamen esse possit etiam ablativus). Truc. II, 1, 20: Neque erit quisquam unquam probus amator, nisi qui re inimicust suae. Truc. II, 2, 61: At pol ero benevolens ut is est suo. Mil. III, 1, 205: Qui nisi *adulterio* studiosus *rei nulli aliae*st inprobus, de quo loco vide etiam Haas. ad Reisig. p. 186, adnot. 215. Amph. I, 1, 132: Haec nox scitast exercendo scorto conducto male. Poen. V, 5, 37: Qui huic es molestus. Poen. V, 3, 15: Oratum ierunt deam, ut sibi esset propitia. Poen. V, 4, 20: ut volupe est homini cett. Aul. II, 2, 43: haud decorum facinus tuis factis facis. Bacch. v. 660: Bonus sit bonis, Malus sit malis. Poen. V, 4, 18: nam mihi est obnoxius. Bacch. V, 2, 80: Ne obnoxius filio sim et servo, ad q. l. Schm.: „si mei flagitii sint conscii.“ Terent. Andr. I, 5, 59: Seu tibi morigera fuit in rebus omnibus.

Dativus rei coniunctus cum verbis *esse, dare, ducere, vertere* simil. Cato ap. Bolhuis. p. 29, fr. 19: Qui tantisper nulli rei sies, dum nihil agas. Bolhuisius: „*Nulli*, ut ait Priscianus, pro *nullius*, possit tamen h. l. esse dativus, *nulli rei* pro *utilitati*.“ Mihi quoque videtur esse dativus. Cato R. R. c. 3: et rei et virtuti et gloriae erit, es wird zum Vortheil sowohl des Vermögens als cett. -- gereichen. C. 38: virgas et sarmenta, quae *tibi usioni* supererunt, — comburito. Plaut. Capt. III, 4, 23: Quibus insputari saluti fuit atque is profuit, ubi *quibus* ad *saluti fuit* pertinere notat Ursinus p. 245 ap. Rudd. p. 142. Capt. III, 4, 93: quin mihi Et parentum et libertatis aput te deliquio siet. Cas. II, 5, 19: siquidem tu es frugi bonae, = si tu virilis maritus es. Cist. IV, 2, 23: usuist. Mil. II, 6, 12: Metuo illaec mihi res ne malo magno fuat. Poen. IV, 2, 100: Uni potius intus ero odio quam hic sim vobis omnibus. Poen. V, 3, 18: Tua pietas plane nobis[69]) auxilio fuit. Truc. IV, 3, 28: mater, in-

[69]) Sic Both. ΔΘg et vulg. *nobis plane*. Ling. *deplane* ad vitandum hiatum.

quam, filio dono dedit. Amph. I, 2, 30. 31: nemo id probro Pro fecto ducet Alcumenae. Epid. I, 2, 5: Quis erit, vitio qui i vortat tibi? Pseud. IV, 6, 13: habeto mulierem dono tibi. Poen V, 5, 2: Tum profecto me *sibi* habento scurrae *ludificatui.*[70]) Poen V, 4, 10: Neque ab iuventute ibi irridiculo habitae (sic Kampm de AB p. 18). Capt. III, 4, 122: nuculeum amisi, retinui pi gneri putamina. Caecil. Stat. Karine fr. 1, v. 105: quod viv ipsi opposivit pignori. Terent. Heaut. I, 1, 19: Haec non vo luptati tibi esse satis certo scio. Adelph. V, 1, 9: Exemplo omni bus Curarem ut esses. Adelph. V, 6, 5: Is mihi profectost spe ctatus satis, Quoi dominus curaest. Heaut. III, 3, 116: hae res ne utiquam neclecstust mihi, ubi Reisigius §. 443 dativun supini esse statuit, quem Haasius extare negat. Eun. I, 2 28. 29: Ibi tum matri parvolam Puellam dono quidam mercato dedit. Heaut. V, 5, 6: mea bona ut dem Bacchidi dono sciens Adelph. III, 3, 64: hoc vitio datur. Adelph. I, 2, 24 sq.: T nunc tibi Id laudi ducis. Eun. I, 2, 55: emit eam dono mihi Adelph. III, 3, 28: Utrum studione id sibi habet an laudi puta Fore. Heaut. III, 3, 42: Ea relicta huic arrabonist pro illo ar gento. Heaut. V, 1, 69: Me mea omnia bona doti dixisse illi Andr. II, 1, 31: Postulare id gratiae adponi sibi. Ruddimannu p. 124 refert huc etiam Heaut. V, 1, 57: Si illi pergo suppe ditare sumptibus, et Ruhnkenius quoque in dictatis ait dat *sumptibus* sic esse intelligendum, ut in *relinquere arraboni,* se *sumptibus* potius abl. instrumentalem esse existimo.

Pertinet huc denique dativus pendens ab interiectionibus Ennii annal. l. I, fr. 8: Ei mihi qualis erat. Plaut. Amph. II 2, 94: Hei mihi, item II, 2, 166. V, 2, 57. Aul. II, 2, 23: he misero mihi!, item Merc. III, 4, 76. Bacch. III, 3, 7: Hei mihi hei mihi. Cas. II, 6, 53: hem tibi. Truc. V, 1, 60: Em (si *Δ*p, vulg. *Hem*) tibi talentum argenti! Asin. V, 2, 74 et Amph V, 1, 28: vae mihi. Truc. II, 3, 21: Vae misero mihi! Amph V, 1, 5: vae miserae mihi. Truc. II, 2, 2 et Asin. II, 2, 40 Vae tibi. Amph. II, 2, 109: Vae capiti tuo. As. II, 2, 7: Va illi. Poen. III, 5, 38: Vae vostrae aetati! Terent. Heaut. II 2, 5: Ei misero mihi, item Adelph. II, 1, 19. Andr. II, 1, 2 et Adelph. IV, 7, 35: Ei mihi. Adelph. V, 3, 4: Em tibi

---

[70]) Codd. Par. *habeant o scurrae ludificis caviis. ΔΘg sibi habean oscurrae ludificis catii,* vel, *cavi.*

Phorm. V, 6, 7: Em tibi!, ubi autem sec. Rudd. p. 316, adnot. 3 *tibi* non ab *em*, sed a verbo intellecto *dico*, *accipe* vel simili pendet. Andr. IV, 4, 4: Vae miserae mihi. Eun. IV, 4, 41: Vae mihi. Heaut. II, 3, 9: vae misero mi.

61. b. *Dativus personae, cui studium est.* Spectemus primum dativum possessoris coniunctum cum verbo *esse*. Cato R. R. c. 7: et *domino* erit qui utatur. Ennii annal. inc. sedis fragm. 12: *Nobis* unde forent fructus vitaeque propagmen? Cresphontis fr. 6: di, *quibus est* potestas cett. Erechthei fr. 9: bellicosus *cui* pater. Hecubae fr. 8: *cui* nil *est* [in diem] mali. Iphigeniae fr. 4, v. 253: Quam [negotioso] cui est negotium in negotio. Plaut. Trin. I, 2, 182; Famigeratori res sit cum damno et malo. Men. prol. v. 44: Idemst ambobus nomen geminis fratribus. Poen. V, 5, 43: Quid *tibi* lubido*st*, obsecro, Anthemonides, Loqui inclementer nostro cognato et patri? Menaechm. V, 6, 1:

Spectamen bono servo id est, qui rem erilem
Procurat, videt, collocat, cogitat,
Ut absente ero rem sui eri diligenter
Tutetur, quam si ipse adsit, aut rectius.

Haec sic interpretor: Ein guter Sclave hat daran etwas, woran er geprüft werden, sich bewähren kann cett. et dativum non ad *spectamen*, sed ad *est* spectare puto. Quod contra Schellerus *bono servo* pro *boni servi* positum esse existimat, ut passivam habeat significationem ratione habita substantivi verbalis, quod est appositum, ergo ut bonus servus spectetur, non ut spectet. Poen. V, 5, 27: Quid tibi negotist autem cum istac? dic mihi. Poen. V, 4, 17: redde his libertatem, *invictae* praemium ut esse sciam *pietati*. Poen. V, 2, 113: Signum esse oportet in manu laeva *tibi*. Poen. V, 2, 105: Ampsigura mater *mihi* fuit, Iachon pater. Mil. III, 1, 127: Huic homini dignumst divitias esse et diu vitam dari, ubi falso Luebkerus de usu inf. Plaut. p. 26 dativum a *dignum* pendere statuit. Caecil. Stat. Asotus fr. 6: nil *tibi esse* quod edim? Hypobolimaeus fr. 3: Abi hinc tu, stolide, illi ut tibi siet pater. Imbrii fr. 4: mihi non sunt balneae. Triumphus fr. 1: Hierocles hospes est mi adulescens adprobus. Inc. fab. fr. 2, v. 241: mihi sat est, Qui aetatis quod reliquōm est oblectem meae. Terent. Phorm. II, 4, 14: Suos cuique mos. Heaut. I, 1, 23: tantumne ab re tuast oti tibi, Aliena ut cures.

Dativus iudicantis reperitur apud Plaut. Poen. III, 5, 40:

Manufesto *fur es mihi*, h. e. mea sententia, meo iudicio, nisi potius dativus incommodi est, gegen mich. Similiter Poen. V, 4, 68: fures estis ambae. AD. Nosne tibi? Aul. IV, 10, 38: Tametsi fur mihi es, molestus non ero furi.

Plaut. Poen. V, 2, 117: Iterum *mihi* gnatus videor. Capt. IV, 2, 86: Essurire mihi videre. Terent. Andr. III, 3, 31: Tibi ita hoc videtur. Ennii Cresphontis fr. 8: Mihi licuit. Iphigeniae fr. 11: licet lacrumare *plebi*, *regi* honeste non licet. Plaut. Poen. I, 3, 3: Tibi quidem hercle vendere hasce aedis licet. Epid. III, 1, 3: Per illam tibi copiam copiam tibi Parare aliam licet. Capt. III, 1, 9: Ilicet parasiticae arti maxumam [in] malam crucem, h. e. ire licet. Terent. Heaut. IV, 5, 49: *Aliis* si *licet*, *tibi* non *licet*. Duplex dativus Plaut. Epid. III, 2, 2: Per hanc curam quieto tibi licet esse. Stich. IV, 2, 31: Per hanc tibi cenam incenato, Gelasime, esse hodie licet. Bacch. IV, 4, 53: Quid mihi refert Chrusalo esse nomen, nisi factis probo? Asin. prol. v. 10: huic est nomen Graece Onago fabulae. Rud. prol. v. 5: nomen Arcturost mihi. Amph. prol. v. 19: nomen Mercuriost mihi. Men. V, 9, 9: mihist Menaechmo nomen. MEN. II. Immo edepol mihi. Terent. Hec. prol. v. 1: Hecyrae huice nomen fabulaest.

Cato R. R. c. 14: *bono domino* pars quarta precii accedat, ubi Schneiderus: „Non domino accedit, sed a domino adiicitur pars quarta pretii. Igitur praepositionem excidisse puto.“ Sed non opus est praepositionem adiici, nam dativus positus est eodem modo quo coniunctus cum verbo passivo, pro *a* cum abl. coniuncto. C. 5: ut aliis recte facere libeat. Plaut. Asin I, 1, 97: Ubi eris? LI. Ubiquomque lubitum erit animo meo. Cist. I, 1, 118: Quando ita tibi lubet. (*Δ*p a sec. manu habet *lubet*, antea *iuvet*. *Θ*g *iuvet*). Aquilius Boeotia fr. 1, v. 7: nisi *soli* (der Sonne) lubet. Ennii annal. l. I, fr. 12, v. 11: et post inde venit divinitus *pullis* Ipsa anima. Andromacha Aechmalotis fr. 9, v. 115: Cui nec arae patriae domi stant. Annal. l. I, fr. 57, v. 86: *Omnibus* cura *viris* uter esset induperator. Telephi fr. 4: Palam mutire *plebeio* piaculum est. Thyestis fr. 5, v. 394: pol mihi fortuna magis nunc defit quam genus. Thyestis fr. 13: quam mihi maximum hodie hic contigerit malum. Fragm. inc. trag. 20: e spe quidem id successit *tibi*. Ennii epigramm. 3, v. 9:

Si fas endo plagas caelestum ascendere *cuiquam* est,
Mi soli caeli maxima porta patet.

Annal. inc. sed. fr. 11: *tibi* vita Seu mors in mundo est. Satur. inc. libr. fr. 4: Hoc erit tibi argumentum semper in promptu situm. Telamonis fr. 1, v. 355: bene *bonis* sit, male *malis*. Plaut. Amph. V, 1, 6: Animo malest. Ennii Thyest. fr. 5, v. 395: Namque regnum *suppetebat mi*. Plaut. Rud. II, 4, 36: Confugiam hinc: ita res suppetit [mihi]. Pseud. I, 3, 100: Ut hodie ad litationem huic suppetat satias Iovi. Ennii satur. l. VI, v. 30: Quid censes *domino* esse animi? Terent. Adelph. IV, 5, 31: Quid illi tandem creditis Fore animi misero? Ennii Athamantis fr. v. 148 sq.: *His* erat in ore Bromius, his Bacchus pater, *Illis* Lyaeus vitis inventor sacrae. Terent. Ad. I, 2, 13: in orest *omni populo*, er iſt allen im Munde, pro: er iſt im Munde aller. Ennii inc. trag, fragm. 1: Philosophari est *mihi* necesse. Plaut. Cist. II, 3, 82: Nunc mihi bonae necessum est esse ingratiis. Trnc. V, 1, 10 sqq.:

Puero opust cibum: opus est autem matri quae puerum lavit;
Opus nutrici autem, utrem ut habeat veteris vini largiter.

Truc. II, 6, 19 (sec. Kampm. de AB p. 23 troch. septenarius): Nunc tibi opust, (sic Both., vulg. *opus est*) aegram ut te adsimules. Amph. II, 1, 81: Mihi istuc primum exquisitost opus. Curcul. II, 3, 23: celeriter mihi homine conventost opus. V, 1, 6: quia mihi quaesitost opus. Curc. II, 3, 43: nam illis conventis sane opus est *meis dentibus*. Merc. II, 2, 58: Hoc mihi visost opus. Capt. I, 2, 61: milites opus sunt tibi. Pers. IV, 4, 35: opusnest hac tibi empta? DO. Si tibi vaenissest opus, Mihi quoque emptast. Terent. Phorm. III, 3, 24: Quantum opus est tibi argenti? Heaut. V, 1, 20: Sponsae vestem — opus esse. Plaut. Most. I, 3, 93: speculo ei usus est. Asin. I, 1, 76: Viginti iam usust filio argenti minis. Pseud. I, 1, 48: Quam subito argento mi usus invento siet. Pseud. I, 2, 49: Quor ego vestem aurum atque ea quibus est vobis ussus praehibeo? Terent. Heaut. I, 1, 28: Mihi sic est usus: tibi ut opust facto, face. ib. v. 29: An quoiquamst usus homini se ut cruciet? MEN. Mihi. Hec. III, 1, 47: Non usus factost mihi. Heaut. I, 2, 36: tibi quid ex usu siet. Plaut. Bacch. II, 3, 10: ubi nist filius? Poen. V, 2, 108: nam *mihi* sobrina Ampsigura (*Ap* Ampsagura) tua mater fuit (Rostius: denn deine Mutter und ich wir waren Schweſterkind). Merc. V, 2, 23: Nescio quoia vox ad auris *mi* advolavit. Amph. I, 1, 169: Vox *mi* ad auris advolavit. Rud. v. 232: vox ad auris *mihi* Venit. Truc. I

2, 55: manibus plus dolet. Capt. I, 2, 49: Huic illut dolet Epid. I, 2, 44: mihi dolet. Amph. I, 1, 252: nam [mi] misero etiam nunc malae dolent. Merc. II, 3, 54: Verum in portum huc ut sum advectus, nescio qui animus mihi dolet. Truc II, 8, 2 sq.:

Nam mihi de vento misere condoluit caput.
ST. Quid mihi futurumst, quoi duae ancillae dolent,
Quibus te donavi?,

ad. q. l. Perizon. ad Sanct. Min. p. 330: „h. e. dolorem faciunt, quia eas tibi donando perdidi. Ceterum in hac quoque locutione *Doleo* manet neutrum nec admittit varios accusativos notatque simplicem actionem et ideo coniungitur cum dativo.“ Caecil. Stat. inc. fab. fr. 2, v. 241: si egebis, tibi dolebit. Terent. Eun. I, 2, 13: Ut aut hoc tibi doleret itidem, ut mihi dolet. Eun. III, 1, 40: Dolet dictum inprudenti adulescenti et libero. Adelph. II, 4, 8: Hoc mihi dolet. III, 4, 5: id illi nunc dolet Alieno. Phorm. V, 9, 64: Et quod tuo viro oculi doleant? Adelph. IV, 5, 48: id mihi vementer dolet. Plaut. Rud. II, 6, 18: Quid *mihi* scelesto tibi erat auscultatio? Poen. V, 5, 19: Quid hanc tibi digito tactiost? Caecil. Stat. Harpazomene fr. 6: quid tibi aucupatio est Argumentum cett. Plaut. Aul. II, 2, 38: aurum huic olet. (codd. Langg. *hic*). Cas. II 3, 59: subolet hoc iam uxori. Terent. Phorm. III, 1, 10: Numquid *subolet patri?* Caecil. Stat. Hymnis fr. 4: Mihi sex menses satis sunt vitae.

Dativus personae coniunctus cum gerundio et participio futuri passivi. Ennii annal. l. I, fr. 34, v. 46: o gnata, tibi sunt ante ferendae Aerumnae. Terent. Andr. I, I, 139: restat Chremes, Qui mi exorandus est. Andr. I, 1, 125: Prope adest quom alieno more vivendumst mihi. Etiam cum aliis temporibus verborum passivorum coniunctus reperitur dativus personae. Sic Ennii Iphigeniae fr. 4, v. 254: Nam cui quod agat institutumst. Plaut. Aul. v. 4 et 5: et color (sic coniecit Acidalius eumque secutus est Goellerus; codd. Par. *colo*) *Patri*que *avo*que iam huius. Epid. II, 2, 44: Illis, quibus tributus maior penditur, pendi potest. III, 4, 31: Argenti quinquaginta mi illi emptast minis. v. 35: Estne empta haec mi? III, 4, 83: Me impune irrisu, depeculatu meis Esse habitum. (Vulg. Me impune irrisum esse habitum depeculatum eis. Correxit Pontanus. Lipsius: „ab eis, *παθητικῶς*.“) „Most. I, 3, 67: Si tibi sat accep-

tamst. Terent. Phorm. II, 1, 18: Meditata mihi sunt omnia mea incommoda.

Adiectiva. Plaut. Poen. V, 2, 100: Demarcho item ipse fuit adoptatitius. Rostius: So war auch er der angenommene Sohn Demarchs. Poen. V, 3, 8: O mi ere, salve, Hanno, insperatissume Mihi tuisque filiis. V, 4, 89: salve insperate nobis Pater. Bacch. I, 1, 28: Quia istaec lepida sunt memoratui. Truc. prol. v. 15: Sed reliqüam (sic codd. Gruteri) dat operam ne sit reliqüom Poscendo atque auferendo. Caecil. Stat. Plocium fr. 15: Tu nurum non vis odiosam tibi esse? Terent. Andr. IV, 3, 1: Nilne esse proprium quoiquam?

II. Dativus quantitatis.

62. *Dativus loci.* Ennii Thyestis fr. 14: o Fides alma *apta pinnis.* Plaut. Amph. II, 2, 43: Magis nunc [me] meum officium facere, si huic eam advorsum, arbitror. Cas. II, 6, 4 sq.: Ita ero meo ire advorsum? Most. IV, 2, 29: Callidamanti nostro advorsum venimus. Casin. II, 8, 29: quom ei advorsum veneram. Trin. III, 2, 98: qui — meo ero advorsus venerit. Most. I, 4, 1: Advorsum veniri mihi ad Philolachem Volo temperi. Poen. V, 5, 9: Sed mea amica nunc mihi irato obviam veniet velim. Trabea fr. inc. fab. 1, v. 4: Alacris obviam *mihi* veniet. Terent. Phorm. I, 2, 38: Exadvorsum ei loco Tostrina erat. Andr. IV, 1, 12: proxumus sum egomet mihi. Deinde spectemus verba cum *ad*, *in*, *ob*, *sub* composita. Cato R. R. c. 10: instrata asinis III. C. 11: ornamenta asinis instrata III. C. 5: *Pecori* et *bubus* diligenter substernatur. Ennii Euhemerus fr. 4, lin. 29: custodiam *his* apponit. Ennii fr. inc. trag. 18: imprimitque *genae* genam. Hectoris lustra fr. 3: Castrisque castra inferre iam fere occupat. Plaut. Aul. I, 1, 36: propinqua partitudo quoi appetit. Curc. II, 2, 16: Namque incubare satius te fuerat *Iovi*, h. e. in Iovis templo sec. Taubm. Mil. II, 2, 57: Quoi bini custodes semper totis horis occubant. Merc. II, 3, 87: flagitium muliebre inferri domo. Pers. I, 2, 18: Ubi quadruplator quoiquam iniexit manum, nisi potius h. l. lectio codicum *quempiam* retinenda est, cf. §. 43. Poen. sc. ult. v. 12: vostro subveniatis supplici. Terent. Heaut. III, 3, 2: Vidin ego te modo manum in sinum huic meretrici Inserere?

Multis in locis significatio loci metaphorica est. Sic Marcii vatis carmen alterum (541 a. u. c. = 212 a. Chr.):

His ludis faciendis praesit is praetor (Egger. p. 111). Ennii annal. l. I, fr. 57, v. 90 sq. (ap. Cic. de div. I, 48, 107): Sic exspectabat populus atque ora tenebat *Rebus*, utri magni victoria sit data regni. Ora tenere rebus = cum silentio quodam oculos habere intentos rebus, quae agebantur. Dativus igitur h. l. directionem quasi in locum exprimit. Bergkius tamen in nov. annal. philol. 1861, sect. 5, p. 316 offenditur hac constructione et scribi vult *robose*. Euhemerus fr. 11, l. 60 sq.: cum *conditae urbi* Acestae hospitis nomen imposuit. Erechthei fr. 5: morti occumbant. Plaut. Amph. II, 2, 42: alium ego isti rei adlegabo. Poen. V, 4, 1: Fuit hodie operae pretium eius qui amabilitati animum adiceret (sic *ΔΘ*pg; vulg. *adiiceret*). Pers. IV, 3, 22: *tibi* multa bona *instant* a me. Trin. V, 1, 5: Ita *gaudiis* gaudium *suppeditat*, v. Perizon. ad Sanct. Min. p. 386. Capt. III, 5, 34: te morti misero. Trin. v. 57: vitae tuae superstes. Trin. II, 2, 50: Puplicisne adfinis fuit an maritumis negotiis? Caecil. Stat. Triumphus fr. 2: Nunc meae malitiae, Astutia, te opus est subcenturiari. (Festus p. 306 M. „*succenturiare* est explendae centuriae gratia supplere, subiicere.“). Terent. Phorm. II, 4, 2: qui me et se hisce inpedivit nuptiis. Phorm. IV, 5, 14: Mulier mulieri magis convenit. Andr. IV, 1, 2: Tanta vecordia innata quoiquam ut siet. Eun. V, 8, 46: Ut *tuo amori suppeditare* possint sine sumptu tuo. Heaut. V, 1, 57: Nam si *illi* pergo *suppeditare* sumptibus. Eun. II, 3, 64: quod donum huic dono contra comparet.

63. Ultimo loco spectemus dativum, qui in comparatione magnitudinis usurpatur. Ac primum quidem huc spectant praedicata similitudinis et aequalitatis. Ennii satur. libr. inc. fr. 9: Simia quam similis turpissima bestia nobis! Ennii annal. l. II, fr. 7: Ingens curast mis *concordibus* aequiperare. Plaut. Truc. II, 4, 40: Quoi re id te adsimulare retulit?[71]) Terent. Heaut. II, 4, 2: formae ut mores consimiles forent. Deinde verba, quae diversitatem et dissimilitudinem exprimunt, in quibus metaphora a spatio petita cognosci potest. Ennii heduphagetica v. 1: *Omnibus* ad Clupeam praestat mustela marina. Iphigeniae fr. 11: Plebes in hoc *regi antistat* loco. Plaut. Amph. II, 2, 18: Virtus omnibus rebus anteit profecto. Cas. II, 3, 1:

---

[71]) Sic Both. Vulg.: *Quoi rei id te assimulare retulit.* *Δ*p *cui reitem.* *Θ*p *cui rei item.* Douza sec. Grut. ex MSS.: *Cui rei id te.*

Omnibus rebus credo ego amorem antevenire nitoribus nitidis (sic Herm. elem. p. 413). Pseud. I, 5, 3: Nemo anteveniat filio credo meo. Bacch. III, 5, 1: Rebus aliis antevortar, Bacchis, quae mandas mihi. Capt. IV, 2, 60: Pol maerores mi antevortunt gaudiis. Capt. II, 3, 100: ei rei primum praevorti volo. Pseud. I, 3, 59: Set quoniam pietatem amori video tuo praevortere, quod est reflexive explicandum, = se praevortere, h. e. superare. Merc. II, 3, 40: mandatis rebus praevorti volo, vorzüglich betreiben. Pers. V, 2, 20: Stultitiast, quoi bene esse liceat, eum praevorti litibus. Amph. III, 2, 40: Siquid dictumst per iocum, Non aequomst id te serio praevortier, v. *serio* non est dativus, ut Dissald. volebat, sed cum Taubmanno et Lindemanno, quem vide, pro adverbio accipiendum. Cist. V, 8: praevorti hoc certumst aliis rebus omnibus. Asin. III, 3, 39: Ut vostrae fortunae *meis praecedunt.* Terent. Eun. IV, 5, 12: miror ubi ego huic antevorterim, h. e. sec. expl. Donati, praecesserim. Eun. II, 2, 1: stulto intellegens Quid inter est?

E. Genitivus.

Haec hactenus de casibus dicta sunto, quorum significationem ex forma praedicati diverso modo accepta constitui posse necesse erat, quoniam nisi cum hoc arte coniuncti esse non possunt. Transeamus ad genitivum, qui solus talis est, ut parti enunciationis, quae nihil nisi nomen continet, adiungi possit.

Haec vis genitivi, quam modo commemoravi, qua nomen in hoc casu positum nulla alia adiuvante et intercedente voce alii nomini adiungitur, id quod nullo alio casu legitimo quidem usu fieri potest, nequaquam fortuita et quae nullius sit momenti existimanda est, immo ex ea id concludi potest, quod nunc dicam. Quemadmodum enim ii tres casus, quos proxime tractavi, nunquam ad nomen ipsum pertinent, sed semper tantum ad actionem vel statum eius, ergo praedicatum quoddam, sic genitivo non tale additamentum, quod temporis mutationi subiectum sit, sed potius notio nominis ipsa alia eiusdem generis notione accuratius designatur. Hac re differt genitivus a ceteris casibus obliquis hisque tribus solus ex adverso positus est. Necesse est igitur rationem nulla alia notione intercedente indigentem inter utramque notionem intercedere et hanc rationem talem esse, cuius significatio et sententia ex casu

perspicue cognosci possit. Ex quo efficitur, nullo modo artificiosam et implicatam esse posse hanc rationem, sed simplicissimam et talem, quae ubique facile in oculos incurrat. Verum simplicitate non excluditur varietas, quae quo magis perspicue et sine ulla controversia in genitivo apparet, ita ut satis difficile sit singulas huius casus formas discernere, eo certius hac ipsâ primigenia et nativa simplicitas apparet, qua ambo nomina inter se coniunguntur. Nam sine hac simplicitate pro varietate potius orta esset confusio et obscuritas, quae nisi variis adiumentis, velut praepositionibus, tolli non potuisset. Talibus autem adiumentis lingua latina in genitivo numquam usa est nec nisi rarissime pro genitivo maioris perspicuitatis causa simile quiddam adhibet, ut alium casum coniunctum cum praepositione, et sicubi invenitur etiamnum genitivus, cuius significatio non statim cognosci possit, saepe, ut de multis aliis taceam, hoc ex eo repetendum est, quod rationem, quae per se quidem est implicata, sensim pro simplici accipere consueverant. Primigenia igitur significatio genitiva erat ratio nativa et simplicissima nulla alia notione intercedente adiuta, qua ei qui loquebatur, quae esset propria vis ac natura alterius nominis, accuratius constituere propositum erat, et ita quidem, ut non hoc vellet dicere, sibi illam talem videri tantum, sed hanc coniunctionem se censere talem esse, quae re vera in natura vel in rationibus notionis definiendae aliunde notis niteretur. Et haec quidem talis erat, ut ei, qui primus audiret nomen cum genitivo coniunctum pronunciatum, ultro perspicua appareret et necessaria, quae, ut clare perspiceretur, non indigeret transitu demum facto ab una notione ad alteram.

Talis duorum nominum compositionis causa eadem est, qua omnino vocabula inter se coniunguntur, nam sine tali additamento notio non satis perspicua fuisset et quum, quo magis definita, eo magis perspicua sit notio, neque loquamur hoc loco de subiecto et praedicato neque omnino de enunciatione, sed tantum de notione per se, quae definienda est, apparet ipsa natura huius notionis postulari, ut additamento vel definiatur vel non definiatur. Hoc alterum tum demum fieri poterat, quum is qui loquebatur notionem iam satis definitam esse idemque eum qui audiebat censere putabat. Illud autem si fiebat, ut notio ipsa postularet, ut accuratius definiretur, notio nimis late patebat, ita ut, quatenus quaeque cogi-

tatio postulabat, angustioribus finibus et quasi cancellis eam circumscribi necesse esset, quod ipso substantivo apposito fiebat. Hinc oritur primigenia significatio genitivi, ut nomen in hoc casu positum eam notionem significet, quae alteram, quatenus id necessarium est, definiat ipsumque eius vim et naturam nulla alia voce intercedente constituat. Quapropter id nomen, quod in genitivo est positum, notio superior est, alterum autem ei subiectum et, ut ita dicam, subordinatum. cf. G. Hermann. de emendanda rat. p. 140: „quotiescunque aliquod nomen genitivo casu adhibetur, semper res ita cogitatur, ut ex ea pendeat alia res tanquam aliquid accessorium, ipsa autem ex nulla re pendeat, sed sola per se constet."

Nomen proprium, si, quae propria est eius significatio, unum, qui nomine nominato ab omnibus aliis differt, significat, quantum id fieri potest, definitum est, ex quo efficitur, ut hac significatione nullo modo admittat additamentum in genitivo positum, quod ubicunque nomini proprio adiectum est, non iam accipitur pro vero nomine proprio. Quod est simplicissimum et necessario ex maxime generali significatione consequens.

Iam si quaerimus, quomodo illa generalis genitivi significatio accuratius explicetur, proficiscendum est hac in re ab ea vi, quae omnium notionum est communis. Atqui in unaquaque notione discernenda sunt id quod illa complectitur (ambitus notionis, Umfang) et id quod in ea inest (Inhalt), quae ambo, si interiorem eorum magnitudinem spectas, inversam inter se proportionem efficiunt, nam quo latius patet ambitus notionis, eo minus, quo angustior ille est, eo plus in ea inest. Quodsi, ut supra dictum est, genitivo apposito semper effici volumus, ne notio nimis late pateat, cum nomen in genitivo positum illam, quatenus ad intelligendum necessarium est, definiat, duplici id modo fieri potest, ac primum quidem ita, ut notio definienda iis ipsis finibus includatur, ad quos natura sua pertinet, hique genitivo constituantur et designentur. Ex hoc genere genitivi, ubi alteram notionem maxime propria et peculiari significatione in se includit, facillime et sponte sua nascitur significatio eius localis, inesse aliquid in aliquo loco. Alterum est, si ambitus notionis ita coercetur, ut augeatur id, quod in illa inest, quod item fit apposito genitivo. Utroque genere genitivi idem efficitur, quamquam ratio et via, qua qui loquitur quique audit cogitatione sua ad illud

perveniunt, diversa est. Illic enim primum fines constituuntur qui sint notionis, ex quo apparet demum auctum esse id quod in ea inest; in altero autem genere genitivo primum id, quod inest in notione, augetur, ex quo secundo demum loco apparet ambitum notionis coartatum et imminutum esse. Utrobique autem notio quae definienda est subiecta est alteri quae in genitivo est posita, id quod in priore genere genitivi sua sponte apparet, in altero autem, si recte intelligas quid significet illud et sibi velit, *quod in notione inest,* h. e. interior vis et natura notionis.

Genitivus est igitur is casus nominis, qui aliam notionem nominalem nulla alia voce intercedente sibi adiungit et ita quidem, ut recipiens eam intra fines suos aut significans id quod in illa notione inest, ambitum eius definiat et coerceat. Qua genitivi definitione ne is quidem usus eius, quo cum verbis coniungitur, excluditur, nam omnia verba in se continent partem nominalem, genitivus autem non propter partem vere verbalem verbo adiungitur, sed artissimo vinculo cohaeret cum nominali eius parte, ita ut genitivus cum *memor* et cum *memini* coniunctus plane idem sit, quoniam memini = memor sum, indigeo = indigens sum et sic in omnibus reliquis eius generis exemplis. In latina autem lingua pauca verba genitivum sibi habent adiunctum, et ea quidem, in quibus nominalis pars maioris momenti est et praeponderat, quae ipsa genitivum adsciscit, non autem actio vel status verbo expressus e temporis rationibus pendens, h. e. pars quae proprie est verbalis, quo fit ut fere omnia verba eius generis etiam alium casum sibi accommodatum adsciscere possint. Altera ex parte plurimorum verborum ea forma, quae maxime naturam vere verbalem exuere potest, participium dico, simulatque hoc factum est et in adiectivum est mutata statum et essentiam immutabilem exprimens, genitivum adsciscit, qui usus apud veteres scriptores inprimisque poetas admodum frequens est. Porro quod attinet ad verbum *esse, domus patris,* ut hoc utar exemplo, a *domus est patris* eo quod notio composita prioris locutionis in altera iudicium loquentis facta est, accurate discernitur, cum illa vox *patris* attributivo *paterna* admodum cognata sit, verba *est patris* autem praedicatum efficiant, sed ita ut etiam hic *patris* multo propius ad notionem *domus* pertineat quam dativus possessoris, qui soli verbo *esse* artissimo vinculo adnectitur,

quo fit ut in *domus est patris* subiectum finibus et limitibus sit circumscriptum et genitivus definiens primariam et potissimam notionem efficiat enunciationis, in *patri est domus* autem e contrario subiectum *domus* vim habeat praeponderantem et maioris momenti. Ex his omnibus magis magisque perspicitur, naturam genitivi in coniunctione duorum nominum nulla alia voce intercedente facta consistere et coniunctionem eius cum verbo copulativo potius ex simplici eius usu quam contra proficisci. Accedit, quod mutatio notionis compositae in enunciationem per *esse* elatam, ita ut hoc *est* transitum faciat a notione definienda ad eam, quae genitivo est expressa, saepe nec usitata sit neque omnino facile cogitari possit, quod certe fieri necesse esset, si origo genitivi e tali enunciatione repetenda esset.

Arta coniunctione amborum nominum saepe adeo unum efficitur unaque notio, quo fit ut permultae eiusmodi genitivi constructiones iis linguis, quae maiorem numerum compositorum habent quam latina, uno verbo exprimi possint. Nascuntur ex hac artissima compositione etiam locutiones, quales sunt *vetusta vini amphora* similesque. Billrothius docet nomine, quod in genitivo positum est, eam rem expressam esse, unde alia pendeat et apta sit, Haasius ad Reisigium id nomen, quod grammatica significatione dicatur regens, subiectum esse alteri in nonnullis constructionibus, et de locutionibus qualis est *dubius animi*, in quarum nonnullis genitivus ablativo permutari potest, haec dicit: „in omnibus eius generis exemplis patet coniunctionem cum genitivo multo artiorem esse, quae in notionem magnam vim habeat, genitivo enim notio adiectivi definitur et ambobus inter se coniunctis una notio efficitur quae species est alterius.“ Vox *attributivi* modo sic usurpata est, ut attributum id nomen esse diceretur, quod in genitivo est positum, modo sic, ut alterum nomen attributum diceretur genitivi. Utrumque in singulis exemplis non falsum est, sed vel propter hanc varietatem et multis aliis quoque de causis haec vox non apta est, quae pro fundamento quasi totius usus genitivi habere possit. Discrimen, quod recentiores grammatici faciunt inter rationem genitivi attributivam et obiectivam, quod fortasse necessario consequens est ex tota eorum disciplina et grammaticae descriptione, et inprimis K. F. Beckeri sententia, usum attributivum genitivi ex obiectiva huius casus significa-

tione, nec contra obiectivum eius usum ex attributiva significatione explicandum esse, cohaeret cum sententia falsa eorum, qui genitivum artiore vinculo cum notione actionis quam cum ea, quae proprie est nominalis, coniunctum esse censent. Sententiam eorum qui primigeniam significationem genitivi talem esse dicunt, quae sub sensus cadat (velut Hartungii qui dicit eam esse, ut genitivus ad quaestionem *unde* respondeat), nunc omitto.

Habemus igitur, ut supra vidimus, duas genitivi formas. Prior ea erat, qua altera notio in fines quasi nominis, quod in genitivo positum est, recipitur et sic eius ambitus coercetur. Sequitur, ut haec receptio ratione simplicissima et maxime nativa et in natura notionis ipsa nisa fieri debeat, ita ut is qui audit, statim sentiat, notionem non collocari in loco, qui naturae suae contrarius sit eique repugnet, sive ambas notiones inter se convenire et congruere. Quum autem genitivus contineat notionem superiorem, sequitur, ut notio definienda pertineat ad nomen genitivo expressum et eius sit quasi propria. Sed etiam ad arbitrium nostrum genitivum adiungere possumus nomini ita ut ad illum pertineat. Quo fit, ut aut *natura* aut *iure* quasi nomen ad genitivum pertinere dici possit. Iam ad prius genus genitivi omnes eae rationes spectant, quibus natura quasi alterum nomen ad alterum pertinet, velut ea ratio, qua pars ad totum, singuli ad omnes, id quod alicuius proprium est ad eum, cuius proprium est, referenda sunt multaque alia, quo pertinet etiam ratio propinquitatis sexus. Ad alterum genus spectant eae rationes exprimentes unum nomen ad alterum pertinere, quae, quamquam non natura sunt constitutae, sed consensu demum hominum agnitae, tamen eandem vim atque auctoritatem nactae sunt atque illae natura constitutae, ut ea ratio, qua mensura pertinet ad rem quam metimur, possessio ad possessorem, officium ad eum qui eo est obligatus et praeter multas alias etiam ratio propinquitatis animi et ingenii. Iam vero in magna similitudine quae intercedit inter has rationes et rationes prioris seriei minime aptum esset has duas formas tanquam principales et potissimas separatim tractare, nam possessio respondet ei quod alicuius rei proprium est, notio mensurae notioni partis et quae sunt reliqua. Quapropter aliud principium divisionis primariae investigandum est et aptissimum se offert idem discrimen, quod

iam in superioribus casibus animadvertimus, *quantitativi* et *qualitativi*, quo propius etiam accedimus ad eam descriptionem casuum, qua iam in superioribus usi sumus. Ad priorem igitur seriem principalem pertinent eae notiones, in quibus praevalet notio quantitatis, ergo rationes loci, temporis, magnitudinis, numeri et in universum comparationis, ad alteram autem omnes eae, in quibus praeponderat notio qualitatis.

Si hoc statuimus primarium principium divisionis et singula genera genitivi intra utramque classem primariam secundum discrimen, quod antea explicavimus, quod intercedit inter rationes natura datas et natura factas, distribuimus, haec oriuntur genitivi genera prioris formae principalis totius casus, dico eius genitivi, quo fines exprimuntur, quibus notio definienda includenda est.

Primum genus genitivi quantitatis est genitivus *eius quod natura totum est*, qui vulgo *partitivus* dicitur, quo id intelligitur, quod ex notione rei divisae proficiscitur. Ad quem multae species pertinent, quas commemorare non opus est quarumque hoc est commune, ut ubique aliquid nativa ratione toti subiiciatur. Sed dubium est num locutiones qualis est *flumina lactis* (qui vulgo dicitur genitivus *materiae*) huc referendae sint. Alterum genus apparet in eo genitivo, qui cum superiore arte coniunctus est, genitivo *totius, quod mensi sumus*, ut *modius tritici*, *uncia auri* (qui a Kruegero non apte genitivus *quantitatis* appellatur, quoniam hoc nomen melius exemplis plane contrariis, velut *corona magni ponderis* conveniret). Hic obversatur ei, qui loquitur, ratio usu recepta et sancita, cum mensura proprie non ipsa sit pars rei quam mensi sumus, sed potius pars notionis magis generalis et superioris et iam magis arbitrario usu cum toto, quod metiendum est, coniungatur. Transitus ex illo genere ad hoc saepe ita sensim ac paulatim fit, ut non iniuria usum adhuc vulgatum et receptum retinere et utrumque genus nomine genitivi *totius* sive *partitivi* complecti possis.

In altera serie, qualitativa, etiam maior notionum varietas apparet. Ad prius genus, rationum quae natura datae sunt, primum ea exempla spectant, in quibus notioni exprimenti aliquid, quod alicuius proprium est, adiungitur genitivus personae vel rei, cuius est illud proprium, cui in altero genere respondet genitivus *possessoris*, in cuius usu rationes iure fa-

ctae aperte conspicuae sunt. Hic genitivus, quem posteriore loco nominavimus, vulgo is habetur, qui naturam huius classis genitivorum maxime contineat. Quibus proximus est in altero genere genitivus personae, qua gradus propinquitatis, quem notio definienda exprimit, definitur demum, cui rationi ἀνάλογος est in altero genere ratio propinquitatis morum animi ingeniique, ut in *amicus, familiaris*, al. Ex hoc genere genitivi profectae sunt etiam locutiones, quales sunt *aeger animi*, *animi pendere*.

De hoc toto genere notionum, in quibus ea ratio inest, qua pertinere aliquid ad aliud dicitur, addendum est, si notionis definiendae pars est verbalis actionem vel statum significans, semper per verbum, quod illi verbali parti respondet, enunciationem activam formari posse, cuius subiectum sit illud nomen, quod antea in genitivo positum erat. Quapropter hic casus his omnibus in exemplis, ut notum est, genitivus *subiectivus* appellatur.

Altera forma genitivi ea erat, qua ut supra demonstratum est, id significat, quod in notione apposita *inest*. Etiam hic, simili atque antea ratione unum genus efficiunt ea quae natura data, alterum ea, quae magis ex arbitrio et voluntate nostra posita sunt; principalis tamen divisio iterum fiat secundum praeponderantem quantitatem vel qualitatem.

Ad priorem seriem hic spectat is genitivus qui maxime huius totius formae speciem continet, genitivus *quantitatis*, qui proprie dicitur, cuius singulae species sunt genit. *mensurae, pretii*, aliae. Etiam genitivus *materiae* potius ad hanc quam ad superiorem formam videtur spectare. Ubique praevalet ea cogitatio, notionem definiendam consistere in altera, quae id exprimit, quod in illa inest, hac igitur illius magnitudinem, copiam, pretium, mensuram definiri et constitui. Qua in re hoc, quod in priore notione inest, modo cum natura notionis arte coniunctum est, modo ei tributum demum. Addendum est, in praedicatis mensurae et pretii genitivo additis semper notionem adiectivam efficere partem primariam, quod significationes notionum mensurae, ut *pondus, pretium* per se ipsae et solae non sunt idoneae ad id quod in notione inest amplificandum ipsamque notionem definiendam. Contra fit, ut saepe significationes illae pretii adiectivae solae ponantur, ut coniuncti cum verbis *aestimo, facio*, genitivi *magni, pluris* cett.

Ad alteram seriem spectant omnia ea exempla, quibus

genitivo id quod in notione inest, secundum qualitatem constituitur. Id quod natura datum in notione inest, primum et potissimum apparet in genitivo, qui propie ac peculiari ratione dicitur, *qualitatis*, in quo item ut in eo genere, quod paulo ante commemoratum est, notio adiectiva est primaria ac potissima et prorsus simili quidem de causa atque antea. Voces in genitivo positae significant hic vim ingenii et morum, potestatem, auctoritatem cett. Ad alterum denique genus, ubi id, quod in notione inest, ei tribuitur demum, quoniam ad eam non proprie et a principio pertinet, referendi sunt genitivi iuncti cum adiectivis, participiis atque verbis, quorum singularis significatio poscit, ut notio sua tali modo secundum qualitatem constituatur. His genitivis igitur id exprimitur quod in notione ratione habita morum, ingenii, voluntatis, sensus cett. inest, ut iis qui iunguntur cum *amans, memor* et *moneo, avidus, miseret* multisque aliis. Etiam eas coniunctiones, quae difficiles sunt ad explicandum quaeque proxime accedunt ad appositionem, velut *oppidum Antiochiae, vox voluptatis,*[72]) maxime probabili ratione talem genitivum eius, quod in notione inest, continere putaveris, quum singularis natura prioris notionis generalis in altera, quae genitivo est expressa, consistat et sic notio per se inanis per alteram definiatur.

Ex adverso positae priori formae genitivorum huius posterioris hoc proprium est ut si simili modo similique conditione atque illic enunciatio activa formatur, nomen in genitivo positum obiectum fiat huius enunciationis et plerumque quidem in accusativo positum, quod bene convenit ei quod in notione inesse significamus. Quare talis genitivus dicitur *obiectivus.*

I. Ea genitivi forma, qua altera notio in fines quasi nominis, quod in genitivo positum est, recipitur et sic eius ambitus coercetur.

64. a. *Genitivus quantitatis.* Cuius primum genus erat genitivus eius quod natura totum est, s. *partitivus*, qui pendere potest ex substantivis, pronominibus, adiectivis, adverbiis. In carmine Saliari ap. Varron. de L. L. l. VII, 3, 27 est: Divum Deo supplicante (supplice cante). Ap. Claudius ap. Festum p. 317 ed. O. Mueller. (Meyer. oratt. Rom. fragm. ed. II, p. 3):

---

[72]) Madvigius et Aubertus Beiträge zur lat. Gramm. I, p. 31 sqq. appellant genitivum definitivum s. epexegeticum.

Qui animi compotem esse, ne *quid fraudis stupri*que ferocia pariat. Livii Andronici Aegisthi fr. 4: nemo haec *vostrum* ruminetur mulieri. Liv. Andr. Odyss. ap. Charis. p. 64: quid verbi. Naevii Dementes: *animae* pauxillulum in me habet (= habitat). Naev. fr. inc. com. 8: utrum scapulae plus an collus *calli* iam habeat, nescio. Ib. fr. 11: *Pessimorum* pessime. Cato R. R. c. 17: quidvis anni legere possis. Item quidvis anni matura est. Cato R. R. c. 2: roget quid operis siet factum. ib: et *quid* factum *vini*, *frumenti aliarum*que *rerum omnium*. C. 24: *Quicquid vini* defrutabis. C. 38: *Hoc signi* erit, ubi calx cocta erit, summos lapides coctos esse oportebit. C. 6: Quam earum in his locis optimam dicent esse. C. 3: *damni* nihil erit ex tempestate. C. 22: Eo sumpti opus est † † LX. Cato in l. I Originum (Gell. noct. Att. I, 16, § 4): Inde est ferme *mille passum*. cf. Bolhuis. p. 21: „Ex hoc et aliis locis docet Gellius, *mille* singulari numero poni debere.“ C. 4: fructi plus capies. C. 32: *quoad eius* facere poteris. C. 33: quoad eius poteris. Cato in orat. pro Rhod.: Atque haut scio an *partim eorum* fuerint, qui, v. Bolhuis. p. 86. Orat. de re Floria ap. Gell. X, 13 (v. Meyer. ed. II, p. 126): Ibi pro scorto fuit, in cubiculum subrectitavit e convivio, cum *partim* (v. Bolhuis. p. 139) illorum iam saepe ad eundem modum erat. Ennii annal. l. X, fr. 5, v. 341: *Ecquid* erit *praemi?* Hectoris lustra fr. 5: Quid hoc hic *clamoris*, quid hoc hic *tumulti* est? — quid in castris *strepiti* est? Iphigeniae fr. 1: Quid *noctis* videtur in altisono Caeli clipeo? Ennii satur. l. VI, v. 30: Quid censes domino esse *animi*? Euhemerus fr. 3, 11: si *quid liberum* virilis sexus ei natum esset. Annal. l. I, fr. 46, v. 65: Respondit Iuno Saturnia *sancta dearum* (h. e. sanctissima). l. I, fr. 20: Constitit *inde loci* propter sos *dia dearum*. Annal. incertae sedis fr. 33: Optima caelicolum Saturnia magna dearum. fr. 2: maxime divum. Ennii Hecubae fr. 8: Nimium *boni* est, cui nil est [in diem] *mali*. Iphigeniae fr. 4: *plus negoti* habet. Annal. l. VI, fr. 14: Quo vobis mentes rectae quae stare solebant Antehac, dementis sese flexere viai? Annal. inc. sedis fragm. 62: Inde loci lituus sonitus effudit acutos. Satur. l. II, fr. 1: Inde loci. Iphigeniae fr. 6: usquam gentium. Plaut. Most. I, 3, 123: Verum illut esse maxuma adeo pars vostrorum intellegit, = vestrum. Pseud. I, 2, 77: quoius amatores olivi Dunamin domi habent maxumam. Cas. V, 2, 33: non fuit quidquam olerum. Rud. II, 1, 12. Bacch. IV, 9, 113: Nil — consili

quicquam. Most. IV, 3, 25: Mecum ut illa hic gesserit, Dum tu hinc abes *negoti*, ubi Ritschelius addit *quidquam*. Bacch. III, 4, 5: Nam mihi divini numquam quisquam credunt. Aul. 1, 2, 39: *quid rerum* geram. Bacch. I, 2, 9: *Quid* tibi *conmercist*. Truc. II, 6, 67: set quid illuc bonist? (*Δ*p set quit. *Θ*s sed quid). Epid. II, 2, 26: Tum captivorum quid cett. Vidularia p. 483, v. 4: at ego dicam signi quid sit. Asin. V, 2, 32: Quid modi, pater, amplexando facies? Mil. IV, 8, 1: Quid modi flendo quaeso hodie facies? Aul. IV, 10, 72: Ibo intro, ut quid huius rei sit sciam. Amph. prol. v. 58: Teneo quid animi vostri super hac re siet. II, 2, 57: Quid animi habeam. I, 1, 18: non reputat *quid laborist*. v. 194: Quid — tibi negotist? I, 3, 4: Quid istuc est, mi vir, negoti. Poen. V, 4, 79: misera timeo, quid hoc sit negoti. V, 5, 27: Quid tibi negotist. Poen. V, 4, 68: Quid id est furti? (sic Both.; vulg.: Quid furtist id?). V, 5, 18: Quid hoc est conduplicationis? Amph. II, 1, 26: Quid hoc hominist? de quo genitivo vide Taubm. Donatus: „per genitivum iniuriose dicitur, per nominativum honorifice.“ Amph. II, 2, 137: Quid hoc est hominis? Aul. I, 2, 14: Ne causae quid sit, quod te quisquam quaeritet. Asin. III, 3, 58: Ecquid est salutis? Poen. III, 3, 26: siquid boni adportatis, habeo gratiam. Cas. III, 2, 26: Siquid eius esset. Truc. II, 4, 26: siquid tibi Conpendi facere possim. Bacch. II, 3, 109: hoc aetatis senex. Asin. I, 1, 56: id aetatis. Amph. I, 1, 159: (= v. 310): me hoc noctis esse, ubi vid. Lind. I, 1, 2: hoc noctis, ubi Taubm.: „*δεικτικῶς* est dictum, nocte tam sera atque intempesta.“ Truc. III, 1, 16: post id locorum matrem. Cas. I, v. 32: id locorum = id temporis. Cas. IV, 1, 14: Fore huius quod futurumst, ubi Lamb.: „*Huius* regitur a *quod*, hoc modo: *quod huius*, i. e. hoc quod huius.“ Truc. II, 4, 32: Quod tu hic me absente novi negoti gesseris. Poen. V, 4, 83: Nunc quod boni di dant mihi (sic Herm. elem. p. 155; vulg. mihi di dant). Mil. IV, 4, 20: Quod aput nos fallaciarum structumst. Cas. prol. v. 15: iuniorum qui sunt. Rud. III, 4, 1: Exi e fano, natum quantumst hominum sacrilegissume. Non pertinent huc Epid. II, 3, 4, ubi vulg. quidem habet *argenti tantum*, sed in *Δ*pg est *argentum*. Poen. III, 3, 5: sed quid huc *tantum hominum* (h. e. tot homines) incedunt? Bacch. IV, 8, 18: Nihil est lucri. Amph. I, 3, 11; Satin habes, si feminarum nullast cett. Trin. II, 4, 23: drachumarum mille — redditae.

Mil. v. 1063: Plus pol mi auri millest modium. Trin. IV, 2, 114: mille nummum Philippum, cf. Lindem. ad Mil. IV, 2, 88: mille annorum. Mil. IV, 2, 25: Si harunc Baccharum es, ubi intell. una. Aul. I, 2, 34: Nam verisimile non est hominem pauperem pauxillum parvi facere quin nummum petat. Hic locus huc pertinet propterea quod cum Acidalio et Goellero *nummum* accipiendum est pro genitivo. Aliter Gronovius, qui comma posuit post *facere*, ita ut *pauxillum* sit adverbium, *nummum* autem acc. Capt. v. 193. Pseud. IV, 7, 59: vides Iam *die multum* esse (h. e. diei). Salmas.: „Haec loquutio valde antiquis familiaris: iam diei multum est, Graeci πολλὸν τῆς ἡμέρας." Cistell. V, 4: Gaudeo tibi mea opera *liberorum* esse amplius. Pseud. I, 5, 37: Bonus animus in mala re dimidiumst mali. Bacch. V, 2, 67: Dimidium auri. Epid. III, 1, 15: nec mihi Plus adiumenti ades quam ille qui cett. Merc. V, 4, 26: Ubi loci siet res summa puplica. Rud. IV, 4, 117: ubi loci sunt spes meae? Capt. V, 2, 5: Propemodum ubi loci fortunae tuae sint facile intellegis. Asin. I, 1, 17: Quid istuc est aut *ubi terrarum istuc* est *loci*? Merc. II, 3, 97: Ubinamst is homo gentium? Asin. II, 2, 21: Nisi Libanum iuvenio iam, ubi ubist gentium. Pseud. I, 1, 96: Neque libellai spes sit usquam gentium? Poen. IV, 2, 3: Neque periurior neque peior alter usquamst gentium. Pseud. I, 4, 9: nusquamst gentium. Mil. II, 3, 2: Me vidisse hic proxumae viciniae, de quo loco vide, quae § 14 extr. dicta sunt. Cist. II, 1, 35: Quid ego nunc agam? Si redierit Illa ad hunc, *ibidem loci* res erit. Bacch. IV, 7, 33: Quo gentium? Rud. III, 5, 44: Non hercle quo hinc nunc gentium aufugiam scio. Merc. V, 2, 17: Quoquo ea hinc abductast gentium. Cist. IV, 1, 17: *unde* haec *gentium*? Epid. III, 4, 47: unde haec igitur gentiumst? Asin. I, 1, 77: Face id ut paratum iam sit. LI. Unde gentium? Capt. II, 3, 25: Ut adhuc locorum feci. Men. III, 1, 1: interea loci. Cist. caterva v. 3: postidea loci. Bacch. IV, 8, 37: verbum sat est, ubi *verbum* est genitivus, vid. adnot. Taubm. Bacch. v. 1182: Satis — vostrist convivi, quod Schmiederus expl.: „satiatus iam vestro sum convivio." Bacch. IV, 3, 26: Sat agitas tu tuarum rerum. Asin. V, 2, 61: sat salutist. Amph. prol. v. 79: Sat habet favitorum semper qui recte facit. Truc. II, 2, 4: satis mist tuae salutis. Fragm. Cistellariae [vulgo Clitellariae] p. 477, v. 25: Aliorumst affatim. Mil. IV, 1, 33: Tibi divitiarum adfatimst.

Men. III, 1, 12: Adfatim hominumst. Rud. IV, 4, 144: Credo edepol ego illic inesse argenti et auri largiter. Poen. III, 3, 77: Minume gentium. Aquilius Boeotia fr. 1, v. 5: Multo *omnium istorum* optumum et verissumum. Caecil. Stat. Harpazomene fr. 1: di boni, Quid illud est pulchritatis! Inc. fab. fr. 4, v. 245: quid hoc *clamoris*? Inc. fab. fr. 2, v. 242: aetatis quod reliquōm est. Dardanus: Nil ei *spei* credo. Plocium fr. 9, v. 173: si nil quicquam aliud *viti* Adportes tecum. fr. 13: ubi tantum *sumpti* factum? Inc. fab. fr. 11: quantum *amantum* in Attica est. Plocium fr. 1, v. 153: Quis *vostrarum* fuit integra aetatula. Terent. Eun. II, 2, 17: Est genus hominum, qui esse primos se omnium rerum volunt. Heaut. I, 1, 58: Istuc aetatis. Eun. II, 2, 6: Quid istuc, inquam, ornatist? v. Donat. ad h. l. Adelph. IV, 5, 32: Quid illi tandem creditis Fore animi misero. Andr. prol. v. 2: Id sibi negoti credidit solum dari. Eun. V, 5, 10: *Quidquid huius* factumst, culpa non factumst mea. I, 2, 122: quidquid huius feci, causa virginis feci. Ad. II, 1, 24: Tetigin tui quicquam? Heaut. I, 1, 25: Homo sum: *humani* nil a me alienum puto. Heaut. III, 3, 10: nil me istius facturum. Hec. IV, 4, 21: sed *quid mulieris* Uxorem habes, v. Donat., was für eine Art, ein Stück vom Weibe. Eun. III, 4, 8: Quid hoc hominis? Ib. V, 1, 17: Quid illuc hominis est? Andr. I, 5, 15: Aliquid monstri alunt, = aliquod monstrum. Heaut. III, 3, 40: huice *drachumarum* haec argenti *mille* dederat mutuom. Adelph. III, 3, 16: Dimidium minae. Hec. II, 1, 44: Nam vostrarum (= vestrum) nulla est, quin gnatum velit Ducere uxorem. Phorm. I, 2, 45: Modo quandam vidi virginem hic viciniae. Andr. I, 1, 43: mulier quaedam — commigravit *huc viciniae*. Hec. III, 1, 4: Ubivis gentium agere aetatem. Heaut. V, 1, 55: Immo abeat potius malo quovis gentium. Adelph. IV, 2, 1: Fratrem nusquam invenio gentium. Hec. III, 1, 13: An quisquam usquam gentiumst aeque miser? Phorm. III, 3, 18: Quoquo hinc asportabitur terrarum, certumst persequi Aut perire. Eun. I, 2, 46: Te interea loci Cognovi. Adelph. III, 2, 44: Tacitost opus. SO. Ah minume gentium: Non faciam. Eun. IV, 1, 11: Minume gentium. Idem legitur Phorm. V, 9, 44. Hec. prol. II, v. 7: in eis, quas primum — didici —, *Partim* sum *earum* exactus, partim vix steti. Phorm. II, 3, 89: satis iam verborumst. Heaut. II, 1, 13: etsi is quoque suarum rerum sat agit.

65. *Genitivus totius quod mensi sumus.* Lex Numae ap.

Festum v. *opima spolia* (Egger. p. 83): aeris CC. Leges XII tabb. VIII, 4: XXV aeris, sc. librae seu asses librales. (Funccius). Cato R. R. c. 10: Quomodo oletum *agri iugerum CCXL* instruere oportet, ubi genitivus *iugerum* pendet ex *oletum*, *agri* autem ex *iugerum*. Plaut. Truc. act. V, v. 8: Supplicium ad te hanc mnam fero auri. Rud. IV, 2, 9: nec *piscium ullam unciam* hodie Pondo cepi. Stich. III, 1, 24: Cadum tibi veteris vini propino. Mil. III, 2, 11: nardini amphoram. Pers. III, 1, 66: Dabuntur dotis tibi inde sescenti logei. Amph. I, 1, 274: Eam (hirneam) ego vini, ut matre natum fuerat, eduxi meri. Truc. V, v. 11: utrem ut habeat veteris vini. Terent. Heaut. III, 3, 40: drachumarum argenti. Heaut. IV, 7, 10: haec talenta dotis adposcunt duo.

66. b. *Genitivus qualitatis.* Huius primum genus est genitivus personae vel rei, cuius aliquid *proprium* est. Weissenborn. de gerund. p. 124, adnot. 250 affert ex actis fratrum Arv.: immolavit porcilias piaculares II luci coinquendi et operis faciundi. Leges XII tabb. III, fr. 1: *Aeris confessi* rebusque iure iudicatis triginta dies iusti sunto, ubi genitivus pendet a *trig. dies*, quapropter inutile est, quod Funccius per ellipsim *nomine* addit. Leges XII tabb. X, fr. 4: funeris ergo. Cato R. R. c. 132: eius rei ergo. C. 2: *pabuli causa* quae parata sunt. C. 145: Oleam ne tangito *utendi causa*. C. 10: aheni operculum. C. 10 et 11: operculum aheni. C. 11: opercula doliorum. C. 2: postridie eius diei. Ennii epigramm. 1, v. 2: Hic vestrum panxit maxima facta patrum. Heduphagetica v. 8: cerebrum Iovis. Ennii annal. l. I, fr. 57, v. 92 (ap. Cic. de div. I; 48): in *infera noctis*. l. I, fr. 57, v. 96 sq.: ter quattor corpora sancta Avium. l. IV, fr. 6, v. 169: summa arcis. Ennii Medeae exulis fr. 1, v. 282: *navis inchoandae* exordium. Telamonis fr. 1, v. 353: Ego deum genus esse semper dixi et dicam caelitum. Thyestis fr. 2: Sed sonitus auris meas pedum pulsu increpat. Ennii annal. l. I, fr. 47, v. 66 sq.: in caerula caeli Templa. Annal. inc. sedis fragm. 51, v. 505: campi per caerula laetaque prata (ap. Macrob. Sat. VI, 3). Annal. l. XVI, fr. 19: Navorum imperium servare est induperantum. l. I, fr. 15: Lunai portum, *est operae*, cognoscite cives. Euhemerus fr. 3, lin. 12: eius rei causa. Ennii fr. inc. trag. 26: sui quaestus causa. Andromedae fr. 4: Liberum quaesundum causa. Cresphontis fr. 4: Duxit me uxorem liberorum sibi quaesendum gratia. Medeae exulis fr. 17: Tu me *amoris* magis quam *honoris* servavisti gra-

tia. Plaut. Bacch. v. 1200: Tua sum opera et propter te inprobior. BA. Ne *tis* (ut etiam *tui causa* dicitur pro *tua c.*) quam mea mavellem, de quo l. vide Ritschl. Pseud. I, 1, v. 3 et 4: Duorum labori ego hominum parsissem lubens: Mei te rogandi et tis respondendi mihi (v. Perizon. ad. Sanct. p. 177, adnot. 15 et p. 260, adnot. 16). Trin. v. 45 sq.: Quoia hic prope me vox sonat? ME. *Tui benevolentis.* Amph. V, 2, 5: Primum omnium *Alcumenae* usuram *corporis* Cepi. Capt. prol. v. 108: Usuramque *eius corpòris* cepit sibi. Most. v. 139: virtutis modum, quod Lamb. expl.: Virtutem, quae instar modi et mensurae est." Bacch. IV, 2, 19: *Illius* sum integumentum corporis. Cist. II, 1, 5: ita nubilam mentem animi habeo. Amph. II, 2, 1: Res — voluptatum, qui genitivus efficit periphrasin, vid. Taubm. ad h. l. Pseud. I, 3, 143: magis operae si sit, plus tecum loquar. Cas. V, 2, 5: est operae. Lamb.: „pro: est operae pretium. Vel dic, *est operae* sic dictum esse, *est temporis*, *est officii*, quasi dicat, dignum est opera, audire." Sic Mil. II, 2, 97: operae non est, v. Lind. Merc. V, 2, 77: Non opust, inquam, nunc intro te ire. CH. Responde mihi: Qua causa? EU. Operae non est. Mil. III, 2, 6: Non operaest Sceledro. Poen. V, 4, 1: Fuit hodie operae pretium eius qui amabilitati animum adiiceret. Capt. IV, 2, 109: Liberorum quaerundorum causa ei credo uxor datast. Stich. II, 2, 14: Ita celeri curriculo fui Propere a portu *honoris caussa tui*, ad q. l. Gron.: „est formula exprimens, quod vulgo diceremus, tua causa, ut tibi obsequerer, ut tibi indulgerem." Curc. IV, 3, 17: Quod mandasti, feci honoris gratia. Asin. III, 2, 3: virtute ulmorum freti. Menaechm. V, 2, 118 (v. Perizon. ad Sanct. Min. p. 257): Imperium tuum demutat atque edictum Apollinis, quod sec. Schmidium = imperium atque edictum tui Apollinis, sec. Gronovium = Tuum imperium, imperium Apollinis. Pers. IV, 2, 8: Ubi cum lenone me videbis conloqui, Id erit adeundi tempus. Epid. III, 4, 6: virtute belli. Amph. II, 2, 16: id modo si mercedis Datur mi, ut meus victor vir belli clueat, ad q. l. vid. Taubm. Huc puto etiam pertinere genitivum absolutum in exclamatione positum (v. Bernh. synt. Graec. p. 164 add.) Most. III, 3, 9: Di immortales, mercimoni lepidi, quem Bachius de cas. p. 48 inter genitivos cum interiectionibus coniunctos affert dicens genitivum causam exprimere sensus, qui interiectione significatus est. Terent. Andr. V, 2, 2: Meo praesidio

atque hospitis. Eun. II, 2, 3: Conveni hodie adveniens quendam mei loci hinc atque ordinis. Heaut. I, 1, 68: Animist padentis signum et non instrenui. Phorm. I, 4, 7: Tum temporis mihi punctum ad hanc rem est, ubi *temporis* a substantivo *punctum*, non a *tum* regitur. Andr. I, 1, 131: ut — Vera *obiurgandi* causa sit. Hec. V, 1, 20: Quaere alium tibi firmiorem, dum tibi tempus consulendi est. Heaut. I, 1, 77: Hem, tot mea Solius solliciti sunt causa. Adelph. II, 4, 6: Ne id *adsentandi* magis quam quo habeam gratum facere existumes, quem Weissenbornius synt. p. 98, adnot. 2 genitivum causae appellat. Explicat hoc Schneiderus ad Caes. p. 299, cum quo conferas etiam Weissenborn. de gerund. p. 125 et adnot. 251 et Aubertum Beiträge zur lat. Gramm. I, p. 27. Hec. I, 2, 42: Et haec communia omnium quae sunt patrum.

67. *Genitivus personae, quo gradus propinquitatis exprimitur.* Naev. Acontizomen. fr. 2: Huius — gnatus. Bachius de casibus p. 32 docet nomen proprium cum alio nomine genitivo coniungi posse, quorum illo, quod genitivo est expressum, alterum accuratius significatur, quod saepissime fit in proximis gradibus propinquitatis exprimendis, velut inter parentes et liberos, maritum et uxorem. Affert Bachius Ennii annal. l. I, fr. 74: Quirine pater veneror Horamque Quirini (Nonius p. 120, 1: „*Hora* iuventutis dea"). Per metaphoram dictum est a Plauto Merc. IV, 5, 13: Pol haud censebam istarum esse operarum patrem, i. e. eiusmodi operas edere. Terent. Phorm. I, 1, 5: erilem filium eius duxisse audio Uxorem, i. e. filium heri eius.

68. *Genitivus possessoris.* Plaut. Curc. II, 1, 15: Estne hic Palinurus Phaedromi? sc. servus. Amph. I, 1, 255: Equidem sum Amphitruonis Sosia. v. 238: Amphitruonis ego sum servos Sosia. v. 247: non sum ego servos Amphitruonis Sosia? Terent. Andr. II, 2, 20: Forte ibi *huius* (Charini) video Byrriam, v. Klussm. ad Naev. p. 133. Adelph. IV, 2, 43: Ubi ad Dianae veneris, sc. aedem. V, 3, 18: Vetus verbum hoc quidemst, Communia esse *amicorum* inter se omnia.

69. *Genitivus propinquitatis morum, animi, ingenii.* Terent. Eun. III, 1, 18 sq.: Immo sic homost: *Perpaucorum hominum.* GN. Immo *nullorum* arbitror, Si tecum vivit. Phorm. I, 2, 78: Paternum amicum me adsimulabo virginis, h. e. amicum patris virginis. Ex hoc genere genitivi profectae sunt etiam nonnullae coniunctiones cum v. *animi.* Sic apud Plautum Trin.

II, 4, 53: Satin tu's sanus mentis aut animi tui. Cist. IV, 2, 3: animi miseram, cf. Gronov. Cist. II, 1, 8: lassum animi. Terent. Eun. II, 2, 43: Ut *falsus animi*st. Hec. I, 2, 46: fecit animi ut incertus foret. Plaut. Merc. I, 2, 18: ego animi pendeo. Merc. I, 2, 54: nimis diu animi pendeo. Terent. Heaut. IV, 4, 5: pendebit animi. Plaut. Aul. I, 2, 27: Discrucior animi. Fragm. Mil. glor. ap. Ang. Mai. p. 489 (= Ritschl. v. 720): Continuo excruciarer animi, ad q. l. Lindem.: „= dubia mente vexari et perturbari. Solent Romani iis vocabulis, quae dubium, incertum, inter spem metumque fluctantem animi affectum significant, sedem affectus genitivo casu addere. Sed fines huius locutionis paulo amplius proferendi sunt. Genitivus apud Latinos, frequentius apud Graecos, omnem, remotiorem inprimis rationem, qua se habet praedicatum ad subiectum, indicat. Singularis tamen Latini sermonis conditio est, qua adiectiva quaedam statum animi et affectum significantia genitivum obiecti, h. e. rei, a qua afficimur, asciscunt. Igitur *cupidus, studiosus, curiosus, amans, certus* et *incertus, dubius, vagus* aliaque similia aut genitivum rei, de qua, aut genitivum rei, qua laboramus, requirunt. Iam etiam verba ad eandem rationem strui nihil mirum est.“ Epid. III, 3, 8: fili causa coeperam Ego med excruciare animi. Mil. IV, 2, 77 (v. 1068): quid illam miseram animi excrucias. IV, 6, 65: Ne illam animi excrucies. Rud. II, 3, 68: ne sic se excruciet animi. Epid. III, 1, 6: Absurde facis, qui angas te animi (bacch. trim.). Terent. Adelph. IV, 4, 1: Discrucior animi. Phorm. I, 4, 10: tum Antipho me *excruciat animi*.

II. Ea genitivi forma, qua exprimitur id, quod in notione apposita inest.

70. a. *Genitivus quantitatis*. Cuius primum genus est genitivus *mensurae*. Madvigius Bemerkungen p. 82, adnot. *) affert monum. Scipion. inscr. N. 557 ap. Orellium: annorum gnatus XVI. Cato R. R. c. 5: triennii fructum amittes. C. 18: trabes pedum XXII. longae. C. 10: quomodo oletum agri iugerum CCXL. instruere oportet, ubi gen. *iugerum* pendet ab *oletum*, gen. *agri* autem a *iugerum*. C. 11: Quomodo vineam iugerum C. instruere oportet. C. 10: Summa hominum XIII, pro quo c. 11 positum est: *summa homines*. C. 11: dolia — culleum (Gen.) DCCC. Plaut. fragm. Colax p. 479: Batiolam auream *octo pondo* habebat. Poen. V, 4, 93: Multorum annorum miserias. Truc. II, 3, 13: Quae passuum tibi mille peperit mora moram. Sic

Both. Vulg.: Quae tibi mille passuum peperit morae mora. Acidal.: „Oratio concisa et sic explenda: Quae mora tantum morae tibi peperit, quantum est mille passuum. Posset et legi *moram* vel *moras*.“ Boxhorn.: „Puto scripsisse Plautum: Quae tibi mille passuum peperit, more, moram. *more*, i. e. stulte. Ita saepe alibi ludit comicus.“ Terent. Heaut. V, 1, 36: Decem dierum vix mihist familia. Phorm. II, 3, 46: Si talentum rem reliquisset decem.

71. *Genitivus pretii.* Naevius Agitatoria fr. 3 (Charis. II, p. 188 P. [125 L.], v. *pluris*): ego semper pluris feci Potioremque habui libertatem multo quam pecuniam. Cato orat. de decem hominibus (ap. Fest. *multifacere* dicitur sicut magni facere et parvi facere) ap. Meyer. p. 42: Neque fidem neque iusiurandum neque pudicitiam *multifacit*. Cato in Q. Thermum de X. hominibus (Festus *Obstinato* p. 193: Rumorem, famam *flocci fecit*. Or. de multa contra L. Furium ap. Charis. p. 128: O *quanti* ille agros emit, qua aquam duceret. Ennii annal. l. I, fr. 13:

terraque corpus
Quae dedit ipsa capit neque *dispendi facit* hilum.

Ennii fragm. inc. com. 1: Illic nugator nili, non naucist homo. Plaut. Cas. II, 5, 24: Tu istos minutos cave deos flocci feceris. Truc. II, 7, 46: non ego te flocci facio. IV, 2, 56: quae te non flocci facit. Rud. prol. v. 47: flocci non fecit fidem. Rud. v. 728: flocci non facio. Plaut. fragm. p. 485, v. 14: floccid aestumo. v. 27: Flocci pendo quid rerum geras. Most. I, 1, 73: Satin' abiit neque quod dixi flocci existumat? Most. V, 1, 1: homo — nauci non erit. Bacch. V, 1, 16: Perii, hoc servom meum non nauci facere esse aussum. Truc. II, 7, 50: hominem non nauci? Plaut. Parasitus piger p. 482, v. 3: postremo ambo sumus non *nauci*. Most. V, 1, 1: *nauci* non erit. Aul. I, 2, 34: Nam verisimile non est hominem pauxillum parvi facere quin nummum petat, de quo loco vide supra §. 64. Plaut. fragm. p. 485, v. 21: Sacrum an profanum habeas, parvi penditur. Pseud. III, 2, 20: me nemo potest *Minoris* quisquam nummo ut surgam subigere. Epid. III, 4, 85: me minoris facio. Truc. II, 7, 40: novi *hominem nihili*. III, 2 27: Heu edepol hominem nihili. Bacch. V, 2, 38: Nihili sum. ib.: qui nihili sis. v. 43: tu nihili. v. 69: homo nihili. Bacch. v. 1207 *nihili*. Pseud. I, 3, 10: sine sim nihili. Pseud. IV, 7, 1 sq.: Malus et nequamst qui homo nihili eri sui servos facit inperium. Nihilist autem, suum qui officium facerest inmemor.

cett. Pseud. IV, 6, 24: qui nihili faciat. Capt. III, 4, 83: Nihili facio. Bacch. IV, 8, 63: homo nihili = nullius pretii. As. II, 4, 66 et Cas. II, 3, 29 *nihili* absolute positum est in allocutione, sc. homo. Truc. II, 3, 12: nihilique homo. Poen. III, 1, 17: nos te nihili pendimus. Poen. V, 5, 21: iampridem ego me sensi nihili pendier. Bacch. I, 1, 56: nihili facio. v. 58: Sumne autem nihili qui nequeam ingenio moderari meo? v. Lamb. Pers. II, 2, 42: Nihili facio scire. Asin. V, 2, 9 *nihili*. Mil. II, 2, 13: nihili facio quid illis faciat ceteris. Merc. I, 1, 7: Non tanti facere, ad q. l. Taubm.: „δεικτικῶς gestu exprimendum. Ita sola verba non possunt mentem huius versus exprimere, nisi adiuventur gestu.“ Pseud. IV, 7, 88: chlamudem hanc commemores *quanti conductast*. Capt. I, 2, 42: quanti fuerit. Epid. II, 2, 110: Quanti emi potis? Epid. I, 1, 49: *Quanti* eam emit? Truc. II, 4, 44: quanti sese penderem. Poen. IV, 2, 75: quanti? SYN. duodeviginti minis. Pseud. IV, 6, 23: quanti refert. Pseud. I, 1, 100: Hoc non *pluris* refert quam si imbrem in cribrum geras. Rud. IV, 3, 27: Nihilo pol pluris tua hoc quam quanti illut refert mea. Poen. I, 2, 168: Non ego homo trioboli sum, nisi —. II, v. 17: non homo trioboli. Capt. III, 1, 17: Neque ridiculos iam *terunci* faciunt = flocci faciunt. Truc. II, 6, 8: *pluris est* oculatus testis unus quam auriti decem. Truc. IV, 2, 52: Nec mi adeost tantillum pensi iam, quos capiam calceos, i. e. neque iam curo. Sic scribere verisimillimum puto. Grut. e. codd. Pall. coniecerat *Nec mihi adest tantillum*, ΔΘpg *Nec mihi adest ad illum pensi*. Goellerus cum Casaub.: *Neque adeost tantillum p. i.* cett. *Tantillum* est acc. graecus, pro adverbio positus. Asin. II, 4, 54: non magni pendo, ne duit. Mil. III, 1, 188 (v. 784): Aequi istuc faciam, quod dicitur ut *parvi facio*. Rud. II, 3, 50: Ut multi fecit, ad q. l. Taubm.: „Multi facere hic idem quod *magni facere*, eique opponitur *minoris facere*. dicitque, ex levi cura, quam ei erus impenderit, fidem facile facere, amicam in exiguo apud eum fuisse pretio. Possent verba illa compelli in unum, sed fortasse non magis quam *lucrificare*, *sumptifacere*, *compendifacere*.“ Pers. IV, 4, 73: Nomen atque omen quantivis iamst preti. Iuventius fr. inc. fab. 2: pallium Non *facio flocci* ut splendeat. Terent. Eun. II, 3, 12: qui illum *flocci fecerim*. Eun. III, 1, 21: ego non flocci pendere. Heaut. IV, 5, 39: equidem istuc, Chremes, Aequi bonique facio, h. e. contentus sum

iis quae facis. Phorm. IV, 3, 32: Si tu aliquam partem aequi bonique dixeris. Adelph. II, 1, 9: Tu quod te posterius purges, huius non faciam. Hec. III, 5, 63: parvi pendunt. Heaut. IV, 3, 37: Tu fors quid me fiat parvi pendis, dum illi consulas. Andr. III, 2, 46: Sed parvi pendo. Phorm. IV, 3, 41: parvi re tulit Non suscepisse; inventast quae dotem petat. Phorm. IV, 5, 11: tua, malum, id re fert? CH. *magni*, Demipho. Heaut. III, 1, 58: illud permagni re ferre arbitror. Adelph. V, 4, 25: Ego quoque a meis me amari et *magni pendi* postulo. Andr. III, 3, 42: Merito te semper maxumi feci, Chremes. Eun. I, 1, 29: Quid agas? nisi ut te redimas captum quam queas Minumo: si nequeas paululo, at *quanti* queas. Eun. V, 5, 14: Emit? perii hercle. Quanti? PAR. viginti minis. Heaut. I, 1, 103: quanti penderes. Andr. V, 2, 15: Quom faciem videas, videtur esse quantivis preti. Eun. I, 2, 14: Aut ego istuc abs te factum nili penderem. Adelph. III, 4, 6: pater is nili pendit. Adelph. II, 1, 13: Ceterum hoc nili facis?

72. *Genitivus materiae.* Plaut. Pseud. I, 2, 55: Quibus cunctis montes maxumi frumenti sunt [structi] domi. Terent. Phorm. I, 2, 18: is senem per epistulas Pellexit, modo non *montis auri* pollicens.

73. b. *Genitivus qualitatis.* Cato orat. de mor. Claud. Ner. (ap. Priscian. I, p. 244 *isti* pro *istius*): pecunia mea rei publicae profui quam isti modi uti tu es (*profui* sc. *magis*). Or. de vestitu et vehiculis ap. Prisc. T. I, p. 243: Nam periniurium siet, cum mihi ob eos mores quos prius habui honor detur, ubi datus est, tum uti eos mutem atque *alii modi* sim. Oratio, si se Caelius trib. plebis appellavisset ap. Prisc. T. I, p. 244: Ecquis illi modi esse vult? Cato R. R. c. 1: *Instrumenti* ne *magni* siet. Ibid.: Videto quam minimi instrumenti sumptuosusque ager ne siet. Ennii annal. XVIII, fr. 2, v. 437: Nec *respirandi* fuit copia. Telephi fr. 8: dum est potestas *consili*. Euhemerus fr. 3, 11: si quid *liberum virilis sexus* ei natum esset. Plaut. Truc. IV, 4, 30: Facultas operae mi ubi erit. Trin. III, 3, 17: huic *ducendi* interea abscesserit Lubido. Capt. IV, 2, 72: Nominandi istorum tibi erit magis quam edundi copia. Truc. II, 4, 19: Quom tui videndi copiast. Capt. V, 4, 11: Quia mi item ut parentes lucis das tuendi copiam. Pseud. IV, 7, 99: Quem ego *hominem nulli coloris* novi = qui homo mihi plane est ita ignotus, ut id, quod nullo colore praeditum est. Capt. III, 1, 11: Lacones

imi supselli viros, ad q. l. Turneb.: „— sunt, qui sedent in ima parte subsellii, non prima.“ Stich. III, 2, 33: Scis tu med esse [unum] imi supselli virum. Poen. III, 3, 57: Trecentos nummos Philippos portat praesidi, ad q. l. I. Gul.: „*Praesidium* eleganter pro commeatu sive viatico positum, quod fami arcendae est. *Portare* igitur *nummos praesidii* est in commeatum et sumptum secum ferre.“ Aul. II, 4, 46: trium literarum homo, i. e. fur. Truc. III, 2, 22: AR facio lucri. Poen. III, 5, 26: Me esse hos trecentos Philippos *facturum lucri*. Pseud. IV, 7, 42: operam face conpendi quaerere. Bacch. II, 2, 6 (Taubm. ad Rud. II, 3, 50): Conpendi verba multa iam faciam tibi. As. II, 2, 41: Verbivelitationem fieri conpendi volo = non usurpari, volo nos desinere verbis velitari. Pers. IV, 3, 2: Nam ego hodie conpendi feci binos panes in dies. Terent. Andr. III, 5, 2: quandoquidem tam iners, tam nulli consili sum, v. ad h. l. Ruhnk., weil ich von so gar keiner Klugheit, weil ich so sehr dumm bin, proprie: weil ich ein Mensch von so gar keiner, i. e. so weniger Klugheit bin. Heaut. I, 1, 11: Agrum his regionibus Meliorem neque preti maioris nemo habet, qui non est genitivus pretii. Rudd. II, p. 183: „perinde est ac si dicas, Ager summae fertilitatis, homo magni ingenii.“ Hec. V, 3, 1: ne meam erus esse operam deputet parvi preti. Adelph. V, 6, 3: hominem maxumi Preti. Heaut. prol. v. 29: Novarum [comoediarum] qui spectandi faciunt copiam. Phorm. I, 3, 24: Ut neque mihi eius sit mittendi nec retinendi copia. Rudd. II, p. 246: „Nonnumquam et cum pronomine singulari feminini gerundia iunguntur. Hic amicam Phanium proxime respicit.“ Phorm. V, 6, 40: Ait uterque tibi potestatem eius adhibendae dari.

Liv. Andron. Odyss. l. IV, 213 ap. Prisc. IV, 679: atque *escas* habemus mentionem. Naev. inc. com. fr. 9: cum *argenti* adest oratio? Plaut. Amph. V, 2, 5: Primum omnium Alcumenae *usuram corporis* Cepi. Amph. prol. v. 108: *Usuram*que eius *corporis* cepit sibi. Poen. V, 4, 15: quem penes *spes vitae* sunt hominum omnium. Pers. V, 2, 8: Quia fidem ei non habui argenti, eo mihi eas machinas molitust. Epid. II, 2, 97: consultatio Nuptiarum. Asin. III, 1, 31: Haec dies summast aput me inopiae excussatio. Cas. V, 2, 13: inlecebram stupri. Caecil. Stat. Plocium fr. 16: *pauperii* tutelam geram. Terent. Andr. I 1, 17: Quasi exprobratiost inmemori benefici. Andr. I, 5, 26: Amor, misericordia huius, nuptiarum sollicitatio, Tum patris pu-

dor, v. Ruhnk. Hec. II, 1, 22: Iam pridem equidem audivi cepisse odium tui Philumenam. Phorm. V, 4, 7: Ni mi esset spes ostenta Huiusce habendae, sc. Phanii amicae suae.

Adiectiva cum gen. coniuncta. Ap. Claudius ap. Festum p. 317 ed. O. Mueller. (Meyer. oratt. Rom. fr. ed. II, p. 3): Qui *animi compotem* esse, ne quid fraudis stuprique ferocia pariat. Naevii Danae fr. 4: probri Compotem. Ennii Eumenidum fr. 5, v. 188: compotesque consili. Plaut. Truc. IV, 3, 61: culpae conpotem = affinem sec. Lamb. Terent. Adelph. III, 2, 12: Compos animi. Plaut. Bacch. IV, 3, 3: inposque animi — vivo. Cas. III, 5, 7: inpos animi. Naevii Lycurgi fr. 10: Ignotae *iteris* sumus. Ennii annal. l. XVI, fr. 7: *belli*que peritus. Caecil. Stat. inc. fab. fr. 15, v. 260: Aut stultum aut *rerum* esse *inperitum* existumem. Terent. Eun. I, 2, 56: Inprudens harum rerum ignarusque omnium. Naev. Gymnasticus fr. 8: Sol haut *parasitorum aliorum* simil est. Plaut. Menaechm. V, 9, 30: Neque aqua aquae neque lacte (pro *lac*) lactis, mihi crede, usquam similiust, Quam hic tuist tuque huius autem. Mil. II, 6, 39: Ita istast huius similis nostrai tua. Amph. I, 1, 128: Deos esse tui similis putas? Mil. II, 5, 38: An ista non sit Philocomasium atque alia similis eius siet? Capt. I, 2, 7: Liber captivos avis ferae consimilis est. Terent. Heaut. II, 4, 13: Quoius mos maxumest consimilis vostrum, ubi falso *moribus* intelligit Donatus. Plaut. Rud. prol. v. 49: Erat ei hospes par sui. Naevii belli Punici lib. I, fr. 17 ap. Macrob. VI, 5: silvicolae homines *Belli*que inertes. Terent. Adelph. IV, 5, 61: Nolim ceterarum rerum te socordem eodem modo. Cato R. R. praef.: Mercatorem autem strenuum *studiosum*que *rei quaerendae* existimo. Ennii annal. l. VII, fr. 1, v. 224: Nec *dicti studiosus* erat. Plaut. Pseud. I, 2, 50: vini modo cupidae. Terent. Hec. III, 3, 12: Ego eius videndi cupidus recta consequor. Hec. I, 2, 16. 17: Quam cupida eram huc redeundi, abeundi a milite Vosque hic videndi. Ennii annal. l. X, fr. 5, v. 342: plenus fidei. Plaut. Pseud. I, 3, 146: negoti nunc sum plenus. Aul. IV, 2, 15: Mulsi congialem plenam faciam tibi fideliam. Poen. V, 5, 35: tum autem plenior Alli ulpicique. Caecil. Stat. Androgynos fr. 1: Sepulchrum plenum *taeniarum*. Terent. Eun. II, 3, 27: Corpus solidum et suci plenum. Eun I, 2, 25: *Plenus rimarum* sum, hac atque illac perfluo. Plaut. Aul. IV, 2, 4: Aulam onustam auri, item v. 10. Amph. I, 1, 16: Dominus dives operis [te] et expers

laboris cett. Argum. Pseud. II, v. 2: nummorum indigus. Bacch. I, 2, 46: vacivom virium. Terent. Heaut. I, 1, 38: Sine me, vacivom tempus nequod dem mihi Laboris. Amph. prol. v. 105: Quam liber harum rerum [et] multarum siet, = quam libere moechetur. Bacch. IV, 8, 8: Nive exheredem fecero vitae suae. Stich. IV, 1, 21: Omnium me exilem atque inanem fecit aegritudinum. Ennii Eumenidum fr. 5, v. 187: Summarum rerum incerti. Plaut. Rud. I, 3, 37: *incerta* [sum] *consili*. Servius in Aen. IX, 255: „Ennius *deos aevi integros* dicit, quibus multum aevi super est.“ Plaut. Truc. I, 2, 30: manufestam (passive accipiendum) mendaci, mala, te teneo. Asin, V, 2, 5: si huius rei me mendacem esse inveneris. Capt. II, 2, 14: Quarum rerum te falsilocum mihi esse nolo. Most. IV, 1, 19: Peculi sui prodigi. Rud. IV, 7, 21: Ne conscii sint ipsi malefici suis. Terent. Heaut. II, 1, 3: Neque illarum adfines esse rerum quas fert adulescentia.

Participia. Ennii annal. incertae sedis fragm. 122: virtutis egentem. Andromacha Aechmalotis fr. 10: Ex opibus summis *opis* egens, Hector tuae. Plaut. Rud. III, 2, 28: tui indigentes auxili. Cist. I, 1, 31: Suarum nos opum volunt esse indigentis. (sic Both. Vulg. ἀμέτρως opum nos), = volunt nos ex ipsis pendere, ipsas respicere, sine illarum gratia vivere non posse. Ennii annal. l. I, fr. 57: Curantes magna cum cura tum *cupientes Regni* (Cic. de div. I, 48). Plaut. Mil. IV, 2, 58: Nam hunc anulum [ego] ab *tui cupienti* huic detuli. Amph. prol. v. 132: quoius cupiens maxumest. Terent. Hec. I, 2, 67: cupiens tui. Plaut. Asin. V, 2, 7: amantem uxoris maxume. Cas. prol. v. 63: Sciens eius = eius rei conscia ac gnara. Truc. II, 1, 13: Piaculumst misereri nos *hominum rei* male *gerentum*. (Inutilis est mutatio Bothii in rem m. ger.). Terent. Phorm. IV, 3, 18: fugitans litium. Plaut. Aul. V, 1, 16: scelerum cumulatissume. Caecil. Stat. Harpazomene fr. 5: qui homo *ineptitudinis* cumulatus, cultum oblitu's? —

Verba cum genitivo coniuncta. Naev. bell. Pun. l. I, fr. 4 ap. Priscian. VI, p. 679 P.: Ei *venit in mentem* hominum *fortunas*. Terent. Phorm. I, 3, 2: ubi veniat in mentem eius adventi. Plaut. Trin. IV, 3, 20: conmeminit domi. Terent. Heaut. V, 4, 3: Eius ut memineris atque inopis nunc te miserescat mei. Eun. IV, 7, 45: domi focique fac vicissim ut memineris. Eun. IV, 7, 31: Faciam ut huius loci dieique meique semper memineris.

Plaut. Rud. III, 4, 38: mearum me apsens miseriarum conmones. Terent. Eun. II, 3, 14: Prorsum oblitus sum mei. Cato R. R. c. 88: Amphoram defracto collo puram *impleto aquae purae.* Plaut. Aul. III, 6, 15: qui mihi omnis angulos Furum implevisti. Menaechm. V, 5, 3: parasitus, qui me conplevit flagiti et formidinis. Amph. IV, 1, 8: Quis fuerit, quem propter corpus suum stupri conpleverit. Amph. I, 2, 9: Erroris ambo ego illos et dementiae Conplebo. Cist. I, 3, 17: Paternum servom sui participat consili. Stich. I, 1, 17: haec res *vitae* me, soror, *saturant.* Terent. Heaut. IV, 8, 28: Ne tu propediem, Ut istam rem video, istius obsaturabere. Plaut. Mil. IV, 2, 43: Quia *tis egeat* (= tui). Asin. III, 3, 1: quia *tui* amans *abeuntis* egeo. Cist. I, 1, 33: volunt — Suique omnium rerum nos indigere, ubi uterque genitivus per se pendet ab *indigere.* Terent. Andr. V, 3, 19: quasi tu huius indigeas patris. Heaut. II, 4, 20: praeter quam tui carendum quod erat, v. Ruhnk. dict. p. 157 ed. Schopen. Cato oratio de falsis pugnis contra Thermum ap. Gell. X, 3: boni consulitis. Plaut. Truc. II, 4, 75: Quidquid autem erit, boni consulas. Cato R. R. praef.: Maiores enim nostri hoc sic habuerunt et ita in legibus posiverunt, furem *dupli condemnari,* foeneratorem *quadrupli..* Plaut. fragm. Amphitr. p. 486, v. 11: verum qui insimulat probri? Amph. III, 2, 6: Non edepol faciam neque me perpetiar probri Falso insimulatam. Amph. I, 2, 15: Atque insimulabit eam probri. Terent. Phorm. II, 3, 12: Si erum insimulabis malitiae, male audies. Plaut. fragm. Cist. Ang. Mai. p. 487: Quid si adeam atque appellem mali damnique? Truc. IV, 2, 49: Post id ego manum te iniiciam quadrupli, venefica. Pseud. II, 4, 56: Ecquid argutust? CH. Malorum facinorum saepissume. Amph. III, 2, 1. 2: ita me probri, Stupri, dedecoris a viro argutam meo. III, 2, 17: Et eccum video, [modo] me miseram qui arguit stupri, dedecoris. Bacch. v. 696: quem *mendaci* praendit manufestum modo? Gronov.: „pro: in mendacio.“ Sic infra IV, 9, 26: Doli ego depraensus sum. Asin. I, 2, 6: capitis te perdam ego et filiam. Mil. II, 4, 18: quem pol ego capitis perdam?, efformatum ad analogiam istorum: *capitis damnare, capitis accusare.* Bacch. III, 3, 86: egone [ut] illam mulieren Capitis non perdam? Truc. I, 2, 58: Quia qui alterum incusat probri, ipsum se (sic Goell.; vulg. eum ipsum se) intueri oportet. Poen. III, 4, 27: Homo furti sese adstringet. Terent. Eun. IV, 7, 39: Hic furti se adligat. Ennii Achilles

fr. 5 (Festus p. 360 M.): meae tam potis Pacis potiri. Plaut. Amph. I, 1, 32: ut salvi poteremur domi. Rud. v. 1337: Eodem [illo] die ubi *viduli sies potitus*. Amph. I, 1, 23: Qui hodie fuerim liber, Eum nunc potivit pater servitutis. *Potire* = aliquem rei compotem reddere, participem facere, v. Taubm. Capt. I, 4, 24: Nam postquam meus est rex potitus hostium, h. e. in hostium potestatem venit, praeda factus est hostium, = ab hostibus captus est, quasi possessio facta hostium. Vid. ad hunc locum Scaliger. cf. Capt. I, 2, 41: postquam gnatus tuus potitust hostium. Capt. III, 5, 104: Maior potitus hostiumst. Epid. IV, 1, 5: hostiumst potita, vid. intpp. Idem legitur v. 35. Ennii Alexandri fr. 8, v. 82: *tui* me miseret, *mei* piget. Erechthei fr. 4: quos non miseret *neminis*. Hecubae fr. 5: miserete *anuis*. Plaut. Trin. II, 4, 30: Miseret te aliorum, tui nec miseret nec pudet. v. 29: Nam nunc eum vidi miserum et me eius miseritumst. Stich. II, 2, 5: Nam me quidem miserebat harum. Plaut. fragm. Dinias Nicodemus Cacistus p. 497 Mai. v. 3: quia me miserebat tui. Bacch. IV, 9, 121: Miseret me illius. Cist. IV, 2, 103: me huius miseret. Pseud. I, 3, 144: me tui misereri postulas. Terent. Hec. I, 1, 7: ne quoiusquam misereat. Heaut. III, 1, 54 sq.: ut me tuarum miseritumst, Menedeme, fortunarum. Heaut. V, 4, 3: *Inopis* nunc te miserescat *mei*. Hec. I, 2, 54: ut ipsam Bacchidem, Si adesset, credo ibi *eius commiserescceret*. Plaut. Most. I, 4, 4: Ita me ibi male convivi sermonisque taesumst. Caecil. Stat. Plocium fr. 2, v. 159: Taedet *mentionis*. Terent. Adelph. I, 2, 70 sq.: credo iam omnium Taedebat, sc. eum. Plaut. Truc. II, 2, 25: ut nacta's hominem, quem pudeat probri? Bacch. IV, 9, 93: quoius me nunc facti pudet. Trin. IV, 2, 67: Deum me hercle atque hominum pudet, ad q. l. Lind.: „Non res tantum et facta, quibus pudor in nobis excitatur, verbo pudere in genitivo apponuntur eorumque nos pudere dicimus, sed etiam personae quarum reverentia pudorem nobis iniicit.“ Duobus deinde Terentii locis allatis pergit: „Utrobique *pudere alicuius* est: sich vor einem schämen. Igitur omnia quae pudore afficiunt, sive illa in rebus turpibus censeantur, sive personae sint reverentia dignae, ad verbum *pudere* genitivo struuntur.“ Asin. V, 2, 83: Nilne te pudet? DE. Pol si aliut nil sit, *tui* me, uxor, pudet. Bacch. III, 1, 12: Neque mei neque tui ted intus puditumst factis quae facis. Terent. Heaut. II, 3, 19: Quoius nunc pudet me et miseret, vor dem ich mich

jetzt schäme. Adelph. IV, 5, 49: Et me tui pudet, vor dir, cf. Michelsenus p. 143, adnot. 155. Phorm. II, 3, 45: non pudet *Vanitatis?* Heaut. III, 3, 15: Ipsius facti pudet. Plaut. Truc. II, 4, 77: quoius me non paeniteat. Terent. Eun. V, 6, 12: An paenitebat flagiti, vide Donatum, qui explicat: „parum videbatur", cf. Lindem. ad Plaut. Trin. II, 2, 44. Phorm. I, 3. 20: nostri nosmet paenitet. Plaut. Mil. IV, 1, 17: qui ingenuis satis responsare nequeas, quae cupiunt tui? Trin. IV, 1, 22: quamquam domi cupio, opperiar. Aul. II, 2, 67: Abiit neque me certiorem fecit, fastidit mei. Stich. II, 2, 10: Mein fastidis, propudiose? v. Scioppius. Rud. I, 4, 27: ut me *omnium* iam *laborum* levas. Epid. I, 2, 35: Desipiebam mentis. II, 2, 55: Nec satis exaudibam nec sermonis fallebar tamen, Quae loquerentur. Asin. II, 4, 53: qui [huic] omnium rerum ipsus semper credit, = quod ad res omnes attinet. Truc. II, 2, 52: nunquam edepol mihi Quisquam homo mortalis posthac *duarum rerum creduit.* Amph. II, 2, 40: Numquam edepol tu mihi divini creduis post hunc diem, ad q. l. Taubm. affert Bacch. III, 4, 5: Non mihi divini numquam quisquam creduat. Caecil. Stat. Synephebi fr. 1, v. 201: studeat *tui.* Terent. Phorm. V, 8, 78: Neque huius sis veritus feminae primariae. Ad analogiam verborum etiam *clam* adverbium cum genitivo est coniunctum Plaut. Merc. I, 1, 43: Res exulatum at illam clam abibat patris.

Genitivus epexegeticus s. definitivus. Plaut. Truc. II, 7, 60: Scelus viri, minitare? Similiter dictum est Pseud. III, 2, 103: coqui sublingio, v. Salmas. Asin. II, 4, 67: Flagitium hominis. Poen. V, 5, 31: hallex viri. Menaechm. III, 2, 24: Flagitium tu hominis, subdole ac minumi preti. Caecil. Stat. fr. inc. 12 (8 Both.): *Nomen virginis* Nisi mirum est, deintegrabit = virginitatem, *ὄνομα κόρης.* Terent. Eun. IV, 4, 29: Monstrum hominis. cf. cap. I, §. 4.

II. Appendix doctrinae substantivorum.

Appendicis loco doctrinae substantivorum duo supplementa constructionum eorum tractanda sunt, quorum ellipses et pleonasmi ad notionem, praepositiones ad casus eorum pertinent.

Cap. IV.

Ellipses et pleonasmi substantivorum.

1. *Ellipses* nonnunquam inveniuntur in genitivis possessoris, si possessa res omittitur. Sic Terent. Adelph. IV, 2, 43:

ad Dianae, h. e. aedem. Non rara est ellipsis in veteribus comoediis v. *servus*. Sic Plaut. Curc. II, 1, 15: Estne hic Palinurus *Phaedromi?* sc. servus. Amph. I, 1, 255. Terent. Andr. II, 2, 20: forte ibi *huius* video Byrriam, h. e. huius servum. Heaut. III, 1, 64: Syrus cum illo vostro consusurrant, sc. servo. Frequentes et notae sunt ellipses *via* (sic *recta* c. 3, §. 13) s. *ratio*, unde adverbiales illae locutiones natae sunt, *qua, hac, illa, illac, istac*, similes, *pars* (sic Plaut. Stich. II, 2, 62 *decumam*), *manus* (Enn. trag. 380 *hac dextra occides*, Plaut. Capt. II, 3, 82: Haec per dexteram tuam te dextera retinens manu). Addimus *tempus* Plaut. Most. I, 3, 3: Eventus rebus omnibust, velut *horno* messis magnast, ad q. l. Taubm.: „*Hornum* est, quod aetatem unius anni nondum excedit. Plautus igitur eleganti sermone *hornum* hic annonam sive annuum proventum frugesque vocat. Nam magna messis annonae felicissimus proventus est. Et *Horno* quidem Lamb. accipit, ut sit dandi casus, at Cam. adverbialiter, ut sit *hoc anno*. Dicat igitur Scapha interprete L. Quemadmodum messis magna frugibus vel annonae huius anni respondit, ita eventus rebus nostris omnibus fuit secundus. Significat se ex animi sententia lavisse." Camerarii sententia simplicior et vera est. *Vinum* Plaut. Mil. III, 2, 11: Deprompsit nardini amphoram cellarius, ad q. l. Salmasius: „*Nardinum* absolute, pro nardino vino sive nardo condito, ut *murrhinum* pro murrha condito." Sollemnis est omissio v. *asses* s. *librae* post numeralia cardinalia. Sic leges XII tabb. VIII, 4: *XXV aeris*, sc. librae seu asses librales sec. Funccium. Cato or. pro Rhod. ap. Prisc. T. I, p. 105, 7: mille minus dimidium familiae multa esto, ad q. l. Meyerus: „Sic codd. probante Huschkio, qui expl.: *mille* (sc. *sestertii nummi* aut, si hoc malis, *librae aeris*), dummodo minus sit quam dimidium bonorum eius." In vulgus nota est omissio *homines*, velut si dicimus *aiunt, dicunt*. Plaut. Most. I, 2, 20: *Laudant* fabrum atque aedis *probant*. Magis memorabilis est omissio personae certae vel personarum certarum, quae sunt subiecta actionis cuiusdam, ex toto verborum contextu intelligendae. Maxime hic usus frequens est in legibus XII tabularum. Sic I, fr. 1: Si in ius vocat, ad q. l. Funccius: „Elliptica locutione, quae personam subaudit utramque, vocantem atque ream, ita, *si quis in ius vocat alterum*." Eodem modo ib.: *ni it* (reus). Non magis subiectum expressum est fr. 7: quom perorant, item fr. 6, v. Dirksen.

p. 170. Fr. 6 in v. *orato* magistratus significatus est, v. Dirksen. p. 173. Etiam tab. V, fr. 5 subiectum omissum est, cf. Dirksen. p. 331 sq., item tab. VIII, fr. 2, v. Dirksen., item fr. 4 et fr. 12. Simile est Cato R. R. c. 10: dolia quo vinaceos *condat*, item c. 11: dolia ubi vinaceos condat, sed ibid.: cola, qui florem *demant*. C. 15: si locet, sc. dominus, nec quidquam ad opus praebeat. C. 150: promittat, sc. dominus. C. 12: confibulas ligneas, qui arbores *comprimat*. C. 14: paullulam pilam, ubi triticum *pinsant*.

Interdum substantivum eodem vel etiam alio casu mente addendum est, quod in praegressis positum erat. Sic Cato R. R. c. 77: ita imponito in solo, dein plicis completo bene arcteque, ubi ad *completo* intellige *solum*. C. 155: aquam deducere in vias et segetem curare oportet, uti fluat, sc. aqua. C. 161: asparagum vellito ab radice, nam si defringes, stirpes fient, et intermorientur. Schn. mavult *intermorietur*, sc. asparagus. Plaut. Poen. V, 2, 103: Ecquid meministi tuum parentum nomina? AG. Patris atque matris memini, sc. nomina. Capt. III, 4, 29: At etiam te suum sodalem esse aibat. TY. Haud vidi magis, sc. sodalem. Poen. III, 2, 36: bonus est, sc. leno, cf. adnotationem Boxhornii.

Nonnullae ellipses ex consuetudine vulgaris sermonis repetendae sunt. Huc pertinet primum formula *sic datur*, quae aliquoties apud Plautum invenitur, in qua non, quemadmodum Rostius censebat p. 128—130, ubique addendum est *venia*, nam haec ratio nimis contorta est et impedita. Multo simpliciorem et probabiliorem rationem protulit Balbachius p. 56—59, qui docet ubique mente addendum esse *pretium* sive *praemium*. Loci sunt hi. Pseud. I, 4, 22. Men. IV, 2, 40. ib. v. 64. Truc. II, 8, 4. Stich. V, 6, 4 (sic *furi datur*). Comparat Balbachius cum hac phrasi germanicam: da hast du deinen Lohn! Deinde in obtestandi formulis *fidem* omittitur, ut Terent. Phorm. II, 3, 4: Pro deum inmortalium.

2. *Pleonasmi substantivorum*. Ad pleonasmos primum pertinent circumlocutiones notionum simplicium, cuius generis iam supra (Cap. I, §. 3 et 4) nonnulla exempla prolata sunt. Saepe per pleonasmum periphrasticum genus et species in unam notionem grammaticam coniunguntur. Sic ap. Catonem R. R. c. 7, 4 est *orchites oleas*, *posias*, item c. 20: Modiolos in orbis oleaginos ex *orchite olea* facito. *Lapis silex* saepe dicitur a Ca-

tone, ut R. R. c. 18 *lapides silices*. C. 8: *Ficos mariscas* in loco cretoso — serito, ubi, ut apud Linneum, prius substantivum genus, alterum speciem plantae significat. Cato ap. Iord. 34, 5 ventus auster. Plaut. Merc. I, 1, 86: navem cercurum. Poen. I, 2, 77: lapidem silicem. ib. v. 78: nam tu's *lapide silice* stultior. Curc. V, 2, 47: ventus turbo (aliter est Trin. IV, 1, 16: Ita iam quasi canes hau secus navem circumstabant *turbine venti*). Terent. Hec. III, 3, 26: fors fortuna. Eun. III, 5, 20: Forte fortuna. Quapropter non possunt offendere pleonasmi, quibus notioni cuidam simile additamentum adiicitur ad definiendam illam accuratius. Sic Ennii annal. I, v. 80 (Cic. de div. I, 48): Curantes magna cum cura tum cupientes Rgni cett., atticismus pro valde curare. Plaut. Menaechm. V, 4, 7: Magna cum cura ego illum curari volo, et ib. v. 9: Ita illum cum cura magna curabo tibi. Terent. Heaut. IV, 1, 39: ne expers partis esset de nostris bonis. Similes pleonasmos affert ex Graecis Bernh. Synt. p. 193.

Non raro dicitur per abundantiam sermonis *nemo homo*, sic a Catone orat. pro Rhod.: si *nemo* esset *homo*. Plaut. Pers. II, 2, 29: Nemo homo umquam ita arbitratust. Terent. Adelph. II, 3, 6: homini nemini. Eun. III, 5, 1: nemo homost.

Nonnunquam substantivum per pleonasmum exiguo intervallo repetitur. Sic Plaut. Epid. I, 1, 39: Est *causa, qua causa* simul mecum ire veritust. Cist. I, 3, 17 sq.:

Paternum servom sui participat consili;
Dat eam puellam *ei servo* exponendam ad necem.

Terent. Heaut. prol. v. 20: Habet bonorum exemplum, quo exemplo cett. Hec. prol. 2, v. 2.

Cap. V.

Doctrina praepositionum.

1. Multas praepositiones a principio fuisse *adverbia* et ex eo apparet, quod omnibus linguae aetatibus semper, praeterquam quod praepositiones sunt, etiam pro adverbiis usurpari perrexerunt, et ex tmesi, quam patiuntur nonnunquam apud scriptores priscos, h. e. distractione a verbo, cum quo sunt compositae. Sic est apud Ennium annal. fr. inc. 37, v. 487 Vahlen.: Deque totondit agros laetos atque oppida cepit. Plaut. Curc. I, 1, 85: Siquid super illi fuerit. Idem factum est praepositione inseparabili Trin. IV, 1, 14: disque tulissent.

2. Quum pleraeque praepositiones a nobis iam in doctrina

casuum tractatae sint, restant paucae tantum cum abl. iunctae, quarum usus constituatur, de quibus quamquam etiam illic agere licuisset, praestat tamen eas separatim enumerare, quoniam in iis non tam clare et certo apparet, ad quae potissimum casus genera singulae sint referendae, hoc autem loco totum earum usum quasi in una tabula positum perspicere poterimus. Sunt autem hae quattuor: *absque*, *sine*, *prae*, *pro*.

Absque praepositio, quam ex *abs* originem ducere puto adnexa enclitica *que*, quae saepe ad nova formanda vocabula aliis vocibus adnecti solet (ut *quisque*, *ubique*, *atque*), significationem habet separandi, removendi, quae quum etiam in *abs* praep. inesse possit, *absque* nihil aliud est nisi fortius expressum et magis intensum *abs* ista, qua dixi, significatione positum. Notum est autem hanc praepositionem tantummodo apud comicos at apud argenteae aetatis scriptores inveniri, et apud comicos quidem nunquam nisi in conditionalibus enunciationibus, apud posteriores autem demum pro *praeter* usurpari. Exempla haec sunt. Plaut. Men. V, 7, 33: Nam absque ted esset, numquam hodie ad solem occasum viverem. Capt. III, 5, 96: Quod apsque hoc esset, qui mihi hoc fecit palam, Usque offrenatum suis me ductarent dolis. Bacch. III, 3, 8: Nam apsque te esset, ego illum haberem rectum ad ingenium bonum. Trin. V, 2, 3: Nam exaedificavisset me ex hisce aedibus, apsque (sic Ritschelius) te foret. IV, 1, 13: nam apsque (sic iterum Ritschelius) foret te, sat scio in alto Distraxissent. Pers. V, 2, 55 sq.: nam hercle absque me Foret et meo praesidio, hic faceret te prostibilem propediem. Terent. Hec. IV, 2, 25: Quam fortunatus ceteris sum rebus, *absque una hac* foret. Phorm. I, 4, 11: Nam absque eo esset, Recte ego mihi vidissem.

3. *Sine*, contrarium praep. *cum*, idem quod in compositione (in vetere sermone etiam extra eam) *se* dicitur, proprie separationem, deinde in universum absentiam rei exprimit. Leges XII tabb. XI, fr. 9: *se* (h. e. sine) fraude esto. Naev. Lycurg. fr. 19: sine terrore. Cato R. R. c. 31: sine vento austro. c. 157: sanaque faciet sine dolore. Ib.: edit — sine pane. Ib.: sine periculo. Plaut. Most. II, 1, 67: sine malo. Amph. II, 2, 111: Iterum iam hic in me inclementer dicit atque id *sine malo*, quod Lamb. explicat per *impune* (contrarium est Asin. I, 2, 4 malo cum tuo). Merc. v. 22: Nec pol profecto quisquam *sine grandi malo* — studuit. Merc. I, 2, 35: quod

quisquam uti possiet *Sine malo omni*. Pseud. v. 343: Sine ornamentis. I, 3, 144: Set *sine argento* frustra's qui me tui misereri postulas. Men. II, 1, 39: sine damno. Most. v. 848: Ergo eo igitur sine perductore. Pers. I, 2, 10: Sine meo periclo. Bacch. IV, 3, 2: Sine modo et modestia sum, sine bono iure atque honore. IV, 9, 6: Sine classe sineque exercitu et tanto numero militum. v. 50: Quadrigentos filios habet atque omnis lectos sine probro. Stich. I, 2, 4: Advorsari sine dedecore et scelere summo hau possumus. Bacch. V, 2, 12: Ecastor sine omni arbitror malitia esse. Bacch. v. 1: Quibus ingenium in animo utibilest, modicum et sine vernilitate. Stich. II, 1, 38: Nimis haec res sine cura geritur. 2, 28. III, 1, 12: sine advocatis. Amph. III, 1, 19: pariat sine doloribus. Terent. Heaut. II, 3, 73: Non fit *sine periclo* facinus magnum nec memorabile. Andr. II, 3, 17: sine omni periclo. I, 1, 39. I, 2, 8: At nunc faciet, neque, ut opinor, *sine tuo magno malo*.

4. *Prae*. — a. Praepositio *prae* vere locativam habet significationem in his exemplis. Plaut. Bacch. IV, 3, 10: Qui patri reddidi quod fuit prae manu. Terent. Adelph. V, 9, 23: huic aliquid paulum prae manu Dederis, unde utatur. — b. Significatio loci transfertur ad significationem praestantiae sive excellentiae rei cuiusdam prae altera. Plaut. Epid. III, 4, 85: Atque me minoris facio *prae illo*, h. e. si cum illo me comparo. Amph. I, 3, 30: Ne me uxorem praevortisse dicant prae re puplica. Aul. III, 6, 5: Prae re nitorem et gloriam prae copia Qui habent, vulg. *pro*, quod emendavit Scioppius eumque secutus Goellerus. Mil. IV, 4, 4: Quia enim non sum dignus *prae te*, ut figam palum in parietem, h. e. si tecum me comparo. Men. I, 2, 67: Satin' ut occaecatust *prae* huius corporis *candoribus*? Most. v. 245: Video te nihili pendere *prae Philolache* omnis homines. Terent. Eun. II, 2, 8: Hic ego illum contempsi prae me. — c. Significatio loci se convertit in causalem, ut idem sit quod *propter*, tam in affirmativis quam in negativis sententiis. Liv. Andronicus in Odyssea lat. ap. Egger. p. 119: Igitur demum Ulixi cor frixit prae pavore. Plaut. Stich. I, 3, 62: Prae maerore adeo miser atque aegritudine Consenui. Stich. v. 466: Ut prae laetitia lacrumae prosuliunt mihi. Amph. I, 1, 81: Neque miser me conmovere possum prae formidine. Terent. Eun. I, 2, 18: Prae amore exclusti hunc foras. Heaut. II, 3, 67: Prae gaudio, ita me di ament, ubi sim nescio. V, 1, 47: Prae iracun-

dia, Menedeme, non sum apud me. Andr. V, 1, 6: Vide quam iniquos sis *prae studio.*

5. *Pro.* — a. Vere locativam habet significationem in lege Servii Tullii ap. Festum (Egger. p. 84): „Pro censu classis iuniorum Ser. Tullius quum dixit in descriptione centuriarum, accipi debet in censu, ut ait M. Varro in l. VI. rerum humanarum, sicuti pro aede Castoris, pro tribunali, pro testimonio.“ Naev. fr. bell. Pun. inc. libr. fragm. 17 ap. Vahlen. (ap. Bothium Ennii fr. inc. trag. 43, sed iam O. Muellerus Naevium pro Ennio reposuit): Apud emporium in campo hostium *pro moene* (Fest. v. *moene*, p. 145 M.), ad q. l. Bothius haec habet: „Pleraeque edd. *per moene.* Sed recte Vossius defendit alteram scripturam *pro moene*, quod est, inquit, *ante moenia. Moene* ἀρχαϊκῶς pro *moeni*, quomodo et *mare* pro *mari.*“ Cato orig. l. IV, fr. 8, p. 36 ed. Bolhuis.: Proelium factum depugnatumque pro castris, ad q. l. Bolh.: „*pro* vel ante castra, vel pro defensione castrorum. fortasse utraque significatio nostro l. coniungitur.“ — b. *Pro aliqua re* ita dicitur, ut significet *loco alicuius rei*, nonnunquam adeo nihil nisi congruentiam rei cuiusdam cum altera exprimat, ubi interdum particulas *ut, tanquam* usurpare possis. Sic Cato R. R. c. 7: vel ad fabrum ferrarium *pro passis* eae recte servantur, h. e. tamquam passae, ut sint passae. C. 54: deinde ea *pro foeno* dato. C. 14: integra quae non erit, unde quarta pars aberit, duae *pro una*, conliciares quae erunt, *pro binis* putabuntur. Orat. advers. Q. Minucium Thermum ap. Rufinianum de figuris p. 210: Qui ventrem suum non *pro hoste* habet. Oratio, uti praeda in publicum referatur ap. Prisc. T. I, p. 355: Miror audere atque religionem non tenere, statuas deorum, exempla earum facierum, signa domi *pro supellectile* statuere. Oratio de re Floria ap. Gell. X, 13 (v. Meyer. ed. II, p. 126): Ibi *pro scorto fuit.* Ennii fr. Eumenidum p. 113 ap. Vahlen.: quos ego ope mea *Pro incertis* certos compotesque consili Dimitto. Plaut. Pseud. I, 3, 58: Pietatem ergo istam amplexator noctu *pro Phoenicio.* Most. II, 1, 39: Iam hercle ego vos *pro matula* habebo. Asin. II, 2, 23: pro monstro extemplost, quando qui sudat tremit, quod Taubm. expl.: „portenti loco est, ἀντὶ τέρατος.“ Merc. IV, 4, 4: Nam qui amat, quod amat si habet, id habet pro cibo. Asin. III, 3, 38: Tun verberes, qui pro cibo habeas te verberari? Stich. IV, 1, 65: Etiam[78])

[78]) Sic Ritschelius. Vulg. *ut iam.*

nunc scelestus sese ducit pro adulescentulo. Most. I, 2, 62: Continuo pro imbre amor advenit, h. e. tanquam imber. Poen. III, 5, 47: haruspices, Qui siquid bene promittunt, pro spisso evenit, h. e. perquam tarde et sero, ut Turneb. explicat. Most. V, 2, 10: ego ibo *pro te*. v. 11: Quian me *pro te* ire ad cenam autumo? Pers. II, 1, 2: Nimis tandem me quidem *pro barda* et *blenna* non habitam esse aps te. III, 1, 13: Utrum *pro ancilla* me habes an *pro filia*? Men. II, 2, 24: pro sano loqueris. V, 5, 42: Satin' hoc *pro sano* male dicta male dictis respondeo? Men. v. 927: Hoc quidem edepol hau *pro insano* verbum respondit mihi. Pers. v. 637: Omne ego *pro nihilo* esse duco. Merc. III, 4, 70: *pro certo* incertum si habes. Pseud. I, 5, 153: ut quod [ego pro] certo sciam. Merc. IV, 3, 26: urges quasi *pro noxio*. Caecil. Stat. inc. fab. fr. 7: Tantum rem dibalare, ut *pro nilo* habuerit. Terent. Adelph. I, 1, 23: amavi *pro meo*, h. e. tanquam meum. — c. *Pro* significat remunerationem, quae solvitur alicui propter ea quae fecit vel praestitit, sive exprimit vindictam, quae ab aliquo repetitur, sive praemium, quo afficitur. Livius Andronicus fr. Achillis: tum tu pretium *pro noxa* dabis. Naevius fr. 7 Danaes: Quin, ut quisque est meritus, praesens pretium *pro factis* ferat. Cato R. R. c. 3: Pro beneficio gratiam referat. Ennii epigramm. 2 ap. Vahlen. p. 163: cui nemo — Quivit *pro factis* reddere opis pretium. Ennii Iphigeniae fr. 8, v. 266: *Pro malefactis* Helena redeat —? Plaut. Asin. I, 3, 20: Par pari datum hostimentumst, opera pro pecunia. Aul. III, 3, 8: Heu senex, pro vapulando hercle ego abs te mercedem petam. Stich. IV, 1, 54: Quam ille dederat dotem accipere eum voluit pro tibicina. Bacch. IV, 4, 55: Militi nummis ducentis iam ussus est pro Bacchide. Pers. v. 669: etiam *pro vestimentis* huc decem accedent minae. Asin. II, 3, 17: Qui pro istuc? = pro quo. Pseud. I, 1, 45: *Pro lignean salute* vis argenteam Remittere illi? 3, 46: Quia minas viginti tibi *pro amica* non etiam dedit. Men. III, 2, 31: An tibi malam rem vis pro male dictis dari? Men. v. 590: Apud aedilem *pro* eius *factis plurumis*que *pessumis*que Dixi causam. Most. I, 3, 54: *Pro capite tuo* quantum dedit. Most. v. 244: *Pro* illius *capite* quod dedi. I, 3, 142: Triginta minas *pro capite tuo* dedi. III, 2, 138: Tris minas *pro istis duobus* praeter vecturam dedi. 3, 10: si hercle nunc ferat Sex talenta magna argenti *pro istis* praesentaria. V, 2, 49: Quam ut non ego istum *pro*

suis factis pessumis pessum premam. Pers. I, 1, 37: quos *pro capite* illius pendam. III, 3, 21: Leno te argentum poscit — *Pro liberanda amica*. Pers. V, 2, 57: qui huic *pro te* argentum dedi Merc. I, 1, 104: Dico eius *pro meritis* gratum me et munen fore. Terent. Eun. I, 2, 89: Heri minas viginti pro ambobu dedi. Eun. V, 4, 19: Ego pol te pro istis dictis et factis, sce lus, Ulciscar. Hec. III, 1, 30: Pueri inter sese quam pro levi bus noxiis iras gerunt! ubi fere idem est quod *propter*. — d. Co gnatum est, si significat id, quod in commodum alicuius re vel personae est, vel id, quod ad aliquam rem adhiberi pos sit. Cato R. R. c. 83: Votum *pro bubus*, ut valeant, sic facit C. 17: Robus materies item pro ridica cett., vide Schneide Orat. de sumptu suo ap. Fronton. ep. ad Antonin. lib. I, 2 deinde quae ego *pro re publica* fecissem leguntur. Fr. origg. V, 1 Bolhuis. p. 37: Urbes insulasque omnis agro pro Illyri esse, ubi *esse pro aliquo* idem est quod facere, causam alicuiu tueri, ab alicuius partibus stare. In oratione contra M. Coelium ap Fest. v. *pro scapulis* haec leguntur: *pro scapulis* atque *aerario* multu reipublicae profui, h. e. in commodum scapularum, ne verbe rarentur et aerarii. Ennii annal. l. VI, fr. 18, v. 215: pr Romano populo. Erechthei fr. 5: pro vostra vita morti occum bant obviam. Plaut. Bacch. III, 3, 16: qui *pro tam corrumpt* dicis causam *filio*. Most. v. 242: Quae *pro me* causam dicere patronum liberavi. Merc. prol. v. 4: *Pro mea persona* ut si ad vos index ilico (ex coniectura Ritschelii), ubi *pro* c. ab pro solo dativo positum est. Terent. Andr. V, 4, 15: Ni me tuam patrem, habeo pro illa re illum quod moneam probe, h. quod utile sit in hanc rem, ut Ruhnkenius explicat. — e. *Pr* idem significat quod *secundum*, *ratione alicuius rei habita*, i Gemäßheit, nach. Cato R. R. c. 1: scito *pro ratione* fructuu esse. C. 157: *pro portione* brassica si uteris. C. 4: Villa urbanam *pro copia* aedificato. C. 5: Si quis quid deliquerit, *pr noxa* bono modo vindicet. C. 77: Quantum vales *pro ration* cett. Orat. advers. Q. Minucium Thermum ap. Rufinianum d figuris p. 210: Qui ventrem suum non pro hoste habet, qui *pr re publica*, non *pro sua* obsonat, ad q. l. Meyerus haec adnc tat: „*pro sua* int. *re*, qui, tamquam possideat vectigalia totiu rei publicae, non pro suo modulo sumptum coenae facit. Ennii Eumenidum fr. 1: pro viribus. Plaut. Stich. V, 4, 8 Pro opibus nostris. Merc. v. 506: Facere certumst *Pro copi*

et *sapientia*, quae te velle arbitrabor. Rud. IV, 4, 71: Tum pol tu *pro oratione* nec vir nec mulier mihi's, ad q. l. I. Gulielm. haec adnotat: „quantum ex oratione tua colligo, ut verba facis.“ Terent. Phorm. I, 4, 18: Satis pro inperio, quisquis es, quod tamen etiam ad *b* spectare potest, ut sit: satis imperiose loqueris, ut expl. Donatus. Adelph. I, 1, 27: non necesse habeo omnia *Pro meo iure* agere.

III. Doctrina pronominum.

Cap. VI.

I. Pronomina personalia, possessiva, reflexiva.

1. In nominativo ponuntur pronomina personalia, si plures personae discernendae sunt, quae sibi re vera aut cogitatione certe opponuntur, omnino si vis additur personis, quae illis significatae sunt. Sic Plaut. Most. I, 3, 147: *Tu* me amas, *ego* te amo. Aul. II, 4, 4: Me *tu* quidem hercle hic tam palam non divides Sic Goell. *Tu* om. codd. septem Parei. Bacch. V, 1, 22, 23: Set *tu*, Quid tibist? Men. V, 9, 58: vos tum patri Filii quot eratis? (sic praeeunte Colvio Ritschelius pro vulgato vostrum). Truc. IV, 3, 17: accepistin puerum *tu* ab hac (Kampm. de AB p. 15: „singularis vis in pronomine est propter oppositionem.“ Ib. I, 2, 59: *Tu* a nobis, sapiens, nihil habes; *nos* abs te nequam habemus (Kamp. l. c. adnot. 9: „pronomina personalia in duabus sententiis aequaliter sibi opposita.“). Most. III, 1, 58: Heu, hercle nunc *tu* abi modo domum, ubi imperativo additum est. De quo loco Rostius comment. Plaut. p. 245: „Pronomen *tu* — ab initio sententiae positum refertur ad aliam personam, quae ab altera distincte separanda est.“ Praegressa erat interrogatio: quid hic nugamini? Additur priori duorum verborum Aul. II, 3, 4: Filiam despondi *ego*; hodie nuptum huic Megadoro dabo. Terent. Andr. I, 1, 1: *Vos* istaec intro auferte. Eun. III, 3, 24: heus heus, ecquis hic? *Ego* sum Chremes.

2. Ut maior etiam vis addatur his pronominibus, suffixa iis adduntur *met*, *te*, *pte*. Sic Schmidtius de pronom. p. 26 docet Catonem *vopte* dixisse pro *vos ipsi* et *mihipte* pro *mihi ipsi* (v. Iordan. p. 88 et 87). Ennii satur. inc. libr. fragm. 4,

v. 38: *tute*. Ennii Ambracia fr. 3: *tute* ipse cunctas. Lycurgi fr. 10: *tute* scis. Plaut. Capt. III, 4, 49: Quia *tute* ipse eges in patria. v. 57: quin *tute* is es. Amph. II, 1, 51: Sosia *egomet* ille. Mil. II, 6, 4: egomet = ego ipse. Ib. Rud. III, 5, 8 autem pro vulg. *egomet* Ritschelius reposuit: Non hercle *equidem* censeo. Amph. II, 2, 114: *tute*. Curc. I, 1, 9: *Tute* tibi puer es = ipse tibi ministras, te ipso ut puero uteris. Pronomini autem primae personae singularis a Plauto nonnunquam *equidem* additum est, de qua re vide Ritschelium proleg. in Trin. p. 76—79. Sic Pers. II, 2, 5:

Equidem, si scis tute quot hodie habeas digitos in manu,
Egon dem pignus tecum?

Merc. II, 1, 40: Amavi equidem hercle ego olim in adulescentia.

Pronomina personalia etiam aliis pronominibus addi per appositionem nihil habet offensionis. Sic Amph. II, 1, 51: Sosia egomet ille. ib. v. 54: Neque lac lacti magis est simile quam *ille ego* similis est mei. Terent. Adelph. III, 1, 2: mea tu.

3. *Genitivi* exempla sunt haec: Plaut. Pseud. I, 1, 3 sq.:

Duorum labori ego hominum parsissem lubens:
Mei te rogandi et *tis* respondendi mihi,

de q. l. Ladew. Zeitschr. f. Alt. 1842, p. 1071 recte dicit *mei* et *tis* non esse cum *labori* coniungenda, ut vice fungantur pronominum possessivorum, sed appositionis instar addita esse ad *duorum hominum*, quod est in versu priore. Terent. Heaut. V, 4, 3: Atque inopis nunc te miserescat mei. Heaut. II, 4, 13: Quoius mos maxumest consimilis vostrum, de quo loco errat Ruddim. II, p. 51 dicens genitivos plurales *nostrum* et *vestrum* sensu plane activo vel possessivo nonnumquam adhibitos inveniri: non enim ad *vostrum* mente addendum est *mori*, sed, ut saepe fit in comparatione et apud Graecos et apud Latinos, comparatur cum persona ipsa id quod alterius personae proprium est. Nihilo minus tamen genitivi pronominum personalium formarum originem ex pronominibus possessivis deducendam esse vera est sententia Schmidtii de pronomine p. 9, cum quo consentit etiam Madvigius in grammatica latina. Colligitur hoc cum ex linguarum comparatione tum ex eo, quod apud priscos scriptores nonnunquam etiam *nostrarum*, *vostrorum*, *vostrarum* invenitur, ita ut genus etiamtum distinguatur, pro quibus formis po-

steriores scriptores nullo discrimine generis promiscue *nostrum*, *vostrum* dixerunt. Sic Plaut. Truc. II, 1, 40 *nostrarum*. Most. I, 3, 123: Verum illut esse maxuma adeo pars *vostrorum* intellegit, = vestrum, v. adnotationem Vossii. Amph. prol. v. 4: rationes vostrorum omnium (pro: vestras omnium). Caecil. Stat. Plocium fr. 1, v. 153: Quis vostrarum (= vestrum). Terent. Hec. II, 1, 43: nam *vostrarum* nulla est, quin gnatum velit Ducere uxorem.

4. Nonnunquam haec pronomina remotius tantum spectant ad personas quae iis significantur. Sic Plaut. Most. III, 2, 151: At tu istoc *ad vos* optuere, h. e. in eam partem, ubi vos estis, v. adnotationem in ed. Taubmanni. Pertinet huc etiam is usus praepositionis *ab* cum pron. person. coniunctae, ubi domus personae significatur. Sic Terent. Heaut. III, 2, 50: Quis nam *a nobis* egreditur foras, cuius generis plura exempla attuli I, c. III, §. 9.

5. *Dativi* exempla haec sunt. Plaut. Cist. IV, 2, 104: Tene tu cistellam *tibi*. Amph. V, 1, 29: ita animus [meus] *mihi* etiam nunc abest. Terent. Phorm. II, 4, 3: neque *mi* in conspectum prodit, h. e. in conspectum meum. *Tibi* nonnunquam in attractione ponitur coniunctum cum dativo pronominis relativi. Sic Plaut. Aul. III, 6, 38:

Ego te hodie reddam madidum, si vivo, probe,
Tibi cui decretumst bibere aquam,

ad q. l. Goeller.: „In *tibi* attractionis quoddam genus est, contrarium illi quod apud Graecos in usu est, qui pronomen relativum demonstrativi omissi casu ponunt.“ Similiter Epid. III, 1, 8: Quid illum facere vis, qui *tibi quoi* divitiae domi maxumae sunt, Is habes nummum nullum. Nonnunquam ethica, quae dicitur, significatione hi dativi usurpantur. Sic Plaut. Amph. II, 2, 185: Quid ego tibi deliqui. Mil. I, 1, 5: Nam ego hanc machaeram mihi consolari volo, ad q. l. Taubm.: „Mihi *παρέλκει*. Terent. Phorm. [V, 9, 21]: Qui mi, ubi ad uxores ventumst, tum fiunt senes. Ad quae Donatus: Eleganter insertum *Mihi*, ut in Heaut. [II, 1, 8]: is mi, ubi adbibit plus paulo, sua quae narrat facinora!“ Saepe hac significatione ethica coniunguntur etiam cum possessivo eiusdem personae. Sic Plaut. Bacch. IV, 9, 71: *tuus tibi* servos tuo arbitratu serviat. Capt. prol. v. 5: Set is quo pacto serviat *suo sibi* patri. Asin. I, 1, 57: beneficiis me emere gnatum *suum sibi*. Terent. Ad. V, 8, 35: *Suo sibi* gladio hunc iugulo. cf. I, c. III, § 60.

6. *Pleonasmus* pronominum personalium locum habet, aut παθητικῶς (per ἴμφασιν) aut longiore enunciatione inter cta repetuntur, non secus atque apud Graecos, de quibus vi Bernh. Synt. p. 276. Sic Plaut. Aul. III, 6, 15: qui *mihi* s gulos Furum implevisti in aedibus misero *mihi*. Amph. I, 3, sqq.: Nunc *tibi* hanc pateram — *tibi* condono, ad q. l. v Both. *Omissio* autem pronominum personalium frequens est constructione accusativi cum infinitivo, qua de re vid. Luebk de usu inf. Plaut. p. 24 ibique adnotatio. Sic Plaut. Am I, 1, 231: Ego sum Sosia ille, quem tu dudum esse aiebas mi

7. Memorabilis est coniunctio singularis participii cu plurali pronominis ap. Terent. Eun. IV, 3, 7: absente not de cuius causa disseruit Klotzius in censura Propertii e tionis Hertzbergianae nov. annal. philol. vol. 49, sect. 1847, p. 41 sq.

8. *Tertiae* personae significandae destinatum est pro men *is ea id*. Cuius pronominis antiquae formae extant eti apud Ennium *sam* Ann. 228 pro *eam*, *sum* Ann. 102. 165 *eum* (v. Schmidt. d. pron. p. 11), item *sos* et *sas* (v. Schmi p. 12 et Vahlen. index ad Ennium). De usu autem huius p nominis afferam verba Schmidtii p. 12: „In hoc igitur pro mine proprie nulla nisi tertiae personae inest significatio. S quum veteres linguae ut primam et secundam, ita etiam t tiam personam cum verbi coniugatione coniungerent ideoq minus necessarium esset, ut tertia persona proprio ac peculi vocabulo significaretur ac pro eo saepe etiam pronomini demonstrativis uterentur, factum est, ut illud pronomen in a linguis maximam partem interiret, in aliis vero in singular usum converteretur. Ita in latina lingua accidit. Apud il enim *is* pronomen, quum id imprimis usurparent, si *qui* p nomen sequebatur, vim relativi pronominis accepit. Perve enim egerunt ii, qui *is* inter pronomina demonstrativa retu runt. — *Hic* enim, *iste*, *ille* demonstrandi habent vim, *is* mo hominem aliquem, de quo aliquid praedicatur, significat. Q bus demonstratur, *is* pronomen ad praedicatum aliquod refe et apud Latinos non immerito pronominibus relativis adnu rari posse, uti Priscianus fecit, apud quem XII. instit. gram 1 §. 3 haec verba leguntur: Tertiae personae alia sunt dem strativa, ut hic et iste, *alia relativa*, *ut is*, *sui*, alia modo monstrativa, modo relativa, ut iste, ipse. Differt autem *is* a

pronomine relativo, ut *qui* ad subiectum referatur, quod extra hoc membrum, in quo *qui* inest, est positum et aut antecedit aut sequitur, *is* referatur ad praedicatum, quod extra membrum, in quo *is* inest, collocatum est." Ponitur autem *is* ita, ut spectet ad personam sive rem, quae aut in praegressis iam est nominata aut in iis quae sequuntur demum commemoratur et declaratur, item si cum pron. relativo est coniunctum, aut antecedit hanc enunciationem relativam aut sequitur, denique fit etiam pronomen adiectivum cumque substantivo artissime coniungitur. Memorabilis est locus in XII tabb., VIII, fr. 12, ubi hoc pronomen refertur ad subiectum non expressum, sed obscure intelligendum: Si nox furtum factum sit, si *im* occissit, iure caesus esto. Naevius inc. com. fr. 3, v. 110: *Eum* suus pater cum pallio uno ab amica abduxit. Cato R. R. c. 44: Qua locus ferax non erit, *id* plus concidito artatoque, ubi *id* spectat ad notionem non commemoratam illam quidem, sed quae facile ex praegressis mente addi possit. Ib.: Qua locus recte ferax erit, quae arida erunt et siquid ventus interfregerit, *ea omnia* eximito, ubi scriptor per *ea omnia* complectitur bina, quae antea posuit. C. 9: et *id* videto, uti cett. C. 2: Ubi *ea* cognovit. Ib.: Ubi *eas* aliasque causas multas dixerit. C. 7: Oleas orchites, pomias, *eae* optime conduntur cett. Pronomini relativo postpositum est c. 33: et quae iam in perticam ibit, *eius* pampinos teneros alligato cett. Memorabilis est locus c. 16: *Ea* quae semen viride et maturum habet, uti semen de cupresso, de pino, quidvis anni legere possis, ubi in *ea*, pro quo *eam* dicendum fuit, est attractio, eodem enim in casu positum est quo relativum *quae*. Ennii Epicharmus fr. 7: *Istuc* est *is* Iuppiter quem dico. Euhemerus fr. 1: Initio primus in terris imperium summum Caelus habuit: *is id* regnum una cum fratribus suis instituit atque paravit. fr. 3, 10: Titan — quod videbat matrem atque sorores suas operam dare ut Saturnus regnaret, concessit *ei* ut *is* regnaret. lin. 12: *Id eius* rei causa fecit. fr. 3, 16: dantque *eum* Vestae educandum. lin. 13: Saturno filius qui primus natus est, *eum* necaverunt. lin. 18: Neptunum — Ops parit, *eum*que clanculum abscondit. *Προτρεπτικὸς* fr. 2: *is* operam addit sedulo. Plaut. Aul. prol. v. 34 sq.: Et hic qui poscet *eam* sibi uxorem senex, *Is* adulescentis illius est avonculus cett. Cas. prol. v. 59: Propterea *ea* una consentit cum filio (sic Ritschl. parerg. p. 22). Trin. V, 2, 60: Et *eam* et siquam aliam iubebis. Curcul. II, 3, 64: quia de *eo* emi virginem.

Trin. IV, 3, 64: estne hic an non est? *is* est. Certe *is* est, *i* est profecto, ubi Ritschelius (v. proleg. in Trin. p. 323) scrip sit *estne is*. V, 2, 46: Quom ille itast ut *eum* esse nollo, *i* crucior, de quo loco vide Ritschelium prolegom. in Trin. p. 20 sq.: „etsi de meo addidi *eum*, tamen id prorsus flagitat lo quendi consuetudo Plautina, plane ut v. 307: An ita potius u parentes *eum* esse et cognati velint." Ad primam personam re latum *is* invenis Rud. V, 2, 4 sq.: ego qui in mari prehend Rete atque excepi vidulum, *ei* dare negatis quicquam, ubi observ attractionem in *ego qui* factam. Merc. IV, 4, 26: haec *eas* Poen. V, 2, 127: Quid *id* est? (refertur ad praegressa). Merc V, 2, 28: qui sunt *ei?* Epid. IV, 1, 11: estne *ea?* Rud. pro v. 41: *Is eam* huc Cyrenas leno advexit virginem. Epid. III 4, 46: haec non est *ea*. v. 49: Immo haec *eas*t. Rud. I, 2 67: Ubi sunt *i* homines? (sc. de quibus tu loqueris). II, 3, 6 *Eas*t. AM. *is* est (h. e. quem esse cogitaveram). III, 3, 1 Nunc *id* est, quom omnium copiarum atque opum, Auxili, prae sidi viduitas nos tenet. Pseud. v. 959: *Is* mihi nihil etiam re spondit. Stich. v. 49: ille *eos* honores mihi quos habuit perdidi Pseud. I, 3, 142: Quid *id* est? Aul. II, 4, 37: pulmentum pri dem eripuit *ei* miles. Capt. III, 4, 23: Quibus insputari salu fuit atque *is* profuit. Rud. II, 3, 64: Nunc *eum* cum navi sci licet abisse pessum in altum, de q. l. Fleckeisen. exerc. Plau p. 48: „*eam* omnes ante Reizium, qui scripsit *eum*, sc. *vidulum* puto ob v. 66 *atque eum excepisse;* hoc altero loco recte locu tenet *eum*, cum praecedat *ibidem*, h. e. *in vidulo*, quo illud *eu* per synesin refertur." Simili modo pronomen *is* ponitur refe rendum ad notionem, quae ex praegresso adiectivo eruend est, his duobus locis: Cas. prol. v. 13: Antiquam aliquam *ei* edidimus comoediam (sic Ritschl. parerg. p. 201), ubi *eius* spe ctat ad Plautum, quum antecesserit *Plautinas*. Rud. III, 1 8: Ad *hirundininum* nidum visast simia Ascensionem ut facere admolirier: Neque *eas* eripere quibat inde, h. e. hirundines. Epi II, 1, 2: *is* adeo tu's, ubi *is* significatione *talis* positum es Rud. prol. v. 61: *Id* hic est fanum Veneris. Amph. prol. v. 10 *Is* nunc Amphitruo praefectust legionibus. v. 102: *Is* prius qua hinc abiit ipsemet in exercitum. v. 107 sq.: *Is* amare occep Alcumenam clam virum Usuramque *eius* corporis cepit sibi. Epi III, 4, 70: *Id quod* audivi audies. Relativo postpositum est i his locis. Rud. prol. v. 9. 10: Quist imperator divom atque h

nisum Iuppiter, *Is* nos per gentis [hic] alium alia disparat. Item ib. v. 13—15: Qui falsas litis falsis testimoniis Petunt quique in iure abiurant pecuniam, *Eorum* referimus nomina excripta ad Iovem. Rud. II, 3, 72: ego *quod* mihi imperavit Sacerdos *id* faciam. Trin. II, 1, 16: Numquam amor quemquam nisi cupidum postulat se hominem in plagas Conicere: *eos* petit, *eos* sectatur, ad q. l. Lindem.: „Ita pergit oratio, tanquam antea dixisset: *cupidos homines*. Ante tamen *cupidum hominem*, quod collectivo sensu, ut grammatici loquuntur, accipiendum est.“ Immo *eos* positum est pro: tales homines, quales modo descripsi. A plurali autem numero ad singularem translatio est Amph. II, 1, 41: Aput erum qui *vera* loquitur, si *id* vi *verum* vincitur. Mil. IV, 2, 22: *Id* nos ad te, siquid velles, venimus, ad q. l. Lindem.: „*Id* pro eo, quod vulgo dicitur, *propter id, propterea* frequentissime apud Plautum, de quo cf. Parei lexicon s. h. v. Eiusdem generis est Trin. I, 2, 59: Si *id* non me accusas, tute obiurgandu's.“ Terent. Andr. prol. v. 2: *Id* sibi negoti credidit solum dari. Eun. prol. v. 30: Colax Menandrist: in *east* parasitus colax Et miles gloriosus (h. e. in ea comoedia). Locus controversus est Andr. prol. v. 15: *Id* isti vituperant factum atque *in eo* disputant Contaminari non decere fabulas, quod duplici modo intelligi potest, aut enim spectat *in eo* ad praegressa (in vituperando hoc facto), ita ut *disputant* absolute positum sit, aut ad ea quae sequuntur, *contaminari non decere fabulas*, hac sententia: in eo ipso (h. e. *de* eo ipso) disputant, ut dicant cont. non decere fabulas. *Id* autem spectat ad praegressa. Andr. I, 3, 16 sqq.:

fuit olim hinc quidam senex
Mercator: navem *is* fregit apud Andrum insulam:
Is obiit mortem.

Eun. IV, 6, 14: Nam *haec east*, quam miles a me vi nunc ereptum venit. Hec. V, 2, 5: haecine *east*? Eun. III, 4, 8, *Is* es an non est?, ubi *is* de absente dicitur, v. Ern. Syn. II, p. 127. Andr. IV, 2, 10: *Ea* res est. Ad. III, 2, 54: Nam *is* nostro Simulo fuit summus. Hec. IV, 1, 39: Nam si *is* posset ab *ea* sese derepente avellere, Quacum tot consuesset annos cett. Adelph. I, 2, 7: quid nam *id* est? Ad sententiam, quae sequitur demum, refertur *id* Ad. V, 3, 21: Principio, si *id* te mordet, sumptum filii Quem faciunt, item Eun. IV, 4, 56: *Id* modo dic, abisse Dorum. Adelph. prol. v. 18: *Eam* laudem hic ducit maxumam, ubi observa attractionem generis.

9. Nonnunquam apud pron. *is* repetitur substantivum, quod iam in praegressis positum erat. Sic Cato R. R. c. 6: Ubi ager crassus et laetus est sine arboribus, *eum agrum* frumentarium esse oportet. C. 46: Locum quam optimum et apertissimum et stercorosissimum poteris, et quam simillimum genus terrae eae, ubi semina positurus eris, et uti ne nimis longe semina ex seminario ferantur, *eum locum* bipalio vortito. Terent. Hec. prol 2, v. 22 sq.: ita eam oppressit calamitas: *Eam calamitatem* vostri intellegentia Sedabit.

10. Neutrum pronominis *is* nonnunquam usurpatur relatum ad notionem praegressam alius generis. Sic Cato R. R. c. 5 *Scabiem* pecori et iumentis caveto. *id* ex fame et si impluit, fieri solet. Hanc in rem Fleckeisenus nov. annal. philol. 1860, sect 4 p. 286 sq. affert Plaut. Trin. v. 402, ubi Lesbonicus dicit suo servo: minus quindecim dies sunt, quom pro hisce aedibus *minas quadraginta* accepisti a Callicle, quod quum servus its esse dixisset, interrogat ille: quid factumst *eo*? h. e. quadraginta minis. cf. Bacch. v. 1026 sqq.: da mihi ducentos *nummos Philippos*, te obsecro: ego ius iurandum verbis conceptis dedi, daturum *id* me hodie mulieri ante vesperum. Asin. 89 sq.: *viginti* iam usust filio argenti *minis:* face *id* ut paratum iam siet. Paulo alius generis est locus Terent. Andr. III, 2, 48: orabo gnato *uxorem*: *id* si inpetro, quod sic est intelligendum: si id, quod oro, ut gnatus uxorem accipiat, impetro.

11. *Ellipsis* pronominis *is*. Pronomen *is* saepenumero inprimis apud relativum, ad quod pertinet, omittitur. Sic Cato R. R. c. 35: Hordeum qui locus novus erit aut qui restibilis — fieri poterit, seri oportet, sc. *in eo* sive *ibi*. Cato in L. Furium de aqua ap. Serv. ad Virg. Aen. IV, 244: Quod attinet ad salinatores aerarios, cui cura vectigalium, resignat, v. Bolhuis. p. 129, = is cui cura vectigalium est i. e. censor. Or. pro L. Turio ap. Jordan. 62, 10: potius oportet credi, unde petitur. Plaut. Amph. prol. v. 132: Cubat conplexus, quoius cupiens maxumest, ubi v. Taubm. Pers. II, 1, 13: Eius aureis (sc. iis), quae sunt mandata, onerabo. As. III, 3, 31: Patronus qui vobis fuit futurus, perdidistis. Trin. II, 4, 21: Pater quom peregre veniet, in portast locus, ad q. l. Gronov: „Lucri fit pronomen *ei*, ut in illo, Urbem quam statuo vestra est subauditur *ea*. In Amph. [IV, 1, 1] Naucratem quem convenire volui in navi non erat, reticetur *is*. Recte ergo Gruterus sine ulla causa corrigi

Patri." Epid. IV, 1, 9: Pervelim mercedem dare (sc. ei), qui monstret eum mi hominem. Amph. I, 1, 261: Hic quidem certe quae illi sunt res gestae memorat memoriter. Epid. IV, 1, 11: Noscito ego hanc: nam videor nescio ubi vidisse me prius, sc. eam. Ib. V, 5, 52: Ain tu te illius invenisse filiam? EP. Inveni et domist (cf. Rudd. p. 27, adnot. 58). Cist. I, 3, 36: siqua queat Reperire (sc. eam) quae sustulerit. Pseud. V, 156: Huc adhibete auris quae ego loquar. Curc. I, 1, 55: E nuce nuculeum qui esse volt, frangit nucem. Rud. II, 3, 51. 52: etiam *qui* it lavatum In balineas, quom ibi sedulo sua vestimenta servat, Tam *subrupiuntur*. Mil. II, 2, 79: At tu inperti, amice, me (sc. eo) quod conmentu's. Asin. I, 3, 65: Necessest facere sumptum qui quaerit lucrum. Cap. II, 2, 63: Est profecto deus qui *quae* nos gerimus auditque et videt. Rud. II, 3, 53: quippe qui quem illorum opservat falsus est (sc. de eo). Terent. Eun. III, 1, 59 sq. Ad. II, 1, 43: Minume miror (eos) qui insanire occipiunt ex iniuria. Andr. I, 1, 113: Quae sese in ignem inicere voluit, prohibui. Phorm. V, 8, 54, ubi mente addendum est *eo*.

12. *Pleonasmus* pronominis *is* duplex invenitur, aut si id pronomini demonstrativo additur, aut si per abundantiam per *ἐπανάληψιν* quasi post notionem, inprimis substantivum ponitur ad illud magis quasi animo lectoris denuo inculcandum. Ad prius genus haec spectant exempla. Cato orat. pro L. Turio contra Cn. Gellium ap. Gell. XIV, 2: *illi*, unde petitur, *ei* potius credendum esse. Plaut. Poen. prol. v. 119 sq.: *Ille*, qui adoptavit hunc sibi pro filio, *Is* illi Poeno huiusce patri hospes fuit. Men. IV, 3, 4: Immo edepol pallam *illam*, amabo te, quam tibi dudum dedi, Mihi *eam* redde. Aul. prol. v. 34: Et *hic* qui poscet eam sibi uxorem senex, *Is* adulescentis illius est avunculus. Asin. III, 1, 24: *Illos* qui dant *eos* derides. Uno loco est etiam post pron. relativum additum, Ep. III, 1, 8: qui — is habes. Alterum autem genus inprimis frequenter reperitur apud Catonem. Minus offendit R. R. c. 1: Vicini quo pacto niteant, *id* animum advertito. Ib. c. 5: *Amicos* domini, *eos* habeat sibi amicos (diese und keine andere). Ib: Item foenum cordum, sicilimenta de prato *ea* arida condito. C. 6: Idem ager si nebulosus est, rapa, raphanos, milium, panicum *id* maxime seri oportet. C. 8: Africanas et Herculanas, Saguntinas, hibernas, Telanas atras pediculo longo, *eas* in loco crasso aut stercorato serito. C. 20: *Columellam fer-*

ream, quae in miliario stat, *eam* rectam stare oportet in medio ad perpendiculum. C. 58: Postea *oleas* tempestivas, unde minimum olei fieri poterit, *eas* condito. C. 157: cancer ater, *is* olet. Plaut. Stich. I, 1, 12 sqq.: set hoc, Soror, crucior patrem tuum Meumque adeo, qui unus unice Civibus ex omnibus probus Perhibetur, *eum* nunc inprobi Viri officio uti. Terent. Eun. V, 4, 6: quod ei amorem difficillumum — virginem Quom amabat, *eum* confeci sine molestia, ad q. l. Ruhnk.: „*Eam* (sic legebatur ante Fleckeisenum pro *eum*) abundat. Saepe enim veteres post verba quaedam interiecta *is*, *hic* et similia ponunt, quae abesse possunt. Infra v. 29 sq.: virginem istam, Thaidi hodie quae dono datast, Scis eam civem hinc esse?"

13. *Pronomina possessiva*, si de forma quaeris, originem traxerunt ex personalibus. Spectant autem ad ea praeter *meus tuus suus noster vester* etiam *quoius*, quod cum possessivi pron. coniungit significationem relativi vel interrogativi, ut Plaut. Cist. III, v. 2: Ut eorum, *quoiam* esse oportet te, sis potius, quam *mea*. Rud. III, 4, 40: argentum ego pro istisce ambabus, *quoiae* erant, domino dedi. Bacch. IV, 9, 24: Is Helenam abduxit, *quoia* caussa nunc facio opsidium Ilio. Epid. II, 2, 111: *quoia*st fidicina. Rud. II, 3, 2: *Quoia* ad auris Vox mi advolavit? Bacch. IV, 9, 55: *Quoia*nam vox prope me sonat? Curc. I, 2, 18: *Quoia* vox sonat procul? II, 1, 14: *quoiam* vocem ego audio? Merc. IV, III, 21: *Quoia* illa mulier intust? Ponuntur autem possessiva fere tum solum, cum sine iis non intelligitur, cuius aliqua res sit, cum oppositio est in enunciatione cumque accentu quasi notantur, quare saepe significant quod alicuius rei vel hominis proprium est (Ramsh. p. 340). Usurpari autem possunt aut subiectiva aut passiva s. obiectiva significatione. Naev. Ariolus fr. 2, v. 22: *Suopte* utrosque .... decuit acceptos cibo. Plaut. Cas. III, 6, 24: Tam mihi quidem *mea* vita quam *tua* tibi carast. Pers. IV, 3, 3: *mea* ancilla quae fuit hodie, *sua* nunc est, gehört jetzt sich an, ist frei. Mil. II, 1, 2: Si ad auscultandum *vostra* erit benignitas, ubi Lind.: „pro eo, quod dicendum erat: *vobis erit*, si vos habebitis, praestabitis benignitatem." Mil. III, 1, 20: Quis homo sit magis *meus* quam tute's? = quis magis in rem meam facere et consulere potest. II, 5, 21: Perscrutari hoc volo, Sceledre, nos *nostri* an alieni simus, ubi Lamb: „Nostrae familiae an alienae: ita mox [v. 23]: Certe equidem *noster* sum." Cist. I, 2, 27: Ea diem

suom obiit. Pers. IV, 4, 38: *Tua* merx est: *tua* indicatiost = tuum est indicare. Bacch. I, 1, 65: Facere sumptum de *tuo*, i. e. tua re. Terent. Heaut. I, 1, 23: Tantumne ab re *tua*st oti tibi, Aliena ut cures? Ad. IV, 6, 1: Defessus sum ambulando: ut, Syre, te cum *tua* Monstratione magnus perdat Iuppiter! Phorm. IV, 1, 21: Nam ego *meorum* solus sum *meus*, i. e meorum familiarium ego solus sum meus amicus, vel, e tota mea familia nemo vere mihi amicus est praeter me ipsum (Rudd. p. 57, adnot. 34). Heaut. III, 2, 38: Non est mentiri *meum*. Andr. IV, 1, 54: *Tuom*st, siquid praeter spem evenit, mi ignoscere. Heaut. prol. v. 41: *Mea* causa. Andr. V, 3, 12: Olim istuc, olim, quom ita animum induxti *tuom*. Nonnunquam ad pron. possessivum accedit genitivus. Sic Plaut. Men. V, 2, 118: Imperium *tuum* demutat atque edictum *Apollinis*, de qua re Rudd. p. 49: „Schmidius hypom. p. 295 et Ursinus p. 150 hanc constructionem ad intellectum referentes in his pronomina possessiva vice genitivorum a primitivis venientium fungi volunt, atque adeo illud Plauti, Imp. t. dem. atque ed. Ap., idem esse ac: imperium atque edictum tui Apollinis: — Gronovius denique pater ad Plaut. Pseud. I, 1, 3 haec sic integrat: Tuum imperium, imperium Apollinis.“ Terent. Heaut. I, 1, 76 sq.: Hem, tot *mea Solius* solliciti sint causa.

Nonnunquam pronomen possessivum minus ad substantivum spectat, cui est appositum, quam ad adiectivum vel genitivum quendam cum illo substantivo coniunctum, vel, ut accuratius rem exprimam, haec bina potius unam notionem efficiunt, cui deinde possessivum pron. appositum est. Sic dicitur a Plauto Cist. II, 3, 43: sed illaec se quandam aibat *mulierem Suam benevolentem* convenire etiam prius, ubi, ut recte dicit Perizonius ad Sanct. Min. p. 121, *suam* manifeste refertur non tam ad *mulierem*, quam ad *benevolentem*, quod cum voce *mulierem* — coaluit. Similiter Trin. V, 2, 23: Megaronides conmunis hoc meus et tuus Benevolens conmentust. Mil. II, 1, 57: Aput *paternum suum hospitem*, = hosp. patris sui. Trin. III, 2, 2: Si in *rem tuam*, Lesbonice, esse videatur, *gloriae* aut *famae*, sinam, h. e. in rem gloriae tuae. Terent. Hec. IV, 2, 19: mea Longinquitas aetatis = longinquitas meae aetatis.

Obiectivae significationis exempla haec sunt. Cato ap. Gellium VII, 3: ne — in servitute nostra essent, h. e. quam nobis serviunt. Plaut. Amph. V, 1, 14; terrore meo, h. e. mei, v.

Taubm. Terent. Phorm. V, 9, 27: Nam neque neglegentia tu neque odio id fecit tuo, ubi *neglegentia tua* est, qua tu neglige ris et *odium tuum*, quo tu odio haberis, v. Ruddim. p. 50.

14. *Pronomen reflexivum* in latina lingua non extat nis tertiae personae, cum in reliquis personis congruat cum per sonali. Sic Plaut. Amph. III, 2, 26: Cum ea tu sermonem ne ioco nec serio Tibi habeas, ad q. l. vid. Lindem. Terent. Andı IV, 1, 2: Proxumus sum egomet mihi (v. Rudd. II, p. 52, adnot. 26). Pertinet autem huc praeter pronomen personale reflexivum *sui sibi se* etiam possessivum *suus*, quod inde originen traxit, cuius antiquae formae extant apud Ennium *sis* et *sa* (v. Schmidt. de pronom. p. 17), annal. v. 150: lumina *sis* ocu lis (Fest. in excerptis Pauli Diaconi p. 301 M.) et annal. v 103: Virginis nam sibi quisque domi Romanus habet *sas* (ibid. p 325). Usurpatur autem pronomen reflexivum et in enunciation simplici, si aut refertur ad subiectum enunciationis (quo spe ctat etiam constructio accusativi cum infinitivo, si in utraqu enunciatione idem est subiectum), aut ad alium quemvis casun substantivi, quod est in enunciatione, et in enunciationis com positae parte secundaria, si pertinet ad subiectum partis pri mariae, quatenus pars illa altera ita est expressa, ut pendea ex cogitatione sive efficacitate quasi subiecti primarii, nonnunquam adeo ita ut hoc subiectum non sit grammaticum forme nominativi expressum, sed logicum tantum, quod dicitur e cogitatum. Rarius est, si reflexivum refertur ad subiectun enunciationis praegressae ita ut utraque enunciatio per se constet, neutra ab altera sit apta. Ordiamur ab usu in enunciatione simplici. Legg. XII tabb. V, fr. 4: Cui *suus* heres ne sit, v. locum Digestorum a Dirksenio laudatum. Naev. fr. inc fab. 3, v. 110 ap. Gell. VI, 8: eum *suus* pater cum pallio unc ab amica abduxit. Cato R. R. c. 2: centones, cuculiones familiam oportuisse *sibi* sarcire, ubi *sibi* spectat ad *familiam*. C. 5 *Sua* servet diligenter. Ib.: uti *suo quisque* loco cubet. C. 7: In eodem fundo *suum* quidquid conseri oportet, alles für dasselb passende. C. 48: *Suum* quidquid genus talearum serito. C. 33 Salictum *suo tempore* caedito cett. Ennii fr. trag. v. 186: Und *sibi* populi et reges consilium expetunt. Plaut. Trin. II, 2, 34 Ne noctu irem obambulatum neu *suum* adimerem alteri, h. e. negotium sive rem suam. Amph. I, 1, 39: Regique Theban Creoni regnum stabilivit *suum*. Truc. II, 6, 25: machaeram e

clipeum poscebat *sibi*. Truc. IV, 3, 78: Sed nimium pol opportune ecce ab *sese* egreditur foras. Bacch. II, 3, 27: Continuo [ibi] antiquom hospitem nostrum *sibi* Mnesilochus advocavit. Cist. I, 1, 102: Ei nunc alia ducendast domum, *Sua* cognata. Pseud. I, 3, 5: Mittam hodie huic *suo* die natali malam rem magnam et maturam. Capt. III, 4, 48: Nam is est servos ipse neque praeter *se* umquam ei servos fuit. Stich. II, 1, 2: Credo ego miseram fuisse Penelopam, soror, *suo ex animo*. Stich. I, 2, 76: *suus* rex reginae placet, h. e. regina suo rege delectatur, v. Rudd. II, p. 53, adnot. 29. Pseud. III, 2, 94: Ipsus *sibi* faciam ut digitos praeredat *suos*. Poen. V, 2, 99: is me *sibi* adoptavit filium. V, 4, 34: Quom *sibi* nimis placent (Rost. p. 311 pro *nimis* scribi vult *minus*). Truc. II, 4, 38: qui quasi uxorem *sibi* Me habebat. Amph. prol. v. 129: Nunc quom esse credent servom et conservom *suum*. I, 1, 41: Ut gesserit rem puplicam ductu, imperio, auspicio *suo*. Pseud. I, 2, 72: [nempe] illi audeant [Is] id facere, quibus ut [miseri] serviant *suus* amor cogit? Bis possessivum positum est in una enunciatione Merc. IV, 3, 14: Iubet salvere *suus* vir uxorem *suam*, ad q. l. Scaliger: „Hunc dicendi modum temere nimis inusitatum appellarunt, quum etiam Plautus qui Romanae linguae lex quaedam fuit, etiam Terentius, qui veteris novique Latii lima quaedam habitus est, ita et scripserint et scripta totius urbis iudicio approbarint. Cic. pro Sulla: Sulla, si sibi suus pudor et dignitas non prodesset, nullum auxilium requisivit.“ Terent. Adelph. V, 4, 21: hic fecit *suos* Paulo sumptu, i. e. sibi faventes. Phorm. II, 4, 14: *suos quoique* mos. Adelph. III, 2, 35: Qui *se* in *sui* gremio positurum puerum dicebat patris? Andr. II, 5, 15: Verum illud verbumst, volgo quod dici solet, Omnis *sibi* malle melius esse quam alteri. Eun. IV, 1, 13: Interea aurum *sibi* clam mulier demit. Nonnunquam persona, ad quam spectat pronomen reflexivum possessivum, omissa est in enunciatione, sed ita tamen ut facile mente addi possit. Sic Plaut. Men. prol. v. 19: Ei sunt nati filii gemini duo, Ita forma simili pueri, uti mater *sua* Non internosse posset. Terent. Hec. IV, 4, 38: Mater quod suasit *sua*, Adulescens mulier fecit, ubi ad *suasit* mente addendum est *ei*. Transeamus ad enunciationes compositas. Ennii Euhemerus fr. 3, 12: Id eius rei causa fecit, uti ad *suos* gnatos regnum rediret. Plaut. Truc. II, 4, 46: Si, quod peperissem, id educarem ac tollerem: Bona *sua* habiturum me omnia. Bacch.

fragm. p. 488, v. 13: Ne a quoquam alio acciperes mercedem annuam Nisi *ab sese*. Trin. II, 4, 49: meus me oravit filius, Ut tuam sororem poscerem uxorem *sibi*. Cist. I, 2, 16 sq.: Quia saepe mecum mentionem fecerat, Puerum aut puellum aliunde ut reperirem *sibi*, Recens natum eapse quod sibi supponeret. Bacch. IV, 4, 48: Si tu illum solem *sibi* solem esse dixeris, Se illum lunam credere esse et noctem qui nunc est dies. Bacch. I, 1, 8 sq.: Haec ita me orat *sibi* qui caveat aliquem ut hominem reperiam Ad istunc militem: ut, ubi emeritum *sibi* sit, *se* revehat domum. IV, 2, 9: Paucis me misit miles ad eam Cleomachus, Vel ut ducentos Philippos reddat aureos, Vel ut hinc in Elatiam hodie eat *secum* semul. Cist. II, 3, 26: Anus ei amplexast genua, plorans, obsecrans, *Ne deserat se*. Mil. III, 1, 205: Egomet recta [semita Ad eum ibo:] a tua mihi esse uxore dicam delatum et datum, Ut *sese* ad eum conciliarem. Aul. prol. v. 8: uti id servarem *sibi*. Cas. V, 2, 14: nec quietum dare Savium *sibi* sinit me. Cist. I, 1, 31: *Suarum* nos opum volunt esse indigentis. Cist. I, 1, 33: volunt — *Sui*que omnium rerum nos indigere. Mil. II, 2, 26: iube huc transire quantum possit, *se* ut videant domi Familiares, ad q. l. Lamb.: „*se* pro *ipsam* more Plauti positum esse ait Gruterus. Sententia est: Iube, si vis Philocomasium transire ad nos, quam citissime fieri possit, ut familiares militis videant se, i. e. ipsam Philocomasium domi.“ Locus nihil habet offensionis, quum ex coniunctivo *possit* appareat, Philocomasium iam esse subiectum logicum, quod dicitur, ex cuius consilio et actione quasi quae sequuntur prodeant et apta sint. Merc. V, 2, 82: Mater iratast patri vehementer, quia scortum *sibi* Ob oculos adduxerit. V, 4, 1: Ad patrem ibo, ut matris iram *sibi* esse sedatam sciat. Epid. II, 2, 9: Ipsi — mihi dant viam, quo pacto ab *se* argentum auferam. Rud. III, 1, 10: Videtur ad me simia adgredirier, Rogare, scalas ut darem utendas *sibi*. IV, 2, 18: Non enim illum expectare oportet, dum erus *se* suscitet ad *suum* officium. Mil. I, 1, 7: Quia *se* iam pridem feriatam gestitem, cf. Lind. Asin. III, 1, 26: An te id expectare oportet, siquis promittat tibi Te facturum divitem, si moriatur mater *sua*? Mil. III, 2, 45: Excruciabit me erus, domum si venerit, quom haec facta scibit, quia [ego] *sibi* non dixerim. Poen. I, 2, 77: Nam illa mulier lapidem silicem subigere ut *se* amet, potest. V, 2, 55: Nunc orat, operam ut des *sibi*. v. 65: Sub cratim ut (sic Both., vulg. uti) iubeas *sese* supponi at-

que eo Lapides imponi multos, ut *sese* neces. v. 58: Palas vendundas *sibi* ait et mergas datas. V, 3, 15: Oratum ierunt deam, ut *sibi* esset propitia. Pers. I, 3, 70: Qui *sibi* parentes fuerint. II, 3, 7: Nam erus Eretriam me misit, domitos boves ut *sibi* mercarer. v. 18: Ne *sibi* me credat supplicem fore. Truc. II, 1, 26: At nos male agere praedicant viri solere *se*cum. II, 4, 44: Sese experturum, quanti *sese* penderem. Amph. I, 1, 40: Me a portu praemisit domum, haec ut nuntiem uxori *suae*. I, 1, 101: Velatis manibus orant, ignoscamus peccatum *suum*. II, 1, 51: Donec Sosia egomet ille fecit *sibi* ut crederem. II, 2, 30: Atque id se volt experiri, *suum* abitum ut desiderem? Asin. I, 1, 60: Nam me hodie oravit Argurippus filius, Uti *sibi* amanti facerem argenti copiam. I, 3, 33: Subblanditur novos amator, *se* ut quom videat gaudeat. II, 4, 56: formido miser ne hic me tibi arbitretur Suasisse *sibi* ne crederes. Asin. IV, 1, 8: Lenae dedit argenti viginti minas, Philenium ut *secum* esset noctis et dies. III, 3, 146: Noctem huius et cenam ut *sibi* dares. v. 152: Illac per hortum transiit clam, nequis *se* videret Huc ire familiarium. IV, 2, 14: ne illa existumet Amoris caussa percitum id fecisse te Magis quam *sua* caussa. Epid. II, 2, 66—68: Quin hodie allatae tabellae sunt (sic Kampm. de AB p. 13, vulg. sunt tabellae) ad eam a Stratippocle, Eum argentum sumpsisse apud Thebas ab danista foenore: Id paratum, et *sese* ob eam rem id ferre, ubi primum positum est *eum*, quum haec ex mente mulieris, quae haec narrat alteri, dicta sint, deinde *sese*, quum iam Stratippocles ipse subiectum obversetur. Bacch. IV, 1, 4: Nunc me ire iussit ad eam et percontarier, Utrum aurum reddat anne eat *se*cum semul. Pers. IV, 4, 91: non vides nolle eloqui, Ne *suarum se* miseriarum in memoriam inducat? Terent. Andr. IV, 2, 4: Orare iussit, si *se* ames, era, iam ut ad *sese* venias, ubi in tertia et quarta demum enunciatione positum *se* refertur ad subiectum primae, unde ceterae pendent, v. Reisig. p. 385. Andr. I, 5, 35: timet, Ne deseras *se*. cf. v. 46: Unum hoc scio esse meritam, ut memor esses *sui*. II, 3, 28: Hanc fidem Sibi me obsecravit, qui *se* sciret non deserturum, ut darem. II, 6, 1: Hic nunc me credit aliquam *sibi* fallaciam Portare. Eun. II, 2, 31: [ibi] homo coepit me obsecrare, Ut *sibi* liceret discere id de me.

Durius usurpatur reflexivum relatum ad subiectum enunciationis primariae in enunciatione secundaria neque in con-

iunctivo neque in infinitivo, sed in indicativo posita, ita ut noı pendeat ex primaria, sed item per se constet, sed etiam iı enunciatione simplici ita ut non referatur ad subiectum, quı pertinere deberet, sed ad aliam personam in hac enunciationı positam aut mente addendam. Sic Naev. fr. inc. bell. Pun p. 18 Vahlen.: Plerique omnes subiguntur sub *suum* iudicium Cato R. R. c. 31: Tum erit tempestiva, cum *semen suum* ma turum erit. C. 37: Vitis si macra erit, *sarmenta sua* concidit minute. C. 157: Qui sic purgatus erit, diutina valetudine utetu neque ullus morbus veniet, nisi *sua* culpa, ex quibus locis ap paret, *suus* in antiqua lingua saepe id significare, quod alicu proprium est. Plaut. Mil. II, 2, 33: Ut eum qui *se* hic vidi verbis vincat ne is se viderit. Merc. II, 1, 14: Dicit capram quam dederam servandam *sibi*, Suae uxoris dotem ambadedisse Mil. II, 1, 34: nam is illius filiam Conicit in navem miles clan matrem *suam*, ubi Lind.: „Pronomen possessivum h. l. contrı vulgarem Latinorum consuetudinem usurpatum esse patet. Nan *mater sua* potius de militis matre quam de virginis intelligendum. Sed aliquoties ita voce *suus* usi inveniuntur Romani saepius Plautus, sed tantum, ubi, quid spectet pronomen, noı dubium est. Et videtur, quod patet e formulis, in quibus in veniri solet, ut *pater suus, mater sua* et eiusmodi aliis ad fa miliarem sermonem referenda esse haec ratio.“ Poen. V, 1 23: Eum fecisse aiunt, *sibi* quod faciundum fuit. Pers. IV, 3, 3 Ita mea ancilla quae fuit hodie, *sua* nunc est.

Ad peculiarem usum veterum comicorum scriptorum per tinet etiam frequens coniunctio *suus sibi*. Sic Plaut. Capt. I 1, 13: Cochleae — *Suo sibi* suco vivont, ubi vide Lindem. Trin I, 2, 119: Nunc si ille huc salvos revenit, reddam *suum sibi* Poen. V, 2, 123: *Suam* rem *sibi* salvam sistam, si illo advenerit Poen. prol. v. 57: Locus argumentost *suom sibi* proscenium. v 97: hic adulescens — perit *Suam sibi* cognatam inprudens. Pers I, 3, 1: Omnem rem inveni, ut *sua sibi* pecunia Hodie illam fa ciat leno libertam suam. Amph. I, 1, 113: Atque telo *suo sib* hunc malitia a foribus pellere. Asin. IV, 2, 16: Tu ergo facı illi turbas, litis concias, Cum *suo sibi* gnato [una] unam ad ami cam de die Potare. Mil. III, 1, 37: Inest in hoc amussitata *suı sibi* ingenua indoles, ad q. l. Scalig.: „sua propria et a naturı insita.“ Capt. prol. v. 46: Set inscientes [hi] *sua sibi* fallaciı Ita conpararunt — dolum, ubi Lamb.: „= sua ipsorum.“ v

50: *suo sibi* servit patri. v. 5: serviat *suo sibi* patri. Terent. Ad. V, 8, 35: *Suo sibi* gladio hunc iugulo. Etiam in secunda persona sic reperitur Plaut. Bacch. IV, 9, 71: iustumst *tuus tibi* servos tuo arbitratu serviat.

In formula *inter se* pronomen reflexivum reciprocam habet significationem, quae invenitur relata ad subiectum aut in plurali numero positum aut in singulari, si est substantivum collectivum. Sic Plaut. Cist. I, 1, 25: Decet pol, mea Silenium, hunc esse ordinem Benevolentis *inter se*. Cist. I, 1, 28: Amicitiam ut colunt atque ut eam iunctam bene habent *inter sese*. Capt. II, 3, 60: Videas corde amare *inter se*. Stich. V, 4, 47: Haec facetiast, amare *inter se* rivalis duos. Terent. Ad. V, 3, 17: Vetus verbum hoc quidemst, Communia esse amicorum *inter se* omnia.

Ellipsis pronominis reflexivi *sui sibi se* inprimis frequens est in constructione accusativi cum infinitivo. Sic Cato R. R. c. 148: Si emptor postularit, dominus iusiurandum dabit, *verum fecisse*. Plaut. Amph. I, 1 17: Quodquomque [ei] lubere accidit posse retur. III, 2, 9: adiuret insuper, Nolle esse dicta quae in me insontem protulit. As. II, 2, 110: Promitto, inquam, hostire contra ut merueris. 3, 14: Ad tonsorem ire dixit. As. II, 4, 36: aibat reddere = se relaturum esse. Asin. III, 3, 109: si quidem hoc argentum ferre speres, similiter IV, 1, 44: Nolo illam habere caussam et votitam dicere = ut dicat se votitam, item v. 61: Si forte pure velle habere (sc. se) dixerit, et V, 2, 80: Ecastor qui subrepturum (sc. se) pallam promissit tibi. Vix pro ellipsi haberi potest Terent. Phorm. III, 1, 12: Phormio — strenuom hominem praebuit, quamquam frequentius dicitur *se praebere*

15. Pronominibus reflexivis adnumeranda sunt etiam *ipse* et *idem*, siquidem item referuntur ad notionem quae aut iam designata est aut latet certe in enunciatione. Quorum pronominum significationis hoc est commune, quod utrique contrarium est *alius*, sed ita tamen differunt inter se, ut *ipse* semper spectet ad singulas actiones, velut si dico *ipse hoc fecit*, hoc significat non alios hoc fecisse sive eum per alios, sed ipsum, *idem* autem ad binas sententias, ita ut exprimat non mutari notionem, quae aut iam in praegressis designata est aut certe mente bis poni potest, sed manere eandem, ut uno bina fiant, velut si Terentius (Eun. II, 1, 19) dixit: Adeon homines inmutarier — ut non cognoscas *eundem* esse, mente addi potest: qui antea fuit.

De origine pronominis *ipse* e pronomine tertiae personae *is ea id* et radice *sv* post Boppium exposuit Schmidtius de pron. p. 25 sq. Hinc antiquae formae multae extant etiam apud priscos scriptores. Sic invenitur apud Plautum *eumpse, eampse, eopse, eapse,* ut Rud. II, 5, 21: *eapse* cantat quoia sit. Men. I, 2, 66: *eapse* eccam exit. Cist. I, 2, 17 *eapse.* Truc. I, 2, 31: Quia te adducturum huc dixeras *eumpse,* non *eampse,* h. e. eum ipsum, eam ipsam. Bacch. IV, 7, 17: Atque in *eopse* astas lapide. Mil. II, 1, 63: quo nemo nisi *eapse* inferret pedem. Truc. IV, 4, 37: Sine *eumpse* adire huc. De forma autem *sapsa,* quae apud Ennium invenitur Ann. 372, vide Schmidtium p. 11. Plaut. Capt. III, 4, 28: Quin suum *ipse* interdum ignorat nomen neque scit qui siet, ad q. l. Lindem.: „Solent haec ita strui pronomina *suum ipse*, *suo ipse, sui ipse* cett.“ Cas. IV, 2, 11: Eo, quo me *ipsa* misit, ad q. l. Taubm.: „*Αὐτὸς* et *ἐκεῖνος* (inquit Casaub. comment. Theophrast.) sunt voces servorum, quas honoris causa propriorum loco usurpabant. Sic apud Latinos *ipse.*“ Eodem modo Terent. Andr. II, 2, 23: *ipsus* tristis, ad q. l. Ruhnk.: „intelligitur Simo herus. Nam servi herum absolute *ipsum* vocabant.“ Ad subiectum indefinitum spectat *ipse* Caecil. Sat. fr. Ephesii:

Tum equidem in senecta hoc deputo miserrimum,
Sentire ea aetate *ipsum* esse odiosum alteri,

ad q. l. Bothius: „Legitur apud Nonium *aetate eum ipsum,* quod soloecum est. Nam dici oportebat *se ipsum.* Verum id quoque intelligendum, non perscribendum, metro refragante.“ Terent. Phorm. V, 6, 36: Intus quae inter sese *ipsi* egerint? v. Ruddim. p. 56, adnot. 32: „*Ipse* cum pronominibus *ego, tu, sui* coniunctum apud optimos quosque scriptores nominandi casu construitur, etsi quod pronomen praecesserat alio quocunque casu fuerit positum.“ cf. Halm. ad Cic. or. in Cat. II, §. 17. Superlativus adeo formatus est a Plauto Trin. IV, 2, 146: *Ipsissumus.*

16. De forma pronominis *idem* agit Ritschelius ind. lectt. univ. Bonn. p. mens. hib. 185⅚, ubi docet formam nominativi singularis *isdem* servandam esse, ubicunque in codicibus appareat, sic Plaut. Amph. III, 2, 64. — Cato R. R. c. 6: *Idem* ager si nebulosus est cett. C. 7: in *eodem* fundo. Ib.: *eadem* in sapa — recte conduntur. C. 1: Scito *idem agrum quod hominem* (sc. esse), quamvis quaestuosus siet, si sumptuosus erit,

relinquere non multum, ubi vix opus est cum Gesnero et Schneidero corrigere *item* — *ut*, nam *idem* — *quod* recte se habet hac sententia: scito agrum eadem ratione comparatum esse s. se habere qua hominem. Plaut. Mil. II, 3, 32: *eadem* illi insidias dabo, ad q. l. Lind.: „*Eadem* abl. significans *una, simul*. Ut enim *unus* saepe pro *idem*, veluti *una res* Capt. III, 1, 28, ita contra *idem* saepe pro *unus*. Et frequentissimus est usus huius ablativi *eadem* apud Plautum. Cf. Parei lex. Plaut. h. v. Capt. II, 3, 99: *Eadem* percontabor, ecqui hunc adulescentem noverit." Terent. Eun. II, 1, 19: Adeon homines inmutarier Ex amore, ut non cognoscas *eundem* esse, sc. hominem. Usitata est coniunctio v. *idem* cum pronominibus demonstrativis, quam in rem Lindem. ad Mil. III, 1, 179 affert eiusdem scenae v. 160: idem hoc. cf. IV, 2, 50: Multae *idem istuc* aliae cupiunt. Docet autem Ritschelius ind. schol. Bonn. 184½ p. 10 larga exemplorum copia allata, *idem* cum pron. demonstr. iunctum praemittere solere comicos, non postponere, quibus addit exempla nonnulla, ubi *idem* et *istuc* interiecto alio pronomine dirempta sunt, dicitque pauca extare contrarii generis exempla. Denique affert exempla duo, ubi iuncta sunt *idem ego, idem tu*.

II. Pronomina demonstrativa.

17. Tria extant pronomina demonstrativa, *hic iste ille*, quae proprie quidem respondent tribus personis pronominis personalis, deinde autem etiam significationes acceperunt, quae latius patent. Aliquoties *hic* et *ille* in duobus membris eiusdem enunciationis inveniuntur, ut Terent. Phorm. II, 1, 36 sq. Andr. I, 4, 6: Di, date facultatem, — *Huic* pariundi atque *illi* in aliis potius peccandi locum, ad q. l. Ruhnk.: „*huic* refertur ad mulierem, quae parit, cuius mentio v. 3, *illi* ad compotricem, cuius mentio v. 5, neque semper verum est, quod grammatici tradunt, *hic* ad propinquius, *ille* ad remotius referri," cum quo confer etiam Haas. ad Reisig. p. 359 sq. adnot. 365b. Nonnunquam idem pronomen demonstrativum in eadem enunciatione bis vel ter ponitur, ita ut interdum ad diversas unumquodque notiones spectet, quam in rem affert Reisigius p. 361 Plaut. Bacch. III, 4, 12: Quid ad *hunc* modum *haec hic* quae fatura fabulor? et ib. v. 4: Ne *illa illut* hercle cum malo fecit suo. Pseud. III, 2, 34: Quom *hasce* herbas *huius* modi in suum alvom congerunt. Memorabilis est coniunctio *hic ille*, ita ut

ad idem obiectum spectent, in vetustissima precandi for apud Catonem R. R. c. 132: macte *hac illace* dape polluc esto, quod quomodo explicari possit vide Haasium ad R p. 376, adnot. 378b. Aliud et simplicius est, si *hic ill* coniunguntur, ut *hic* sit subiectum, ille praedicatum enunci nis, cui simile est Graecum *τοῦτ' ἐκεῖνο,* v. Bernh. Synt. p. Sic Plaut. Trin. v. 43: *Hic ille*st senecta aetate qui factust Capt. III, 3, 3: *Hic ille*st dies. Epid. IV, 1, 14: plane *ille*st. V, 1, 15: *haec illa*st autem. Terent. Andr. I, 1, 98 Attat *hoc illud* est, Hinc illae lacrumae, *haec illa*st miseric IV, 4, 48: *Hic* est *ille.*

Omnium demonstrativorum pron. hoc est commune, ponuntur interdum in enunciatione coniuncta cum substan quae deinde accusativo cum infinitivo sequente accuratiu plicatur. Cuius generis Luebkerus de inf. usu Plaut. haec affert exempla: Plaut. Pseud. V, 2, 8: Quae *istaec* ciast, Stich. V, 4, 47: *Haec* facetiast, Mil. III, 3, 5: St atque insipientia [insulsitasque hercle] *haec* sit, Mil. III, 1, At *illa* laus est.

18. *Hic* igitur, ut iam dictum est, proprie de prima sona dicitur. Sic loco Ennii ap. Cic. (annal. l. VII, fr. 225 ap. Vahlen.) *hunc* „pronomen demonstrativum est et i Ennium designat" (Klussm. ad Naev. p. 204). Plaut. Cur 1, 33: Vah, solus *hic* homost qui sciat divinitus, ad q. l. G „*δεικτικῶς* se ipsum significat." Poen. V, 4, 87: *Hwiusce* f filius (h. e. mei). Trin. V, 1, 1: *Hic homo*st omnium hon praecipuos, ubi Camer.: „se ipsum intelligit *δεικτικῶς*." T Andr. II, 1, 10: Tu si *hic* sis, aliter sentias, ad q. l. Don „Hoc gestu scaenico melius commendatur, nam haec spectatoribus quam lectoribus scripta sunt. *Hic* ergo i ostendens dicit, et est *HIC* pronomen."

Deinde habet significationem vere demonstrativam, significet, quod vel oculis cernere possis vel quod proxi est. Sic apud Ennium trag. v. 402: Aspice *hoc* sublimen dens, quem invocant omnes Iovem. Plaut. Most. III, 1, Nam postquam *haec* (h. e. haece) aedes ita erant ut dixi De formula *hoc habet,* usitata in re gladiatoria, vide Fleck exerc. Plaut. p. 18, qui affert Rud. IV, 4, 99: *Hoc habet* lutust. perii et Most. III, 2, 26: *Hoc habet:* repperi qui ducerem. Curc. III, v. 24: Catapulta *hoc* ictumst mihi Ap

canem, ad q. l. Boxhorn.: „*Hoc δεικτικῶς* dicitur: nempe, malum aut vulnus, quo unoculus factus sum, catapulta ictum, inflictum mihi est.“ Pers. v. 712: Ne *hic* tibi dies inluxit lucrificabilis. Pers. I, 1, 38: Quos continuo tibi reponam *hoc* triduo aut quadriduo, h. e. proximo.[74]) Bacch. v. 1205: Vesper *hic* est, *δεικτικῶς*. Most. II, 1, 46: Quid igitur, si abeamus hinc nos? TR. *Non hoc longe*, Delphium, *δεικτικῶς*, re aliqua minima demonstrata. cf. Trin. II, 4, 82: *Non hercle hoc longe*, nisi me pugis viceris, ad q. l. Lindem.: „quod cum gestu demonstrantis pronunciabat histrio, ita ut ostenderet, quam longe.“ Most. II, 2, 23: *hasce* ambas foris, *δεικτικῶς*. Amph. I, 1, v. 2: *hoc* noctis *δεικτικῶς*, v. Taubm. cf. Trin. IV, 3, 83. Epid. III, 2, 2: *Hoc* quidem iam periit, *δεικτικῶς*. Amph. prol. v. 105: Quam liber *harum* rerum [et] multarum siet, ad q. l. Taubm.: „*δεικτικῶς* adulteria et stupra significat.“ Trin. v. 43. Epid. V, 1, 15: *haec*inest? Pseud. I, 2, 3: Quibus, nisi ad *hoc* exemplum experior, non potest ussura ussurpari, ad q. l. Douza: „*δεικτικῶς*. Videtur enim hoc dicens scutica et tergino officii quemque sui commonefecisse.“ v. 18: Nempe ita animati estis, vincere duritia tergi *hoc* atque me, ad q. l. Boxhorn.: „Qui haec mutare aggressi sunt, ignoravere quam necessarium sit in comoediae lectione gestus identidem sibi repraesentare. *Hoc δεικτικῶς* hic ponitur, = hoc terginum (id manu ostenditur).“ Most. II, 2, 79. III, 2, 119. Epid. III, 4, 41: *haec* ergost fidicina. v. 44: *Haec*, inquamst. MI. non haec, inquamst. V, 1, 23: *haec* edepol remorata med est. Mil. IV, 2, 32: Pedetemptim tu scis tractari solitas esse *huius* modi mercis. Terent. Adelph. III, 4, 33: *hic* Geta.

Saepissime *hic* refertur ad notionem, quae praegressa est, rarius ad eam quae sequitur. Ad sequentem notionem spectat Cato R. R. c. 5: *Haec* erunt vilici officia, item Plaut. Amph. prol. v. 64: Nunc *hoc* me orare a vobis iussit Iuppiter, Ut cet. Eorum exemplorum, ubi ad praegressa spectat, maxime memorabilia sunt in Catonis libro de re rustica, ubi maxime per *haec* sive *haec omnia* complectitur ea quae antea commemoravit.

---

[74]) De *hic* pronomine cum temporis notionibus aut in accusativo aut in ablativo positis coniuncto apud Plautum et Terentium, quod semper spectat ad tempus futurum, si a tempore eius, qui loquitur, proficisceris, vide Muellerum in Iahn. nov. annal. phil. 1861, sect. 4, p. 268 sq.

Sic c. 8: Sub urbe hortum omne genus, coronamenta omne genus, bulbos megaricos, murtum coniugulum et album et nigrum, laurum Delphicam et Cypricam et silvaticam, nuces calvas, avellanas, Praenestinas et Graecas, *haec* facito uti serantur. C. 37: Hordeum, foenum Graecum, ervum, *haec omnia* segetem exsugunt. C. 73: Eam pellem et far et salem et serpullum, *haec omnia* una conterito, cum vino dato bubus bibant omnibus. C. 133: Ficum, oleam — *haec omnia genera* a capitibus propagari — oportebit. C. 51: Ficum, oleam cett. *Haec omnia.* C. 31: ulmeam, pineam, nuceam, *hanc* atque aliam materiem omnem cum effodies. C. 33: circum capita addito stercus, paleas, vinaceas, aliquid horum, ubi additamentum aliquid horum coercet quasi et finibus circumscribit ea quae antea dixerat. C. 9: *Hoc* est praedium quod ubi vis expedit facere. Cato de re rust. praef.: Maiores enim nostri *hoc* sic habuerunt et ita in legibus posiverunt, furem dupli condemnari, foeneratorem quadrupli, h. e. quod ad hoc attinet, maiores nostri sic habuerunt cett. Ennii Euhemerus fr. 4, 29: eosque muro circumegit et custodiam *his* apponit. Plaut. Capt. I, 2, 1 sqq.: istos captivos duos Heri quos emi de praeda a quaestoribus, *His* indito catenas singularias. Capt. prol. v. 3: *Hoc* vos mihi testes estis me verum loqui, ubi *hoc* refero ad ea quae antea dixit, = hoc, quod modo dixi, me verum loqui, testes mihi estis, dissentiens ab Haasio ad Reisig. adnot. 367, qui dicit per *hoc* sequentem accusativum c. inf. explicari. Trin. v. 129: Dedistine *hoc* facto ei gladium qui se occideret? v. 783: *Hoc* — Suspitionem ab adulescente amoveris. Relativo postpositum est pron. *hic* Poen. V, 4, 16: Quibus annos multos carui, quasque e patria parvas perdidi, Redde *his* libertatem. Terent. Hec. I, 2, 6: Sed videon ego Philotium? Unde *haec* advenit? Andr. I, 1, 72: *hac* fama inpulsus Chremes Ultro ad me advenit = fama huius rei.

19. a. *Genus pronominis hic.* Genus neutrum in plurali positum complectitur duo substantiva diversi generis Terent. Eun. 3, 2, 27: Atque *haec* (sc. Eunuchum et ancillam) qui misit, non sibi soli postulat Te vivere, quod Donatus per *tanta munera* explicat. Neutrum *hoc* interdum indefinite ponitur coniunctum cum impersonalibus. Sic Plaut. Curc. I, 3, 26: Nam *hoc* quidem edepol hau multo post luce *lucebit*, ad q. l. v. Gronovius. Amph. I, 3, 45: *lucescit hoc* iam, ad q. l. vid. Lindem. Mil. v. 218: *lucet hoc* inquam, ubi Lindem.: „Impersonale

adlita persona, neutro pronominis, plane ut Germani dicunt es tagt." Terent. Heaut. III, 1, 1: *Luciscit hoc* iam. Raro neutrum *hoc* refertur ad praedicatum diversi generis, sic Terent. Andr. I, 5, 2: si *hoc* non contumeliast, ubi *hoc* retinet Bentleius. Multo frequentior et fere sola usitata est in hoc genere attractio sive assimilatio generis, ut Plaut. Rud. v. 199: *Haec* eius sunt bonorum reliquiae, ubi *haec* femininum est, ut saepe. Amph. II, 2, 182: Si quidem *haec* iam mulier factast ex viro, ad q. l. Gronov.: „de viro; respicit, quod nunc eum esse fingit se putare." Pseud. II, 2, 20: Nam *haec* mihi incus est, quod itidem de viro dicitur. Terent. Andr. I, 1, 99: *haec* illast misericordia, ut paulo ante: *hoc* illud est.

b. *Numerus pronominis hic.* Interdum pluralis pronominis ponitur relatus ad praegressum singularem substantivi. Sic Terent. Heaut. II, 4, 13: *Quoius* mos maxumest consimilis vostrum, *hi* se ad vos adplicant. Eun. I, 2, 87: *Eunuchum* dixti velle te, Quia solae utuntur *his* reginae, h. e. eunuchis. Similia apud Graecos vide apud Bernh. synt. p. 282.

c. *Attractio casus in pronomine hic.* Interdum apud Plautum et Terentium pronomen demonstrativum recipitur in enunciationem relativam eundemque casum adsciscit, in quo relativum positum est. Sic ap. Plaut. Bacch. IV, 9, 11: Nam ego *has* tabellas opsignatas, consignatas *quas* fero, Non sunt tabellae. Capt. prol. v. 1:

Hos quos videtis stare hic captivos duos,
Vincti quia astant, *hi* stant ambo, non sedent,

ad q. l. Lind. Eodem modo repetitum est pronomen alio casu Poen. III, 3, 24: *Hi qui* illum dudum conciliaverunt mihi Peregrinum Spartanum, id nunc *his* cerebrum uritur, ad q. l. Turneb.: „Ii, quorum opera hic Spartanus ad me venit, moleste iam ferunt, me hos trecentos Philippos lucrifacturum esse. Illud autem *hi* non habet quo referatur, more comico." Terent. Andr. I, 1, 20: *Quas* credis esse *has*, non sunt verae nuptiae.

20. *Iste* (et *istic*) primum est demonstrativum secundae personae. Sic Plaut. Bacch. III, 6, 32: Quid *istuc* est? (h. e. quod tu dicis). Aul. IV, 10, 17: Nam si *istuc* ius est, ut tu *istuc* excusare possies, h. e. quod tu facis. Mil. IV, 2, 50: Multae idem *istuc* aliae cupiunt, h. e. quod tu dicis. III, 1, 179: credo ego *istuc* item, h. e. eodem modo quo tu. Capt. III, 4, 105: Satin *istuc* mihi exquisitumst fuisse hunc servom in Alide?,

h. e. quod tu dixisti. Pseud. V, 2, 8: Quae *istaec* audaciast, te sic interdius Cum corolla ebrium incedere? Terent. Andr. I, 2, 15: Hocine agis an non? DA. Ego vero *istuc*. Eun. III, 1, 61: Bene dixti: ac mihi *istuc* non in mentem venerat. Heaut. I, 1, 36: *Istos* rastros interea tamen Adpone.

Deinde in universum significationem habet demonstrativam, qua et de eo qui adest et de absente dici potest. Sic de eo qui adest Plaut. Capt. II, 2, 51 sq.: Non ego me *istunc* potius quam te metuere aequom censeo. Vis hostilis cum *istoc* fecit meas opes aequabilis, h. e. cum istius opibus meas aequavit. Antea v. 47 de eadem persona *hic* dictum erat. Epid. IV, 2, 4: Quis *istaec* est, quam tu osculum mihi ferre iubes? Rud. IV, 4, 15: Homini ego *isti* talos suffringi volo. Epid. V, 1, 35: Ego sum et *istic* frater tuos est alia matre. De absente Ennii Epicharm. fr. 7: *Istic* est *is* Iuppiter quem dico. Ib. v. 10: Haece propter Iuppiter sunt *ista* quae dico tibi. Plaut. Merc. IV, 3, 31: *Ista* quidemst illa. Poen. V, 2, 125: Quin mea quoque *iste* habebit, siquid me fuat. Caecil. Stat. Hypobolimaeus Chaerestratus: Nam *ista* quidem noxa muliebrist magis quam viri. Saepe etiam cum contemptu dicitur, ut a Terentio Andr. prol. v. 15 de adversariis suis: Id *isti* vituperant factum, ad q. l. Ruhnk.: „Hoc pronomine fere odium et contemptus exprimitur, contra *ille* plerumque in laudem dicitur.“ Ib. v. 21: *istorum* obscuram diligentiam. Eun. I, 2, 112: Cum milite *isto* praesens absens ut sies. Adelph. I, 1, 18: quod fortunatum *isti* putant, ad q. l. vide Bentl.

Etiam *iste*, quemadmodum *hic*, nonnunquam per attractionem in eodem casu ponitur, quo relativum. Sic Plaut. Curc. III, 1, 49: sed *istum quem* quaeris ego sum. Epid. III, 4, 12: *Istum quem* quaeris Periphanem Plotherium, Ego sum. Capt. I, 2, 1: *istos* captivos duos Heri *quos* emi de praeda a quaestoribus, His indito catenas singularias.

21. *Ille* pronomen tertiae personae est, saepe etiam habet vim vere *δεικτικήν*. Cato pro L. Turio contra Cn. Gellium ap. Gell. XIV, 2: *illi*, unde petitur, *ei* potius credendum esse. Ennii epigramm. 2, v. 5: Hic est *ille* situs, cui nemo civis cett. Plaut. Bacch. IV, 4, 48: Si tu *illum* solem sibi solem esse dixeris, Se *illum* lunam credere esse, *δεικτικῶς*. Trin. v. 43: Hic *ille*st senecta aetate qui factust puer. Fragm. Mercator. Ang. Mai. p. 490: Sed *ille quidam* cett. Merc. IV, 3, 31: Ista qui-

demst *illa* DO. quae *illa*st? Poen. prol. v. 119: *Ille*, qui adoptavit hunc sibi pro filio, *Is* illi Poeno huiusce patri hospes fuit. Epid. III, 4, 18: Pol ego magis unum quaero, meas quoi praedicem, Quam *illum* qui memoret suas mihi. Most. II, 1, 51: Ita *ille* faxit Iuppiter. *Ille* δεικτικῶς, v. adnot. Taubm. Cist. IV, 2, 71: At sibi *ille quidam* volt dari mercedem. HA. At pol *illa quaedam* (Taubm. ὁ δεῖνα) et v. 74: At enim *ille quidam*, mulier, in nulla opera gratuitast. Exempla coniunctionis *ille alter*, ubi *ille* disiunctionis causa additur, Haasius ad Reisig. p. 360, adnot. 365 affert haec: Men. prol. v. 26. 28: Inponit geminorum alterum in navem pater, — *Illum* reliquit *alterum* apud matrem domi, ib. v. 41 sq.: Immutat geminorum nomen avos huic alteri. Ita *illum* dilexit, qui subruptust, *alterum*, Trin. IV, 3, 59 sq.: Partem alteram Tibi permitto, *illam alteram* aput me quod bonist adponito, Terent. Adelph. V, 4, 17: *ille alter* sine labore patria potitur commoda. Andr. I, 5, 2: quid *illud* est? Ad. III, 2, 8: quem neque fides neque ius iurandum neque *illum* misericordia Repressit, ubi non recte, opinor, Haasius ad Reisig. p. 377, adnot. 379 ad *illum* iterum *quem* mente addendum censet, ita ut hanc coniunctionem duorum pronominum habeamus, *quem illum*, sed potius ad eum usum hoc refero, qui etiam apud Graecos extat, ut, sicubi duo enunciata ἐκ παραλλήλου posita sunt in sententia relativa, prius tantum per relativum pronomen exprimatur, alterum autem per demonstrativum, cf. §. 25 add.

Quod ad *numerum* pronominis *ille* attinet, etiam huius pronominis pluralis reperitur ad substantivum praegressum singularis numeri relatum, cuius significatio est collectiva, ap. Caton. R. R. c. 5: scibit in mente familiae quid sit, et *illi* animo aequiore facient. Item attractio casus extat in hoc pronomine coniuncto cum pronomine relativo. Sic Plaut. Men. II, 2, 37: Nummum *illum quem* mihi dudum pollicitu's dare, Iubeas, si sapias, porculum adferri tibi, ubi vide intpp. Trin. IV, 2, 143: Quia *illum quem* ementitu's is ego sum ipsus Charmides. Rud. IV, 4, 21: *illum quem* [tu fano Venerio] Dudum lenonem extrusisti, eius vidulum hic eccillum [habet]. Terent. Eun. III, 3, 18. Et sic potest fortasse etiam explicari Eun. prol. v. 10 sqq.: Atque in Thensauro scripsit, causam dicere Prius unde petitur aurum qua re sit suom, Quam *illic qui* petit, unde is sit thensaurus sibi, ubi *illum* exspectas, nisi potius cum Donato ellipsin v. *dicat* statuere velis. *Ellipsin* pronominis *ille* habes Plaut. Poen.

III, 5, 19: Ita mihi renunciatumst, quibus credo satis, sc. ab illis, v. Gron. ad Poen. IV, 2, 52, *pleonasmum* autem Aul. IV, 10, 28: Quin tu *eam* invenies, inquam, meam *illam* esse oportere, Euclio.

Pronominis *illic* haec habes exempla. Plaut. Trin. prol. v. 6: Nunc igitur primum quae ego sim et quae *illaec* siet Huc quae abiit intro, dicam. cf. v. 9: Tum *illanc* mihi esse gnatam voluit Inopiam. Epid. V, 1, 3: Quid *illuc* est. v. 14 *illic*. Rud. IV, 4, 14: Vir scelestus *illic* est. Aliquoties non est *δεικτικόν*, quemadmodum recte docent Fleckeisenus exerc. Plaut. p. 14 et Beckerus de com. Rom. quaest. p. 109. Sic Amph. II, 2, 36: Gravidam ego *illanc* hic reliqui. Trin. II, 4, 119: Per deos atque homines dico, ne tu *illunc* agrum Tuum siris umquam fieri. Terent. Andr. III, 5, 1: Ubi *illic* est.

III. Pronomen relativum.

22. a. *Significatio pronominis relativi.* Pronomen relativum semper ponitur in enunciatione secundaria et primum quidem, ut vel nomen docet, refertur ad notionem accuratius exponendam et describendam, deinde autem etiam in significationem finis s. consilii atque causae se convertit. Non raro refertur ad pronomen personale et hoc in se includit, sic ad primam personam Plaut. Amph. prol. v. 57, ad secundam Epid. III, 1, 8: Quid illum facere vis, *qui* tibi quoi divitiae domi maxumae sunt, Is *habes* nummum nullum. V, 1, 31: Quis tu homo's, *qui* meum parentum nomen *memoras* et meum? Terent. Eun. IV, 7, 24: Rogitas? *quae* mi ante oculos coram amatorem *adduxti* tuom? cf. Bernh. synt. graec. p. 291.

1) Spectemus primum usum simplicem, quo notionem exponit et describit accuratius. Cato fr. inc. ap. Gell. XIII, 23: Si quid est — *quod* utar, utor, h. e. quo uti possim. Cato R. R. C. 11: aheneum, *quod capit* culleum unum. C. 2: quid siet quod veneat. Corruptum est pron. relat. c. 1: qui in his agris praedia vendiderint, *quos* pigeat vendidisse, pro quo haud dubie *hos* vel *eos* scribendum est. C. 79 *quantos* = quot. Schneid.: „Saepe ita Palladius, qui et *aliquantos* pro aliquot posuit.“ Ennii Pancratiastarum fr. 2: Quis est, qui nostris finibus tam proterviter. Epicharmus fr. 7: Istic est is Iuppiter *quem* dico. Ib. v. 11: Haece propter Iuppiter sunt ista *quae* dico tibi. Plaut. Pseud. I, 4, 12: viginti minas, Quae nusquam nunc sunt gentium, inveniam tamen. Bacch. IV, 4, 75: Quid parasti? PI. *Quae*

tu [me] iussisti omnia. Bacch. IV, 9, 24: Is Helenam abduxit, quoia caussa nunc facio opsidium Ilio. Rud. III, 4, 40. Pseud. I, 2, 20: Huc adhibete auris quae ego loquar. Men. V, 5, 11: Audin quae loquitur? Curc. I, 1, 55: E nuce nuculeum qui esse volt, frangit nucem. Cist. I, 3, 36: siqua queat Reperire (eam), quae sustulerit. Poen. IV, 2, 106: Remora si sit, *qui* malam rem mihi det, merito fecerit. Pers. I, 2, 24: Ubi sint magistratus, quos curare oporteat? Rud. III, 1, 4: Velut ego hac nocte quae processit proxuma Mirum — somniavi somnium. Stich. I, 1, 4: viri — Quorum quidem nos negotiis apsentum, ita ut aequomst, Sollicitae noctis et dies, soror, sumus semper. Epid. III, 4, 20: ut *quod* ad te venio intelligas. Men. IV, 2, 38: Satin' audis quae illic loquitur? Mil. IV, 6, 7: Audin quae loquitur? Men. IV, 2, 72: non mihi censebas esse, *qui* (Abl.) te ulciscerer. Mil. II, 2, 79: At tu inperti, amice, me (sc. eo) quod conmentu's. Poen. IV, 2, 62: quid est quod metuas? Pseud. II, 2, 44: Ut id agam quod missus huc sum —? Aul. IV, 8, 1: Picis divitiis, qui aureos colunt, Ego solus supero (sic Both. et Goell., ut *Picis* sit acc. nominis *Pix).* Aul. IV, 1, 9: Quasi puer, qui nare discit, scirpea induitur rati. Asin. I, 3, 65: Necessest facere sumptum qui quaerit lucrum. Stich. II, 2, 38: Res omnis relictas habeo prae quod tu velis. Aul. III, 2, 21: quid est qua prohibes nunc gratia nos coquere hic coenam? Capt. II, 2, 63: Est profecto deus, qui quae nos gerimus auditque et videt. Truc. V, v. 62: Ubist, quod tu das? Amph. I, 3, 39: Ecastor condignum donum, qualist qui donum dedit. Terent. Eun. II, 2, 17: est genus hominum, *qui* esse primos se omnium rerum volunt. Eun. I, 2, 39: cum illo, quocum tum uno rem habebam. Heaut. V, 1, 40: quemquamne tam comi animo esse aut leni putas, Qui se vidente amicam patiatur suam? Andr. I, 1, 113: Quae sese in ignem inicere voluit, prohibui. Andr. I, 5, 38: quam ego animo egregie caram pro uxore habuerim. Phorm. I, 3, 1: qui mihi consultum optume velit esse. Ad. II, 1, 43: Minume miror qui insanire occipiunt ex iniuria. Andr. I, 1, 77: Ferme in diebus paucis, quibus haec acta sunt, Chrysis vicina haec moritur. Andr. prol. v. 20: Quorum aemulari exoptat neglegentiam. Hec. IV, 1, 32: Adeon me esse pervicacem censes, quoi mater siem cett. Adelph. prol. v. 3: Rapere in peiorem partem quam acturi sumus, sc. fabulam. Phorm. IV, 3, 7: de Antiphone audistin quae facta? Hec. I, 2, 22: Sed quid hoc negotist, modo *quod*

narravit mihi Hic intus Bacchis? Phorm. II, 4, 14: Quot homines tot sententiae. Nonnunquam substantivum praegressum apud pronomen relativum repetitur, ut Hec. prol. 2, v. 2: eodem ut *iure* uti senem Liceat, *quo iure* sum usus adulescentior et Heaut. prol. v. 20: Habet bonorum *exemplum*, *quo exemplo* sibi Licere id facere, quod illi fecerunt, putat. Andr. I, 1, 121: Ita tum discedo ab illo, ut *qui* se filiam Neget daturum, quod recte Schm. explicat: ut a tali, qui.

Pronomina relativa sunt etiam *quicunque* et *quisquis*, quorum vis ea est, ut omnia eius generis, quod describendum est, complectantur, ideoque latius patet quam simplicis pronominis *qui*. *Quisquis* et cum substantivo et sine eo ponitur, nonnunquam etiam in contracta enunciatione omisso verbo substantivo, ut vicem pronominis indefiniti sustineat, *quicunque* fere semper sine substantivo. *Quisquis* et de masculino et de feminino genere dicitur, rarior est antiqua forma *quiqui*, quae extat apud Plautum Aul. IV, 10, 44: *quiqui* est, v. Schmidt. de pronom. p. 54. Livius Andronicus fr. inc. trag. 6 ap. Nonium p. 197, 34 („*cuis* et generi feminino attribui posse veterum auctoritas voluit"): Mulier *quisquis* es, te volumus. Cato R. R. c. 7: In eodem fundo suum *quidquid* conseri oportet. Similiter c. 48: *Suum quidquid* genus talearum serito, ad q. l. Schneider.: „= seorsum suum quodque genus serito. Ita *quidquid* pro *quodque* dixit etiam Cicero." C. 24: *Quicquid vini* defrutabis. Ennii Melanippae fr. 5: *quidquid* est. Plaut. Men. V, 2, 60: *Quisquis* es, *quicquid* tibi *nomen* est, senex: summum Iovem Deosque do testis. Cist. II, 3, 66: Conteris Tu tua me oratione mulier, *quisquis* es. Item de feminino Rud. IV, 4, 102: Tum tibi hercle deos iratos esse oportet, *quisquis* es. Poen. act. II, v. 37: *quemquem* visco offenderant, Tam crebri ad terram accidebant cett. Poen. V, 2, 79: et tu edepol, *quisquis es*. 4, 30: *quicquid* sapit. Truc. II, 1, 42: sed fores, *quidquid* futurumst, feriam. Pseud. II, 2, 44: *quidquid* est *nomen* tibi. Pers. IV, 3, 76: et quidem edepol liberalist, *quisquis* est, de muliere. Amph. I, 1, 158: *Quisquis* homo huc profecto venerit, pugnos edet. Menaechm. V, 1, 17: Omnia mala ingerebat, *quemquem* aspexerat. Poen. III, 1, 2: Qui, *quidquid* agit, properat omnia. Amph. V, 1, 23: Ibo ut cognoscam, *quisquis* est. Aul. II, 2, 21: qui sibi *quidquid* tetigerint, tenent. Caecil. Statius inc. fab. fr. 19: Quaeso igitur *quisquis* es, mea mulier. Caecilius Sta-

tius Plocium fr. 1, v. 148: An quae mihi *quidquid* placet, eo privat, servatam velim? Terent. Phorm. II, 1, 16: *Quidquid* praeter spem eveniat, omne id deputare esse in lucro. Adelph. III, 2, 44: Quapropter *quoquo* pacto tacitost opus. Hec. I, 1, 6 sq.:

Ego propterea te sedulo
Et moneo et hortor, ne quoiusquam misereat,
Quin spolies mutiles laceres *quemquem* nacta sis,

de quo loco Klotzius in censura Nepotis ed. Beneck. nov. annal. phil. 1846, vol. 46, sect. 1, p. 83: „Forma *quemquem* in codicibus fere semper corrupta est, nam hoc quoque loco perboni codd. habent *quemque*, non *quemquem*, quod tamen verum esse tum vetus auctor tum sententia loci extra omnem dubitationem ponit. Auctor ille vetus est Cledonius p. 1908 Putsch.: *Quisquis*, *cuicui*, *quemquem*, ut Terentius: *quemquem nacta sis*.“ Compositum est indefinitum *unusquisquis*, quo id, quod ad omnes spectet, etiam in singulos cadere indicatur et verbi notio confirmatur (Schmidt. de pron. p. 57). Reperitur id apud Catonem in or. de suis virtutibus contra Thermum ap. Festum p. 234: qui *unum quicquid* mature transigit, is properat: — ego *unum quicquid* quod adortus eram transigebam, item ap. Plaut. Trin. IV, 2, 39: Si *unumquidquid* singillatim et placide percontabere. Ad analogiam v. *quisquis* etiam *quantus quantus* dictum est a Terentio Ad. III, 3, 40: Tu, *quantus quantu*'s, nil nisi sapientia es. — Lex Papiria tribunitia (a. Chr. 213) ap. Egger. p. 113: *Quicunque* praetor post hoc factus erit. Terent. Andr. I, 1, 36: Cum *quibus* erat *quomque* una. Andr. I, 5, 28: *Quae* mea *quomque* animo lubitumst facere.

Pronomen relativum non raro ita ponitur ut pro eo potius interrogativum exspectes. Similiter apud Graecos, de quibus vide Bernh. p. 291 (ut Eur. Alc. 643: ἔδειξας . . . ὃς ἦ). Sic Plaut. Men. IV, 2, 11: video quam rem agis. Trin. II, 4, 177: Dic hoc negoti quo modo actumst. Trin. IV, 3, 11: Scire volo quoi reddidisti. Men. II, 2, 74: Videamus, qui hinc egreditur. Mil. II, 3, 10: Nescis tu fortasse, aput nos facinus quod natumst novom. Capt. II, 1, 14: scimus nos nostrum officium quod est. Men. V, 1, 14 sq.: Non tu scis, mulier, Hecubam quapropter canem Graii esse praedicabant? Nonnulla tamen horum exemplorum ad attractionem possis trahere.

Nonnunquam pronomine relativo mutato genere abstracta accuratius designantur et explicantur, qui usus multo fre-

quentior est apud Graecos, de quibus vide Bernh. p. 291 sq. Sic Ennii Phoenicis fr. 2, v. 340: *Ea libertas est, qui* pectus purum et firmum gestitat (Gell. VII, 17). Plaut. Asin. II, 2, 57: Hem, *ista virtus est*, quando ussust, *qui* malum fert fortiter. Terent. Hec. IV, 3, 2: *Istuc est sapere, qui* ubi quomque opus sit animum possis flectere, quod recte explicat Schmiederus: „senex uxorem laudat, sed *qui* dicens, masc. genere, sententiam facit generalem, cuius facilis est explicatio. Iunge: istuc est sapere, qui (ut tu) ubic. op. sit anim. possis flectere.“ Facilius explicatu est Plaut. Rud. II, 3, 51. 52: etiam *qui* it lavatum In balineas, quom ibi sedulo sua vestimenta servat, Tam subrupiuntur.

2) Pronomen relativum finem sive consilium exprimit. Naev. l. VII belli Punici ap. Nonium v. paciscunt p. 474 (Vahlen. p. 17): moenia sint, Lutatium *quae* Reconcilient. Cato R. R. c. 3: trochleas Graecanicas binas, *quae* funibus sparteis *ducantur*. C. 6: uti siet *qui* vineam *alliges*. C. 11: cola, *qui* (abl.), florem demant, ubi *qui*, ut saepius, ad pluralem refertur. ibid: ahenum coculum *quod capiat* culleum (ibid. alio loco: ahenum, *quod capit* culleum unum, indicativus positus est). C. 12: confibulas ligneas, *qui* (abl.) arbores comprimat. C. 13: *quod capiat* quadrantalia quinque. C. 104: Vinum familiae per hiemem *qui utatur*. C. 10: asinos — *qui* stercus vectent. Ib.: ahenum *quod* capiat quadrantalia XXX. ib.: ahenum *quod* capiat quadrantalia V. ib.: *qui* (abl.) nucleos succernat. Plaut. Capt. V, 4, 6: Aut anates aut coturnices dantur *qui*cum lusitent. Truc. II, 7, 24: et melius *qui* valeat, fero, ad q. l. Schoppius: „*Qui* pro *ut* Lambino non intellectum. Adfero, inquit, tibi ab ero meo dono aurum et obsonia, ut melius valeas. Sic Curcul. act. IV, 2, 33: Ecquid das *qui* bene sit? Et Bacch. I, 1, 51: Dato *qui* bene sit.“ Aul. III, 5, 28: Vehicla, *qui* vehar. Truc. II, 1, 31: Si negat habere *quod* det. v. 32: Nec satis accipimus, satis quom *quod* det non habet. Aul. I, 2, 14: Ne causae quid sit, *quod* te quisquam quaeritet. (Sic Gron. et Goell. Vet. cod. Meurs. *quo te*. Vulgatam adscripsit Bentl. ad Ter. Hec. III, 5, 2). Pers. IV, 4, 41: Indica, minumo daturus qui sis, *qui* duci queat, quod Lamb. explicat: „et a me emptore abduci queat.“ Capt. I, 2, 51: Nullumne interea nanctu's, *qui* posset tibi Remissum quem dixti imperare exercitum? Poen. V, 5, 8: Nactus est hominem, mina *quem* argenti circumduceret. Pers. I, 3, 76: Quam ille habeat *qui* hanc lenoni huic vendat. Epid. III,

4, 30: mihi concubina *quae* sit. Poln. III, 5, 28: Eum adlegarunt, suom *qui* servom *diceret* Cum auro esse apud me. Epid. III, 3, 37: conductam esse eam, *Quae* hic administraret. Rud. prol. v. 10—12: Is nos per gentis [hic] alium alia disparat, Hominem *qui* facta, mores, pietatem et fidem Noscamus. Amph. I, 1, 184: certumst — hominem — adloqui, *Qui* possim videri huic fortis. Truc. V, v. 17: accipe hocce, *qui* istuc ecficias opus. Trin. prol. v. 15: Dedi ei meam gnatam, *qui*cum egestatem exigat, ad q. l. Douza: „*Quicum* et *quocum* utrumque indeclinabile, tam plurali quam singulari numero, ablativi loco positum omnibusque adeo generibus ἀδιαφόρως accommodari potest; illi autem peccant largiter, qui pro *quicum* usurpare *quibuscum* vel etiam *queiscum* in pluralibus dativis ausi.“ Aul. II, 2, 61: nihil est dotis *quod* dem (sic Δpg). Aul. IV, 10, 6: quid ego merui de ted, adulescens, mali, *quam*obrem ita faceres meque meosque perditum ires liberos? Amph. V, 2, 12: hau promeruit *quam* ob rem vitio vorteres. Asin. I, 1, 65: Praesertim quom is me dignum *quoi* concrederet Habuit. Terent. Eun. V, 2, 26: Si ego digna hac contumelia Sum maxume, at tu indignus *qui* faceres tamen. Andr. IV, 4, 19: Adeon videmur vobis idonei, In *quibus* sic inludatis? Andr. II, 1, 34sq.: Efficite *qui* detur tibi; Ego id agam, mihi *qui* ne detur. Eodem modo pro *ut* usurpatum puto *qui* Andr. prol. v. 5—7: Nam in prologis scribundis operam abutitur, Non *qui* argumentum narret, sed *qui* malivoli Veteris poetae maledictis respondeat, dissentiens a Ruddimanno II, p. 346, adnot. 8, qui cum Westerhovio *qui* pro *utpote qui* positum esse putat, nam si hanc sententiam inesse voluisset poeta, scripsisset *qui non*. Heaut. III, 1, 83: Dum id quaero, tibi *qui* filium restituerem (= ut). Eun. III, 1, 55: Par pro pari referto *quod* (= ut hoc) eam mordeat. IV, 7, 40: quaere *qui* respondeat, ſuche dir einen, der dir antwortet. *Qui* saepe etiam pro *utinam* ponitur, ut Plaut. Men. III, 1, 6: *Qui* illum di omnes perduint, vid. Gronov. Pers. V, 2, 6: *Qui* illum Persam atque omnis Persas atque etiam omnis personas Male di omnes perdant. Cas. II, 4, 1: *Qui* illum di omnes deaeque perdant! Trin. IV, 2, 78: *Qui* istum di perdant, ad q. l. Lindem.: „*qui* pro *ut* simpliciter poni multi loci apud Plautum argumento sunt, quos collegit Pareus lex. Plaut. h. v., ubi tamen multi citati sunt, qui nihil demonstrant. Adde Donat. ad Terent. Phorm. 1, 2, 73: *Qui* illum di omnes perduint.“ Etiam ablativus

quo huc pertinet aut per se positus, aut, quod frequentius est, coniunctus cum comparativo, unde existunt notissima illa *quo magis, quo minus,* alia. Plaut. Aul. prol. v. 14: Agri reliquit ei non magnum modum, *Quo* cum labore magno et misere viveret. Epid. II, 2, 106: *Quo* illum ab illa prohibeas. Rud. I, 2, 23: An *quo* furatum venias vestigas loco? Terent. Adelph. II, 4, 6: Ne id adsentandi magis quam *quò* habeam gratum facere existumes. Eun. I, 2, 70: Adiuta me, *quo* id fiat facilius. Andr. I, 2, 25 sq.: si sensero hodie quicquam in his te nuptiis Fallaciae conari, *quo* fiant minus. Andr. IV, 2, 16: Si poterit fieri, ut ne pater per me stetisse credat, *Quo* minus haec fierent nuptiae, volo. Hec. IV, 4, 7: Dic filiae rus concessuram hinc Sostratam: Ne revereatur, minus iam *quo* redeat domum. Heaut. III, 2, 31: nisi mihi quidem addit animum, *quo* lubeat *magis.*

3) Pronomen relativum causam significat, ubi et cum indicativo, et, quod frequentius est, cum coniunctivo coniungitur, nonnunquam etiam ita ponitur, ut non spectet ad substantivum proxime praegressum, sed ad aliud, quod quale sit ex sententia totius loci eruendum est. Cato orat. contra M. Caelium ap. Gell. I, 15: Numquam tacet, *quem* morbus tenet loquendi. Weberus *quem* explicat *nam eum.* Subiectum est Caelius. Plaut. Mil. III, 1, 205: *Qui* nisi adulterio studiosus rei nulli aliaest inprobus, ubi Lind.: „*Qui* est quippe qui, quia is.“ IV, 1, 27: *Quaen* cupiat?, ubi Lind.: „Quae est *quippe quae*; quidni velit, quae cupit?“ v. 38: *quae* te tamquam oculos amet, ubi Lind: „ea enim te amat, ut saepe.“ Truc. III, 1, 20: Quid istuc alienumst, amabo, mi Strabax, *Qui* non extempulo intres? IV, 2, 17: Stultus es, *qui* facta infecta facere verbis postules. Stich. IV, 1, 49: Videlicet parcum fuisse illum senem, *qui* [id] dixerit. Capt. II, 1, 46: Quoniam nobis di inmortales animum ostenderunt suum, *Ut qui* erum me tibi fuisse atque esse nunc conservom velint (= utpote qui). Trin. III, 2, 11: An it est sapere, *ut qui* beneficium a benevolente vepudies? Bacch. II, 3, 49: Adeon me fuisse fungum ut *qui* illi crederem — ? Trin. I, 2, 126: quid tibi ego dicam? *qui* illius sapientiam — pessum dedit, de q. l. Lindem.: „Fere idem est ac si dixisset: Hic iam — ille ignavus — paene pessum dedit. Pro *hic* dixit *qui*, ut aliquam tamen ad superiora relationem significaret, tanquam si *nam*, *enim*, vel *scilicet*, vel tale quid, quod caussam indicet, apposuisset.“ Capt. I, 2, 44: quid me patrem par facerest, *quoi* illest unicus? II, 2, 8: *Quos*

tam grandi sim mercatus praesenti pecunia, = quum vos. Rud. II, 6, 54: *Quine* auderem tecum in navem ascendere? — III, 2, 26: Bene equidem tibi dico, *qui* te digna ut eveniant precor. Anacoluthon est Pseud. I, 5, 58: hercle *qui*, ut tu praedicas, Cavendumst mi aps te irato, ubi *qui* extra sententiam videtur positum esse; orsus est orationem, quasi pergere voluisset: cavere debeo. Poen. I, 2, 79: nam tu's lapide silice stultior, *Qui* hanc *ames*. V, 2, 27: nam qui scire potui, dic mihi, *Qui* illim sexennis *perierim* Carthagine? v. 73: At hercle te hominem et sycophantam et subdolum (sc. esse oportet), *Qui* huc advenisti cett. V, 5, 37: *Qui* huic es molestus. Pers. I, 2, 23: Set sumne ego stultus, *qui* rem *curo* publicam?, — h. e. quod curo, quum curem. III, 1, 63: *quoi* dos sit domi. IV, 4, 115: di deaeque te agitant irati, scelus, *Qui* hanc non properes destinare. 6, 17: quippe *qui* frater siet. Epid. III, 1, 6: Absurde facis, *qui* te angas animi. Stich. I, 1, 2: Credo ego miseram fuisse Penelopam — *Quae* tam diu viro suo vidua caruit. Men. II, 2, 26: ubi ego te noverim, *Qui* amicam eram meam habeas hanc Erotium? II, 2, 48: quod te urget scelus, *Qui* huic *sis* molestus? Poen. V, 2, 71: Hominem peregrinum atque advenam *qui inrideas*. Mil. IV, 1, 5 sq.: Quin tu tuam rem cura potius quam Seleuci. *quae* tibi Conditio nova luculenta fertur per me interpretem, ad q. l. Lindem.: „Haec referenda et annectenda sunt ad superiora. Tuam rem potius cura; quippe quum eiusmodi conditio tibi offeratur, quae omni cura sit dignà. Vel potius: conditio enim, quae tibi fertur, satis luculenta est.“ Similiter Mil. II 4, 52: Dudum edepol planumst id quidem: *quae* hic usque fuerit intus, ubi Lind.: „*Quae* pro *quippe quum haec*.“ Capt. III, 4, 97: an tu fortasse fuisti meae matri opstitrix, *Qui* id tam audacter dicere *audes*? Epid. IV, 2, 5: *quae* ex te nata sit? v. 11: Quid? ego lenocinium facio, *qui* haberem alienos domi Atque argentum egurgitem domo prorsum? Rud. I, 2, 16: Set utrum tu masne an femina's, *qui* illum patrem *Voces*? v. 21: Tibi quidem hercle, quisquis es, magnum malum, *Qui* oratione hic occupatos *occupes*. IV, 4, 69: Quid, istae mutae sunt, *quae* pro se fabulari non *queant?* v. 103: Tum tibi hercle deos iratos esse oportet, quisquis es, *Quae* parentis tam in angustum tuos locum conpegeris. Aul. IV, 10, 39: Sanus tu non es, *qui* furem me voces. Amph. prol. v. 22: quippe *qui* intellexerat. v. 57: Quasi nesciam vos velle, *qui* divos siem. I, 1, 2: Qui me alter est audacior — Iu-

ventutis mores qui sciam, *qui* hoc noctis solus ambulem? Amph. I, 1, 278: Quid ego ni negem, *qui* egomet siem? 3, 8: Nimis hic scitust sucophanta, *qui* quidem sit meus pater. II, 1, 12: audes mihi praedicare id, Domi te esse nunc, *qui* hic ades. v. 21: Rogasne, inprobe, etiam *qui* ludos facis me? 2, 75: At pol qui certa res Hanc est obiurgare, *quae* me hodie advenientem domum Noluerit salutare. IV, 2, 2: Tibi Iuppiter Dique omnes irati certo sunt, *qui* sic frangas foris. Truc. V, v. 38: Qui, malum, bella aut faceta's, *quae ames* hominem istimodi? Capt. III, 4, 14: Aut si te odit, *qui* istum appelles Tyndarum pro Philocrate. Asin. III, 1, 2: An ita tu's animata ut *qui* expers matris inperiis sies?, ubi Hartungius de casibus p. 143 praeeunte Lambino *qui* pro genere feminino pronominis relativi accipit, quod valde dubito num fieri possit. Est potius mea quidem sententia ablativus pronominis indefiniti, pro aliqui = aliqua ratione, ὥστε που (v. infra § 33). As. I, 3, 73: Haecine te esse oblitum, in ludo *qui* fuisti tam diu? III, 3, 68: Nolo ego te *qui* erus sis mihi onus istuc sustinere. Aul. II, 5, 22: quippe *qui* Ubi quid surripias, nihil est: ubi abundat *qui* et propterea tantum positum est, ut sententia efficiatur relativa, vide Faern. ad Ter. Heaut. III, 2, 27: Quippe *qui* Magnarum saepe id remedium aegritudinumst. Caecil. Stat. Plocium fr. 2:

Sed tua morosane uxor quaeso est? — Quam rogas? —
Qui tandem? — Taedet mentionis, *quae* mihi
Ubi domum adveni adsedi, extemplo savium
Dat ieiuna anima,

ubi *quae* refertur ad praegressum *uxor*. Similia ex Graecis attulit Bernh. synt. p. 293. Terent. Adelph. II, 2, 7: Qui potui melius, *qui* hodie usque os praebui? Andr. IV, 4, 10: satin sanu's, *qui* me id *rogites?* v. 11: quem igitur rogem, *Qui* hic neminem alium *videam*? Phorm. V, 9, 21: An quicquam hodiest factum indignius? *Qui* mi, ubi ad uxores ventumst, tum fiunt senes. Andr. prol. v. 19 sq: *Qui* quom hunc accusant, Naevium Plautum Ennium Accusant, *quos* hic noster auctores habet. Eun. II, 3, 12: Ut illum di — perdant — Meque adeo, *qui* restiterim. Andr. I, 1, 71: *Qui* gnatum *haberem* tali ingenio praeditum. IV, 1, 40: *qui* auscultaverim. Eun. IV, 7, 7: *qui* istum huc *portes*. v. 32: miseret tui me, *qui* hunc tantum hominem *facias* inimicum tibi. Heaut. III, 2, 8: te demiror — Tam mane, *qui* heri tantum biberis. 3, 4: facis adeo indigne iniuriam illi, *qui* non *abstineas*

manum. v. 28: Di te eradicent, *qui* me hinc *extrudis*, Syre. V, 1, 24: miror, *qui* alia tam plane scias. 3, 9: iniquos es, *qui* me tacere de re tanta postules. Adelph. I, 1, 41: Errat longe mea quidem sententia, *Qui* — *credat*, Hec. IV, 1, 49: Sed ego stultior, meis dictis parere hanc *qui* postulem. Eun. II, 3, 74: O fortunatum istum eunuchum, *qui* quidem in hanc detur domum! Eun. V, 4, 22: O scelestum Parmenonem, *qui* istum huc adduxit! Adelph. II, 3, 9: *Qui* ignominias sibi post putavit esse prae meo commodo. II, 4, 4: Ego illam hercle vero omitto, *qui* quidem te habeam fratrem. III, 3, 14: Mihi, *qui* id dedissem consilium, egit gratias. Hec. V, 4, 12: Egon *qui* ab orco mortuom me reducem in lucem feceris Sinam sine munere a me abire?

23. b. *Genus pronominis relativi.* Non raro κατὰ σύνεσιν relativum genere non ei vocabulo accommodatur, ad quod proprie pertinet, sed ei quod cogitatur. Sic Plaut. Most. I, 3, 87: *quae* pro me causam diceret, patronum liberavi. Epid. V, 1, 20: Ex tuis verbis meum futurum corium pulcrum praedicas, *Quem* Apelles atque Zeuxis duo pingent pigmentis ulmeis. Cas. III, 4, 2: *Qui* me atque uxorem ludificatust, larüa. Pers. III, 1, 65: Si *hoc* adcurassis lepide, *quoi rei* operam damus. Terent. Adelph. II, 3, 9: Festivom caput, *Qui* ignominias sibi post putavit esse. Andr. III, 5, 1: Ubi illic est? scelus, *qui* me hodie ... Eun. II, 3, 11: Ut illum di deaeque senium perdant, *qui* hodie me remoratus est. Andr. I, 1, 70: Omnes — laudare fortunas meas, *Qui* gnatum haberem tali ingenio praeditum, cuius simile est, quod Bernh. synt. p. 294 attulit ex Soph. Oed. C. 730: τῆς ἐμῆς ἐπεισόδου, ὃν μήτ' ὀκνεῖτε. Adelph. V, 4, 27: Id mea minume re fert, *qui* sum natu maxumus. Praecipue commemorandus est usus generis neutrius, quod primum indefinite usurpatur de genere quopiam rerum, ut Cato R. R. c. 16: Dominus *lapidem, ligna* ad fornacem, *quod* opus siet praebet, h. e. quantum eorum, so viel davon. Plaut. Epid. I, 2, 11 sq.: argenti dare *quadraginta minas, quod* danistae detur, unde ego *illud* sumpsi faenore, de quo usu Fleckeisenus nov. annal. phil. 1860, sect. 4, p. 287: „Patet hinc, Latinos ad pecuniae summam, quae in praegressis nominata est, iterum designandam uti solitos esse genere neutro pronominis in singulari posito, ut mente addi possit *pondus auri* vel *argenti*.“ Amph. I, 3, 3: verum *quod* erit natum tollito, ad q. l. Gronov.: „Ita loquebantur neutro genere de partu et futuro et recens nato.“ Te-

rent. Phorm. III, 1, 17: De eius consilio sese velle facere *quod* ad hanc rem attinet. Audacius dictum est Eun. II, 1, 5: Ego quoque una pereo, *quod* mihist carius, h. e. qui mihi sum carior, uti interpretatur Donatus. Deinde ad explicanda nomina abstracta, sic Terent. Heaut. I, 1, 5: Vel virtus tua me vel vicinitas, *Quod* ego in propinqua parte amicitiae puto, Facit ut te audacter moneam. Tum saepe ita usurpatur, ut spectet ad sententiam enunciationis, quae aut antecedit aut sequitur. Sic Plaut. Mil. III, 1, 154: Nunc *quod* occepi opsonatum pergam. As. IV, 1, 51: *Quod* illa autem simulet quasi gravedo profluat. Hoc ne sic faciat, = quod autem attinet ad hoc, quod simulet. Curc. II, 1, 35: *Quod* eis respondi, ea omnes stant sententia. Cas. II, 5, 3: Quam istam operam a me inpetres, *quod* postulas h. e. istam operam a me impetrare). Epid. I, 2, 28: Empta ancillast, *quod* tute ad me litteras Missiculabas. Aul. IV, 10, 39: Ego te, Euclio, De alia re rescivisse (sic Fleckeis. exerc. Plaut. p. 44) censui, *quod* ad med attinet. Capt. III, 4, 54: Filium tuum *quod* redimere se ait, id ne utiquam mihi placet. Epid. V, 1, 32: *Quod* quidem nunc veniat in mentem mihi. Most. IV, 3, 18: Minas quadraginta accepisti, *quod* sciam. Men. III, 2, 35: Non edepol ego te, *quod* sciam, unquam ante hunc diem Vidi. Terent. Ad. IV, 5, 7: Non equidem istas, *quod* sciam, h. e. quantum memini. Hec. III, 2, 3: *Quod* te, Aesculapi, et te, Salus, nequid sit huius oro. Eun. III, 1, 10: Qui habet salem, *Quod* in test (h. e. salem habere). Heaut. III, 3, 123: In tempore ad eam veni, *quod* rerum omniumst Primum (*quod* h. e. in tempore venire). Ad. I, 1, 18: *Quod* fortunatum ist putant, Uxorem numquam habui, i. e. uxorem habere. Heaut. III, 1, 86: *Quod* sensisti illos me incipere fallere, Id ut maturent facere. Hec. III, 4, 23: *Quod* constitui me hodie conventurum eum, Non posse. Ad. V, 5, 58: Prodidisti et te et illam miseram et gnatum, *quod* quidem in te fuit, = quantum. Ad. III, 5, 1: Istam *quod* potes Fac consolere = quantum, quoad vel quatenus (Rudd. p. 354, adnot. 25). Eun. II, 1, 8 sq. Munus nostrum ornato verbis, *quod* poteris: et illum aemulum Quod poteris, ab ea pellito (= quatenus id poteris). Hec. III, 1, 7: Nam *quod* potero adiutabo senem. V, 1, 34: Meritus de me est, *quod* queam illi ut commodem. Dicuntur etiam ab initio orationis posita *quod si, quod ni, quod utinam, quod apsque* quae recte ita explicat Reisigius p. 368, ut *quod* cum prae

gressis sit coniungendum, hac sententia: *quod ad id attinet.* Plaut. Capt. III, 5, 96: *Quod apsque* hoc esset. Terent. Andr. I, 5, 23: *Quod si* ego rescivissem id prius. Phorm. I, 3, 3: *Quod ni* fuissem incogitans, ita [eum] expectarem, ut par fuit. v. 5: *Quod utinam* ne Phormioni id suadere in mentem incidisset. Denique pronomen relativum genus suum nonnunquam non subiecto orationis, sed praedicato accommodat, ut Ennii annal. l. I, fr. 21: Est locus Hesperiam *quam* mortales perhibebant.

c. *Numerus pron. relativi.* Memorabilis est singularis post collectivum *omnes* Plaut. Capt. I, 2, 53 sq.: fugitant *omnes* hanc provinciam, *Quoi* optigerat, post Philopolemus quam captust tuus, quod recte explicat Lambinus: „omnes, quisque suo loco, cui provincia obtigisset.“ Frequentior est usus *pluralis* relati ad praegressum singularem, si aut *κατὰ σύνεσιν* plures eiusdem generis res cogitantur aut partes, ex quibus quasi constat aliqua res, describuntur. Cato R. R. c. 20: facito *labeam,* bifariam habeant, *quas* figas clavis duplicibus, ne cadant, ad q. l. Schneiderus: „Pronomen *quas* potest ad sensum referri, etsi numero praecedenti non convenit.“ Plaut. Amph. III, 3, 11: Ego rem divinam intus faciam, vota *quae* sunt, ad q. l. Lamb.: „Mutat numerum, more solito, pro: rem, quae vota est. id est, faciam rem divinam et quae diis, si salvus redirem, a me vota sunt, ea persolvam.“ Trin. IV, 2, 93: Qui egomet unde redeam hunc rogitem, *quae* ego sciam atque hic nesciat, ad q. l. Lindem.: „Exspectasses: *quod ego sciam,* quum unum tantum sit, quod rogitet, nempe unde redeat.“

24. d. *Collocatio pronominis relativi.* Relativum si coniungit inter se duas enunciationes ab initio alterius poni per se patet, sic Plaut. Rud. III, 4, 54: *quas* si attigeris, oculos eripiam tibi. Rud. II, 4, 18: At ego basilicus sum: *quem* nisi oras, guttam non feres. Saepe relativum ante notionem collocatur, ad quam pertinet, quo magis animus intendatur ad hanc notionem quoque magis quasi in conspectu ponatur. Sic Cato R. R. c. 33: Et *quae* iam in perticam ibit, *eius* pampinos teneros alligato cett. C. 6: *Quam* earum in his locis optimam dicent esse, *eam* maxime serito. Plaut. Rud. IV, 3, 23: Vidulum istum *quoius* est novi ego hominem. Rud. prol. v. 13—15: *Qui* falsas litis falsis testimoniis Petunt quique in iure abiurant pecuniam, *Eorum* referimus nomina excripta ad Iovem. Amph. II, 2, 55: Haut aequom facit, Qui *quod* didicit *id* dediscit. Terent.

Andr. I, 1, 20: *Quas* credis esse has, non sunt verae nuptiae. Saepe enunciatio relativa ante aliam enunciationem ita ponitur, ut spectet ad generalem sententiam eius deque ea iudicium proloquatur. Idem usus est apud Graecos, vide Bernh. p. 297, qui inter alia exempla hoc affert ex Euripidis Medea v. 453: *ἃ δ' ἐς τυράννους ἐστί σοι λελεγμένα, πᾶν κέρδος ἡγοῦ ζημιουμένη φυγῇ*. Sic Plaut. Mil. IV, 4, 20: *Quod* aput nos fallaciarum structumst, [ego] certo scio, Oppidum quodvis videtur posse expugnari [eis] dolis. Terent. Heaut. V, 2, 47: adhuc *quod* factumst Miror non iusse me ilico adripi, h. e. pro eo quod factum est, bei dem was bis jetzt geschehen ist, sive: quamquam talia facta sunt, quum talia evenerint. Andr. III, 2, 50: Nam gnatus *quòd* pollicitust, haud dubiumst mihi, Si nolit, quin eum merito possim cogere, quamquam hoc simplicius explicari potest per structuram haud inusitatam *cogere aliquem aliquid*. Andr. I, 5, 54: *Quod* ego per hanc te dextram oro et genium tuom, Per tuam fidem perque huius solitudinem Te obstestor, ne abs te hanc segreges, ad q. l. Ruhnk.: „Vulgo *quod* explicant propter quod, quam ob rem, sed durum est in his formulis ita capere; lenius est intelligere in quo, qua in re, omninoque *quod* et in his et in similibus servit transitioni.“ Contrarium est, si *quod* eadem vi enunciationi postponitur (de Graecis vide Bernh. synt. p. 298, qui affert inter alia Eurip. Bacch. 341 *ὃ μὴ πάθῃς σύ*), ut Plaut. Merc. V, 4, 62: Quin amet et scortum ducat, *quod* bono fiat modo, ubi Lamb.: „Modo nil fiat contra leges et supra modum.“ Separatum est relativum a notione ad quam pertinet Aul. prol. v. 15: Ubi is obiit mortem, *qui* mihi id aurum credidit. Satis longo intervallo hoc factum est Stich. I, 1, 4: nam nos eius animum De nostris factis noscimus, *quarum* hinc viri apsunt, item tribus locis, quos hanc in rem affert Beckerus de com. Rom. fab. quaest. p. 40: Trin. I, 2, 48:

Nam nunc ego si te subrupuisse suspicer
Iovi coronam de capite ex capitolio,
Qui in columine astat summo.

Epid, 1, 1, 12: Et is danista advenit una cum eo, *qui* argentum petit, ubi antecedit adeo nomen eiusdem generis, quo errori magis etiam locus datur, non secus Terent. Phorm. II, 3, 24:

— numquam tam gravis
Ob hanc inimicitias caperem in vostram familiam,
Quam is aspernatur nunc tam inliberaliter.

25. e. *Attractio pronominis relativi.* Pronomen relativum saepissime cum nomine vel pronomine, ad quod refertur, in unam enunciationem in eodem casu positum coniungitur. (Eodem modo apud Graecos, ex quibus exempla vide ap. Bernh. p. 302 et 303). Sic orac. Delphicum ap. Liv. V, 16: memor, *quam* per tot annos circum obsidis *urbem*, ex ea tibi — victoriam datam (sic emend. Herm. elem. p. 617. Apud Livium deest *circum* et est *obsides* pro *obsidis*). Cato R. R. praef.: Nunc — *quod* promisi *institutum principium* hoc erit. C. 6: *Qui locus* vino optimus dicetur esse et ostentus soli, *ibi* Amineum — conserito. Ib.: *Qui locus* crassus erit — ibi Amineum maius — serito. C. 35: Hordeum *qui locus* novus erit aut qui restibilis fieri poterit, serito (sc. ibi s. in eo). Trimestrem *quo in loco* sementem maturam facere non potueris et *qui locus* restibilis crassitudine fieri poterit, seri oportet. C. 40: postea capito tibi surculum, *quod genus* inserere voles. C. 41: Terebra vitem quam inseres, pertundito, eo duos surculos vitigineos, *quod genus* esse voles, insectos obliquos artito ad medullam. C. 42: *Quod genus* aut ficum aut oleam esse voles, inde librum scalpro eximito, alterum librum cum gemma de eo fico, *quod genus* esse voles, eximito. Cato suasio legis Voconiae ap. Serv. ad Virg. Aen. I, 573: *Agrum quem* vir habet tollitur (cf. Meyer. ed. II, p. 101. Bolhuis. 154), pro: ager, quem vir habet, tollitur. Huc referendum erit etiam *quot mensibus* = singulis mensibus, quod legitur apud Catonem R. R. c. 43, quodque per attractionem dictum puto pro: mensibus, quot sunt. Plaut. Amph. prol. v. 7: *Quasque* incepistis *res* quasque inceptabitis. IV, 1, 1: *Naucratem quem* convenire volui in navi non erat. Asin. III, 3, 31: *Patronus qui* vobis fuit futurus, perdidistis. Aul. II, 2, 19: Nemini credo *qui* large blandust *dives* pauperi, h. e. nemini diviti qui cett. IV, 4, 28: Quis illic est, *qui* intus *alter* erat tecum simul? Capt. prol. v. 1: *Hos quos* videtis stare hic *captivos duos,* Vincti quia astant, hi stant ambo, non sedent. I, 2, 1 sq.: *istos captivos duos* Heri *quos* emi de praeda a quaestoribus, His indito catenas singularias. Curc. III, 49: Set *istum quem* quaeris ego sum. III, 63: ut ei detur *quam* istic emi *virginem.* Epid. III, 1, 8: Quid illum ferre vis, qui, *tibi quoi* divitiae domi maxumae sunt, Is habes nummum nullum. III, 4, 12: Sed *istum quem* quaeris *Periphanem Plothenium,* Ego sum, siquid vis. III, 4, 22: Nunc demum scio ego hunc qui sit; *quem* dudum Epidicus

Mihi praedicavit *militem*, h. e. miles est, quem etc. III, 4, 36 Heus foras educite *Quam* introduxistis *fidicinam*. Most. II, 2 74: *Quae* hic *monstra* fiunt, anno vix possim eloqui. V, 1, 5 *Ostium quod* in angiportust, eius patefeci foris. Men. II, 2, 37 *Nummum illum quem* mihi dudum pollicitu's dare, Iubeas, si si pias, porculum adferri tibi, h. e. illo nummo, quem etc. Mi I, 1, 73: Ut in tabellis *quos* consignavi [interim] *Latrones*, hibi dinumerem stipendium. II, 1, 62 sqq.: Nam *unum conclave* coi cubinae *quod* dedit Miles, quo nemo nisi eapse inferret peder In eo conclavi ego perfodivi parietem. III, 1, 3: ne uspiam ii sidiae sient, *Consilium quod* habere volumus, ubi Lind.: „attra ctione satis frequenti, pro eo, quod dicendum erat: ei coi silio, quod habere volumus, vel, quae usitatior est structur *ne, quod consilium habere volumus, ei uspiam insidiae sint.*" Mer II, 1, 6: Ei ne noceret, *quam* domi ante habui *capram*, pro: caprae. Pseud. I, 5, 114: *Tibicinam illam* tuus *quam* gnatu deperit, Ea circumducam lepide lenonem. v. 137: At nunc di turba *quas* statuisti *machinas*. III, 2, 36: *Quas herbas* pecud non edunt, homines edunt. Poen. III, 3, 31: *hunc chlamydatu quem* vides, Ei Mars iratus est. Rud. prol. 9. 10: *Quis*t impe rator divom atque hominum *Iuppiter*, Is nos per gentis [hic] aliu alia disparat. IV, 4, 21: *illum quem* [tu fano Veneris] Dudu *lenonem* extrusisti, eius vidulum hic eccillum [habet]. V, 2, 4 *ego qui* in mari prehendi Rete atque excepi vidulum, ei da negatis quicquam. Stich. II, 1, 50: Quid istic inest? Pl. *Qu* tu edes *colubras*. Truc. II, 6, 52: Paenitetne, *quot* mi *ancill* sunt iam —? Terent. Andr. prol. v. 3: populo ut placere *quas* fecisset *fabulas*. prol. v. 26: Posthac quas faciet de in tegro comoedias, Spectandae an exigendae sint vobis prius. I, 12: *Quod* habui *summum pretium* persolvi tibi. I, 1, 20: *Qu* credis esse *has*, non sunt verae nuptiae. IV, 1, 58: restitu *quem* a me accepisti *locum*. Eun. prol. v. 20: *quam* nunc actu sumus Menandri *Eunuchum*, postquam aediles emerunt, Perfec sibi ut inspiciundi esset copia. III, 1, 59 sq.: metuit sempe *quem* ipsa nunc capit *Fructum*, nequando iratus tu alio confera III, 3, 18: Nisi si *illa* forte *quae* olim periit parvola Eam se intendit esse. IV, 3, 11: *Eunuchum quem* dedisti nobis qu turbas dedit. Phorm. prol. v. 4: Qui ita dictitat, *quas* anteh fecit *fabulas*, Tenui esse oratione. II, 4, 21: Is *quod* mihi d derit de hac re *consilium*, id sequar. V, 8, 54: *argentum qu*

habes condonamus te (sc. id). Hec. I, 2, 61: Nocte illa prima virginem non attigit: *Quae* consecutast *nox* eam, nilo magis. III, 1, 31: quia enim *qui* eos gubernat *animus* infirmum gerunt. Ad. V, 3, 21: Principio, si id te mordet, *sumptum* filii *Quem* faciunt. Attractio casus est Heaut. I, 1, 35: Hac quidem causa, *qua* dixi tibi.

Additamentum. Si duae enunciationes relativae ad eandem notionem spectant, constans hic est usus et Graecorum (v. Bernh. p. 304) et priscorum Latinorum scriptorum, ut semel tantum ponatur relativum, in altera autem enunciatione aut plane nullum pronomen aut pronomen tertiae personae sequatur. Sic Plaut. Amph. I, 1, 269: Nam *quod* egomet solus feci nec quisquam alius adfuit (h. e. nec cui rei). Capt. III, 4, 23: *Quibus* insputari saluti fuit atque *is* profuit. Rud. II, 1, 2: Praesertim *quibus* nec quaestus est nec artem didicere ullam. Terent. Andr. I, 1, 66: Nam *qui* cum ingeniis conflictatur eius modi, Neque commovetur animus in ea re tamen, Scias posse habere iam ipsum suae vitae modum. Adelph. I, 2, 4: *quem* neque pudet Quicquam, nec metuit quemquam, neque legem putat Tenere se ullam. Ad. III, 2, 8, de quo loco vide supra §. 21.

IV. Pronomina interrogativa.

26. Primum huc spectant *quis quid, qui quae quod.* Quarum formarum *quis, quid, qui* apud priscos scriptores promiscue et substantivi et adiectivi loco, *quis* etiam de genere feminino usurpantur, *quod* semper adiectivi munere fungitur; discrimen autem, quod Kritzius, qui bene de hac re disputat ad Sall. Catil. c. 44, inter *quis quid* et *qui quod* statuit, ut *quis* et *quid* pronomine utatur, qui nihil cupiat scire nihilque significet praeter nomen, quo aliquam personam ab aliis dignoscere possit, *qui* et *quod* adhibeat is, qui cognoscere velit quique cogitet quo ingenio quibusque moribus quave conditione, omnino qualis aliquis sit, nondum valet apud priscos scriptores, qui hac quoque in re promiscue utrisque formis utuntur. Accedit *uter,* quod usurpatur, ubi de duobus quaeritur, deinde singularis significationis *qualis, quantus, quoius, quoiatis.* Ab his pronominibus discernenda sunt *ecquis* et *numquis,* quae ita differunt ab illis, ut illa ponantur ubi constat aliquid esse vel factum esse et tantum de persona vel re, ad quam status vel actio pertineat, quaeritur, haec autem statum vel actionem ipsam, utrum extet vel extiterit an non, in dubium vo-

cent et de hoc ipso quaerant utrum sit vel facta sit an n
Incipiam ab illis prioribus et exempla ad eorum usum s
ctantia proferam. Plaut. Truc. IV, 3, 27: *Quoi*, malum, er
v. 30: Quoi? Poen. V, 2, 36 et 43: *Quid* ait? v. 127: *Q*
id est? 4, 25: *Quid* est, mei fratris gnate? *quid* vis, exp
v. 27: *Quid* est? v. 29: *Quae* res? V, 4, 67: *quid* tibi
fecimus? v. 92: *Quis* me amplectetur postea? v. 100: *Qui*
nunc in terra melius est? v. 109: et (in memoriam habe
dotis *quid* promiserit. Poen. V, 5, 17: Sed *quid* hoc? *q*
hoc? *quid* hoc est? *quid* ego video? *quomodo?* v. 18: *Q*
hoc est conduplicationis? *quae* haec est congeminatio? v. 27: *Q*
tibi negotist autem cum istac? Truc. I, 1, 20: *quis* est? v.
istic, quo inceptas Iter, *quist*? *quem* arcessis? II, 2, 1: *Q*
illic est cett. Poen. V, 2, 30: *Quid* ais tu? (*ΔΘpg quid tu*
tu) *quid* vis? v. 32 sq.: Adi atque adpella, *quid* velit, *q*
(= cur, quare) venerit, *Qui* sit, quoiatis. Bacch. IV, 8, 1
Quid, vir? CH. Vir, inquam. V, 1, 29: *Quid* tibi ex filio *na*
opsecro, aegrest? Bacch. I, 1, 29: *Quid* est quod metuas? R
4, 15: *Quid* nunc vis? Aul. IV, 9, 2: tene tene *quem? qu*
Amph. II, 1, 80: Quem? 2, 87: *Quid* igitur? Bacch. III,
40: *Quid* (wie so?), duae? Capt. III, 4, 42: *Quem* patrem,
servos est? Epid. IV, 1, 16: *quid*, si adeam? 2, 3: *Qu*
meam matrem? v. 11: *Quid?* ego lenocinium facio —? V,
36: *Quid* pater meus, vivost? h. e. quid de patre meo mihi co
memorare potes? Most. III, 1, 113: *quid*, eas quanti destin
Poen. V, 2, 21: *Quid* iam? wie so? warum? weshalb?, qu
formula usurpatur, si non recte intelligimus verbum, qu
alius usurpavit ab eoque edoceri volumus quomodo illud
telligi velit. Mil. IV, 5, 4: *Quid* iam?, ubi tamen Flecke
praef. p. 19 dubitat an scribendum sit *Qui iam*?, itemque I
2, 22. II, 3, 51: *Quid* iam?, ubi Lind.: „= cur hoc di
quid hoc nunc?“ 5, 59: *Quid* iam?, ubi Lind.: „orationem c
tinuare iubet et diligentius exponere, siquid alter non re
intellexerit aut amplius edoceri et caussas nosse vult.“ cf.
62: *quid* iam? Epid. IV, 2, 30: *Quid* ego, qui illam ut prim
vidi, nunquam vidi postea? Poen. V, 2, 37: *quemnam* homine
v. 38: *quem* ament igitur? V, 2, 15: Sed *quaenam* illa avis e
quae huc cum tunicis advenit? Epid. V, 1, 43: Quid? R
I, 2, 73: *Quod* facinus video? DAE. *Quid* venis? II, 3, 1
Quod prandium, obsecro te? v. 25: Confractast — hac no

navis nobis. TR. *Quid*, navis? Epid. II, 2, 57: Nec satis exaudibam nec sermonis fallebar tamen, *Quae* loquerentur. Menaechm. V, 2, 29: Loquere, *uter* meruistis culpam, paucis. Terent. Andr. IV, 1, 25 sq.: Ah nescis *quantis* in malis vorser miser *Quantas*que hic consiliis mihi conflavit sollicitudines. Eun. II, 2, 42: *quid* videtur Hoc tibi mancupium? i. e. quale. III, 2, 51: *Quid?* (v. Ramsh. p. 495) *quid* aliud volui dicere? IV, 4, 22: *quae* haec est fabula? Phorm. II, 4, 4: *quid*ve sit *sententiae*, sc. ei, = quae sententia.

27. Iam exempla afferam separatim, ubi *quis* substantivi, ubi adiectivi loco, ubi genere feminino, deinde ubi *qui* substantivi, ubi adiectivi, tum ubi *quid* substantivi, ubi adiectivi, denique ubi *quod* adiectivi loco usurpatum reperitur, quo spectant etiam multi loci quos iam in superioribus attuli.

a. *Quis substantivi loco usurpatum.* Naev. Ariolus fr. 2: *Quis* heri apud te? Ennii Pancratiastarum fr. 2: *Quis* est, qui nostris foribus tam proterviter. Plaut. Poen. V, 4, 42: *Quis* revocat? V, 5, 19: *Quis* hic homost cum tunicis longis —? Truc. II, 6, 68: *Quis* homost, qui cett. Bacch. IV, 7, 9: *Quis* homost qui dicat me dixisse istuc? Mil. II, 5, 26: *Quis* igitur vocare? Merc. II, 4, 6: *quis* me revocat?, item V, 2, 26. IV, 2, 8: Sed *quis* nam a nobis exit? Amph. IV, 2, 9: Verbero, etiam *quis* ego sim me rogitas —? Pseud. I, 3, 28: Nosse saltem hunc *quis* est. Caecil. Stat. Plocium fr. 1, v. 253: *Quis* vostrarum fuit integra aetatula cett. Terent. Andr. V, 6, 1: *Quis* homost? Eun. IV, 4, 9: *Quis* hic est homo? Phorm. V, 9, 1: *Quis* nominat me? Andr. IV, 2, 19: *quis* videor? = qualis. Eun. V, 1, 7 sq.: *Quis* fuit igitur? PY. Iste Chaerea. TH. *Qui* Chaerea? (welcher = was für ein Chaerea?) PY. Iste ephebus frater Phaedriae.

b. *Quis adiectivi loco positum.* Ennii Iphigeniae fr. 6: *Quis homo* te exuperavit usquam gentium inpudentia? Inc. trac. fragm. 24: *quis* nos *pater* aut *cognatus* volet Contra tueri? Plaut. Poen. V, 2, 43: Sed *quis* homo's? (sic Both., vulg. homo est). Rud. III, 6, 10: Nescio *quis senex* — is dedit operam optumam. v. 32: *quis homo* te rapit? Epid. V, 1, 31: *quis* tu *homo's*, qui etc. Merc. III, 4, 67: *Quis modus* tibi tandem exilio eveniet? *qui finis* fugae? Amph. II, 1, 78: Quis homo? IV, 2, 8: *quis* tu's *homo?* V, 1, 69: Quis homo? Terent. Andr. IV, 1, 39: *Quis homo* istuc?

c. *Quis de feminino usurpatum.* Ennii Andromeda fr. 2 (ap. Non. p. 198, 1: „*Cuis* et generi feminino attribui posse

veterum auctoritas voluit.“): Et *quis* illaec est, quae lugubri Succincta est stola? Plaut. Pers. II, 2, 18: *quis* haec est, quae me advorsum incedit? Truc. I, 1, 76: Sed haec *quis mulier?* Aul. II, 1, 16: *quis* east nam optuma? (Prisc.: „Antique pro *quae*. *Quis* enim est generis communis, ut Graecis τίς.“). v. 48: *quis* east. Mil. IV, 1, 23: Set *quis* east? Aul. II, 1, 50: Dic mihi, quaeso, *quis* east, quam vis ducere uxorem? cf. Vidularia fr. 4 Both.: Dic mihi, si audes, *quis* east, quam vis ducere uxorem. Cist. IV. 2, 27: *quis?* v. 79: *quis* es? Mil. III, 1, 51: Qui noverit me *quis* ego sim? Epid. IV, 1, 6: *quis* illaec est mulier? 2, 4: *Quis* istaec est. Bacch. III, 3, 69: *Quis* vocatur?[74]) LU. Bacchis. Mil. II, 5, 26: *quis* igitur vocare? PH. Glycerae nomen est. Stich. v. 237: *Quis* haec est quae advorsum venit? cf. Fleckeisen. praef. p. 27, qui adeo Mil. v. 807 scripturam V. C. *Quem* nominem? (de muliere) tuetur. Caecil. ap. Gell. II, 23, 10: *quis* vostrarum fuit integra aetatula? Apud Terentium nullum exemplum reperire potui.

d. *Qui substantivi loco usurpatum.* Ennii Hectoris lustra fr. 5, 205: Nomen *qui* usurpat meum? Plaut. Truc. IV, 3, 22: *Qui* (sic ΔΘp) dare te huic puerum iussit? Poen. V, 2, 33: (adpella), *qui* sit, quoiatis. Truc. 1, 2, 19: *qui* revocat? IV, 1, 10: Nunc speculabor quid ibi agatur, *quis* eat intro, *qui* foras Veniat. 2, 8: *Quist* iste? eia (ΔΘp ea) Astaphium, indica, qui perit. Aul. prol. v. 1: Ne quis miretur *qui* sim, paucis eloquar. Bacch. II, 2, 56: *quinam* exit foras? Rud. III, 3, 15 sq.: opsecro, *quist* qui vocat? *Quist* is qui nominat? Aul. II, 6, 1: *qui* vocat? IV, 10, 43: id si scies *qui* abstulerit. Amph. prol. v. 127: *qui* essem. v. 130: Haut quisquam quaeret *qui* siem aut quid venerim. IV, 3, 12: *Qui* me Thebis alter vivit miserior? Capt. IV, 2, 53: *Qui* Ergasilum vocat? v. 55: set *quist?* II, 1, 51: ut *qui* fueris et *qui* nunc sis meminisse ut memineris, quod exemplum cum praecepto Ramshornii et Kritzii (v. §. 26) convenit. Poen. IV, 2, 29: Syncerastum *qui* vocat? Rud. I, 2, 10: *Qui* nominat me? Terent. Ad. V, 6, 3: O *qui* vocare? GE. Geta. Hec. IV, 1, 58: neque detractum ei est quicquam, qui post possit nosci *qui* siet. Heaut. prol. v. 7: *qui* scripserit — id dicerem, ad q. l. Ruhnk.: „*Qui* saepe pro *quis* ponitur, tam in interrogatione quam extra interrogationem.“

---

[74]) Sic Fleckeisen. praef. p. 27 pro vulg. *Quae vocatur?*

e. *Qui adiectivi loco positum.* Liv. Andronic. ap. Prisc. VII, p. 752: *qui* festus dies? Plaut. Amph. I, 1, 1: *Qui* me alter est audacior *homo* aut qui confidentior —? Aul. IV, 9, 17: *Quinam homo* hic ante aedis nostras eiulans conqueritur moerens? Most. IV, 2, 45: Philolaches. PH. *qui Philolaches*? Terent. Andr. I, 1, 127: *Qui* igitur relictus est obiurgandi *locus?* Eun. I, 1, 21: sentiet *qui vir* siem.

f. *Quid substantivi loco positum.* Cato R. R. c. 2: *quid* operis siet factum, *quid* restet. Ib.: et *quid* factum vini, frumenti aliarumque rerum omnium. Cato ad Marcum filium (Lion. p. 46 sqq. Iordan. p. 77) ap. Plin. hist. nat. 29, 7: Dicam de istis Graecis suo loco, Marce fili, *quid* Athenis exquisitum habeam, et *quod bonum* sit illorum litteras inspicere, non perdiscere. Plaut. Trin. V, 2, 45: *Quid*nam id est? Poen. V, 4, 68: *quid* id est furti? (sic Both.; ΔΘp quid id furti estis. Vulg. quid furtist id?) Pers. II, 4, 5: Scio ego, *quid* sim aetatis. Pseud. I, 5, 19: *quid* mirum fecit? *quid* novom? Trin. v. 174: *Quid* fuit officium meum me facere? fac sciam. Amph. II, 1, 26: *Quid* hoc hominist? Poen. IV, 2, 34: nescio *quid* viri sies. Terent. Heaut. IV, 8, 7: quaeso, *quid* tu homini's? Hec. IV, 4, 21: sed *quid* mulieris Uxorem habes, ubi vide Donatum. De his duobus locis Ruddim. II, p. 65: „pro quis homo, quam mulierem; in his contemptus vel reprehensio quaedam innuitur.“ Eun. III, 4, 8: *quid* hoc hominis? *quid* hoc ornatist? V, 1, 17: *quid* illuc hominis est?, ad quem locum Donatus: „Per genitivum casum iniuriose dicitur, per nominativum honorifice.“ Eun. II, 2, 6: *Quid* istuc, inquam, ornatist? ad q. l. Donat.: „Scire nos convenit, cum recto casu profertur interrogatio, non esse contumeliosum, ut si dicas *quis hic homo est?*, si autem in obliquo, contemptum significari, ut *Quid hoc est hominis? Quid mulieris? Quid ornatist?*“ v. Balbach. de locis quibusdam Plaut. p. 18. Hec. IV, 2, 12: *quid* istuc consilist? Andr. IV, 4, 6: *quid* illi hominum litigant? Neutrum *quid* saepe pro *quare, cur* ponitur. Sic Plaut. Poen. V, 2, 49: *Quid* in hanc venistis urbem, aut quid quaeritis? V, 4, 63: *Quid* in ius vocas nos? quid tibi debemus? V, 5, 29: *Quid* hanc tibi digito tactiost? v. 43: *Quid* tibi lubidost, obsecro, Anthemonides, Loqui inclementer nostro cognato et patri? Truc. II, 2, 3: *Quid* tibi ad hasce accessio aedis est prope aut pultatio? Stich. I, 2, 38: *quid* opust? v. 14: *quid* mihi *opust* de-

curso aetatis spatio cum meis Gerere bellum. Trin. I, 2, 2
quid venis? Terent. Adelph. III, 3, 50: *Quid* autem? = cu
vero erat iratus?

g. *Quid adiectivi loco positum* apud solum Plautum repe
ritur, inprimis in formula *quid nomen est.* Pseud. IV, 2, 2
Quid est ei homini *nomen?* Rud. IV, 4, 116: Dic, in ensicul
quid nomen sit paternum. v. 119: Loquere, matris *nomen* h
quid in securicula *siet.* Capt. V, 3, 6: *Quid erat* ei *nomen?,* a
q. l. vide Lindem. Pers. IV, 4, 71: *quid nomen* tibi*st?* Tri
IV, 2, 61: *Quid est* ei *nomen?* Men. III, 2, 33: Responde, adu
lescens, quaeso, *quid nomen* tibi*st?* V, 9, 71: *Quid erat nome*
nostrae matri? Amph. I, 1, 208: *quid nomen* tibi*st?* Cist. IV
2, 106: *quid est nomen* tuae Dominae? (*quid* Δp). Pseud. II
2, 41: *quid est* tibi *nomen?* II, 2, 58: Set *quid est* tibi *nomen*
II, 4, 54: Set *quid nomen esse* dicam ego isti servo? Et si
dictum est etiam Truc. II, 4, 31: *Quid* ego *facinus* audiv
(ΔΘpg *quid*).

h. *Quod* semper adiectivum est. Sic Cato R. R. c. 1
Praedium quod primum siet si me rogabis, sic dicam. Plaut
Pers. IV, 6, 18: *Quod* est tibi *nomen?* Rud. II, 3, 23: Set istu
periclum perlubet *quod* fuerit vobis scire. V, 3, 20: *quod* tu
istum *talentum* poscis? Aul. V, 14: *quod* ego *facinus* audio e
te? Terent. Heaut. V, 2, 3: *Quod* nam ob *facinus?* Andr. I
5, 5: *quod verbum* audio? Eun. II, 3, 63: *quod donum* hui
dono contra comparet, ubi *quod* potius pro interrogativo quan
pro relativo habuerim. III, 2, 4: *quod* dedit *Principium* adve
niens! Hec. II, 1, 1: *quod* hoc *genus* est, quae haec est con
iuratio! Phorm. V, 9, 59: tu tuom dic *nomen quod* sit.

28. Separatim est commemorandus ablativus *qui,* qu
per se positus significationem habet *qua ratione, quo mod*
sed coniungitur etiam cum praepositione *cum.* Plaut. Poe
V, 4, 38: Id ego nisi quid di aut parentes faxint, *qui* spere
haud scio. Sic scribit I. Gul. pro vulg. *quid* dicens: „Qua ra
tione, inquit, sperare possim, nescio. nisi tamen in diis au
parentibus opis aliquid nobis est.“ Truc. IV, 2, 19: *quidn*
quam miles magis? Pseud. I, 2, 22: *Qui* nunc? Poen. V, 2
19: *Qui* scis? v. 26: nam *qui* scire potui, dic mihi. Truc. V
38: *Qui,* malum, bella aut faceta's, quae ames hominem ist
modi? Most. IV, 2, 7: *Qui* parasitus ego sum? Pers. IV, 4
41: Indica, minumo daturus *qui* sis, qui duci queat. Mil. II

2, 14: *Qui* lubitumst illi condormiscere?, ad q. l. Lindem.: „De industria ambigue loquitur; potest enim *qui* significare *quare et quomodo.*" Terent. Andr. I, 1, 26: *qui* scire posses? ib. II, 1, 2: *qui* scis? Eun. IV, 4, 31: *Qui*cum?

29. Item separatim tractanda est coniunctio *nescio qui* s. *nescio quis*, de cuius significatione apud comicos scriptores exposuit Haasius ad Reisig. p. 346, adnot. 359 dicens ea modo dubitationem modo contemptum et irrisionem significari, et plurima etiam exempla congessit. Plaut. Poen. V, 2, 39: Domi volt tibi Dare hic *nescio quid.* Pers. I, 3, 19: Prope me hic *nescio quis* loquitur. Amph. I, 1, 175: Certe enim hic *nescio quis* loquitur. v. 176: '*Nescio quem*' loqui autumat. Trin. III, 1, 22: *Nescio quid* non satis inter eos convenit. Rud. II, 7, 3: duae mulierculae — Veneris signum — amplexae tenent, *Nescio quem* metuentes miserae? Terent. Heaut. II, 2, 7: *Nescio quid* profecto mi animus praesagit mali. Andr. V, 2, 14: *Nescio qui* senex modo venit. Phorm. I, 4, 16: *Nescio quod* magnum hoc nuntio expecto malum. Eun. II, 2, 60: *nescio quid* circumspectat. II, 3, 7: *Nescio quid* de amore loquitur. IV, 3, 7: *Nescio quid* profecto absente nobis turbatumst domi. Heaut. III, 1, 101: A me *nescio quis* exit. IV, 1, 12: *Nescio quid* peccati portat haec purgatio. Adelph. I, 1, 54: *Nescio quid* tristem video. IV, 4, 27: Prodit *nescio quis.* Hec. III, 1, 24: Sed magnum *nescio quid* necessest evenisse. III, 2, 1: *Nescio quid* iam dudum audio hic tumultuari misera. III, 3, 23: vitiumst oblatum virgini olim ab *nescio quo* inprobo. Andr. II, 2, 3: Laetus est *nescio quid.* V, 1, 22: *nescio qui* tibi sum oblitus hodie, ac volui, dicere.

30. *Quoius*, pronomen interrogativum possessivum, iam §. 13 commemoratum est. Exempla haec sunt. Plaut. fragm. Scytha Liturgus p. 483, v. 1: *Quoia*, vir? Bacch. IV, 9, 55: *Quoia*nam vox prope me sonat? Trin. v. 45: *Quoia* hic prope me vox sonat? Rud. I, 4, 10: *Quoia* prope me hic vox sonat? Curcul. I, 2, 18: *Quoia* vox sonat procul? II, 1, 14: *Quoiam* vocem ego audio? Merc. V, 2, 23: Nescio *quoia* vox ad aures mi advolavit. Terent. Andr. IV, 4, 24: *quoium* puerum hic adpositi? Eun. II, 3, 30: Quid? virgo *quoia*st? Heaut. prol. v. 8: Et *quoia* Graeca sit — id dicerem.

Quoiatis est pronomen interrogativum gentilicium. Plaut. Poen. V, 2, 33: (adpella), qui sit, *quoiatis.* v. 34: *quoiates* estis aut quo ex oppido? Bacch. v. 23: *Quoiatis* [tibi vissust]? Curc.

III, v. 37: *quoiati's*? Men. II, 2, 66: Rogitant *quoiatis* sit, quid ei nomen siet.

31. *Ecquis ecqui ecqua ecquae ecquid ecquod.* Cato lib. VII orig. (Gell. I, 12, §. 17. cf. Liv. epit. lib. 49): *ecquis* me ob eam rem augurem capiat? ib. l. V, p. 24, 8 Iordan.: *ecqua* tandem lex est tam acerba cett. Plaut. Bacch. v. 11: *ecquis* evocat Cum nassisterna et cum aqua istum inpurussumum? Aul. prol. v. 16: Coepi observare, *ecqui* maiorem filius Mihi honorem haberet. Sic correxit Gulielm. Aulul. c. 1. Vulgo *ecquid.* Pall. Gruteri 2 et 3 *ecqui.* Cod. Camer. *et qui.* Langg. *observare qui maiorem.* Nonius p. 666, 13 citat.: Et quidem maiorem filium mihi honorem habere, quam eius habuisset pater. Rud. II, 2, 7: *Ecquemnam* — adulescentem — vidistis huc venire. Bacch. II, 2, 28: *ecquidnam* meminit Mnesilochi? 3, 1: vissam *ecquaenam* advenerit — navis. Truc. II, 1, 43: *Ecquis* huic tutelam ianuae gerit? *ecquis* intus exit? Poen. V, 2, 84: *Ecquem* adulescentem tu hic novisti Agorastoclem? v. 102: *Ecquid* meministi tuum parentum nomina? Poen. V, 5, 26: *ecquid* te pudet? Pseud. I, 3, 136: *ecquid* te pudet? v. 149: *ecquid* inperas? 5, 67: *ecquam* scis filium tibicinam Meum amare? v. 69: *ecquas* viginti minas [Per sucophantiam atque per doctos dolos] Paritas ut auferas a me? IV, 4, 70: *Ecquis* hoc aperit? Truc. II, 6, 24: *ecquid* mihi similist? v. 61: *Ecquid* amas me? III, 1, 18: *ecquist*? nullust? *ecquis* aperit ostium? Poen. V, 2, 25: *ecquid* adhuc conmeministi Punice? (Δρ *ehec quit.* Θρ *hecquit*). I, 2, 172: *ecquid* facies modi? III, 3, 5: *ecquidnam* adferunt? Rud. I, 2, 37: dic quod te rogo: *Ecquem* tu hic hominem crispum, incanum videris Most. II, 2, 15: *Ecquis* istas aperit mihi foris? Menaechm. V, 7, 14: *Ecquis* suppetias mi audet ferre? Rud. II, 3, 82: Heus, *ecqui* in villast? *ecquis* hoc recludit? *ecquis* prodit? Aul. II, 3, 3: *Ecquid* audis? As. V, 2, 60: *Ecquis* currit pollictorem arcessere? Amph. IV, 1, 12: heus, *ecquis* hic est? *ecqui* hoc aperit ostium? Bacch. IV, 1, 9 sqq.: *ecquis* in aedibust? Heus *ecquis* hic est? *ecquis* hoc aperit ostium? *Ecqui* exit? Stich. I 3, 69: Quis cena poscit? *ecqui* poscit prandio? Terent. Andr prol. v. 24: ut pernoscatis, *ecquid* sui sit relicuom. V, 2, 20 *ecquid* te pudet? Eun. II, 2, 48: *Ecquid* beo te? III, 2, 3 *ecquid* nos amas De fidicina istac? III, 3, 13: Rus Suni *ecquod* haberem. III, 3, 15 sqq.: Postremo, *ecqua* inde parva periisset soror; *Ecquis* cum ea una — *Ecquis* eam posset noscere. V.

8, 1: *ecquis* me hodie vivit fortunatior? Ex his exemplis apparet, *ecquis* et *ecqui* apud Plautum quidem substantivi loco promiscue dici, *ecquid* constanter substantivi loco usurpari, *ecquod* semper esse adiectivum.

31. (*Numquis*)[75]) *numqua numquae numquid.* Plaut. Aul. II, 2, 84: *numqua* causast? Bacch. III, 6, 9: *Numquae* advenienti aegritudo obiectast? IV, 2, 22: *Numquid* vis? Curcul. I, 1, 23: *Numquid* tu quod te aut genere indignum sit tuo Facis aut inceptas facinus facere —? Poen. V, 6, 18: *Numquid* recusas contra me? Epid. IV, 2, 23: *Numquid* ibi ego tibi peccavi? Asin. V, 1, 3: *Numquidnam* tibi molestumst —? Bacch. V, 1, 23: *Numquidnam* ad filium haec aegritudo attinet? Pseud. I, 2, 27: *Numqui* minus ea gratia tamen omnium utor opera? (Abl.). Caecil. Stat. Chalcia fr. 2: *numquid* nam fores Fecere soniti? Terent. Andr. I, 4, 8: Opperiar, ut sciam, *numquid* nam haec turba tristitiae adferat. II, 1, 25: *Numquid* nam amplius tibi cum illa fuit —? Eun. II, 2, 41: *Numquid* nam hic quod nolis vides? Heaut. III, 1, 20: *Numquid* nam de meo gnato audivisti —?

V. Pronomina indefinita et numeralia.

33. Simplicissima forma pronominis indefiniti *quis qui quae quid quod* eadem est quae interrogativi. Antiqua forma masculini generis *quips* servata est in legg. XII tabb. III, fr. 3. Usurpantur autem et *quis* et *qui* promiscue substantivi loco (cf. Haas. ad Reisig. p. 344, adnot. 356), in genere neutro autem huius pronominis constanter *quid* substantivi tantum, *quod* adiectivi vice fungitur. Formam *qua* pro nominativo generis feminini usurpatum apud priscos scriptores non memini me usquam legere. Naevii Hector proficiscens fr. 1: ne *qui* hinc Spartam referat nuntium. Cato R. R. c. 5: Si *quis quid* deliquerit. C. 6: materia si *quae* opus sit. C. 5: Ne *quid* emisse velit —, ne *quid* dominum celavisse velit. Parasitum ne *quem* habeat. Haruspicem — ne *quem* consuluisse velit. Orat. pro Rhod.: Si *quis* advorsus rem suam *quid* fieri arbitrantur. ib.: Quod bene facere voluisse *quis* dicit. Cato orat. quam habuit Numantiae apud equites: Sed si*qua* per voluptatem

---

[75]) Masculinum huius pronominis apud priscos scriptores nusquam potui invenire.

nequiter feceritis. In ed. Cortiana leg. sed si *quae*. Orat. pro L. Turio contra Cn. Gellium ap. Gell. XIV, 2: si*quis quid* alter ab altero peterent (Bolhuis 108). Caton. carmen de moribus (Lion. p. 46) ap. Gell. XI, 2, 25: Si*quis* in ea re studebat. Cato R. R. c. 106: Si*quis* plus voles aquae marinae concinnare cett. Cato ap. Festum in *Prohibere:* Servi, ancillae si*quis* eorum sub centone crepuit, — nullum mihi vitium facit. Plaut. Pseud. I, 1, 27: An opsecro hercle habent *quas* gallinae manus? Bacch. I, 1, 23: Egomet aput me ne*quid* stulte facere occupias prohibeam. Mil. IV, 2, 41: Adsum: impera, si*quid* vis. Bacch. II, 3, 39: Etiam *quid* porro? Aul. I, 2, 14: Ne causae *quid* sit, quod te quispiam (sic Δp; Goeller. quisquam) quaeritet. Pseud. I, 2, 35: ne mora *quae* sit. Poen. V, 2, 125: Quin mea quoque iste habebit, si*quid* me fuat. Rud. II, 6, 3: Nam *siquis* cum eo *quid* rei conmiscuit. Trin. II, 1, 25: Et recolo, ubi *qui* eget, quam preti sit parvi. Sententia est: quare parvi pretii sit, quum quis eget. Mil. III, 3, 20: Dum ne scientes *quid* bonum faciamus. Epid. V, 1, 40: *siquid* erit dubium, immutabo. Truc. V, v. 48: Dan tu mihi de tuis deliciis summis *quid* pausillulum? (sic Θp). Aul. II, 5, 14: *siquid* uti voles. IV, 2, 3 Δp habet *siquis,* sed metrum requirit *siqui*, quod recte restituit Goellerus. Poen. prol. v. 17: Scortum exoletum *nequod* (sic Ritschl. parerg. p. 211, vulgo *nequis* soloece) in proscenio Sedeat. Pseud. V, 1, 37: heus, Simoni adesse me *quis* nuntiate. In ablativo dicitur *qui* pro aliquo modo. Sic Rud. IV, 1, 5: *Nequi* significem quidpiam mulierculis. Trin. V, 2, 21: Neu *qui* rem ipsam posset intellegere, vide utrobique Acidalium. Item in locutione *ut qui* nonnunquam, quae vera est sententia Lindemanni ad Capt. III, 4, 21 (Et eum mihi esse morbum, *ut qui* me opus sit insputarier). Sic etiam Asin. III, 1, 2: An ita tu's animata *ut qui* expers matris inperiis sies? ὥστε που, ὥστε δήπου. Terent. Heaut. prol. v. 44: Si*quae* laboriosast, ad me curritur. Andr. I, 1, 14: Gaudeo, Si tibi *quid* feci aut facio quod placeat.

34. Sequuntur pronomina indefinita cum *quis* et *qui* composita: *aliquis*, *quisquam*, *quispiam*, *quidam*, *quisque*, *quivis*, *quilubet*.

Aliquis (subst.) *aliqui* (adiect.) *aliqua aliquid* (subst.) *aliquod* (adiect.). Natum est hoc pronomen ex *alis* = alius et *quis*, itaque prima eius significatio est *alius quis* (vide de hac

re disputantem Reisigium p. 338 sq., cum quo tamen confer Haasium adnot. 351), quae etiamnum conspicua est in loco Plaut. Capt. II, 3, 22: Nam pater expectat aut me aut aliquem nuntium. Cum numeralibus coniunctum significationem *circiter* accipit. Sic Cato R. R. c. 156: comesto *aliqua V. folia*, ad q. l. Ursinus locum Catonis apud Nonium (ex l. IV origg. ap. Iordan. p. 18, 7) affert hunc: faciundum, ut *quadringentos aliquos* milites ad verrucam illam ire iubeas, eamque uti occupent imperes. Plaut. Men. V, 5, 47: Helleborum potabis faxo *aliquos viginti* dies.

Cato R. R. c. 157: inde *aliqui* morbus nascitur. Plaut. Men. V, 2, 94: Nisi occupo *aliquod* mihi consilium. IV, 2, 111: Aperite atque Erotium *aliquis* evocate. Epid. III, 3, 18: Heus, foras Exite huc *aliquis!* Truc. I, 2, 8: Unus eorum *aliquis* osculum amicae usque oggerit. Epid. II, 2, 72: Reperiamus *aliquid* calidi conducibilis consili. Curc. II, 3, 41: PH. Iam edes *aliquid*. CU. Nolo hercle *aliquid*, certum quam *aliquid* mavolo, ad q. l. Boxhornius: „per *aliquid* incertum quid, vagum, quod abest et digito in praesens monstrari non potest, et quod quid, aut quale, aut ubi sit nescias, significatur. Phaedromus dixerat: *Iam edes aliquid;* idem est ac si dixisset, edes nescio quid. Certum ergo quid vult Curculio.“ Pro ablativo *aliquo* dicitur etiam *aliqui* Epid. III, 1, 11: Alicunde ab *aliqui aliquast* tibi spes, et Most. I, 3, 18: ob hoc verbum te, Scapha, donabo hodie *aliqui* [merito]. Epid. II, 3, 7 sq.:

Sed me una turbat res ratioque: Apoecidi
Quam ostendam fidicinam *aliquam* conductitiam,

de quo loco Balbachius p. 19 sq.: „Constat Romanos inque primis Sarsinatem nostrum cum alia pleonasmi genera, tum frequentasse pleonasmum adiectivorum *alter, alius, aliquis, quisquam*, idque non solum post negativa *nemo, nullus, nihil* aliaque, sed etiam post interrogativum *quis*, eosque dixisse *nemo quisquam, nemo alius, nullus aliquis, nullus alter, quis alter, quis quisquam* et q. s. — Hoc nostro Epidici loco *quam aliquam* scripsit Plautus, qui locus cum aliis multis argumento est, non semper mere *πλεονάζειν* adiecta illa vocabula, sed maiorem saepe iis effici emphasin et accuratius exprimi loquentis sententiam. *Quam aliquam fidic.* enim non plane est idem quod *quam fidicinam*, sed significat quam unam fidicinam ex iis multis, quae conduci possunt.“ Terent. Andr. I, 5, 15: *Aliquid* monstri

alunt, h. e. aliquod monstrum. v. 24: *Aliquid* facerem, ut hoc ne facerem. Heaut. I, 1, 17: fodere aut arare aut *aliquid* ferre. Phorm. V, 2, 5: Ut sit qui vivat, dum *aliud aliquid* flagiti conficiat. Ad. IV, 4, 26: aperite *aliquis* actutum ostium.

35. Pronominis *quisquam quidquam* significationem vulgata opinio fert eam esse, ut non possit poni nisi in sententiis negantibus. Quod non verum esse bene demonstravit Schmidtius de Pronom. p. 59, qui docet in universum ei intendendae sententiae vim inesse, ubi autem sententia negans sit, significare id, quo de agatur, ne ulla quidem condicione nulloque modo fieri posse. Pergit: „Quare quam supra huic particulae (*quam*) inesse monuimus vim amplificandi et quasi exaggerandi, eam hic quoque deprehendimus, intendit enim vim negationis.“ Quocum consentit Seyffertus, qui uberius de hac re disputat ad Lael. p. 41 sq. docetque *quisquam* maxime generalem notionem pronominis indefiniti continere. Usurpatur autem *quisquam* etiam de genere feminino, omninoque hoc pronomen plerumque substantivum est, haud raro tamen etiam substantivo addito adiectivi munere fungitur. Postremo etiam aliis pronominibus additur, quo pertinent pleonasmi quidam, si dicitur *nemo quisquam* et *nihil quidquam*.

a. *Quisquam positum in sententiis, quae non sunt negantes.* Naevii Agitatoria fr. 6 Ribbeck.: Secus si umquam *quicquam* feci. Naev. Triphalli fr. v. 96: Si umquam *quicquam* filium rescivero Argentum amoris causa sumpse mutuum. Ennii epigr. 3, v. 9: Si fas endo plagas caelestum ascendere *cuiquam* est. Ennii annal. l. XVI, fr. 16: Spero, si speres (h. e. spes) *quicquam* prodesse potis sunt. Plaut. Capt. IV, 2, 29: Eorum si *quoiusquam* scrofam in puplico conspexero, Ex ipsis dominis meis pugnis exculcabo furfures. Caecil. Stat. Demandati: Si umquam *quisquam* vidit, quem catapulta aut balista icerit. Terent. Eun. prol. v. 1: Si *quisquam*st, qui placere se studeat bonis — In his poeta hic nomen profitetur suom. Andr. I, 2, 25: si sensero hodie *quicquam* in his te nuptiis Fallaciae conari. II, 6, 3: Quid, Dave, narrat? DA. aeque *quicquam* nunc quidem, de quo loco Perizon. ad Sanct. p. 91: „Si Simoni roganti *Quid Davus narrat?* respondet Davus, *aeque quicquam nunc quidem*, eo ipso nihil aliud aut plus dicit quam *Nihil*, ut liquet ex responso Simonis, *Nilne? hem*, et ipsius Davi, *Nil prorsus*. Unde vero extorquebimus iam τὸ *Nihil* in verbis Davi primis, in quibus

nulla negationis species vel minima inest? Nempe ipsa vis responsi non ex illis verbis, sed ex longa ellipsi est petenda, quasi dictum esset a Davo, *Nunc quidem aeque quicquam narro, ac narro tunc, quando nihil narro.*" Aegre, si verba poetae legis, hanc ellipsin ex iis elicueris, multo facilius et simplicius est sic supplere haec: aeque quicquam nunc quidem atque antea. Quae Ritteri de his verbis est sententia: „*Quicquam* quum nonnisi in enunciatis negantibus adhibeatur, indidem ipsi negandi vis quasi adhaesit," eam vereor ut cuiquam persuadeat.

b. *Quisquam positum in sententiis negantibus vel interrogativis, quarum vis est negativa.* Ennii annal. l. XVII, fr. 7: neque corpora firma Longiscunt *quicquam*. Fr. inc. trag. 27: [Umquam] *quicquam quisquam cuiquam*, quod ei conveniat, neget? Ennii annal. l. VII, fr. 1, v. 223: Cum neque Musarum scopulos *quisquam* superarat. fr. 2, v. 1: Nec *quisquam* — sophiam — In somnis vidit prius. l. VIII, v. 399: Haudquaquam *quemquam* semper fortuna secuta est. Plaut. Bacch. III, 4, 5: Nam mihi divini numquam *quisquam* creduat. Aul. II, 2, 2: nam neque *quisquam* Curialium Venit, cett. Amph. prol. v. 130: Haut *quisquam* quaeret qui siem aut quid venerim. I, 1, 5 sq.: Nec causam liceat dicere mihi neque in ero *quicquam* auxili Siet nec *quisquam* sit quin me omnes esse dignum deputent. I, 1, 303: Vivo fit, quod numquam *quisquam* mortuo faciet mihi. V, 1, 52: Neque eum *quisquam* conligare quivit incunabulis. Rud. I, 2, 43 sq.: Non hercle, adulescens, iam hos dies conplusculos *Quemquam* istic vidi sacruficare. II, 1, 12: Neque *quicquam* captumst piscium. III, 5, 11: Numquam hercle *quisquam* me lenonem dixerit. Most. I, 3, 99. Poen. III, 1, 24: Ne tu opinere, haut *quisquam* hodie nostrum curret per vias. IV, 2, 63: *quoiquam* mortali. v. 65: Nunquam edepol mortalis *quisquam* fiet e me certior. V, 2, 68: *non* hercle nunc quidem *quicquam* scio. Truc. II, 1, 20: Neque erit *quisquam* unquam probus amator nisi qui re inimicust suae. Caecil. Stat. Synephebi fr. 1, v. 207: Nec quem dolum — commoliar Scio *quicquam*. Terent. Andr. II, 1, 36: tu hercle haud *quicquam* mihi Nisi ea, quae nil opus sunt sciri. IV, 1, 3: Hocine credibile — Tanta vecordia innata *quoiquam* ut siet, Ut malis gaudeant. Adelph. I, 2, 18: Homine inperito numquam *quicquam* iniustiust. II, 1, 24: Tetigin tui *quicquam?*

c. *Quisquam de genere feminino.* Naev. Tarentilla fr. 11: Numquam *quisquam* amico amanti amica nimis fiet fidelis, Nec

erit morigera et vota *quisquam*, ubi Klussm. p. 172 citat Donat. et Westerhov. ad Terent. Eun. II, 3, 82. Duentzer. Liv. Andr. fragm. p. 92. Cist. I, 1, 68: neque *quisquam* alia mulier. Mil. IV, 2, 68: Non hic suo seminio *quemquam* porcellam inpertiturust. Rud. II, 3, 75: Neque digniorem censes vidisse *anum* me *quemquam*. Terent. Eun. II, 3, 82: Quandoquidem illarum neque te *quisquam* novit nec scit qui sies, cf. Ruhnk. ad Iul. Rufin. (p. 262 Rutil. Lup.).

d. *Quisquam addito substantivo*, inprimis *homo*. Naev. Tarentillae fr. 1: quemquam regem. Cato or. dierum dictarum de consulatu suo ap. Charis. Maturrime: Laudant me maximis laudibus, tantum navium, tantum exercitum, tantum commeatum non opinatum esse *quemquam hominem* comparare potuisse. Ennii annal. l. I, fr. 58, v. 100: Nec pol *homo quisquam* faciet inpune animatus Hoc nisi tu. Plaut. Rud. I, 3, 23: Nec mi obviam *homo quisquam* venit. 4, 7: Neque quem rogitem responsorem, *quemquam* interea [hic *hominem*] invenio. Poen. V, 4, 32: Ut deceat nos facere quicquam, quod *homo quisquam* inrideat. Truc. II, 2, 52: Nunquam edepol mihi *Quisquam homo* mortalis posthac duarum rerum creduit. Asin. IV, 1, 34: Talos ne *quoiquam* admoveat *homini* nisi tibi. Mil. II, 6, 57: Numquam edepol *hominem quemquam* ludificarier Magis facete vidi, v. Haas. ad Reisig. p. 347, adnot. 361. Bacch. I, 2, 44: Magistron *quemquam discipulum* minitarier? Truc. II, 1, 28: Nam ecastor nunquam satis dedit suae *quisquam* amicae *amator*. Terent. Andr. I, 5, 10: adeon *hominem* esse invenustum aut infelicem *quemquam*, ut ego sum! Adelph. I, 1, 13: *quemquam*ne *hominem* in animum instituere. Eodem modo *quicquam* Plaut. Menaechm. III, 1, 2: Numquam *quicquam facinus* feci peius.

e. *Quisquam aliis pronominibus adiunctum*. Plaut. Aul. V, 3: *Quis* me Athenis nunc mage *quisquam*st homo, cui di sint propitii? As. II, 4, 85: neque me *alter* est Athenis hodie *quisquam*, Quoi credi recte aeque putent. Cato in V. origg.: Quod eorum *nemo quisquam* quicquam mihi ignoturus est (Prisc. X, p. 886). Plaut. Cas. V, 4, 29: Lepidiorem uxorem *nemo quisquam*, quam ego, habet. Terent. Eun. II, 1, 20 sq.: hoc *nemo* fuit Minus ineptus, magis severus *quisquam* nec magis continens. V, 8, 2: *nemo* hercle *quisquam*. Hec. I, 1, 10: Nam *nemo* illorum *quisquam* scito, ad te veniet. Plaut. Bacch. IV, 9, 113: *Nil* ego tibi hodie consili *quicquam* dabo. Poen. III, 1, 1: tardo

amico *nihil* est *quicquam* iniquius. Plaut. fragm. Caecus p. 478, v. 1: *Nihil quicquam* factum nisi fabre, nec quicquam positum sine luco (sic libri, Both. *luxu*) cett. Merc. III, 1, 9: Laboriosi *nil* tibi *quicquam* operis imperabo. Caecil. Stat. Plocium fr. 9, v. 173: si *nil quicquam aliud* viti Adportes tecum. Terent. Andr. I, 1, 63 sq.: comperiebam *nil* ad Pamphilum *Quicquam* adtinere. Hec. III, 3, 40: hic tibi *nil* est *quicquam* incommodi. Ad. III, 3, 12: *Nil quicquam* vidi laetius.

36. *Quispiam*, quemadmodum docet Schmidtius de pronom. p. 58, inprimis in enunciationibus, quae mente finguntur aut ex alia pendent animi cogitatione, usurpatur, additaque *piam* syllaba sententiam ad omnes, ad quoscunque possit, spectare et maioris copiae ac numeri rationem haberi declaratur. Est autem et substantivum et adiectivum. Naev. fr. Corollariae 5: *quippiam*. Plaut. Truc. IV, 2, 12: Quid? novus amator *quispiam?* Pseud. I, 2, 83: Numqui *quoipiam*st tuorum tua opera hodie conservorum Nitidiusculum caput? Pers. IV, 8, 5: Num *quippiam* aliut me vis? Pseud. I, 3, 22: sin tuam *quipiam* in remst? Ponitur etiam in negantibus sententiis, ut Mil. II, 5, 21: ne clam *quipiam* Nos vicinorum inprudentis aliquis immutaverit, h. e. aliquatenus, aliquo modo. Capt. I, 2, 18: Visam ne nocte hac *quipiam* turbaverint. Aul. I, 2, 14: Ne causae quid sit, quod te *quispiam* (sic Δp) quaeritet. Terent. Eun. V, 2, 36: Quid si hoc *quispiam* voluit deus? Hec. III, 2, 14: Nam si remittent *quidpiam* Philumenae dolores, h. e. aliquatenus, aliquo modo (Lind. ad Mil. II, 5, 21). Femininum est *quempiam* Plaut. Rud. v. 813, v. Fleckeisen. praef. ed. suae p. 27.

37. De significatione pronominis *quidam* Schmidtius p. 60 haec habet: „*dam* gradum quendam significat et sententiae vim amplificare videtur, ad *quis* enim in *quidam* appositum rem, quae mente sit ficta atque recepta, revera esse indicat. Et §. 27: „*Dam* gradum et sententiae exaggerationem quandam significat. Itaque ad pronomen indefinitum additum rem incertam haud paullo certiorem reddit. *Quidam* enim vocabulo qui utitur, hominem significat non mente tantummodo fictum, sed qui revera est et vivit, cuius quum formam perspectam habeat, nomen tamen eloqui aut non vult aut nequit.“ Plaut. fragm. Mercator. Ang. Mai. inv. p. 490: Sed ille *quidam* cett. Cist. IV, 2, 71: ille *quidam* — illa *quaedam*, ubi Taubm. comparat Graecorum ὁ δεῖνα. Nonnunquam contemptum exprimit, ut Terent.

Andr. I, 1, 42: Interea mulier quaedam abhinc triennium Ex Andro commigravit, ad quem locum affert Ruhnk. Ad. IV, 5, 13: Habitant hic *quaedam* mulieres pauperculae. Usurpavit v. *quaedam*, quoniam eas accuratius cognoscere operae pretium non esse existimat.

38. De pronominis *quisque* significatione Schmidtius p. 100 haec habet: „Verbum *que* et apud Indos et apud Graecos et apud Romanos in usu est, atque in his linguis omnibus iungendis potissimum verbis sententiisque inservit ac semper pone verbum, ad quod pertinet, collocatur. Apud Indos autem non solum verba sententiasque coniungit, sed in universum sententiam, quae enunciatur, aliquoversum referri significat. Hoc quum in plerisque sententiis accidat, fit, ut apud Indos huius particulae usus adeo sit frequens, ut ea in particulis, quas vulgo expletivas vocant, habeatur. — Romani vero, quum ceteroquin in *que* particulae usu cum Graecis et Indis consentiant, ea tamen re ab iis differunt, quod illam particulam saepissime ad pronomen indefinitum omniaque adverbia, quae a pronomine indefinito veniunt, addunt. Confer *quisque* etc. Quodsi quae sit huius particulae significatio, quaerimus, hoc est animo repetendum, pronomine indefinito rem mente conceptam et e rerum eiusdem generis cumulo ac serie exemptam significari. *Que* autem particula si ad pronomen additur, pronominis vis extenditur idque ad omnem rem, in quam cadere possit sententia, transferri significatur. Ita *quis*, particula *que* adiuncta, non hominem incertum quendam, sed omnem, ad quem pertinere possit sententia, notat. Ab *omnis* igitur ita differt, ut hoc quidem cunctos simul significet, *quisque* autem distributionem quandam exprimat. Hoc verbum quum semper e cetera sententia intelligi debeat, plerumque pone id verbum, ad quod prae ceteris pertinet, collocatur, quod fit, si cum numeris, qui ordinales vocantur et cum pronomine reciproco [reflexivo et cum relativis] componitur.“ Cf. Haas. ad Reisig. p. 350, adnot. 362. Appius Claudius ap. Pseudo-Sallust. ep. ad Caesarem de rep. c. 1.: Fabrum esse *suae quemque* fortunae. Naevii fr. 7 Danaes: *ut quisque* est meritus. Cato R. R. c. 5: uti *suo quisque* loco cubet. C. 34: *Ubi quisque* locus frigidissimus — erit, ibi primum serito. Gesnerus malebat *uti quisque*, quod probavit Schneiderus. Cato or. inc. ap. Gell. XIII, 23 (Iordan. p. 73, 2): *suum cuique* per me uti atque

frui licet. Ennii annal. l. X, fr. 1: *Quod quisque* gessit. Thyestis fr. 10: *quem quisque* odit, periisse expetit. Plaut. Pseud. IV, 2, 17: vix *decumus quisque*st, qui ... Men. III, 2, 56: satin', *ut quemque* conspicor, Ita me ludificant? Capt. IV, 2, 17: tum genu *ut quemque* icero, ad terram dabo. Bacch. V, 1, 11: omniaque *ut quicque* actumst memoravit. Amph. II, 1, 49: Ordine omnia, *ut quicque* actumst — Edissertavit. V, 1, 11: *Ubi quisque* institerat, concidit crepitu. Truc. II, 1, 40: *ubi quamque* nostrarum videt prope aedis. Atilius fr. inc. fab. 1: *Suam cuique* sponsam, mihi meam: *suum cuique* amorem, mihi meum. *Quisque* etiam de feminino dicitur, sic Plaut. Poen. prol. v. 107: Omnis meretrices, ubi *quisque* habitant, invenit, item loco, quem Fleckeisenus affert praef. in Plautum p. 27, Pseud. I, 2, 52: ut suo *quemque* appellem nomine. De formula *pro se quisque* disserit Ernest. Syn. III, p. 134. Exempla sunt Amph. I, 1, 76: *Pro se quisque* id quod quisque [et] potest et valet Edit. Terent. Heaut. I, 1, 74: *Pro se quisque* sedulo Faciebant, quo illam mihi lenirent miseriam. Saepe apud Plautum hoc pronomen significationem habet pron. *quicunque*. Sic Mil. II, 2, 1: Ni hercle defregeritis talos posthac, *quemque* in tegulis Videritis alienum, ego vostra faciam latera lorea. v. 5: *Quemque* a milite hoc videritis hominem in nostris tegulis. II, 5, 50: *quemque* hic intus videro Cum Philocomasio ausculantem, eum ego optruncabo. IV, 9, 14: Qui omnis se amare credit, *quaeque* aspexerit. Asin. II, 3, 24: *Quisque* obviam huic occesserit irato, vapulabit. Recte commemorat Lindemannus ad Mil. II, 2, 1, saepe sic dici etiam *quandoque* pro *quandocunque*.

39. *Quilubet* et *quivis* e verbis *lubere* et *velle* et *qui* pronomine relativo constare notum est. Schmidtius p. 59: „Utrumque pronomen proprie duo erant verba, non in unum coniuncta — Sed multo usu haec verba in unum coaluerunt, ut pro uno et haberentur et construerentur.“ Cato R. R. c. 3: Ex *quavis* olea oleum viridius et bonum fieri potest, si tempori facias. C. 6: Caeterae vites, miscellae maxime, in *quemvis* agrum conveniunt. Plaut. Rud. III, 4, 51: Ni erit tam sincerum, ut *quivis* dicat ampullarius. Amph. II, 2, 76: *Quidvis* roga. Asin. III, 3, 81: *Quidvis* egestas inperat. Men. II, 3, 71: impera *quidvis* modo. Truc. III, 2, 8: Dic, impera mihi *quidvis* et *quovis* modo. Cas. IV, 2, 15: Iamne abiit illaec? dicere hic *quid vis* licet (Δp et Pareus in ed. altera *quodvis*, sed v. Fleckeisen. exerc. Plaut.

p. 33). Pers. IV, 7, 1: Postquam illic abiit, dicere hic *quidvis* licet. Truc. IV, 4, 31: dicere hic *quidvis* licet. Mil. II, 4, 5: loquere *quidvis*. Plauti fragm. Artamon. p. 476: Nunc mihi licet *quidvis* loqui. Pseud. v. 471: Age loquere *quidvis*. Merc. V, 2, 66: opta ergo ob istunc nuncium *quidvis* tibi. Pers. IV, 4, 56: exquire *quidvis*. Rud. V, 2, 48: Praei verbis *quidvis*. Truc. V, 32: *Quidvis* face. Terent. Andr. V, 4, 1: Una harum *quaevis* causa me ut faciam monet. Eun. I, 2, 97: *quidvis* possem perpeti.

Plaut. Poen. V, 2, 127: Dic mihi, *quid lubet*. V, 6, 15 et 16: Sume hinc *quidlubet*. Pers. IV, 4, 54: A terra ad caelum *quidlubet*. Terent. Heaut. III, 1, 55: Faciat *quidlubet*.

Commemoranda est etiam forma *umquem* vetusti pronominis indefiniti *umquis*, quam restituit Bergkius in Philol. 1861 I, p. 51 ap. Plaut. Bacch. v. 121: An non putasti esse *umquem*? Festus p. 162: „Nec umquem, nec umquam quemquam."

40. Ad haec accedunt omnia ea pronomina indefinita, quae transitum faciunt ad numeralia (quae ipsa quoque inter pronomina recensenda esse putabat Prueferus Krit. der hebr. Grammatologie p. 314), quum plurimis eorum item numerus quidam significetur, partim magis indefinita, (ut si dicitur *tot*, *quot*, *omnes*, *plerique*), partim adeo distinctiore ratione (ut *ambo*, *alter*) quam veris numeralibus. Complura eorum sunt correlativa, quemadmodum sibi mutuo respondent *uter alter neuter utervis uterque*, *ullus nullus*, *tantus quantus*, *tot quot*, *talis qualis*. Quorum singulorum de usu singulari quae habeo dicere, nunc deinceps afferam.

a. *Alter*, quae est primigenia significatio, ita ponitur, ut de duobus tantum agatur, et fere idem est quod secundus, ein zweiter vel der zweite. Sic Plaut. Amph. II, 1, 66. 2, 199: Certe de istoc Amphitruone iam *alterum* mirumst magis. V, 1, 72: *Alterum* tuum esse dixit puerum. Sic etiam *alterum* tantum Epid. III, 4, 81. Significationem der eine von beiden habet ap. Fab. Pict. annal. (Gell. V, 4): *alter* consul. Deinde autem in universum exprimit personam sive rem diversam ab ea, de qua loquimur, cui ex adverso ponitur. Hanc significationem multis exemplis comprobavit Lingius quaest. Plaut. p. 57 dicens: „*Alter* ponitur pro *unus*, *ullus*, ut *nemo alter* sit i. q. *nemo ullus*, *nemo unus*, *nemo quisquam*, quae saepius reperiuntur. Plaut. Men. V, 9, 29: Nam hominem hominis similiorem numquam vidi ego *alterum*. Amph. I, 1, 1: Qui me *alter* est auda-

cior homo? Wo ist nur einer, der l. Most. V, 1, 24: *Alter hoc Athenis nemo doctior dici potest*, durchaus keiner cett. Item Amph. IV, 3, 12: Qui me Thebis *alter* vivit miserior? Cist. IV, 1, 8: Scelestiorem in terra nullam esse *alteram*. Pers. IV, 4, 16: nullus leno te *alter* erit opulentior. Poen. IV, 2, 3: Neque periurior neque peior *alter* usquamst gentium. Mil. III, 1, 65: At quidem illuc aetatis qui sit, non invenies *alterum* Lepidiorem ad omnis res." Haec Lingius addens: „in his omnibus notio *secundi*, quam Wagnerus vult, prorsus inepta foret ad sententiam." Adde Aul. II, 2, 29: Neque illo quisquamst *alter* hodie ex paupertate parcior. Mil. II, 3, 17: Atque ego illi aspicio ausculantem Philocomasium cum *altero* Nescio quo adulescente, ad q. l. Gronov. affert Truc. I, 2, 58: qui *alterum* incusat probri. Mil. II, 3, 42: quis homo in terris *alter* [test] audacior? = alius quivis. De coniunctione *ille alter* v. §. 21.

b. Ab *alter* diversum est *alius*, quod ponitur, ubi de pluribus agitur, cui ex adverso ponitur unus quidam. Uno tamen loco Plauti, Capt. prol. v. 8 plane pro *alter* positum est, quoniam ibi tantum de duobus agitur: Seni huic fuerunt filii nati duo, *Alium* quadrimum puerum servos surpuit. Ad vulgarem usum haec spectant exempla: Cato R. R. c. 6: Ager oleto conserundo, qui in ventum Favonium spectabit et soli ostentus erit, *alius* bonus nullus erit. Ennii Euhemerus 3, 20: *alii* Orcum vocant. Plaut. Amph. II, 2, 196: nisi si quispiamst Amphitruo *alius*. Merc. I, 1, 99: ecce ad me advenit Mulier, qua muliere *alia* nullast pulcrior. Ad singularem usum pronominum *alius* et *alter* spectat, quod saepe in eadem enunciatione duplicantur, h. e. aut ipsa bis ponuntur aut semel tantum sequente adverbio inde derivato. Item in binis membris orationis ponuntur ita ut disiunctio fiat. Sic Cato R. R. c. 6: Ibi oculos arundinis pedes ternos *alium* ab *alio* serito. Plaut. Mil. IV, 7, 1: *Alium alio pacto* propter amorem ni sciam Fecisse multa, h. e. alium hoc, alium illo modo. Stich. II, 2, 46: *Alius alium* percontamur. Truc. II, 4, 49: mater ancillas iubet, — *Alium aliorsum* ire. Capt. III, 1, 28. Terent. Phorm. II, 2, 19: *Aliis aliunde*st periclum, unde aliquid abradi potest. Sic etiam *alter* Plaut. Amph. V, 1, 64: *Alterum altera* prehendit eos manu perniciter, h. e. unum dextra, alterum laeva, et in duabus enunciationibus Aul. II, 2, 18: *Altera* manu fert lapi-

dem, panem ostentat *altera*, Terent. Ad. I, 2, 50, et in exemplis §. 21 allatis.

c. Correlatum negativum pronominis *alter* est *neuter*, quod legitur praeter alios locos Plaut. Menaechm. V, 2, 35: Ut caveres, *neuter* ad me iretis cum querimonia?

d. *Utervis* significat: utrum duorum vis, ut Plaut. Pseud. I, 1, 121: De istac re in oculum *utrumvis* conquiescito. Terent. Andr. prol. v. 10: *Qui utramvis* recte norit, ambas noverit.

e. *Uterque* idem est q. quisque duorum singillatim spectatus, et differt ab *ambo*, quod duos coniunctos exprimit, qui una sive uno tempore aliquid faciunt. Differentia maxime perspicua est ex loco Terentii Ad. 1, 2, 50 sqq.: Curemus aequam *uterque* partem: tu alterum, ego item alterum. nam curare *ambos* propemodum Reposcere illumst quem dedisti. Alia exempla pronominis *ambo* sunt Plaut. Stich. V, 4, 50: Unam amicam amamus *ambo* et Terent. Eun. IV, 4, 34: post una *ambo* abierunt foras. *Uterque* habes in his locis. Cato R. R. c. 70: Bosque ipsus et qui dabit, facito ut *uterque* sublimiter stent. Plaut. Amph. I, 1, 68: Deinde *uterque* imperator in medium exeunt. Epid. II, 2, 76: consilium — quod laudetis — *uterque*. V, 2, 54: Quemne hodie per urbem *uterque* sumus defessi quaerere? Terent. Eun. V, 2, 1: Apud Antiphontem *uterque*, mater et pater Quasi dedita opera domi erant. Reciprocum usum adnotavit Reisigius p. 353 loco Terentii Phorm. V, 3, 17: *uterque utriquest* cordi. *Pluralem* pron. *uterque* usurpari, si utrobique plura sint, in vulgus notum est, sic Ennii annal. l. VI, fr. 13, v. 202: Ferro non auro vitam cernamus *utrique*, sed etiam tum ponitur, cum unum modo est utrobique, praesertim cum cogitari potest simul de rebus, quae utrumque comitantur, ut docet Teipelius prakt. Anl. zum Uebersetzen aus dem Deutschen ins Lat. p. 241, quam in rem affert Terent. Andr. I, 5, 52: Nec clam te est, quam ille *utraeque* res nunc utiles — sient.

41. a. Pronomen adiectivum *ullus*, contractum ex *unulus*, plane eandem habet significationem atque substantivum *quisquam*, quapropter maxime in negantibus sententiis ei locus est. Sic Plaut. Most. III, 2, 23: Nihil erit quod deorum *ullum* accusites (sic Becker. p. 21 et Ritschelius; codd. *nullum*). Epid. V, 2, 38: Non habeo *ullam* occasionem, ut apud te falsa fabuler. Rud. I, 2, 19: Virile secus numquam *ullum* [ego] habui. Capt.

I, 2, 22: Set si *ullo* pacto ille huc conciliari potest, Vel carnuficinam hunc facere possum perpeti. Mil. IV, 5, 8: si possem *ullo* modo Impetrare — operam dedi. Terent. Andr. I, 5, 21: Censen me verbum potuisse *ullum* proloqui. Hec. II, 1, 6 sq.: In eodemque omnes mihi videntur ludo doctae ad malitiam: Ei ludo, si *ullus* est, magistram hanc esse satis certo scio.

b. Ei contrarium eiusque negativum est *nullus*, quod tamen singulari usu apud comicos saepe pro simplici negatione ponitur. Sic Naev. Quadrigemini: suo labori *nullus* parcuit. Plaut. Asin. II, 4, 2: is *nullus* venit. Rud. 1, 2, 55: Ille qui vocavit, *nullus* venit? Trin. III, 1, 5: At tu edepol *nullus* creduas, ad q. l. Lind.: „Usus hic repetendus est e vulgari illa comicae desperationis formula *nullus sum*, pro *non amplius sum, perii*. Ut igitur *nullus sum* pro *non sum*, sic *nullus credas* pro *non* [potius *ne*] *credas*. Tenendum tamen hanc loquendi formulam nonnisi in comica oratione locum habere posse. Sententia est: Sive tu credas, sive non credas, mea nihil refert. Magst du es doch nicht glauben." Caecil. Stat. Fallacia fr. 3: *Nullus* sum. Eadem leguntur Terent. Andr. III, 4, 20, ad q. l. Donatus: „Plus est *nullum* esse quam periisse. Nam qui perit, vel corpus habet reliquum: qui vero *nullus* est, ita non est, ac si natus non sit", et Ruhnk.: „comica desperationis formula." Phorm. I, 4, 1: *Nullu's*, Geta. Eun. II, 1, 10: tam etsi *nullus* moneas, v. Donatum. Hec. I, 2, 4: Si non quaeret, *nullus* dixeris. Significationem *vilis*, *levis* habet Hec. V, 3, 2: Qui ob rem *nullam* misit (Scheller. p. 729).

c. Pronomini adiectivo negativo *nullus* respondent substantiva *nemo* et *nihil*. *Nemo* Ennius epigr. 1, v. 3. epigr. 3, v. 8: *Nemo* est qui cett. Saepissime v. *nemo* per appositionem substantivum additur, inprimis *homo*, item per pleonasmum pronomen *quisquam*, sicut ad *nihil* saepe additur *quicquam* (cf. §. 35). Cato in Thermum de falsis pugnis ap. Gell. X, 3: Nemo — rex. Cato ap. Bolhuis. p. 210: Nemo homo. Ennii epigr. 2, v. 5: *nemo civis* neque *hostis*. Plaut. Asin. IV, 1, 11: Alienum *hominem* intro mittat [ad se] *neminem*. Cas. II, 4, 15: De Casina certumst concedere *homini* nato *nemini*. Pers. II, 2, 29: *Nemo homo* umquam ita arbitratust. Cas. II, 2, 12: vicinam Neminem. Asin. IV, 1, 23: Vocet *convivam neminem* illa. Terent. Eun. III, 5, 1: Numquis hic est? nemost. numquis hinc me sequitur? *nemo homo*st. Cato in V. origg.: Quod eorum

nemo quisquam quicquam mihi ignoturus est (Prisc. X, p. 886). Plaut. Cas. V, 4, 29: Lepidiorem uxorem *nemo quisquam*, quam ego, habet. Terent. Eun. II, 1, 20 sq.: hoc *nemo* fuit minus ineptus, magis severus *quisquam*. V, 8, 2: *Nemo* hercle *quisquam*.

d. *Nihil*. Cato R. R. c. 38: lacuna *nihil* opus erit. Plaut. Most. III, 2, 23: *Nihil* erit quod deorum ullum accusites. Terent. Adelph. IV, 4, 4: pectore *nil* sistere consili quit. Plaut. Asin. I, 2, 20: *nil quicquam* meret. Bacch. IV, 9, 113: *Nil* ego tibi hodie consili *quicquam* dabo. Merc. III, 1, 9: Nil — quicquam. IV, 3, 77: *Nihil* hercle istius *quicquam*st. Poen. III, 1, 1: tardo amico *nihil* est *quicquam* iniquius. Plaut. fragm. Caecus p. 478, v. 1: *Nihil quicquam* factum nisi fabre, nec quicquam positum sine luco cett. Terent. Phorm. I, 2, 30: Noster mali *nil quicquam* primo. II, 1, 20: horum *nil quicquam* accidet animo novom. Adelph. III, 3, 12: *Nil quicquam* vidi laetius.

42. Contrarium horum negativorum est collectivum *omnis*. Cuius pronominis pluralis genere neutro *omnia* interdum a Catone appositionis instar additur substantivis praegressis ad complectenda illa in unum. Sic R. R. c. 68: orbes, fibulas, vectes, scutulas, fiscinas — *omnia* queis usus erit. C. 96: aquam, ubi lupinus deferverit et faecem de vino bono inter se *omnia* commisceto bene. De formula *omnia experiri* v. Herz. ad Caes. p. 135. Ruhnk. ad Ter. Andr. II, 1, 11, ubi est: *Omnia experiri* certumst prius quam pereo. Eun. IV, 7, 19: *Omnia* prius *experiri* quam armis sapientem decet. Etiam de duobus dicitur *omnes* (Rudd. p. 87, adnot. 33) Terent. Phorm. II, 1, 84 sq.: Ecce autem similia omnia: *omnes* congruont: Unum cognoris, *omnis* noris. PH. Haut itast. DE. Hic in noxiast, ille ad dicendam causam adest, ubi de Antiphone et Phaedrio loquitur Demipho. Memorabilis est coniunctio pron. *omnis* cum praep. *sine*, quae aliquoties reperitur apud Plautum et Terentium, pro quo *ullus* tulit cultior aetas, v. Iens. purae et impurae lat. collect. p. 51 et 178. Sic Plaut. Trin. III, 1, 20: Quoi tuam quom rem credideris, *sine omni* cura dormias. Bacch. V, 2, 13: Ecastor *sine omni* arbitror malitia esse. Terent. Andr. II, 3, 17: *sine omni* periclo. Denique commemoranda est coniunctio *plerique omnes*, ubi pronomine *omnes* vis additur v. *plerique*. Legitur haec formula Naev. fr. inc. bell. Pun. p. 18

Vahlen. Terent. Andr. I, 1, 28: Quod *plerique omnes* faciunt adulescentuli, ad q. l. v. Westerhov. Per pleonasmum pron. *omnis* additur *totus* Plaut. fragm. p. 484, v. 2: Oggannuit odiosus *omni totae* familiae.

43. *Totus* aliquoties pro *omnis* usurpatur, vid. Lindem. ad Plaut. Mil. II, 2, 59: Quoi bini custodes semper *totis* horis occubant. Pron. *solus* significatione interdum cognatum est v. *unus*, cum quo coniunctum legitur Terent. Heaut. I, 1, 77: Hem, tot mea *Solius* solliciti sint causa, ut me *unum* expleant? Commemorandum est praeterea *solus* interdum coniungi cum superlativo aut verbo vim superlativi habente, ut Plaut. Aul. IV, 8, 2: Picis divitiis — Ego *solus* supero, de qua re v. Goell. ad Truc. IV, 2, 15 (*Solus* summam habet hic apud nos): „Adnotandum, vocabulum *solus*, ut apud Graecos εἷς, apud Latinos *unus* augendae vi superlativi inservire, solere etiam addi verbis superlativi vim habentibus, ut Mil. II, 4, 3: mihi *solae*st quod superfit, Curc. II, 1, 33: Vah, *solus* hic homost qui sciat divinitus, Pers. V, 2, 2: *Solus* ego omnibus antideo facile, miserrumus hominum ut vivam."

Quasi praeteriens commemoro diminutivum *complusculi*, quod legitur Plaut. Rud. I, 2, 43 et Terent. Hec. I, 2, 102: primos dies *complusculos* Bene conveniebat sane inter nos.

44. Denique commemoranda sunt pronomina demonstrativa quantitatis et qualitatis *tot tantus talis*, quibus respondent formae relativae eaedem et interrogativae *quot quantus qualis*. Terent. Phorm. II, 4, 14: *Quot* homines *tot* sententiae. Plaut. Poen. V, 3, 48: *Quantae* e *quantillis* iam sunt factae! Trin. II, 4, 129: *Tribus tantis* ille minus redit quam opseveris. Illustrat hoc loquendi genus Douza Pl. expl. IV, 23 apposito Bacchid. loco IV, 9, 111: *Sescenta tanta* reddam, si vivo, tibi. Neutrum *tantum* collective substantivi vice fungitur et complura eiusdem generis in unam notionem complectitur. Sic Poen. III, 3, 5: sed quid huc *tantum hominum incedunt?* Epid. III, 4, 81: etiamsi *alterum Tantum* perdundumst. Derivatum est *tantumdem*, quod legitur Poen. III, 3, 20: Malo benefacere *tantumdem*st periculum, *Quantum* bono malefacere, ad q. l. Gronov.: „*Tantundem*, idem ipsum, similitudo, figura eiusdem rei, de qua agitur. Ita Papius in glossis." Pro *tot* videtur *tantus* positum esse Epid. III, 4, 80: qui in *tantis* positus sum sententiis? *Talis* nonnunquam significatione non multum differt a *tantus* (Bremi ad

Nepot. p. 367), si ad virtutes vel merita hominis spectat, quemadmodum etiam a Graecis τοιοῦτος usurpatur. Sic Terent. Eun. I, 2, 81: ne illum *talem* praeripiat tibi, ad q. l. Ruhnk.: „i. e. virum tantum, tam egregium. Est per ironiam capiendum. *Talis* dicitur de illis, qui propter animi corporisque bona laude digni sunt. Adelph. III, 1, 10: *Talem, tali* ingenio atque animo."

45. *Appendix de syntaxi numeralium.* E *cardinalibus* primum *unus* spectandum est. Proprie opponitur pluribus, sic Plaut. Aul. I, 1, 38: quam ex me ut *unam* faciam literam. Capt. III, 1, 28: Pergo ad alios, venio ad alios, deinde ad alios: *una* rest, ubi significationem v. *idem* habet (Lind. ad Mil. II, 3, 32). Cognatum est significatione v. *solus*, cum quo coniunctum legitur Terent. Heaut. I, 1, 77 (cf. §. 43). Coniungitur etiam cum *alter*, (Iens. purae et impurae lat. collect. p. 55) Terent. Andr. I, 1, 49: Sed postquam amans accessit pretium pollicens, *Unus et item alter*. Saepe tamen vis numeralis deminuitur et nihil aliud significat nisi *quidam*, *aliquis*, ut simile adeo fiat articulo indefinito recentiorum linguarum (qua de re v. Fuchsium Verhandlungen der 7. Versammlung der deutschen Philologen und Schulmänner p. 45). Sic Plaut. Epid. III, 4, 17: Pol ego magis *unum* quaero, meas quoi praedicem. Truc. II, 1, 39: Sed est huic *unus servos* violentissumus. Pseud. IV, 1, 38: Lepida ibidem *una* aderit *mulier*. Mil. I, 1, 24: nisi *Unum epityrum* estur [insanum] insane bene, cf. Lindem., qui affert Mostell. III, 2, 2: Melius anno hoc mihi non fuit domi, Nec quod *una esca* me iuverit magis, = esca quaedam s. escae aliquid. Terent. Andr. I, 1, 91: interea inter mulieres, Quae ibi aderant, forte *unam* aspicio *adulescentulam*. Etiam pluralis v. *unus* extat coniunctus cum subst. in plurali numero positis, ubi itidem nonnunquam fere idem est q. *solus*, inprimis autem cum iis, quae sunt pluralia tantum. Cato R. R. c. 10: molas asinarias *unas* et trusatiles *unas*, hispanienses *unas* — scamnum in cubiculo unum cett. C. 11: molas asinarias *unas*, trusatiles *unas*. C. 13: molas *unas*, cribrum unum. Ib.: scalas *unas*. Plaut. Trin. I, 2, 129: nunc dum sum ego *unos sex dies*, ad q. l. Lindem.: „Sic saepe apud Plautum. Quum enim *unus* vulgo dicatur pro *solo*, non mirum est, etiam pluralem hac ratione poni." Similiter Pseud. I, 1, 52: nunc *unae quinque* remorantur *minae*. Bacch. IV, 7, 34: Sequere hac me — *Tris unos passus*. Terent. Andr. IV, 1, 50:

Ex *unis geminas* mihi conficies *nuptias*. De composito *unus quisquis* v. §. 22. Quod ad numeralia ex decadibus et monadibus composita attinet, notum est aut decadem antecedere monadi sine *et* coniunctione aut monadem decadi *et* interposito. Ab hac tamen norma nonnunquam recessum est. Sic dixit Fabius Pictor in annal. (ap. Gell. V, 4): Rex fuit annos *viginti et unum*. Plaut. Mil. III, 1, 35: Nam équidem hau sum annos nátus praeter *quínquaginta et quáttuor*. Sic Fleckeisenus, in praefatione tamen v. 26 scripsit: „me male habet *praeter* praepositionis usus: quid si ea deleta — restituamus: Nám equidem hau sum nátus annos *quínquaginta et q.?*" Most. III, 1, 102: *Quattor quadraginta* illi debentur minae. *Mille* numerale et pro substantivo sequente genitivo et pro adiectivo usurpatur. Sic Cato orig. I (Gell. noct. Att. I, 16, §. 4): Inde est ferme *mille passum* (qui est genitivus pluralis). cf. Bolhuis. 21: „Ex hoc et aliis locis docet Gellius, *mille* singulari numero poni debere." Adiectivum est Plaut. Bacch. IV, 9, 4: Quom Priami patriam — [Et] *mille* numero *navium* — subegerunt. Sic praeeunte Beckero p. 7 Ritschelius. Libri *mille cum*, pro quo formam *millenum* invehere volebat Camerarius. Ad *ordinalia* quod attinet, memorabile est, a Fabio Pictore in annal. (ap. Gell. V, 4) dictum esse: Quapropter tum primum ex plebe alter consul factus est, *duoetvicesimo* anno, postquam Romam Galli ceperunt, et alio loco: mortuus est anno *duoetvicesimo*. Ordinale *primus* interdum sic usurpatur, ut non tam primum complurium eiusdem generis, sed primam partem alicuius rei significet. Sic Plaut. Trin. IV, 2, 43: a meo *primo nomine*, ad q. l. Lindem.: „h. e. ab initio mei nominis. *Primum nomen* est principium nominis, ut *prima nox*, *primum mane* pro eo quod dicitur initium noctis, diei." Terent. Adelph. prol. v. 9: in *prima fabula*, h. e. in prima fabulae parte. Neutra ordinalium pro adverbiis ordinem significantibus ponuntur. Sic Ennii annal. VIII, fr. 19: Quintus pater *quartum* fit consul, v. Gellium X, 1 et Nonium in adnotatione Vahleni. Alia adverbia sunt respondentia ad quaestionem: *quoties?* Quorum *ter* nonnunquam per ὑφ' ἓν cum substantivo in unum vocabulum coalescit. Sic dicitur a Plauto Bacch. IV, 7, 15 *terveneficе* pro maximo venefico, alibi *terunci*, cum quibus comparari possunt *trifur*, *trifurcifer*. v. Pareum in lex. Plaut. *Distributivorum*, quorum usus notus est et vel ex nomine patet, exempla praeter

ea quae iam I, cap. 3, §. 45, n. 7 attuli, cum de distributiva praepositionis *in* significatione agebam, haec habes. Cato R. R. c. 3: In iugera oleti CXX *vasa bina* esse oportet. Ib.: Orbiculis superioribus *octonis*, inferioribus *senis* citius duces. C. 6: oculos arundinis pedes *ternos* alium ab alio serito. Plaut. Bacch. IV, 9, 127: *Binos ducentos* Philippos iam intus ecferam.

Index.

Numeri paginas significant.

A.

A ab abs 40—48. 123 sq. Cum verbis emendi 44. ab re 45. Ab = quod attinet ad 46 sq. cum temporis notionibus 99. de origine 180 sq.
Abhinc 100. 220.
Abire ab aliquo 40 sq. 47.
Ablativus 34—182. Abl. quantitatis 36—123. Abl. nom. urbium et insularum 37. Abl. cum *ab* coniunctus 40—48. 99. cum *ex* 48—54. 100. cum *de* 54—58. 100. 124. 180. Abl. loci sine praep. 74 sq. usu translato 75. Abl. temporis 102 sqq. Ablativi absoluti 112 sqq. 176. Abl. comparationis 116 sq. post *aeque* et *adaeque* ib. Abl. copiae et inopiae 117. 120 sq. Abl. pretii 117. 121 sq. 137 sq. Abl. mensurae s. differentiae 117 sqq. Abl. qualitatis 123—182. Abl. instrumenti 125—141. Abl. causae 141—146. Abl. limitationis 145 sq. Ablativus modi 146—176. Abl. modi attributiva significatione 170—175. accessoria significatione 175 sq. Abl. originis 10 sq. 177—181. qualitatis (proprie dictus) 11. 181 sq.
Abnutare cum dat. 305.
Absente nobis 352.
Absque 344.
Abstracta pro concretis 1—6.
Abundare cum abl. 121.
Abuti cum acc. 277. 286.
Accusare cum duplici acc. 288.
Accusativus 183—291. Acc. quantitatis 194—234. Acc. nominum urbium et terrarum 194. Acc. cum *ad* coniunctus 196—202. cum *in* coniunctus 202—209. cum reliquis praepp. 209—218. Acc. spatii 218. temporis 218—220. cum *abhinc* coniunctus 100 sq. 220. Acc. graecus 220 sq. Accusativus quantitatis intensivae 221 sqq. Acc. qualitatis 234—291. Acc. c. inf. 248—269. in exclamationibus 250. 251. 260. 268 sq. 279. 286. Acc. seq. substantiva verbalia 14 sq. 279. 283. Acc. duplex 286—291.
Acherunti 73. Acherunte 74. Acheruntem 195.
Actum est de me 58.
Acuere cum duplici acc. 289.
Ad cum acc. coniunctum 196—202. 234 sq. de motu ad locum 196—200. cum numeralibus 199. De consilio 200. in comparationibus 201. de tempore 201 sq. = apud 201. cum gerundio et gerundivo 235. 247. *ad mercatum* 245.
Adaeque 150 sq. c. abl. comparationis 116 sq.
Adcumbere scortum 273.
Addecet cum acc. c. inf. 251 sq 265. cum acc. 278.
Addere cum dat. 302.
Adeo 221—225.
Adfinis cum dat. 314. cum gen. 337.
Adhinnire equam 274.
Adhuc locorum 326.
Adicere animum alicui rei 314.
Adiectiva cum dat. 307. 313. c. gen. 336.
Adire ad aliquem 198. cum acc. 272. 283.
Adiurare cum acc. c. inf. 253.
Adiutare cum acc. 283. cum duplici acc. 289.
Adiuvare cum acc. 283. cum duplici acc. 289.
Adlegare alicui rei aliquem 314

Adligare furti 338.
Adlucere alicui aliquid 275.
Admoderari cum dat. 304.
Admodum 221.
Admonere cum duplici acc. 287. 289.
Adridere cum dat. 306.
Adsimulare cum acc. c. inf. 256. cum acc. 275. cum dat. 314.
Adstringere furti 338.
Adverbia modi 146—170.
Advorsum ire et venire alicui 313.
Advorsus, advorsum 209 sq.
Advorsus cum dat. 307.
Advortere (advorsare) animum 373. 284. adv. an. aliquid 286. 287.
Aedis = domus 15. aedes om. 341.
Aemulari cum acc. 283.
Aeque 150 sq. aeque cum 91 sq. aeque cum abl. comparationis 116 sq. aeque — quam 230.
Aequi 333 sq.
Aequiperare cum acc. 271. 276. cum dat. 314.
Aequom est cum acc. c. inf. 252. 261.
Aequus cum abl. 122.
Aera 17.
Affatim c. gen. 326.
Aio cum acc. c. inf. 251. 254. 266. 267.
in Alide 80. Alide ib. Alidem 194.
Aliquando 108.
Aliquantum 226.
Aliqui (abl.) 175. 399.
Aliquis 398—400. Aliqua 146.
Alius 407.
Alloqui cum acc. 272.
Alter 406—408.
Am (praep.) 210.
Amans cum gen. 337.
Amationes 18.
Ambo 408.
Amoenitas de homine 2. 5.
Amores 5. 18.
Anacoluthon 28—30. 381.
Angere se animi 331.
Ex animo 53. (in) animum inducere seq. acc. c. inf. 252. an. advortere 273. 284. aliquid 286. 287. an. attendere 284. an. adicere alicui rei 314. animi (pendeo, discrucior, excrucior cett.) 330 sq.
Ante 210 sq.
Anteire cum acc. 272. 282. 283. cum dat. 314.
Antevenire cum dat. 315.
Antevorti (ere) cum dat. 315.
Antistare cum dat. 314.
Apage cum acc. 280.
Aperite aliquis 34.
Appellare cum duplici acc. 289. cum gen. 338.
Appetere cum dat. 313.
Appositio syntactica 8 sq.
Apud 211 sq.
Arbitrari cum acc. c. inf. 253. 265. 266. 267. cum acc. 276.
Arguere cum duplici acc. 288. 289. c. gen. 338.
Ascendere cum acc. 269.
Asses om. 341.
Astu 172.
Astutiae 18.
Attractio casus in pron. *is* 353. generis 355. Attr. casus in pron. *hic* 371. in pron. *ille* 373. in pron. relat. 387—389.
Au cum voc. 31.
Auctor sum cum dat. 298.
Audacia est cum acc. c. inf. 264. audaciae 17.
Audere cum acc. c. inf. 249.
Audiendi verba cum *ex* coniuncta 52.
Audire cum acc. c. inf. 252 sq. 267.
Auscultare cum acc. 274. cum dat. 302. 305. 306. auscultatio cum dat. 14. 305.
Autumare cum acc. c. inf. 267.
Avis signif. collectiva 16.

B.

Belli 69.
Bene 151 sq. bene facere cum dat. 305.
Benevolus cum dat. 307.
Benignitates 18.

C.

Caenum de homine 2.
Calamitas de homine 6.
Callere cum acc. 284.
Capere (χανδάνειν) cum acc. 270.
Caput pro homine 9 sq.
Carere cum abl. 120. 121. c. gen. 338.
Cariam 194.
Carthagini 73.
Cassus dote 121.
Casus substantivorum 19—340.
Causa (abl.) 143 sq. cum genit. 328. 329.

Cavere ab aliquo 45. cum acc. 270. 272. cum dat. 297. cavere malo ib.
Cedo (imper.) cum acc. 269. 280.
Celare cum acc. 275. 283. cum duplici acc. 286. 289.
Cenare cum acc. 275 sq.
Censere cum acc. c. inf. 249. 250.253.
Certa res est cum acc. c. inf. 262.
Certum est cum acc. c. inf. 262. 268.
Circiter 212.
Circuire cum acc. 271.
Circum 212 sq.
Circumcirca 212 sq.
Circumducere c. abl. 121.
Circumlocutio 7.
Cis 213.
Clam cum acc. 213. Clanculum ib. Clam mihist 306. clam cum gen. 340.
Clamare cum acc. 271. 282.
Cogere cum acc. 276. cum duplici acc. 288. 289.
Cogitare cum acc. c. inf. 250. 267.
Collectiva significatio subst. 6. 15 sq.
Colloqui cum acc. 272.
Columen senati 5.
Commiserescere cum acc. 285. cum gen. 339.
Communicare c. abl. 134. cum acc. 273.
Comparativorum neutra in acc. posita 233 sq.
Comperire cum acc. c. inf. 267.
Complere cum abl. 120. c. gen. 338.
Complusculi 411.
Compos cum gen. 336.
Concedere cum dat. 305.
Condecet cum nom. 23. cum acc. c. inf. 265. cum acc. 278.
Condemnare cum gen. 338.
Condonare cum acc. 273. cum duplici acc. 289.
Confidentia est cum acc. c. inf. 264.
Confidere cum acc. c. inf. 253. cum acc. 283.
Conmemini cum gen. 337.
Conmonere cum duplici acc. 287. cum gen. 338.
Conpendi facere 335.
Conpotire cum abl. 139. c. acc. 277.
Conprecari cum dat. 304.
Conruere cum acc. 274.
Conscius cum gen. 337.
Consequi cum acc. 272. 283.
Consimilis cum dat. 314. cum gen. 336.
Conspicere cum acc. c. inf. 252.
Constituere cum acc. c. inf. 266 sq.
Consuetus cum dat. 307.
Consulere cum acc. rei 285. cum duplici acc. 287. cum dat. 297 sq. boni 338.
Convenit cum acc. c. inf. 251. Convenire cum acc. 272. 284. cum dat. 314.
Convitium de homine 2.
Credere cum acc. c. inf. 252. 266. 267. cum gen. 340.
Cruciare cum acc. c. inf. 259 sq.
Crux 3. 6.
Cum praep. 89—99. 176. Orare cum aliquo 97. Cum dis volentibus 97. cum temporis notionibus 98 sq.
Cumulatus cum gen. 337.
Cupere cum acc. c. inf. 251. 259. cum dat. 298. Cupiens c. gen. 337. Cupio c. gen. 340.
Cupidus cum gen. 336.
Curare cum acc. 274. cum dat. 298. curare cum cura 343.
Curatio hanc rem 14. 279.
Curriculo 172.

D.

Damnum de homine 4.
Dare cum dat. 301 sq. cum dativo rei et duplici dativo 308.
Dativus 291—315. Dativus qualitatis 297—313. Dativus post verba *caveo, consulo, nubo, auctor sum,* similia 297 sq. Duo dativi mutuo sibi oppositi 298 sq. Dativus commodi 299—301. Dat. post verba dandi et negandi 301 sq. cum adiectivis coniunctus 307. 313. Dat. rei coniunctus cum *esse, dare, ducere, vertere* 307 sq. Dativus pendens ab interiectionibus 308 sq. Dat. possessoris cum verbo *esse* 309 sq. Dativus iudicantis 310. Duplex dativus 305. 307. 308. 310. Dat. personae cum gerundio et part. fut. pass. 312. cum aliis temporibus passivi ib. sq. Dativus quantitatis 313—315. Dat. loci 313 sq. Dat. in comparatione magnitudinis 314 sq. Dat. pron. pers. 351.
De cum abl. 54—58. 124. De loco 54 sq. Partitiva significatio 55 sq. Apud emendi verba 56. de mentis

actionibus 56. — περὶ c. gen. 57. sq. cum temporis notionibus (de die, de nocte) 100. De sententia, de conpecto 124. De origine 180.
Decet cum nom. 23. cum abl. 122 sq. cum acc. c. inf. 251. 264 sq. cum acc. 269. 278. cum dat. 306. 307.
Decorus cum dat. 307.
Decretum est cum acc. c. inf. 262. decerno cum acc. c. inf. 266.
Dedere cum dat. 302.
Dedita opera 172.
Defraudare cum duplici acc. 289.
Dehinc 101.
Dein 101.
Deinde 101.
Deiurare cum acc. c. inf. 253.
Delicia 2. 15. deliciae 4. 5. 18.
Demiror cum acc. c. inf. 260.
Demorior cum acc. 245.
Deperire cum acc. 244 sq.
Depraendo doli 338.
Deputare cum acc. c. inf. 266. 267.
Desiderare cum acc. c. inf. 259.
Desipere mentis 340.
Despondere cum dat. 306.
Dia dearum 324.
Dicere cum acc. c. inf. 250. 251. 254. 266. cum dat. 304.
Dicto audientem esse 303 sq. d. oboediens 304.
Die quinti, proximi, septimi, crastini 104.
Diffluere cum abl. 121.
Dignus cum abl. 122. Dignum est cum acc. c. inf. 262. Dignus qui 379.
Discrucior cum acc. c. inf. 260. D. animi 331.
Dispendi facere 332.
Distributiva significatio praep. *in* 207. Distr. numeralia 413 sq.
Dives cum gen. 336.
Docere cum acc. 269. cum duplici acc. 288.
Dolere cum acc. c. inf. 260. 268. Dolet mihi 312.
Dolo 172.
Domo 37 sq. Domi 67—69. domi cupio 68. domi focique 68. domi duellique 69. Domum 194 sq. in domum 206.
Donare cum acc. pers. 273. cum duplici acc. 289.
Duelli 69.

E.

Eâ 87.
Eadem 87. 366.
Ecce v. en.
Eccum, eccam, eccos, eccas, eccillum, eccillam, ellum, ellam 280—282. 286.
Ecquis 380. 396 sq. Ecqui (abl.) 175.
Edepol cum acc. c. inf. 265. cum acc. 282.
Edocere cum acc. 276. cum duplici acc. 288.
Egens cum gen. 337. egere cum gen. 338.
Egomet 350.
Ehem cum voc. 31.
Eheu cum voc. 31.
Eho cum voc. 31.
Ei (interiect.) cum dat. 308. 309.
Ellipses substantivorum 340—342. Ell. pronominis *is* 356 sq. pron. reflexivi 365. pron. *ille* 374.
Eludere cum duplici acc. 288.
Em cum dat. 308. 309.
Emendi verba cum *ab* coniuncta 44. cum *de* 100.
Ementiri cum acc. 276.
Emungere aliquem aliqua re 121.
En (ecce) cum acc. 269. 280. 286.
Eo abl. 118. 119. adv. 221.
in Epheso 80.
in Epidauro 80.
Equidem ego 350.
Erga 217.
Ergo cum genitivo 328.
Esse cum nom. 23—26. cum dat. 307. 309. cum gen. 328. 329. 330
Euge cum acc. 282.
Eumpse, eampse, eopse, eapse 366.
Ex cum abl. 48—54. 124. de loco 48—51. cum audiendi verbis 52. Ex animo 53. Ex = secundum 53 sq. Ex sententia 53. Ex tua re 53. ex usu 53 sq. cum temporis notionibus 100. de origine 178—180.
Exadvorsum cum dat. 313.
Excruciare animi 331.
Excusare se alicui 306.
Exheres cum abl. 121. cum gen. 337.
Exigor portorium 289.
Exilis cum gen. 337.
Exin 101. praegresso *utcunque* ib.
Exinde 101.

Exire cum acc. 283.
Existimare cum acc. c. inf. 252. 266. cum duplici acc. 290.
Exitium de homine 3. 4.
Exiurare cum acc. c. inf. eiurare cum acc. 276.
Exoptare cum acc. c. inf. 259.
Exorare cum duplici acc. 287.
Expectare cum duplici acc. 286.
Expedit cum acc. c. inf. 250. 268. cum dat. 306.
Experiri cum acc. c. inf. 253.
Expers cum abl. 121. expers partis 343.
Expetere cum acc. c. inf. 259. 267. cum acc. 274. cum dat. 304 sq.
Expurgare cum duplici acc. 288.
Extemplo 101 sq. quom extemplo 102.
Extra adv. 89. praep. 217.

F.

Faba signif. collectiva 15.
Facetiae 18. Facetia est cum acc. c. inf. 264.
Facio cum acc. c. inf. 257. 266. 267. cum acc. personae 272. c. acc. rei 284. cum duplici acc. 286. 290. 291.
Facturum = factum ire 250.
Fallor sermonis 340.
Falsilocus cum gen. 337.
Falsus animi 331.
Fas est cum acc. c. inf. 249. cum dat. 311.
Fastidire cum gen. 340.
Favere alicui aliquid 303.
Fecundus cum abl. 121.
Ferox est cum acc. c. inf. 260.
Festinare cum acc. 271.
Festivitas de homine 2. 3. 5.
Ficus marisca 343.
Fidem om. 342.
Fidibus scire 137.
Fieri cum nom. 26. cum *de* coniunctum 58.
Fini 65. 73 sq.
Flagitium hominis 8. 340. Flagitium est cum acc. c. inf. 264. 268.
Flocco 121. Flocci 332. 333.
Fore cum acc. c. inf. 265.
Formidare cum acc. 269.
Fors fortuna 343.
Fortasse cum acc. c. inf. 265. 268.
Fraus de homine 2. 6.
Frui cum abl. 139. cum acc. 286.
Frunisci cum acc. 277.
Fugitans litium 337.
Fungi cum acc. 277. 285.

G.

Gaudere cum acc. c. inf. 260.
Genitivus 315—340. Gen. partitivus 323—327. Gen. totius quod mensi sumus 327 sq. Gen. qualitatis personae vel rei, cuius aliquid proprium est 328—330. Genitivus propinquitatis 330. Gen. possessoris ib. Gen. *animi* 331. Gen. mensurae 331 sq. Gen. pretii 332—334. Gen. materiae 334. G. qualitatis 334—340. Gen. epexegeticus s. definitus 323. 340. Genitivus pronominum personalium 350 sq.
Gentium 324. 326. 327.
Genus pronominis *hic* 370 sq. pron. relativi 383—385.
Gerundium et gerundivum in abl. absol. posita 113 sq. cum *ad* coniuncta 235. 247.
Gratia et gratiae 18 sq. Gratiam inire ab aliquo 46. Gratia abl. 144. Gratiis 172. Gratia cum gen. 328. 329.
Gratulari aliquid 276. alicui 303.
Gratus cum dat. 307.
Gymnasium de homine 3.

H.

Habere cum duplici acc. 290.
Hac 86 sq.
Hei cum acc. 282. cum dat. 308.
Heia cum voc. 31.
Hem cum voc. 31. cum acc. 282. 286. cum dat. 308.
Heri (here) 106.
Heu cum acc. 271. 286.
Heus cum voc. 31.
Hic (adv.) 69—72. Cum locorum nominibus 70. cum gen. 70. 327. (hic viciniae). Cum alio nomine demonstrativo 71. = illic ib. de rebus = in hac re, hac in parte ib. de tempore = nunc ib. hic nunc ib. = tum 72. cum fut. ib.
Hic (pron.) 368—371. hic — ille 367. hic ille 367 sq. haec, haec omnia 369 sq. Genus pron. hic 370 sq. Numerus 371. Attractio casus 371.
Hinc 61—65. de loco 61 sq. hinc abire, abesse, auferre, esse, hinc

civis 62 sq. cum nominibus locorum 63. = illinc 63. de persona 63 sq. hinc — illinc 64. hinc et illinc ib. hinc bibere 64 sq. cum numeralibus notionibus ib. = abhinc 220.
Hoc 370 sq. hoc aetatis, hoc noctis 220. 325. 369. hoc habet 368.
Hodie 105.
Hostium potiri 339.
Huc viciniae 327.
Hyphen 11.

I.

Ibi tum 108 sq.
Ibidem loci 326.
Id aetatis 220. 325. id locorum 325.
Idem 365—367. Isdem 366. Idem coniunctum cum pron. demonstrativis 367. idem ego, idem tu ib.
Idoneus qui 379.
Ignarus cum gen. 336.
Ignis de meretrice 6.
Ignoscere cum acc. 274. cum dat. 306.
Ignotus cum gen. 336.
Ilicet cum dat. 310.
Illà 87.
Illac 87.
Ille 372—374. ille quidam 372 sq. 403. ille alter 373. Numerus pron. ille 373. Attractio casus 373. Ellipsis et pleonasmus 374.
Illic (adv.) s. illi 72 sq. cum nomine loci vel regionis 72. = ibi 72 sq. = in ea re 73.
Illic pron. 374. Illuc aetatis 220.
Illinc sive illim 65.
Im 353.
Imi supselli vir 335.
Imitari cum acc. 269.
Imperare cum acc. 275. cum dat. 304.
Implere cum abl. 120. cum gen. 338.
In c. abl. 76—85. Cum nominibus terrarum et urbium 80 sq. De multitudine et copia = inter 81. Cum adiectivis 82. in promptu ib. in mundo ib. In loco 82. 84. Cum gerundio et gerundivo 84. In quaestione alicui esse 85. Post verba motum indicantia 85. c. abl. cum temporis notionibus iunctum 114 sq. in tempore ib. In praesentia 115. c. acc. 202—209. 235. de loco 202 sqq. cum nominibus urbium et terrarum 205 sq. in Persas 206. in domum 206. cum verbis ponendi et collocandi 206. de animo hostili = contra 206 sq. de animo amico et benevolo = erga 207. in rem est ib. signif. distributiva ib. de consilio 207 sq. pro in c. abl. 208. cum temporis notionibus 208 sq. In modum 235. In commune ib
Inanis cum gen. 337.
Incertus cum gen. 331. 337.
Inclamitare cum acc. 276.
Incubare cum dat. 313.
Incumbere cum acc. 273.
Incursare cum acc. 274.
Incusare cum acc. 276. cum duplici acc. 289. cum gen. 338.
Inde 59—61. de loco 59 sq. Inde loci 60. 324. de hominibus 60. signif causae 60. de tempore 60 sq. inde ab 61. pro deinde 61.
Indere cum dat. 302.
Indigens cum gen. 337. Indigere cum gen. 338.
Indignus cum abl. 122 sq.
Indigus cum gen. 337.
Indui cum acc. 276.
Indulgere cum acc. 284. cum dat. 306.
Industriae 18.
Iners cum gen. 336.
Infera noctis 328.
Infra 217.
Ingenium ingeni 8.
Ingratiis 172.
Inhiare cum acc. 273. 283.
Iniicere cum duplici acc. 289. alicui manum 313. iniic. manum c. gen. 338.
Inimicus cum dat. 307.
Inire cum acc. 272.
Iniussu 172.
Inlecebra de meretrice 3.
Inlucere cum acc. 275.
Inludere cum acc. 284.
Inluvies de homine 4.
Inmerito 172.
Inpedire aliquem alicui rei 314.
Inpellere aliquem aliquid 287.
Inpendere cum acc. 284.
Inperitus cum gen. 386.
Inponere nomen cum duplici dat. 314. inp. in aliquem locum 206.
Inpos cum gen. 336.
Inprudens cum gen. 336.

Inridere cum acc. 272.
Inserere alicui aliquid 314.
Inservire cum acc. 275.
Insidere cum acc. 269.
Insimulare cum acc. 285. cum duplici acc. 288. c. gen. 338.
Insistere cum acc. 273. 285.
Insputare cum acc. 275.
Instare cum acc. 273. 285. cum dat. 314.
Insultare cum acc. 284.
Integer aevi 337.
Intelligere cum acc. c. inf. 252.
Inter 213 sq. inter se 365.
Intercludere alicui aliquid 305.
Interdicere cum dat. 303.
Interea loci 326. 327.
Interest c. nom. 21. Interesse cum dat. 315.
Intervortere c. abl. 121.
Intra 217.
Inventum dabo 291.
Invidere cum acc. c. inf. 260. cum dat. 305.
Ipse 365 sq. Ipsissumus 366.
Irae 18.
Is ea id 352—358. Attractio 353. 355. Id 356. Ellipsis pron. *is* 56 sq. Pleonasmus 357 sq.
Ista 87.
Istac 87.
Iste et istic 371 sq. Iste cum contemptu dictum 372.
Istic s. isti 73.
Istinc 65.
Istuc aetatis 220. 327.
Iubere cum acc. c. inf. 249. 251. 253 sq. 266 cum *ut* coniunctum 254. cum acc. 273.
Iurare cum acc. c. inf. 253. 267.
Iure 170.
Ius est cum acc. c. inf. 249. 268.
Iuvare cum acc. 271.
Iuxta cum 88.

L.

Laetus sum cum acc. c. inf. 249.
Lamentari cum acc. 271.
Lapis signif. collect. 15. Lapis silex 342 sq.
Largiter cum gen. 327.
Largus abl. 121.
Larva de homine 4.
Lascivia de homine 3.
Latrare aliquem 274.
Levare alicui paupertatem 305. aliquem laborum 340.
Liber cum gen. 337.
Licet cum acc. c. inf. 265. 268. cum dat. 310.
Locativus 66—74.
Loci 326. 327.
Loqui cum. acc. 271. 272.
Lubet cum nom. 23. cum dat. 310.
Luce(i)scit hoc 23. 370 sq.
Lucet hoc 23. 370 sq.
Luci 104.
Lucri facere 335.
Ludere cum acc. 272.
Ludis 112. Ludos aliquem facere et dimittere 290.
Lupinum collect. 16.
Lutum de homine 3. 4.

M.

Mactare cum abl. 120.
Maestus (sum) cum acc. c. inf. 260.
Magni 333. 334.
Male 160. Male dicere et male loqui cum dat. 306.
Malle quam 232. Malle cum acc. c. inf. 249. 252. 259. 266. 267.
Malum de homine 2. 4.
Mane 106.
Manere cum acc. 274.
Manufestus cum gen. 337.
Manus om. 341.
Mederi cum acc. 284.
Medicare cum acc. 273. Medicari cum dat. 302.
Melius est cum acc. c. inf. 261.
Memini cum acc. c. inf. 252. cum acc. 273. cum gen. 337.
Mendax cum gen. 337.
Mens animi 8. In mentem est 208. c. acc. c. inf. 252. in mentem venire c. gen. 337.
Mentionem habere c. gen. 335.
Merx de homine 4.
Metuere cum acc. 271. 283.
Militiae 69.
Mille 413. cum gen. 324. 325. 326. 327. 413.
Mina sing. 15.
Minoris 332.
Minume 160. Minume gentium 327.
Miror cum acc. c. inf. 260.
Miserari cum acc. 271.
Misereri cum gen. 339.
Miserescit cum nom. 22. cum acc. 285. cum gen. 337. 339.

Miseret cum nom. 22. cum acc. 271. 278. 285. cum gen. 339.
Miseria est cum acc. c. inf. 264.
Moderari cum dat. 304.
Modi gen. qualitatis 334.
Modo 170 sq.
Molae 15.
Molestus cum dat. 307.
Monere cum duplici acc. 286. 287. 289.
Monstrare cum dat. 302. 304.
Monstrum mulieris 8. Monstrum hominis 340.
More 171. Morem gerere cum dat. 303.
nil moror (moro) cum acc. c. inf. 257. morari cum duplici acc. 288.
Multare cum abl. 120.
Multifacere 332. 333.
Multum 226.
Mundiliae 18.
Mussitare cum acc. 275.
Mutare cum abl. 117.

N.

Nauco 121. Nauci 332.
Navi = in navi 75. Navis cercurus 343.
Necesse est cum acc. c. inf. 249. 263. cum dat. 311.
Negare cum acc. c. inf. 255. cum dat. 302.
Nemo 409 sq. Nemo homo 343. 409. Nemo quisquam 400. 402. 410.
Nequando 107.
Nequaquam 147.
Nequiquam 147 sq.
Nescire cum acc. c. inf. 257. Nescio qui s. nescio quis 395.
Neuter 408.
Nihili 332, 334. Nihil 410. Nihil quidquam 400. 402 sq. 410.
Nimium 226.
Noctu 104 sq.
Nolle cum acc. c. inf. 258 sq. 267.
Nomen facere cum duplici dat. 305. n. inponere cum duplici dat. 310.
Nominari cum nominativo praedicati 26. Nominare cum duplici acc. 290.
Nominativus substantivorum 20—30. Casus nominandi 20. pro vocatio 20 sq. Casus subiecti 21—23. ad praedicatum accedit 23—28. Nom. absolutus 28—20. Nom. pronominum personalium 349 sq.
Nostrarum = nostrum 351.
Nubere cum dat. 298. Nupta cum 96.
Nugae de homine 2. 3.
Nulli consili 335.
Nullus 409.
Numeralia 412—414.
Numero 172 sq.
Numerus subst. 15—19. pron. *hic* 371 pron. *ille* 373. pron. relativi 385.
Numquis 389. 397.
Nunc 109—112.
Nuntiari cum nom. praedicati 27.
Nusquam gentium 326. 327.

O.

O cum voc. 31 sq. cum acc. 281. 283. 286.
Ob 214. 235.
Obesse cum dat. 304.
Obire cum acc. 271. 273. 283.
Obiurgare aliquem aliquid 288.
Oblivisci cum acc. 269. 273. 283. cum gen. 338.
Obnoxius cum dat. 307.
Oboediens dicto 304.
Obrepere cum acc. 273.
Obsaturare cum gen. 338.
Obsecrare cum duplici acc. 289.
Obsequi cum dat. 302. 303.
Ob viam 214. Obviam venire alicui 313.
Occubare cum dat. 313.
Occumbere letum 271. morti 314.
Occupere cum acc. 276.
Occursare cum acc. 273.
Odium de homine 2. 6.
Offucia 15.
Oggannire cum dat. 304.
Oh cum acc. 286.
Olere cum abl. v. praef. cum acc. 245. cum dat. 312.
Omnis 410 sq. Omnis totus 411. sine omni 345. 410.
Onustus cum abl. 121. cum gen. 336.
Opera celox 7. id operam do 289. Operae est 328. 329.
Opere 173.
Opinari cum acc. c. inf. 249. 250. 252. 263 sq. 266. 268.
Oppetere cum acc. 272.
Opplere cum abl. 120. 121.
Optare cum acc. c. inf. 252. 266.
Optato 173.

Opulentus cum abl. 121.
Opus est cum nom. 24—26. cum abl. part. perf. pass. 26. 139—141. cum abl. 139—141. cum acc. c. inf. 251. 263. 266. 268.
Ora tenere rebus 314.
Orare cum aliquo 97. cum acc. 284. cum duplici acc. 287. 289.
Orbare cum abl. 120.
Orbus cum abl. 120. 121.
Ordinalia 413.
Ordine 173.
Ostendere cum dat. 302.

P.

Pabulum Acheruntis 4.
Paces 18.
Pacto 173 sq.
Paenitet cum nom. 22. cum acc. 276. 285. cum gen. 340.
Palam est cum acc. c. inf. 262.
Par est cum acc. c. inf. 262. Par cum gen. 336.
Parcere cum acc. 273.
Parere cum dat. 303.
Pars pro toto 9 sq.
Pars om. 341. Partem 279.
Parsimoniae 18.
Participare c. abl. 134. c. gen. 338.
Participia cum gen. 337.
Partim cum gen. 324. 327.
Parum, parumper 227.
Parvi 332. 334.
Pati cum acc. c. inf. 256. 266.
Pauperare cum abl. 121.
Pausillum 227.
Paveo cum acc. 244.
Pendere animi 331.
Penes 214.
Penetrare cum acc. 276. cum dat. 302.
Pensi 333.
Per 214 sq. 236. 247 sq. in obtestationibus 248.
Percontari ex aliquo 52. cum acc. 276. 283. cum duplici acc. 287.
Perdere capitis 338.
Perdocere cum acc. 269.
Peregri 73. peregre 89.
Perendie 105.
Pergere cum. acc. 285.
Perhiberi cum nom. praedicati 26. Perhibere cum duplici acc. 290.
Perire cum acc. 244.
Peritus cum gen. 336.
Permagni 334.
Perm(u)icies de homine 2. 3. 6.
Persuadere cum acc. 271.
Pessum 195.
Pestis de homine 4. 6.
Petere cum acc. 272. 284.
Philippus 10.
Pietas de homine 4.
Piget cum nom. 22 sq. cum acc. 277 sq. 285. c. gen. 339.
Plenus cum abl. 121. cum gen. 336.
Pleonasmi substantivorum 342 sq. pron. personalium 352. pronominis *is* 357 sq. pron. *ille* 374.
Plerique omnes 410 sq.
Plerumque 227.
Pluralis 16—19. nominum propriorum 16 sq. abstractorum 17—19.
Pluris 332. 333.
Plurimum [illegible]
Plus [illegible]
Polliceri cum acc. c. inf. 250. 253. 266.
Poni 215.
Poscere cum duplici acc. 287.
Post 215.
Postidea loci 326.
Postridie 105.
Postulare cum acc. c. inf. 254 sq. 266.
Potest (impers.) cum acc. c. inf. 265.
Potiri cum abl. 139. c. acc. 269. 283. 286. Potire cum acc. 277. Potiri cum gen. 339. potire cum gen. 339.
Prae quam 233. Prae 345 sq.
Praecedere cum dat. 315.
Praedicare cum acc. c. inf. 253.
Praeesse cum dat. 314.
Praeire cum acc. 273.
Praendo mendaci 338.
Praepositiones 343—349.
Praesidium popli 5.
Praestare cum dat. 314.
Praestolari cum acc. 275. 283.
Praeter 215 sq. praeter quam 232.
Praeterire cum acc. 283.
Praevortere (praevorti) cum acc. 273. cum dat. 315.
Precari cum duplici acc. 286. cum dat. 304.
Primus 413.
Pro (interiect.) c. voc. 32. cum acc. 271. 286.
Pro (praepos.) 346—349. Pro se quisque 405.

Probripellecebrae 3.
Prodesse cum dat. 304. 306.
Prodigus cum gen. 337.
Prohibere cum acc. c. inf. 249. cum duplici acc 288. alicui aliquid 305.
Prolationes 18.
Promittere cum acc. c. inf. 253.
Pronomina 349—412. Pron. personalia 349—358. possessiva 358—360. accedente gen. 359. obiectiva significatione 359 sq. Pron. reflexivum *sui sibi se suus* 360—365. *suus sibi* 364 sq. *inter se* 365. Ellipsis 365. ipse 365 sq. idem 365. —367. Pron. demonstrativa 367—374. Pron. relativum 374—389. Significatio relativi 374—383. Gen is relativi 383—385. Numerus relativi 385. Collocatio rel. 385 sq. Attractio rel. 387—389. [illegible] rogat. 389—397. Pron. indefinita 397—412.
Prope adv. 89 = fere ib. de tempore ib. Praep. 216.
Propter 216. 236.
Propudium de homine 2. 4.
Prothumiae 18.
Proxumus cum acc. 195 sq. cum dat. 313.
Pudet cum nom. 22 sq. cum acc. c. inf. 265. cum acc. 277 sq. 285. cum gen. 339 sq.
Purgare se alicui 306.

Q.

Qua 86. qua — qua ib.
Quacumque 87.
Quaerere cum acc. 276. 283.
Quaeso cum acc. 284.
Qualibet 87.
Qualis 389.
Quam 229—233.
Quando 106 sq. = quandoquidem 107.
Quandoquidem 107 sq.
Quanti 332. 333. 334.
Quantillus 411.
Quantum 226.
Quantus 389. 391. 411. Quantos = quot 374. Quantus quantus 377.
Qui abl. 39. 378 sq. = utinam 136 sq. 379. = quo modo 174 sq. de plurali 378. Quicum 379. 394 sq. qui = ut 379. Abl. pron. interr. 394 sq. pron. indef. = aliquo modo 398.
Qui (pron, relat.) 374—389.
Qui quae quod quis quid (pron. interr.) 389—396. Quid iam? 390.
Qui quae quod quis quid (pron. indef.) 397 sq.
Quicunque 376 sq.
Quid interrog. (acc. 241 sq. Quid aetatis 220. 393. Quid noctis 324. Quid animi 324. 325. 327. Quid hominis 325. 327. 393. quid hoc clamoris? 327. quid mulieris 327. 393. Quid = quare, cur 241 sq. 393 sq. Quid nomen est 394.
Quidam 403 sq.
Quidvis anni 220. 324.
Quilubet 405 sq.
Quippe qui 381. 382.
Quisque = quis indef. 397.
Quispiam 403.
Quisquam 400—403. quisquam homo 402.
Quisque 404 sq.
Quisquis 376 sq. quiqui 376.
Quivis 405 sq.
Quo (adv.) 225 sq. quo usque 226. Quo viai 324. Quo gentium 326.
Quo (abl.) 117—119. 380.
Quoad 226. Quoad eius 324.
Quod acc. 242—244. = quod attinet ad id quod 243 sq. 384. Coniunctio quod cum gen. 325. 327. Quod 383 sqq. quod sciam 384. quod si, quod ni, quod utinam, quod apsque 384 sq.
Quoiatis 389. 395 sq.
Quoius 358. 375. 389. 395.
Quom — tum 109.
Quom extemplo 102.
Quoquo terrarum 327.
Quot 376. 411. quot mensibus 387.
Quotkalendis 103.
Quovis gentium 327.

R.

Ratione 171. Ratio om. 341.
Recta 65.
Recte 163 sq.
Reddere cum duplici acc. 290. cum dat. 302.
Refert cum nom. 21 sq. ref. mea etc. 66. cum acc. c. inf. 265.
Regnare cum dat. 303.
Reparcere cum dat. 302.
Reperiri cum nom. praedicati 27.

Reposcere cum duplici acc. 287.
Res amoris et simil. 7.
Resciscere cum acc. c. inf. 249.
Residere cum acc. 275.
Ridere cum acc. 272.
Ritu 174.
Rogare cum acc. 276. 283. 284. cum duplici acc. 286. 287.
Rure et ruri 38. ruri 69. rure praef. Rus 195.

S.

Salus de homine 3. 5.
Sam = eam, sum = eum, sos et sas 352.
Sancta dearum 324.
Sanus cum gen. (animi) 331.
Sapere cum acc. 245. 271. 276.
Sapsa 366.
Sat, satis 164 sq. cum gen. 326. 327.
Satius est cum acc. c. inf. 262.
Saturare cum gen. 338.
Scatere cum abl. 120.
Scelus de homine 2. 6. scelus viri 8. 340.
Sciens cum gen. 337.
Scilicet cum acc. c. inf. 268.
Scio quod 244. cum acc. c. inf. 249. 251. 252. 267 sq.
Secundum 216.
Secus (praep.) 216.
Senem mulierem v. praef.
ex sententia 53.
Sentire cum acc. c. inf. 251.
Sequi cum acc. 283.
Servire cum dat. 305. 306.
Servitium = servi 6.
Servitus cum dat. 14. 305 sq.
Servus om. 341.
Sic 165 sq. Sic datur 342.
Sicyoni 73.
Silentio 170.
Similis cum dat. 314. cum gen. 336.
Simul cum 91.
Sine c. abl. 344 sq.
Sinere cum acc. inf. 248. 249. 250. 256. 266. cum acc. 275.
Singularis signif. collectiva 15 sq.
Sis et sas = suis, suas 360.
Socors cum gen. 336.
Solus 411.
Solvere fidem 285.
Somniare cum acc. c. inf. 252. cum acc. 284.
Sorbilo 174.
Sperare cum acc. c. inf. 252. 267. cum acc. personae 276. 284.
Speres, spes plur. 17 sq.
Spondere cum dat. 306.
Sponte 170.
Stabulum servitutium 3. St. flagiti 4, utrumque de homine.
Stercilinum de homine 3. 6.
Stimulorum seges 4. Stimulorum loculi 9.
Studere cum acc. c. inf. 259. 267. cum acc. 271. cum dat. 305. cum gen. 340.
Studiosus cum dat. 307. cum gen. 336.
Studium de homine 3.
Stultitia est cum acc. c. inf. 264.
Suadere cum acc. c. inf. 267. cum dat. 304. 306.
Subvitudo de homine 5.
Sub c. abl. 85 sq. c. acc. 216 sq.
Subcenturiari cum dat. 314.
Sublinere os alicui 304.
Subolere cum dat. 312.
Substantiva 1—343. Notio substantivi 1—15. Substantiva verbalia in *io* 12—14. Substantiva numerus 15—19. Casus 19—340. Subst. verbalia cum acc. 279. 283. cum dat. 305. 306. Ellipses subst. 340—342. Pleonasmi subst. 342 sq.
Subter cum acc. 217.
Subvenire cum dat. 305. 313 sq.
Super c. abl. = de 86. cum acc. 217.
Superbiae 18.
Superlativorum neutra in acc. posita 234.
Superstes cum dat. 314.
Supinum in *u* desinens 39 sq. 145 sq. Sup. in *um* 245—247.
Suppalpari cum dat. 304.
Suppeditare cum dat. 314.
Suppetere cum dat. 311.
Supplicare cum dat. 303.
Supra adv. 88. praep. 217.
Surgere cum acc. 274.
Suscensere cum dat. 306.
Suspicari cum acc. c. inf. 253. 267.
Suus sibi 300 sq. 351. 364 sq.

T.

Tacere cum acc. 284.
Taedet cum acc. 278. cum gen. 339.
Talis 411 sq.
Tam 227—229. tam — atque 228. Tam gratiast 228.

Tantum 226.
Tantumdem 411.
Tantus 411.
Temperare cum dat. 304.
Tempori s. temperi 103.
Tempus om. 341. Tempus est cum acc. c. inf. 250. 264. 268.
Tenus c. abl. 86.
Ter 413.
Terunci 333. 413.
Terveneficus 413.
Timere cum acc. c. inf. 283.
Tis 329.
Tmesis 343.
Tolerare alicui egestatem 305.
Tot 141.
Totus 411.
Tr[illegible]
T[illegible] 311.
Tr[illegible]3.
Tum [illegible] sq. praegresso *si* 108. coniunctum cum *quom* 109.
Tunc 109.
Tute 350.
Tuum est cum acc. c. inf. 263.

U.

Ubi loci, ubi terrarum, ubi gentium 326.
Ubivis gentium 327.
Ulcisci cum acc. 275.
Ullus 408 sq.
Ultra 218.
Ultro cum acc. 282.
Umquem 406.
Una 99.
Unde 58. unde gentium 326.
Unus 412 sq.
Unus quisquis 377.
Urbium nomina in abl. 74.
Usquam gentium 324. 326. 327.
Usquequaque 87.
Usus est cum nom. 24—26. cum abl. 139. ex usu 53 sq. usus est cum abl perf. pass. 96. 139. cum dat. 306. 311.
Ut 167—170. Ut qui 175. 380 (= utpote qui). 398.
Uter 389. 391.
Uterque 408.
Utervis 408.
Utor c. abl. 183. c. acc. 270. 276 sq. 285 sq.
Utrimque 65.

V.

Vacare cum abl. 120.
Vacivus cum gen. 337.
Vae cum dat. 308 sq.
Vah cum voc. 32.
Velle cum acc. c. inf. 249 sq. 252. 957 sq. 266. 267 cum acc. 274. 283. 285. cum duplici acc. 288. 289.
Veniam aliquam dare 273.
Ventu[illegible] ventus a[illegible]ter [illegible]
[illegible]num 247.
Verb[illegible] gen. [illegible]—340.
Vereri cum acc. c. inf. 260. cum acc. 283. cum gen. 340.
Vesperi 105.
Vestis signif. collectiva 16.
Via om. 341.
Vice 174. vicem 279. 284.
Viciniae (proxumae) 74.
Videlicet cum acc. c. inf. 265.
Videre cum acc. c. inf. 251. 253.
Videri cum nom. praedicati 26 sq. cum acc. c. inf. 251. 253. cum dat. 310.
Vidulum piscem 7.
Vinum om. 341.
Vitare cum dat. 298.
Vocari cum nom. praedicati 26. Vocare cum duplici acc. 290.
Vocativus sine interrectionibus 30. cum interiect. 30—32. Voc. pronominum et numeralium 32—34.
Voluntate 170.
Volupe cum dat. 307.
Voluptas de homine 2. 3. 5.
Vopte 349.
Vostrorum, vostrarum = vestrum 350 sq.
Vostrumst cum acc. c. inf. 263.
Vulgo 174.

Errata.

p. 50 lin. 34 init. excidit numerus 71. — pag. 80 l. 5 scribe Rud. Ib. l. 14 dele punctum post *ad*. — p. 114 l. 1 scribe Ep. III, 3, 52. — p. 145 l. 14 scribe *arbitratu*. — p. 175 l. 22 scribe *τινά*. — p. 269 l. 19 scribe *sic* pro *si*. — p. 533 l. 28 scribe *Istic* pro *Istuc*. — p. 384 l. 21 scribe *umquam*.

SYNTAXIS

PRISCORUM SCRIPTORUM LATINORUM

USQUE AD TERENTIUM.

SYNTAXIS

PRISCORUM SCRIPTORUM LATINORUM

USQUE AD TERENTIUM.

SCRIPSIT

FR. GUILELMUS HOLTZE.

VOLUMEN II.

LIPSIAE.

OTTO HOLTZE.

1862.

Lipsiae, typis C. E. Elberti.

Praefatio.

Pauca sunt, quae ad hoc alterum volumen praefari opus est. In consecutione temporum et in constituendis generibus coniunctivi secutus sum Etzlerum, quo nemo unquam, quod confidenter affirmo, melius et subtilius de his rebus disputavit; exempli causa commemoro accuratam definitionem et distinctionem, quam ille fecit, coniunctivi conditionalis et potentialis. In particularum doctrina dicere non possum quantum mihi profuerit Handii opera, quem in describendis significationibus et distribuendis generibus plurimarum particularum, quae quidem ab eo tractatae erant, secutus sum. In nonnullis tamen, quae ab Handio ita tractatae erant, ut nihil, quod magni momenti esset, iis addere possem, satis habui uno duobusve exemplis allatis harum rerum studiosos ad Handii librum allegare. Raro tantum locos, quos non ipse lectione mea invenissem, ex Handii libro apposui, neque tamen, siquos a me inventos ab Handio iam occupatos deprehenderem, idcirco eos afferre nolui, tales praesertim, in quibus, quae esset natura atque significatio particulae, maxime perspicua minime appareret. Denique enunciationes interrogativas, quae sine nota interrogationis sunt prolatae, accuratiore disquisitione et tractatione dignas putavi, quam quae usque adhuc a grammaticis iis impertita est.

Commemoro nonnulla, quae in priore volumine addita vel a typographis errata emendata velim. Exemplis p. 39 allatis

adde Plaut. Epid. II, 2, 102: repperi, haec qui *abscedat te* suspicio et Terent. Hec. I, 2, 64: sese *illa abstinere* ut potuerit? — p. 65 ad § 13 adde Plaut. Bacch. v. 711: *Recta porta* invadam extemplo in oppidum et Ter. Phorm. I, 2, 60: ad anum *recta* pergit. — p. 102 lin. 12 scribe Most. I, 2, 18. — p. 104 § 25 extr. adde Terent. Heaut. III, 1, 82: hac nocte. — p. 108 ad *tum* adde Plaut. Amph. prol. v. 144: *Tum* meo patri autem torulus inerit aureus Sub petaso. Exemplis p. 150 extr. allatis adde Mil. 551 sec. Bergk. in Iahn. annal. 1861, vol. LXXXIII et LXXXIV, sect. 7, p. 506, ex cod. Ambros. — p. 153 ad *commode* adde Ter. Hec. I, 2, 20. 33. p. 159 ad *maxume* Eun. V, 2, 26. — p. 169 adde Ter. Eun. III, 1, 48. — p. 175 dele exemplum Bacch. II, 3, 49 et scribe lin. 28: Lindem. — Locus p. 196 ex Ennio prolatus (annal. inc. sedis fragm. 138) sec. Bergkium non pertinet ad Ennium. Locum p. 271 ex Ennii Iphigenia ap. Festum v. *ob* p. 201 (fr. 14, v. 248 Vahlen.) ad p. 202 transfer et scribe cum Roepero Philol. XVIII, 2, p. 241: *In Acherónten* obibo, ubi mórtis thesauri óbiacent, quum non opus sit cum Vahlenio et Ribbeckio (fr. 9, v. 202) *nunc* inserere et scribere: Acherontem nunc obibo. — p. 213 ad *clam* praepositionem adde haec exempla: Plaut. Cas. prol. v. 54: clam uxorem. Rud. I, 2, 44 sq.: neque potest *Clam me* esse, siqui sacruficat. Terent. Hec. IV, 1, 53. — p. 225 ad locum Liv. Andron. fr. inc. trag. 8 adde haec: „ubi non debebat dubitare Duentzerus p. 60, utrum *quo* in quem locum an quo loco significaret.“ — p. 230 lin. 5 adde Adelph. V, 4, 14: quam plurimum. ib. lin. 16 scribe *tam* pro quam. — p. 232 lin. extr. scribe *Quae* pro Qua. p. 233 lin. 2 adde *Advorsum quam* Trin. v. 176. — p. 234 lin. 22 adde Ter. Andr. I, 3, 6 Primum. p. 247 lin. 15 adde Hec. I, 2, 2. p. 248 lin. 14 adde locum Plaut. Men. V, 7, 1 et vide de collocatione ed. Gronov. in loco Bacch. IV, 8, 64. p. 266 lin. 37 adde Rudd. II, p. 14, adnot. 37: „Interdum uterque et accusativus et infinitivus reticetur, ut Phorm. IV, 3, 22: an legibus *Daturum* poenas dices, si illam eiecerit?“ — p. 268 lin. 31 sq. dele exemplum III, 1, 94, quod iam supra positum erat. — p. 274 lin. 32

adde Bacch. IV, 4, 99: potin ut *cures te?* — p. 280 ad *cedo* adde exempla Bacch. v. 748 et v. 753: cedo tabellas. — p. 290 ad dictionem *ludos facere* adde exemplum passivi Pseud. IV, 7, 72: Adeo donicum ipsus *sese ludos fieri* senserit, quod nostram interpretationem veram esse probat. ib. ad *reddere* cum duplici acc. iunctum adde exemplum Plaut. Bacch. v. 767. — p. 301 extr. adde Bacch. v. 769. — p. 302 adde Bacch. v. 804 (*reddere* cum dat.). — p. 304 adde Bacch. IV, 4, 34 et Bacch. v. 699 (*dicere* cum dat.). — p. 307 ad exemplum Plautinum Mil. III, 1, 205, ubi *studiosus* cum dativo iunctum est, adde haec: Sic Bergkius in Iahnii annal. 1861, vol. LXXXIII et LXXXIV, sect. 7 etiam Ennii annal. l. VII init. scribere vult: nec *doctis dictis studiosus* quisquam erat ante hunc (Vahlen.: Nec dicti studiosus erat). — p. 309 post lin. 13 adde Bacch. v. 416: Paulisper — *est* lubido *homini.* — p. 327 adde Terent. Hec. I, 2, 22: *quid* hoc *negotist* et v. 101: *Quid* adhuc habent *infirmitatis* nuptiae? — p. 334, §. 73 adde Terent. Heaut. I, 2, 31: parentum iniuriae *Unius modi* sunt ferme. — p. 336 lin. 2 adde Hec. I, 2, 13: Edepol te *desiderium Athenarum* arbitror cepisse. — p. 348 d adde exemplum Terent. Hec. II, 1, 30: Non te *pro his curasse rebus*, nequid aegre esset mihi! — p. 352 § 6 adde exemplum repetiti pronominis personalis Most. I, 1, 14 sq.: *Tu* urbanus vero scurra, deliciae popli, Rus mihi *tu* obiectas? Ib. ad § 7 adde: Sic etiam Plaut. Bacch. v. 142 *Praesente ibus.* — p. 355 ad locum Andriae I, 3, 16 adde: Eodem, quo hic, modo pronomen *is* ad idem substantivum spectans exiguo intervallo repetitum est Eun. prol. v. 31. 33 (v. Ritschl. parerg. p. 104): *eas* se non negat Personas transtulisse in Eunuchum suam Ex Graeca: sed *eas* ab aliis factas prius Latinas scisse sese, id vero pernegat. Confert Ritschelius Ad. prol. v. 9. 10: *eum* Plautus locum Reliquit integrum . *eum* hic locum sumpsit sibi In Adelphos. — p. 366 adde Trin. v. 950 *eumpse* et Bacch. v. 312: in *eapse* aede. — p. 372 lin. 2 adde Truc. II, 2, 53: ista — vostra. — Ad pronomen *quicunque* quod attinet (p. 377), est id loco Plaut. Bacch. v. 662 pro pron. indefinito positum, ut alibi *quisquis:*

Ut *quaequomque* res est, ita animum habeat. p. 379 lin. 1 lege Poen. et lin. 15 *quamobrem*. — Exemplis attractionis pronominis relativi p. 387 allatis adde Plaut. As. I, 1, 70. — p. 397 lin. 28 scribe *usurpatam*. ib. lin. 35 adde ex orat. pro Rhod.: si*quis* superbior est et ad p. 398 exempla pronominis indefiniti Plaut. Amph. prol. v. 69: si*qui* palmam ambissit histrionibus. v. 71: Seu *qui* ipse ambissit. v. 72: Sive adeo aediles perfidiose *quoi* duint. Rud. I, 2, 45: si*qui* sacruficat. — p. 400 adde Plaut. Amph. prol. v. 70: Si *quoiquam* artifici. Terent. Phorm. I, 2, 92: ceterum Posthac *si quicquam*, nil precor. Adelph. III, 3, 43: aut non sex totis mensibus Prius olfecissem, quam ille *quicquam* coeperet? — p. 401 exemplis de *quisquam* in negativa vel interrogativa sententia posito adde Phorm. I, 2, 34: Neque quod daretur *quicquam*. v. 49. II, 3, 1: Enumquam *quoiquam* contumeliosius Audistis factam iniuriam quam haec est mihi? V, 7, 4: Ne *quoiquam* suorum aequalium supplex siet. Hec. IV, 1, 58: neque detractum est *quicquam* cett. Negativa sententia inest etiam in enunc. conditionali Phorm. II, 1, 72: siquidem *quisquam* crederet Te vivo. — p. 402 exemplis, ubi *quisquam* substantivo additum est, adde etiam Plaut. Amph. prol. v. 70: quoiquam artifici. — Ad p. 403 § 35 adde Phorm. II, 1, 20: nil quicquam. — p. 405 lin. 3 adde Merc. I, 1, 66: quincto anno quoque. p. 406: Ter. Hec. I, 1, 4: ut *quivis* facile posset credere. — p. 407 exemplis pronominum *alius* et *alter* duplicatorum in binis membris orationis adde luculentum exemplum Catonis ap. Isidor. de different. verbor. V, 5. p. 2. ed. Areval. (Iord. p. 47): *Aliud* est, Philippe, amor, longe *aliud* est cupido. accessit ilico *alter*, ubi *alter* recessit; *alter* bonus, *alter* malus. — p. 408 exempla pronominis *ambo* adde Plaut. Bacch. v. 860: *ambo* ut necem et v. 869. Ib. lin. 32 scribe *illi*. — Ad p. 409 (cf. praef. vol. I, p. VIII) exemplis, ubi pron. *nullus* adiectivi loco est, adde Pers. III, 1, 67: *nullum Siculum* acceperis et Pers. v. 565: nullus leno. Substantivi autem loco est Stich. I, 3, 64. Exemplis autem singularis usus v. *nullus*, qui comicis est proprius, adde locum Bacch. v. 193: Animast amica amanti: si abest, *nullus est*. —

Exemplis pronominis *nemo* adde haec: Cato R. R. c. 5: Duas aut tres familias habeat, unde utenda roget et quibus det, praeterea *nemini*. Terent. Hec. I, 1, 9: Utin eximium *neminem* habeam? SY. *Neminem*. 2, 66. 112: *Nemo* remisit. — p. 410 lin. 5 adde Hec. I, 1, 10: *nemo* illorum *quisquam*. — Ad p. 413 adde exemplum vulgaris formationis Plaut. Merc. II, 3, 94: *septem et viginti* minae. ib. exemplis v. *mille* seq. genitivo adde Plaut. Trin. v. 954 sq.: mille — nummum — Philippum. IV, 2, 117: illo mille Philippum, ad q. l. Lindem. affert Mil. IV, 2, 73 et 88. — Ad indicem adde p. 421: *Ita* 154—156. *Magis* 158 sq. p. 423 *Praesente ibus* 352. — p. 424 lin. 1 dextra dele comma post *pron* et pone punctum. ib. lin. 9 dextra lege *animi*. ib. lin. 31 sq. dextra scribe sic: Coniunctio quod 244. Quod cum gen. 325 cett. — p. 426 lin. antepenultima scribe p. 353 pro 533. ib. lin. 13 dextra scribe 257 pro 957. lin. 37 dextra scribe *interiectionibus*. In summario p. XIV lin. 2 scribe II pro III. Scribebam Numburgi a. d. VII. Id. Octobris a. MDCCCLXII.

Summarium.

Sectio altera. Syntaxis notionum praedicati, inprimis verborum et adiectivorum p. 1—211.

Cap. VII: Praedicati notiones in universum spectantur p. 1—8. 1. Usus verbi substantivi *esse* p. 1—5. 2. Singulares formae praedicati. Substantiva p. 5. 3. Adiectiva et participia p. 5. 4. Adverbia p. 6—8.

a. Verbum cap. VIII—XIII p. 8—202. Cap. VIII: De notione atque generibus verbi in universum p. 8—24. 1. 2. Significatio activa in forma activi et deponentiali p. 8—18. 3. Passiva p. 18—20. 4. Significatio reflexiva p. 20. 5. Breviloquentia verbi in obiecto communi p. 20 sq. 6. Ellipses verbi p. 21—24. Cap. IX: Infinitivus p. 24—44. 2. Inf. substantivum verbale p. 25. 2. Inf. subiecti loco positus p. 25—29. 3. Inf. historicus p. 29—31. 4. Nominativus c. inf. p. 31. 5. Inf. consilium exprimit p. 31 sq. 6. Inf. exprimit id, quod ex actione aliqua consequitur p. 32. 7. 8. Inf. obiecti loco positus p. 32—42. 9. Inf. pro alio casu (obiecto remotiore) positus post substantiva et adiectiva et verba p. 42—44. 10. Inf. in exclamationibus et interrogationibus p. 44. Cap. X: Gerundium et gerundivum p. 44—61. 1. Nominativus p. 51 sq. 2. Genitivus p. 52—55. 3. Dativus p. 55 sq. 4. Accusativus p. 56—58. 5. Ablativus p. 58—61. Cap. XI: Tempora p. 61—100. 1—4. Praesens p. 61—69. 2. Praes. historicum p. 64—67. 3. Praesens pro futuro p. 67—69. 4. Coniunctivus praesentis p. 69. 5. 6. Imperfectum p. 69—75. 6. Con-

iunctivus imperfecti significatione conditionali et potentiali p. 71—75. 7—9. Perfectum p. 75—80. 8. Coni. perfecti p. 79 sq. 9. Inf. perfecti p. 80. 10. Plusquamperfectum p. 80 sq. 11. Futurum p. 82. 12. 13. Futurum exactum p. 82—89. 14. Coniugatio periphrastica p. 88 sq. 15. Consecutio temporum p. 89—100. Cap. XII: Modi p. 101—196. Indicativus p. 101—134. 1. Ind. hypotheticus p. 102. 2. Ind. in enunciationibus conditionalibus p. 102—110. 3. Ind. in interrogationibus obliquis et enunciationibus obiectivis p. 110—116. 4. Ind. in enunciationibus relativis p. 116 sq. 5. Ind. praegressis coniunctionibus *quod*, *quia*, *quoniam*, *quando*, *quandoquidem* p. 117 sq. 6. *Quum* cum ind. p. 118—127. 7. *Dum* cum ind. quattuor significationibus p. 127—130. 8. *Donec* cum ind. p. 130 sq. 9. *Ut*, *ubi*, *postquam* cum ind. p. 131. 10. *Prius quam* cum ind. p. 132 sq. 10. Coniunctiones concessivae cum ind. p. 133. 11. Ind. in enunc. secundariis p. 133 sq. 12. Imperativus p. 134—136. Coniunctivus p. 136—196. 13. Coni. conditionalis p. 137 sq. 14. Coni. potentialis p. 138—145. 15. Coni. imperatorius p. 145—147. 16. *Utinam* cum coni. p. 147 sq. 17. Coniunctivus in interrogationibus obliquis et enunciationibus obiectivis p. 148—152. 18. Coniunct. in enunc. sumptivis p. 152—155. 19. *Ut* cum coniunctivo p. 155—166. 20. *Ut* omissum p. 166—171. 21. *Ne* cum coniunctivo p. 171—174. 22. *Ne* omissum p. 174 sq. 23. *Quin* cum coniunctivo p. 176—180. 24. *Quum* cum coniunctivo p. 180 sq. 25. *Quod* cum coniunctivo p. 181. 26. *Dum* et *donec* cum coniunctivo p. 181—184. 27. *Antequam* et *priusquam* cum coniunctivo p. 184—186. 28. *Ubi*, *quoad*, *ut* temporale cum coniunctivo p. 186. 29. Coniunctivus cum coniunctionibus concessivis iunctus p. 186. 30. Coniunct. in enunc. relativis p. 187—190. 31. *Quo* cum coniunctivo p. 190 sq. 32. Coniunct. in enunc. secundariis p. 191—196. Cap. XIII: Numeri et personae p. 196—202. 1. Singularis p. 196. 2. Pluralis p. 196—198. 3. Pluralis post notiones collectivas p. 198—200. 4. Attractio numeri p. 200. 5. Personae verbi p. 200—202.

b. Cap. XIV: Adiectivum p. 202—211. 1. Notio adiectivi

p. 202 sq. 2. Coniunctio adiectivi cum substantivo in unam notionem p. 203 sq. 3. Genus adiectivi p. 204 sq. 4. Genus neutrum p. 205. 5. Numerus adiectivi p. 205. 6. Comparatio s. gradatio adiectivi p. 205 sq. 7. Comparatio rei secum ipsa p. 206 sq. 8. Superlativus p. 207 sq. 9. Comparatio relativa p. 208—211.

Sectio tertia. Cap. XV: Doctrina enunciationum p. 211—385. 1. Abundantia p. 211 sq. 2—5. Breviloquentia p. 212—217. 6. Collocatio verborum p. 217—221. 7. Synchysis, inprimis hyperbaton p. 221 sq. 8. Anacoluthon p. 222. 9—11. Formae enunciationum primariarum p. 222—232. 12. Figurae nonnullae rhetoricae p. 232. 13. Enunciationes conditionales p. 232 sq. 14. Participium p. 233—236. 15—22. Enunciationes interrogativae p. 236—284. 15. Interr. recta pro obliqua p. 236 sq. 16. Interr. sine nota interrogationis p. 237—255. 17. Enunc. interrogativae expressae per pronomina et adverbia interrogativa p. 255. 18. *Ne* dubitativum p. 255—268. 19. Nonne p. 268. 20. Num p. 268—271. 21. Utrum p. 271. 22. An p. 271—284. 23. Formae responsorum p. 284 sq. Appendix de doctrina particularum p. 285—385. 24. Adverbia loci, quae respondent ad interr. *unde* p. 285 sq. 25. Adv. loci, quae respondent ad interr. *ubi* p. 286—292. 26. Adv. loci, quae respondent ad interr. *quo* p. 292—295. 27. Adverbia temporis p. 295—301. 28. Alia adverbia p. 301—320. Adverbia (et coniunctiones) negativa p. 321—327. 29. Antiqua negatio *ne* p. 321. 30. *Non* p. 321—323. 31. Nec, neque p. 323—326. 32. Neve, neu p. 326 sq. 33. Hau, haud, haut, nenum, vix p. 327. Coniunctiones copulativae p. 327—343. 34. *Et* p. 328—331. 35. *que* p. 331—333. 36. Atque p. 333—339. 37. Etiam p. 339—342. 38. Quoque p. 342 sq. Coniunctiones adversativae p. 343—352. 39. Aut, at p. 343—347. 40. Atqui p. 347. 41. Autem p. 347—349. 42. *Set* p. 349. 43. *Tamen* p. 349—351. 44. Verum, verumvero p. 351 sq. Coniunctiones disiunctivae p. 352—357. 45. Aut p. 353—355. 46. Vel p. 355 sq. 47. Ve p. 356 sq. Coniunctiones causales p. 357—363. 48. *Enim, etenim* p. 357—360. 49. Enimvero p. 360 sq. 50. Nam, nam-

que p. 361—363. Coniunctiones conclusivae p. 363—367. 51. *Ergo* p. 363—365. 52. *Igitur* p. 365 sq. 53. *Itaque* p. 366 sq. 54. Coniunctiones temporis *dum*, *donec*, *priusquam*, *postquam*, *cum* p. 367 sq. 55. Coniunctiones causales *quod*, *quia*, *quoniam*, *quippe* p. 368—370. Coniunctiones conditionales p. 370—380. 56. *Si*, *sis*, *sin* p. 370 sq. 57. Si non p. 372—374. 58. Nisi p. 374—377. 59. *Ni*, *nive* p. 377—379. 60. *Sive*, *seu* p. 379 sq. Coniunctiones concessivae p. 380. 61. Etsi, tametsi p. 380. 62. Quamquam p. 380 sq. 63. Interiectiones p. 381—385.

Sectio altera.

Syntaxis notionum praedicati.

Praedicatum enunciationis, pendens ex verbo substantivo esse, duas potissimum complectitur partes orationis *(attributivas)*, verbum et adiectivum, adverbium enim minus saepe praedicati vice fungitur.

Cap. VII.

Praedicati notiones in universum spectantur.

1. Omne praedicatum includit in se *verbum existentiae*, quod aut per se solum aut cum adiectivis coniunctum ponitur aut in verbo continetur. Nonnunquam tamen, si *copulae* locum tenet, omittitur, quod quibus fiat apud singulos scriptores conditionibus nunc exponam. Antiquissimum huius ellipsis exemplum, si modo id, quibus verbis scriptum est, ad aetatem nostram pervenit, extat in lege Numae apud Festum v. opima spolia (Egger. p. 83): Tertia spolia Ianui Quirino agnum marem caedito, C qui ceperit ex aere, dato; *cuius auspicio capta* (sc. sunt), dis piaculum dato. Naevius Arioli fr. 2: Quis heri apud te? (sc. fuit). Infinitivus omissus est apud Catonem R. R. c. 1: idem agrum quod hominem (int. esse), quamvis quaestuosus siet, si sumptuosus erit, relinquere non multum, si lectio vera est ac non potius cum Schneidero scribendum item — ut. Tertia persona singularis *est* apud participium omissa est ab Ennio annal. l. I, fr. 34, v. 40: Nam me *visus* homo — raptare.

Tertia pluralis *sunt* ib. satur. inc. lib. fragm. 10: Quaerunt in scirpo *soliti* quod dicere nodum. Ad *Plautum* quod attinet, nihil habet offensionis, quod in interrogatione Rud. III, 4, 16 dictum est: Quid, si attigero?, ubi facile post *quid* mente addi potest *erit*. Deinde huc pertinet *bene* cum sequenti dativo in sermone convivali Pers. V, 1, 20: Bene mihi, bene amicae meae, ad q. l. Gronov.: „Breviter dicitur, intellecto sit, vel cedat, vel eveniat." cf. v. 22: Bene nobis omnibus. v. 23: Bene vobis. v. 24: *Bene ei* qui invidet mihi, et *ei* qui hoc gaudet [mecum]. Denique formulae *mirum ni*, ut Amph. I, 1, 163: *Mirum ni* hic me quasi muraenam exossare cogitat, al. et *mirum quin*. Ad reliqua quod attinet, extat de hac re copiosa disputatio Ritschelii prolegom. ad Trinummum p. 109—114, cuius quae summa est, paucis exponam. Atque de tertia quidem et secunda persona singularis haec habet: „Nam quo is (Plautus) sermone utitur ad vitae usum communem composito, ab eo et *est* et *es* verbi omissionem, cum a poetis tum a scriptoribus frequentatam, sciendum est omnino esse alienam nec nisi rarissimis condicionibus probatam. Et alterius quidem personae exempla negotium nusquam facessunt, ut quibus exigui circuli adiectione *es* ubique nulla opera restituatur." Sic scripsit ad hanc normam Ritschelius Merc. IV, 4, 12: quos inter iudex *datu's* pro vulg. datus, eodemque modo scribendum est Epid. IV, 2, 26: Quid? ob eamne rem hanc emisti, quia tuam gnatam *ratu's?* et V, 2, 45: Cur dare *ausu's?* et multis aliis locis. Idem valet in tertia persona, ubi sexcentis locis *ust* vel *umst* revocandum est, quibus librarii contra Plautinum morem *us* vel *um* vulgarunt. Sic Rud. IV, 4, 31 iam ante Fleckeisenum Geppertus restituit: Si ille te conprimere *solitust* pro vulg. solitus. Etiam Amph. V, 1, 23 contra codices *est* additum est a Fleckeiseno: Ibo, ut cognoscam, quisquis est. [*est*] Amphitruo hic quidem erus meus, item a Ritschelio et Fleckeiseno Pseud. IV, 2, 38: Nam hodie Sicuoni necessest me esse. Pergit Ritschelius: „Exempta esse pauca videntur, quibus ad rhetoricum genus accedatur, in quo propriam sibi sedem omissio verbi habet." Inter quae primum posuit *factum*, quod nonnullis locis Plautinis legitur, quorum iis, quos attulit Ritschelius, addi potest etiam Poen. V, 2, 107: An mortui sunt? HA. *Factum*, quod ego aegre tuli. Idem usus reperitur apud Terentium Eun. IV, 4, 39 sq.: tuam vestem

raxit tibi? DO. *Factum.* PH. Et eamst indutus? DO. *ctum.* cf. Andr. IV, 1, 39, ubi tamen antecessit Factum hoc ?, ad quod respondet Davus Factum, ita ut facile mente etere possis est. Pergit deinde Ritschelius: „Certas autem lique dubitationi obnoxias exceptiones satis alioqui constans has habet: — tertiam *potis* vel *pote* vocem, quae hoc uit singulare, ut non pro *potest* tantum vel *potis est* rparetur, sed etiam pro aliis formis eius verbi, etiam pro nitivo.“ Ritschelii exemplis adde haec: Asin. III, 3, 17: mtum *potis.* Trin. III. 3, 36: quantum *potis,* ubi Lamb.: — quam primum fieri potest.“ Most. I, 3, 99: Vah, quid *pote* peius quiquam muliere memorarier? Pers. I, 1, 31: tute tibi bene esse *pote* pati, veni: vives mecum. Non pexit Ritschelius locum Cas. II, 5, 28: Quis mihi *subveniens* *Δp*, vulg. subveniet) tergo —? Prima persona singularis issa est Amph. III, 3, 9: equidem serio ac vero *ratus.* n. I, 2. 10: nunc adeo, ut *facturus,* dicam. Transit deinde schelius ad personas pluralis numeri, cuius exemplis adde prima persona Poen. III, 1. 15: Nec sibi nos *obnoxii* istuc, d tu ames aut oderis. ex scriptura Bothii, de tertia Amph. I, 65: *Dispertiti* viri, *dispertiti* ordines. 2, 12: igitur demum nes scient, Quae *facta.* V, 1, 40: Ubi utero *exorti* dolores. 59: Postquam pueros *conspicati.* Asin. I, 3, 44: Ubi illaec e dedi ante? CL. *Abussa,* quem locum attulit Balbachius erv. crit. p. 22. Bacch. III, 4, 12: Quid ad hunc modum c hic quae *futura* fabulor? Ubique mente addendum est t. Ad infinitivum quod attinet, commemorat Ritschelius r alia *oportet,* de quo Haasius ad Reisig. p. 559: „Si d v. *oportet* infinitivus perf. pass. ponendus est, solum ticipium sine *esse* ponitur, sic Plaut. Most. IV, 8, 26: em admotam oportuit.“ [1]) Idem usus reperitur etiam apud cilium Statium et Terentium. Caec. Androgynos fr. 2: *tulatum* med *oportebat* prius. De Terentio cf. Rudd. p. 208, affert Ad. II, 2, 6: Adulescenti morem *gestum oportuit* et

[1]) In universum autem Weissenbornius de gerundio et gerundivo 0, ubicunque neutra participii fut. act. et praet. pass. pro infinitivis utur, infinitivum *esse* mente addendum, non vero haec neutra ipsa infinitivis habenda esse censet.

Andr. I, 5, 4: nonne prius *communicatum oportuit?* Adde Heaut. I, 2, 26: *mansum* tamen *oportuit.* III, 2, 25: Haec *facta* ab illo *oportebat.* In eo autem mihi Ritschelius p. 325 nimium videtur contendisse, quod negavit *esse* Plautum omittere in constructione accusativi cum infinitivo, nam satis multi restant loci emendandi, ut Epid. I, 1, 6: Spondeo. EP. Quid? TH. Me *accepturum,* si dabis. Cas. III, 5, 37: Deiuravit, *occisurum* eum. ib. v. 51: altero te *occisurum* ait. Pseud. I, 3, 118 ipse Ritschelius scripsit Iuravistin te illam nulli *venditurum* nisi mihi? Non pertinet huc autem locus Merc. I, 1, 65: Multo opere immundo rustico se *exercitum,* Nec nisi quincto anno quoque *solitum* visere, quoniam v. 64 praegressum est: adeo arte *cohibitum* se *esse* a patre, ex quo ad sequentia quoque *esse* repetendum est. Haec hactenus de Plauto. Caecil. Stat. Obolostates fr. 6:

satine huic ordini,
Etsi nihil egisti, quaesti?

Sic Ribbeck. Libri egi. Bothius: „ = Satisne quaestûs huic ordini (meretricio, nisi fallor,) est, quia hi sunt aemuli? Etsi nihil egi, etsi irrita fuerunt mea consilia de tibi illis conciliandis. Fac tibi me non profuisse, at ordini in genere profui.“ Videamus Terentium. Phorm. II, 4, 14: Quot homines, tot sententiae; suos quoique mos. Andr. V, 6, 6: pater *amicus summus* nobis, sc. est. Adelph. I, 2, 16: Nullum huius simile factum. II, 1, 50: De argento somnium. Andr. II, 2, 23 sqq. verbum substantivum ubique omissum est. v. 23: Paululum obsoni: ipsus tristis: de inproviso nuptiae. v. 25: Quom illo advenio, solitudo ante ostium. Inprimis in formula *nil supra* verbum omitti solet, de qua re vide Bremium ad Nepot. p. 362. Ruhnk. ad Andr. I, 1, 93: Et voltu — adeo venusto, ut *nil supra,* h. e. addi vel esse queat. Eun. III, 1, 37: Facete, lepide, laute: *nil supra.* Adelph. II, 3, 11: Nil potis supra, ubi Donatus: „ἔλλειψις per admirationem est. Subaudiendum est enim vel *esse* vel *dici.* Exempla tertiae personae pluralis omissae sunt Andr. V, 3, 20 sq.: Domus, uxor, liberi *inventi* invito patre. *Adducti* qui illam civem hinc dicant. Eun. V, 5, 8: satine *salvae?* Adelph. III, 2, 33: in quo nostrae spes opesque omnes *sitae.* Denique saepe a Terentio in constructione acc. cum infinitivo apud participium perf. passivi et fut. activi omittitur infinitivus *esse.* Sic Andr. prol. v. 14: Fatetur transtulisse atque *usum,* pro suis, h. e. usum

esse. II, 3, 27: Nam pollicitus sum *suscepturum*. III, 3, 20: Dein facile ex illis sese *emersurum* malis. Eun. I, 2, 125: Et is hodie *venturum* ad me constituit domum. Heaut. prol. v. 19: et deinde *facturum* autumat. Hec. I, 1, 5: iurabat — Numquam illa viva *ducturum* uxorem domum. Adelph. III, 2, 35: Qui se in sui gremio *positurum* puerum dicebat patris?

2. Ex praedicatis, quae coniunguntur cum verbo substantivo aut expresso aut certe cogitando, maioris momenti sunt substantiva, adiectiva, participia, minoris adverbia.

a. *Substantiva.* Legg. XII tabb., VI, fr. 3: Quoniam usus auctoritas fundi *biennium* est, ubi pro biennium proprie adiectivum biennis exspectas, quoniam paulo post in simili re dictum est: quarum *annuus* est usus, quod Funccius non male sic *περιφράζει*: usus auctoritas fundi, quo fiat, biennium est. Cato R. R. c. 4: si quid (bona salute) *usus* venerit, benigne defendat. Ennii Epicharmus fr. 7: Haece propter *Iuppiter* sunt ista quae dico tibi, ex quibus exemplis patet nec in genere nec in numero convenire opus esse praedicatum cum subiecto, item praedicatum posse ante subiectum poni, quod factum est etiam Plaut. Poen. V, 2, 108: Nam mihi *sobrina* Ampsigura tua mater fuit. Terent. Ad. III, 3, 31: Tu, quantus quantu's, nil nisi *sapientia* es. Pertinent huc etiam plurima exempla, quae attuli in nominativo § 4.

3. b. *Adiectiva et participia.* De participio huc pertinet coniugatio quae dicitur periphrastica, quae rarior est in participio praesentis, usitatissima et necessaria adeo, ut constat, in part. fut. activi et perf. pass. Cato R. R. praef.: minime — male *cogitantes sunt.* Apud comicos huc pertinet inprimis frequens formula *ut sis sciens,* de qua vide Haas. ad Reisig. p. 745, adnot. 579, sic Plaut. Poen. V, 2, 78: Carthagini ego sum gnatus, *ut tu sis sciens.* Terent. Andr. III, 2, 28: ut sis sciens. IV, 4, 36: ut tu sis sciens. Adiectivorum praeter ea exempla, quae in nominativo l. c. attuli, haec ponam. Cato R. R. c. 5: *Primus* cubitu surgat: *postremus* cubitum eat. Plaut. Pers. I, 1, 1: Qui amans egens ingressus est *princeps* Amoris in vias. Terent. Eun. II, 1, 15: Vigilabis *lassus.* Memorabilis est *attractio* in praedicato, ut genus attributivi non cum subiecto, sed cum praedicato concinat (similiter apud Graecos, v. Bernh. synt. p. 337), Terent. Phorm. I, 2, 44: Paupertas mihi onus *visumst* et miserum et grave, v. Rudd. II, p. 5.

4. c. *Adverbia.* Plaut. Trin. V, 2, 61: Miseria [una] uni quidem hominist *adfatim.* Capt. I, 2, 20: *Aegrest* mihi. Terent. Phorm. I. 3, 7: *fuisset* — mi *aegre.* Plaut. Trin. v. 47: Sin *aliter es.* Eodem modo Terent. Phorm III, 2, 44. 45. Ad. III, 4, 46. III, 5, 5. Plaut. Most. I, 1, 49: Quia mihi *benest* et tibi *malest.* Men. III, 2, 20: Minore nusquam *bene fui* dispendio. Men. v. 603. Merc. II, 2, 29. 55. Merc. v. 510. Pers. V, 2, 69. Trin. II, 2, 71: Quando quidem nec tibi *bene esse* pote pati neque alteri. Truc. IV, 2, 28: De eo nunc *bene sumus* tua virtute. v. 31: Nam invidere alii *bene esse,* tibi *male esse,* miseriast. Bacch. v. 502, item v. 783, Merc. V, 4, 49 et Terent. Adelph. V, 5, 3: optumest. Plaut. Merc. III, 3, 22: quin ergo imus atque obsonium Curamus, *pulcre* ut simus? Pseud. I, 3, 42: ut *male sit* mihi. IV, 1, 42: Credo animo *malest.* Truc. IV, 3, 21: Mea nunc facinora aperiuntur, *clam* quae speravi *fore.* Aul. IV, 9, 18: palamst. Cist. II, 3, 83: rem *palam esse* intellego. Terent. Hec. I, 2, 30: ut ne id *fiat palam?* Sic etiam in accusativo dictum est Asin. IV, 2, 12: me honestius Quam te *palam hanc rem* facerest. Bacch. III, 1, 16: seni faciam *palam.* Amph. I, 1, 146: Agite pugni: iam *diust* quom ventri victum non datis. Ennii satur. lib. inc. fr. 1, v. 33: Quom *frustrast,* frustra illum dicit *frustra esse.* v. 35: Qui frustratur *frustrast,* si ille non *est frustra.* Plaut. Amph. III, 3, 19: Iam hisce ambo, et servos et era, *frustra sunt* duo, ad q. l. citat Taubm. Pseud. II, 3, 17: *frustra* ut *simus.* Bacch. v. 840: Frustra's. Merc. III, 1, 30: nei *frustra sies.* Cato R. R. c. 5: *impune* ne sinat *esse.* Plaut. Bacch. v. 385: *ita esse* arbitror. v. 387: esse ita. v. 721: Res *itast.* Most. III, 1, 17. Most. v. 902. Men. I, 1, 24. II, 1, 33. III, 1, 15. V, 1, 23. Men. v. 983. Mil. v. 633. Pseud. I, 3, 126. II, 2, 62. Poen. V, 2, 87: Si *itast.* Pers. I, 3, 50: Res *itast.* II, 2, 29. 38. 4, 14. IV, 6, 11. 25. Stich. V, 5, 3. Trin. v. 46. III. 2, 42. Plaut. fragm. Caec. p. 478, v. 8: *Ita sunt* praedones. Terent. Phorm. I, 3, 20. II, 2, 12: Non *itast.* Adelph. I, 2, 63. IV, 7, 21. Plaut. Capt. III, 3, 6: Nec sucophantiis nec fucis ullum mantellum *obviamst.* Poen. III, 6, 12: in comitio *estote obviam* = estote mihi praesto, ἐμοὶ ἀπαντᾶτε. Aul. III, 2, 24:

qui angulos omnis
Mearum aedium et conclavium mihi *perviam facitis?*

Truc. V, v. 18: parumst. De *potis* et *pote* vide Perizon. ad Sanct. Minerv. p. 215, qui affert Amph. II, 2, 61: Qui istuc *potis est* fieri —? Aul. II, 1, 19: nam nulla *potis est* eligi. Pseud. I, 3, 34. Et in plurali Poen. I, 2, 17:

Apage sis, negoti quantum in muliere unast:
Sed vero duae, sat scio, maximo uni
Populo cuilubet plus satis dare *potis sunt.*

Most. I, 3, 99 (Sanctius p. 852): Vah, quid illa *pote* peius quiquam muliere memorarier? Casin. II, 3, 2 (Perizon. p. 851): Nec *pote* (sic recte Bothius metri causa; *Δg* potis) quicquum conmemorari, quod plus salis plusque leporis — Habeat. Terent. Adelph. IV, 1, 5: Ita fit, et istoc siquid *potis est* rectius. IV, 4, 18 (Perizon. p. 851): fieri *potis est*, ut nequa exeat. II, 3, 11: Nil *pote* supra, ubi esse omissum est, v. § 1. Plaut. Capt. I, 2, 9: Satis est = conclamatum est secundum Scaligerum. Men. v. 621 et IV, 2, 92: *satin*' hoc *est* tibi? Bacch. v. 834: Sat est. Terent. Andr. IV, 2, 22: Dies hic mi ut *satis sit* vereor. Phorm. II, 3, 89: *Satis* iam verborum*st*, de quo loco Rudd. inst. II, p. 7, adnot. 14: „possis explicare, Est res verborum ad satietatem. Nisi forte *satis* est antiquum adiectivum, unde comparativus *satior*, eodem modo, quo *magis*, unde comparativus *maior*, olim adiectivum fuisse observat Perizon. II, 10, 1.“ Et sic etiam in accusativo dictum est Plaut. Truc. IV, 3, 18: *satis* es fassa. Terent. Andr. IV, 2, 27: non *satis* habes. Eun. III, 2, 32: sat habet, ubi vide Ruhnk., cf. Bremi ad Nep. 227, qui explicat satis habere per *ἀγαπᾶν*, contentum esse. Plaut. Trin. I, 2, 93: Quid *sectiust.* Cato R. R. c. 5: Nam res rustica *sic est.* Plaut. Amph. II, 1, 57: *Sic sum*, ut vides. Most. I, 1, 68: Dum interea *sic sit.* IV, 3, 40: Haec res *sic est*, ut narro tibi. Merc. II, 1, 42: sic est. Pseud. II, 3, 11: set profecto hoc *sic erit.* Terent. Andr. I, 1, 35: *Sic* vita *erat.* II, 3, 13: Nempe hoc *sic esse* opinor. III, 3, 22: Profecto *sic est.* CH. Sic hercle, ut dicam tibi. III, 4, 9: *Sic* res *est.* V, 4, 16. Phorm. I, 2, 20: *Sic est* ingenium. III, 2, 42: sic sum. Hec. III, 5, 10. Bacch. v. 670: Nec placet nec *temerest.* Amph. prol. v. 104: ego vos novisse credo iam *ut sit* meus pater. III, 4, 9. Capt. II, 1, 39. Bacch. III, 2, 16: Sisne necne *ut esse* oportet. Bacch. v. 662: *ut* quaequomque res *est.* v. 725: Nimis [hic] bellus atque *ut esse* maxume optabam locust. Most. v. 149. 901 sq.

Men. V, 2, 1. Men. v. 982. Merc. II, 3, 92: ita *ut* illast. Pseud. IV, 4, 1: nescis *ut sit* res. Rud. IV, 4, 55: *Ut* tute 's, item omnis censes esse? Terent. Phorm. I, 2, 5. Hec. IV, 1, 52. Adelph. III, 3, 45. Plaut. Bacch. v. 549: *Sicut est* hic. v. 403: Utut eris. v. 1201. Pseud. I, 3, 34. 76. Adverbii instar est, si praepositio cum sequenti substantivo praedicati loco ponitur, sic Terent. Andr. II, 2, 10: Mea quidem hercle certe *in dubio* vitast. Phorm. II, 1, 36: Hic *in noxiast*, ille ad dicendam causam adest. Nonnunquam adverbium cum substantivo in unam notionem coalescit (*ὑφ' ἓν*), de qua re vide etiam in notione substantivi § 7 (eodem modo apud Graecos, vide Bernh. p. 338). Sic Plaut. Pers. III, 1, 57: non tu *nunc hominum* mores vides?, ad q. l. Scalig.: „*ἀνθρώπων τῶν νῦν ὄντων*. Sic Virg. ante — malorum, *τῶν ἔμπροσθεν κακῶν*, id est praeteritorum malorum. Tibull. ante — comas, *τὰς πρὶν κόμας*. Catull. olim — furores, *τοὺς πάλαι θυμούς*, ita Terent. Andr. I, 2, 4: eri *semper lenitas* Verebar quorsum evaderet. Et semper — deus, apud Virgil. et semper — pauper, lib. 4 Distichorum Dionys. Catonis unum verbum est.“ Amph. II, 2, 138: *intus pateram* proferto foras, v. Par., Taubm., Lindem.

IV. Doctrina verbi.

Cap. VIII.

De notione atque generibus verbi in universum.

1. a. *Significatio activa* complectitur notionem transitivam et intransitivam et in activi forma et in deponentiali. Verba transitiva nonnunquam non id quod ipse aliquis facit significant, sed quod per alium faciendum curat. Sic Terent. Eun. I, 2, 37: Mater ubi accepit, coepit studiose omnia *Docere*, educere, ita uti esset filia, ad q. l. Ruhnk.: „Docere, i. e. aliis docendum tradere“, cf. Bremi ad Nepot. p. 356 (erudivit = erudiendum curavit, ut Graecorum *διδάσκειν* pro *διδάσκεσθαι*, v. Heind. ad Protag. § 41). *Notio transitiva* saepe omisso obiecto se convertit in intransitivam. Sic Cato ap. Cic. de off. II, 22 (Perizon. ad Sanct. Min. p. 301): a quo (Catone)

num quaereretur, quid maxime in re familiari expediret, ispondit: „*Bene pascere.*“ Quid secundum? „*Satis bene pascere.*“ uid tertium? „*Male pascere.*“, quod Gronovius explicat: „rem ecuariam quam amplissimam habere magnosque pecoris gre-es et lecta iumentorum armenta.“ Plaut. Poen. prol. v. 13: xerce vocem, quam per vivisque et *colis*. Amph. I, 3, 23: Nequiter ene *expedivit* prima parasitatio. Douza expedivit interpretatur pedita est, i. e. peracta est, ut et Meursius, qui nequiter expedivit iterpretatur, parum utilis fuit prima parasitatio. Capt. III, , 20: quis *profitetur?*, sc. se vel nomen suum, h. e. quis romittit se ad prandium me vocaturum? *Suppeditare* (de quo id. Perizon. ad Sanct. p. 386), quod proprie est verbum ansitivum (sic Terent. Eun. V, 8, 46: Ut tuo amori *suppeditare* ossint sine sumptu tuo Omnia haec, ex emendatione Fleckei-ni), nonnunquam intransitiva significatione usurpatur, ut laut. Asin. II, 4, 17: itaque hercle Clamore ac stomacho non ieo labori *suppeditare*, h. c. par esse. Trin. V, 1, 3: Ita iudiis gaudium *suppeditat*, h. e. suppetit. Terent. Heaut. V, , 57: Si illi pergo *suppeditare* sumptibus. Inprimis huc per-net etiam *amare* significatione intransitiva positum aliquoties pud Terentium. Sic Andr. I, 2, 14: Meum gnatum rumor it *amare*, vide Perizon. ad Sanct. p. 397. ib. v. 20: Omnes, ui *amant*, graviter sibi dari uxorem ferunt. Adelph. I, 2, 37: bsonat, potat, olet unguenta: de meo. *Amat*, dabitur a me gentum. Adde Eun. IV, 7, 10: solus Sannio *servat* domi, cf. laut. Amph. v. 352: quia nos eramus peregri, *tutatust domi*. ura est omissio obiecti ap. Terentium Eun. II, 3, 84: raeterea forma et aetas ipsast, facile ut pro eunucho *probes*, ui ambigitur utrum formam et aetatem an te mente addendum t: illud mihi videtur verisimilius. Contrarium est, si verba, iorum primigenia significatio intransitiva est, in transitivam ctionem se convertunt. *Maneo*, de quo vide Sanct. p. 354 ique Perizonium, proprie est intransitivum, sic Plaut. Stich. 2, 1: Qui *manet* ut moneatur semper servos homo officium um, Terent. Phorm. V, 6, 9, sed convertit se etiam in usum ansitivum, sic Plaut. Amph. I, 3, 48. Men. II, 3, 68. Stich. 2, 37, alibi. Num verbo *migrare* Plautus unquam tanquam ansitivo usus sit, dubium est, negat Kampmannus de AB aep. p. 24, adnot. 3 allato loco ex Trinummo III, 2, 13, ui Ritschelius ex A reposuit neque mens officio *migrat*, sed

dicit in adnotatione: „Fortasse scripsit poeta *mens se officio.*" Sed inprimis huc pertinet *penetrare*, quod uno tantum loco a Plauto intransitiva significatione usurpatum est (v. Kampm. l. c.), Bacch. I, 1, 33: adulescens homo *Penetrare* huius modi in palaestram, omnibus ceteris transitiva addito accusativo. Sic Truc. I, 1, 23: Eaque intra pectus *se penetravit* potio, ad q. l. Gronov.: „Amat hoc verbo scriptor activo uti, cum vulgo verbum penetrare neutraliter usurpetur, Amph. I, 1, 94: Perduelles *penetrant se* in fugam, Men. V, 2, 64: Si ego intra aedis huius umquam, ubi habitat, *penetravi pedem*, Trin. II, 2, 1: Quo illic homo foras *se penetravit* ex aedibus?, v. 14: quin *me* ad pluris *penetravi* prius?, v. 33: Ne *penetrarem me* usquam." Addit Perizon. ad Sanct. Min. p. 366. Men. II, 3, 49: neque huc Umquam, postquam natus sum, intra portam *penetravi pedem*. Adde *resideo* Capt. III, 1, 8 (Sanct. Min. p. 378): Ita venter gutturque *resident essurialis ferias*, = sedendo agunt. Afferam iam alia verborum intransitivorum exempla, primum *festino*, de quo vide Perizon. ad Sanct. p. 337. Cato apud Gellium XVI, 14: Aliud est properare, aliud festinare . qui unum quicquid mature transigit, is properat; qui multa simul incipit neque perficit, is *festinat*. Plaut. Cas. II, 7, 9: ut *festinabat* miser! III, 2, 28: Miseri ut *festinant* senes! Deinde *considо* Trin. II, 2, 19: Haec tibi si capesses mea imperia, Multa bona in pectore [praecepta] *consident*, quod recte Perizonius p. 381 notione intransitiva neque cum Acidalio pro considere facient positum esse dicit. Adde *desideo* (Periz. l. c.), Bacch. II, 3, 4: nostrum tam diu Ibi *desidere* neque redire filium. De diverso usu intransitivo verbi *dolere* v. Perizon. p. 330. Plaut. Pseud. V, 2, 21: Ni *doleres* tu, ego dolerem. Bacch. V, 2, 54: Non metuo nequid *mihi doleat* quod ferias. Cist. I, 1, 69: Siquid est (sic Δp), quod *doleat, dolet;* sin autem est, tamen hoc hic (Both. huic) *dolet*. Truc. II, 8, 2: Nam mihi de vento misere (sic codd. Parei; vulg. miserae) *condoluit* caput. ib. v. 3: Quid meo futurumst, quoi duae ancillae *dolent*, i. e. dolorem faciunt. Mercat. II, 3, 54: in portum huc ut sum advectus, nescio qui *animus* mihi *dolet*. Terent. Eun. I, 2, 13: Ut aut hoc tibi *doleret* itidem ut mihi *dolet*. — *Gestio*, de quo vide Perizon. ad Sanct. p. 309. Plaut. Mil. IV, 5, 15 sq.: Reddam impetratum. PY. at *gestio*. PA. At modice decet. Moderare animo: ne sis cupidus, ubi gestio a scriptore ipso explicatur per sum cupidus.

Nonnunquam sequitur hoc verbum acc. c. inf., ut Terent. Phorm. II, 1, 30: *Ipsum gestio Dari* mi in conspectum, h. e. valde cupio. Accedamus ad verbum *posse*, de cuius singulari apud Plautum significatione Luebkerus de usu inf. Plaut. p. 16 (quae, ut dicit, inter vulgarem et intransitivam [dicendum erat impersonalem] fluctuat,) haec exempla affert: Bacch. III, 3, 30: Video non *potesse* quin tibi eius nomen eloquar, cf. Most. II, 1, 49: *Potin'* ut animo sis quieto et facias quod iubeo? Pers. I, 3, 62: At nisi gnatam tecum huc iam quantum *potest* Adducis, exigam hercle ego te ex hac decuria. Poen. III, 1, 64: quantum *potest*, h. e. quantum fieri potest, ὡς δυνατόν (sic Lamb.), et sexcentos illos locos ubi legitur *potin' ut* sim. Quibus exemplis adde Bacch. IV, 4, 99: *potin ut* cures te. Menaechm. III, 2, 1: *potine ut* quiescas. Most. II, 1, 28: qui *potest?*, item Pseud. v. 930. Men. V, 9, 41: Qui id *potest?* V, 2, 97: Fuge domum quantum *potest*. Aul. II, 9, 2: quantum *potest*, v. Douza et Goell. Pers. IV, 4, 31. Similiter apud Terent. Andr. II. 1, 27: si id non *potest*. De *suppeto* cf. Periz. ad Sanct. p. 387, qui affert Rud. II, 4, 36: Confugiam hinc: ita res *suppetit* subito [mihi] et Pseud. I, 3, 100: Ut hodie ad litationem huic *suppetat* satias Iovi. Referendum huc est etiam verbum *vapulare*, de quo agit Sanct. Min. p. 390 ibique Scioppius et Perizonius. Plaut. Asin. II, 4, 72 sq.: *Vapula.* ME. Id tibi quidem hercle fiet, Ut *vapules*. Bacch. v. 448: si ipsus primus *vapulet?* Poen. IV, 2, 73: Ut enim, ubi mihi *vapulandumst*, tute corium subferas. Stich. V, 5, 10: *Vapulat* peculium, quod dicitur, quum magnam accipit cladem. Pers. II, 3, 17: quid faciet mihi? Verberibus caedi iusserit, pedicas inpingi. *vapulem:* Ne sibi me credat supplicem fore . vae illi . nil iam mihi novi Offerri pote, quin sim peritus. Plaut. in Foeneratrice (Gron. p. 480):

Heus tu: in Barbaria quod dixisse dicitur
Liberta suae patronae, id ego dico tibi:
Liberta salve: *Vapula* Papyria.

Terent. Adelph. II, 2, 5: Ego *vapulando*, ille verberando, usque ambo defessi sumus. Eun. IV, 6, 3 sq.:

Usque adeo ego illius ferre possum ineptiam et magnifica verba,
Verba dum sint: verum enim si ad rem conferentur, *vapulabit*,

h. e. male mulcabitur, malum habebit (Periz.). Phorm. V, 6, 10: Non manes? GE. *Vapula.* AN. Id quidem tibi iam fiet. De intransitivis *vereor, timeo, metuo* vide Perizon. ad Sanct. p. 356. Plaut. Truc. IV, 3, 35: *metuo*, patres quot fuerint (sc. huius pueri). v. 46: *Timeo*, quam mox nominer. Terent. Andr. I, 2, 5: *Verebar* quorsum evaderet. I, 5, 29: *timeo*, incertum hoc quorsum accidat. Phorm. IV, 3, 3: Quam *timeo* adventus huius quo inpellat patrem. Eun. IV, 3, 2: hoc quid sit *vereor.*

Saepe verbum transitivum *reflexivam* significationem induit, in qua tamen re cavendum est ne ellipsin stuatuas pronominis reflexivi, siquidem sola cogitatio actionis animo obversatur. De Graecis vide Bernh. p. 339 sqq. Cato fr. orig. l. I ap. Gell. XVIII, 12, § 7: eo res eorum *auxit.* Ennii fr. 9 Telephi: Et civitatem video Argivum *incendere* (N. v. civitas), ad q. l. Both.: „Sic libri, accipiente Mercero *incendere* passiva significatione, ut vehere, vertere, mutare, movere, insinuare, suppeditare, aequare cet. Scriv. tamen secundum alios *incendier.*" Plaut. Bacch. V, 1, 20: Unde *agis?*, h. e. agis te, v. adnotationem Taubmanni. Capt. III, 1, 37: est illi mi una spes cenatica: Si ea *decolabit*, redibo huc ad senem, ad q. l. Gronov.: „Intelligendum pronomen *se*: sic igitur *spes decolat,* nempe se ipsam, quae defluit, interit, sublabitur." Lind.: „Spes *decolare* dicitur, quum fallit. Proprie enim *decolare* activum est idemque quod per colum transmittere. Tum vero intransitivi notionem accipit, ut Cas. II, 4, 28: Si sors autem *decolassit.* Sic plane nostrates: Die Hoffnung, das Loos ist durchgefallen." Mil. IV, 3, 37: Numquid videtur *demutare* atque ut quidem Dixi esse vobis dudum hunc moechum militem? Lindem.: „Demutare intransitiva notione, alius esse, alius fieri." Cas. II, 5, 30: Opinione melius res tibi *habeat* tua. Amph. II, 2, 170: *Lavisti.* AM. Quid, postquam *lavi?* Truc. II, 3, v. 1—4:

Piscis ego credo, qui usque dum vivont, *lavant,*
Minus diu *lavare,* quam haec *lavat* Phronesium.
Si proinde amentur mulieres, diu quam *lavant,*
Omnes amantes balneatores sient,

ad q. l. Turnebus: „Plautus a Varrone leviter reprehenditur, qui contra analogiam locutus sit et lavare dixerit, cum debuisset lavari." Ib. II, 4, 27: *Lavisti* iam? Terent. Andr.

III, 2, 3: Nunc primum fac ista ut *lavet.* Eun. III, 5, 44 sq.: arcessitur *lavatum* interea virgo: Iit, *lavit.* v. 47 sq.: ventulum huic sic facito, dum *lavamur*: Ubi nos *laverimus*, si voles, *lavato.* Plaut. Mil. II, 6, 100: Dum haec consilescunt turbae atque irae *leniunt*, ad q. l. Taubm.: „A. Gellius l. XVIII, 12 docet id quoque habitum in oratione facienda elegantiae genus, ut pro verbis habentibus patiendi figuram agentia ponerent, ac deinde vice versa haec inter se mutua verterent. Cas. II, 3, 30: vide, palliolum ut *rugat.*" Et Lindem.: „Ratio (eius rei, quod verba activa intransitive ponantur) est quod res patiens eadem et caussa efficiens, agens cogitatur, vel certe altera ab altera cogitatione non satis discernitur." Amph. II, 2, 73: Si opsequare, una *resolvas* plaga, h. e. liberabis te. Rud. II, 7, 12: Intro *rumpam* iam huc. De *ruere* v. Sanct. Min. p. 379; quod reflexiva significatione positum est a Terentio Heaut. IV, 3, 41: quid si nunc caelum *ruat*, in compositis autem semper addito accusativo, ut Plaut. Rud. II, 6, 58 conruere — ditias, Terent. Eun. III, 5, 51: foras simul omnes *proruont se.* Adelph. IV, 2, 11: vide ne ille huc prorsus *se inruat.* III, 2, 21: *Ceteros ruerem*, agerem, raperem, tunderem et prosternerem. Referebat huc etiam verbum *strenuare* Ladewigius in Zeitschr. f. Alt. 1842, p. 1080 Plaut. Pseud. II, 2, 34, ibi tamen Ritschelius scripsit: dum *te strenuas.* De *surgere* v. Perizon. ad Sanct. p. 387: „*Surgere* proprie est transitivum, pro surrigere, sed fere semper intransitive usurpatur, ut Pseud. prol.: Exporgi meliust lumbos atque *exurgere.*" Transitivum est surgere Epid. extr.: *Lumbos surgite* atque extollite. Poen. V, 4, 9: quod quidem ad nos duo *attinuit.* Mil. II, 5, 58: Nimis beat, quod conmeatus *transtinet* trans parietem, ad q. l. Lindem.: „*Transtinet* intransitivo sensu, ut pertinet. Est autem *transtinere* pertinere trans aliquid, h. e. continuari, uno tenore perduci. Sic dici possit: pons transtinet trans flumen, h. e. ad alteram ripam continuus est. Eadem fere sententia *continere* Stich. III, 1, 44: Per hortum utroque conmeatus *continet*, h. e. continuatur. Sic recte Gronovius. Igitur *transtinet trans parietem* est: transitum praebet per parietem." Amph. I, 1, 95: *Vortentibus* Telebois telis conplebantur corpora. Asin. prol. v. 2: Quae quidem mihi atque vobis res *vortat* bene, = se vortat. Merc. II, 3, 97: Quo *vortisti?* Mil. II, 2, 50:

Ecce *avortit*, h. e. se ae. s. avortitur. Eodem modo ib. IV, 2, 8: Ob eam causam huc aps te *avorti*. Eandem intransitivam verbi *vertere* vim restituit Kampmannus de AB praep. p. 24 in loco Rud. IV, 3, 60: Tu hercle, opinor, in vidulum *convortes* piscem, nisi caves. Additum autem est pronomen reflexivum a Terentio Eun. II, 3, 52: Illa sese interea commodum huc *advorterat*. Per errorem autem huc traxit Haasius ad Reisig. p. 292 *procellere* ap. Plaut. Mil. III, 1, 166, ibi enim legitur: Set *procellunt sese* in mensam.

Ad formam quod attinet, reperiuntur apud priscos scriptores verba plurima activa forma, quibus posterior linguae aetas formam deponentialem induit. Sic Plaut. Truc. II, 1, 40: adgredias. Terent. Andr. IV, 1, 29: cum patre *altercasti*. Plaut. Men. v. 981 arbitro. Mil. II, 2, 49 arbitras. Pseud. IV, 2, 57: Te si *arbitrarem* dignum, mississem tibi. Stich. I, 2, 87: Probiores, credo, *arbitrabunt*. As. V, 2, 31 aucupemus. Most. II, 2, 42: Sermonem nostrum qui *aucupet*. Men. IV, 1, 12: ex insidiis *aucupa*. Mil. IV, 2, 5 aucupet. Cato or. in L. Veturium de sacrificio commisso ap. Fest. p. 234: Domi cum *auspicamus*. Plaut. Pers. IV, 6, 7 auspicavi. Capt. III, 5, 108 sq.:

Exauspicavi ex vinclis: nunc intellego
Redauspicandum esse in catenas denuo.

Terent. Phorm. III, 2, 20: Nec cum huius modi umquam usus venit ut *conflictares* malo. Naev. fr. Danaes 2 Contempla. Plaut. Epid. III, 3, 2 contemplarent. Mil. IV, 2, 39 contempla. Merc. II, 3, 72 contemplent. Pers. IV, 4, 15 contemplo. Trin. v. 863: Loca *contemplat*. Ennii Alexandri fr. 10 contuo. Ennii satur. l. III, fr. 3: qui falso *criminat*. Plaut. Pseud. I, 5, 78: Erum ut [suum] servos *criminaret* aput eram. Ennii Ambracia fr. 3: tute ipse cunctas, i. e. cunctaris. Plaut. Mil. II, 4, 18: Immo ecastor stulta multum, quae vobiscum fabulem. II, 5, 38 fabulem. Truc. I, 2, 79 fabulare. Ennii annal. l. I, fr. 14: memini me *fiere* pavum. cf. l. X, fr. 15. Liv. Andr. fr. Achillis: Si malos *imitabo*. Plaut. Cap. III, 4, 61 insectabit. Ennii annal. l. IX, fr. 1, v. 301: validis cum viribus *luctant* (ap. Non. p. 472, 7). Terent. Hec. V, 3, 31: dum *luctat*. Plaut. Most. II, 1, 40: ego istum lepide *medicabo* metum. Liv. Andr. fr. Danaës: etiam *minitas*? Plaut. Capt. III, 5, 85 minitas. Amph. III, 3, 26 morigero. Terent. Ad. II, 2, 10

rasses. Sed Plaut. Capt. II, 1, 4 est: Vos *morigerari* bonust. Naevii Proiectus fr. 2: quid *moras?* Plaut. . I, 2, 45 moro. Mil. III, 1, 121 nutricant. Ennii nid. fr. 1 ap. Non. p. 475, 3: Ita sapere *opino* esse nm. Plaut. Bacch. v. 24: Praenestinum *opino* esse. Pers. , 12 opino, item Rud. IV, 8, 4. Caecil. Stat. Asotus fr. pud Plautum in Rud. IV, 3, 60 restitutum est opino a manno de AB praep. p. 25 pro vulgato opinor. Opinor est Amph. II, 1, 24. Naev. bell. Pun. l. VII ap. Non. l, 16: Id quoque *paciscunt.* ib. paciscit. Plaut. Bacch. ; 870, 871 pacisce. Naev. Proiectus fr. 1: populus patitur, *tias* (Diomedes I, p. 395 P.: item patio Naevius in to). Plaut. Amph. I, 1, 23 potivit. Enn. Achillis fr. 9, proeliant. Plaut. Mil. IV, 8, 19: opsecro, licet conplecti quam *proficisco?* Ennii Cresphontis fr. 1: inter se *sortiunt.* Cas. II, 6, 43: tute *sorti.* Mil. II, 2, 17 tumultuas. Eumenid. fr. 3: Nisi patrem materno sanguine exanclando *rem.* Cato R. R. c. 96 et 107 et 123 utito. Plaut. Mil. 14 vagas. Bacch. v. 173 venero = veneror.

Denique loquar de verbis *impersonalibus* activae formae (v. iversum de his Michelsen. de casibus p. 58 sqq.). m duo, *miserere* apud Ennium et *pudere* apud Plautum rentium nonnunquam vere sunt personalia. Ennii annal. 5 (Priscian. VIII, p. 824 P.): cogebant hostis lacrimantes sererent. Ennii trag. fragm. Hecub. 5 (= v. 232 Vahlen.) on. p. 474, 30: *miserete* anuis. Plaut. Cas. V, 2, 3: Ita nunc atque ita nunc paveo. Sic scribit etiam Fleckeisenus apud tium Andr. IV, 1, 13: At tamen 'ubi fides?' si roges, nil *pudent* bi opust: illic ubi nil opust, ibi verentur. Aliud est, si illa affectum exprimentia *pudet, piget, paenitet* non quidem rsona ipsa dicuntur, quae affectu illo tangitur, sed in tertia na posita habent tamen subiectum aliquod, quod affectum moveat, de quo uberius in nominativo disputavimus. ictum est Plaut. Stich. I, 1, 51: Et me quidem *haec* io nunc non *paenitet.* Pseud. I, 3, 47: Nimio id *quod* facilius fertur quam illut *quod piget.* Terent. Adelph. IV, : Non te *haec pudent?* Et sic dictum est a Plauto l. IV, 1, 24: *ornatus* hic satine me *condecet?* Exempla impersonalis haec sunto. Cato R. R. c. 54: Ubi sementim veris, glandem parari legique *oportet.* Terent. Heaut. III,

2, 25: Haec facta ab illo *oportebat*. Andr. III, 2, 1: Adhuc Archilis, quae adsolent quaeque *oportet* Signa esse ad salutem, omnia huic esse video. Plaut. Epid. II, 1, 2: Ibi eos deserit pudor, quom usust ut *pudeat*. Aul. IV, 10, 61: Quin *pudeat*. Mil. II, 5, 58: Nimis *beat*. Salmas.: „= nimis nos beatos facit.“ Lindem.: „beat impersonale ut iuvat.“

2. De *deponenti* Latino accurata et subtilis extat commentatio Noeltingii, quae prodiit Visnaria 1859, qui linguarum comparatione instituta docet, hanc formam verbi ex reflexiva significatione ortam esse, quamvis in multis verbis haec significatio obliterata esse videatur vel certe non iam tam clare appareat. Distinguit autem ille inter ea deponentia, quae, quod ad formam attinet, sunt passiva verborum activorum reflexiva significatione usurpata et ea, quae proprie et more solito vocantur deponentia. Quorum illa tum afferre malumus, quum de passivis agemus, reliqua quae affert ex priscis scriptoribus, nunc deinceps recensebimus. Cato ap. Festum (Iordan. 51, 7) dixit *periculatus sum* = periclitatus sum. *Defieri* abgehen, fehlen Ter. Hec. V, 2, 1. *Pervenari* Plaut. Merc. IV, 5, 3: Defessus sum urbem totam *pervenarier*. — Trin. IV, 3, 13 *redipisci*. Epid. III, 3, 25 *praemercari*. — *Obsonari* Aul. II, 4, 15 (Ter. Andr. II, 6, 20 passive). *Latrocinari* = stipendiari Plaut. Mil. II, 6, 19. — *perplexari* = perplexe agere et captiose Aul. II, 2, 81. — *Convadari* Curc. I, 3, 5 (vor Gericht fordern). *admoderari* Mil. IV, 2, 81: Nequeo hercle equidem risu *admoderarier* (sic Ritschelius sine *me*). Capt. IV, 2, 11: *minor interminor*que (posterius = minantem interdicere). cf. Ter. Eun. V, 1, 14: Istucine *interminata sum* hinc abiens tibi? — *Comperiri* Andr. V, 3, 31: dum ne ab hoc me falli *comperiar*. Plaut. Trin. IV, 2, 70 *reconminisci*. Pers. III, 3, 7: trecentis versibus Tuas inpuritias *transloqui* nemo potest, durch so viele Verse hindurch zu Ende aussprechen. *Loquitari*, intensivum v. loqui Bacch. IV, 7, 5. De usu verbi *fieri* = generari, nasci v. Perizon. ad Sanct. p. 338, qui affert Cist. act. V, v. 5: Nil moror aliena mi opera *fieri* pluris liberos, Trin. IV, 2, 90: ubi apsinthium *fit*, h. e. nascitur, Merc. V, 2, 102: Zacyntho ficos *fieri* non malas. Adde *videri* ap. Ennium Epicharm. fr. 1: Nam *videbar* somniare med ego esse mortuum et alibi, vide in acc. c. inf. *Inpertiri* Ter. Ad. III, 2, 22: Sed cesso eram hoc malo *inpertiri*

ropere? *Consequi*, quod sine obiecto usurpatum est Plaut. mph. V, 1, 3: Ita mihi videntur omnia, mare, terra, caelum *nsequi*, h. e. me ipsam sequi.

Ad deponentialem usum est etiam referendum, quod articipia nonnulla perfecti passivi a verbis activis formata unt significatione activa, sive intransitiva sive transitiva. pectat huc loquendi formula *sol occasus*, quae extat in legg. II tabb., I, fr. 9 et invenitur etiam aliquoties apud Plautum, len. II, 3, 82: Tum facito ante *solem occasum* ut venias dvorsum mihi. V, 7, 33: Nam absque ted esset, numquam odie ad *solem occasum* viverem. Enn. ap. Cic. Tusc. III, 19: ana flamma *deflagrata*. Plaut. Capt. IV, 2, 87: *consuetu's* ner, h. e. a puero. Fragm. Vidul. ined. Ang. Mai. p. 496: ali si ac tantis tuae sunt *consuetae* manus. Plaut. fragm. ap. risc. lib. IX, col. 872: *Exoleta* virgo. Amph III, 2, 19: nimicos semper *osa sum* optuerier. Terent. Hec. I, 2, 63: cum irgine una adulescens cubuerit Plus *potus*. Fortasse huc spectat tiam *nuptus*, de quo vide § 3. Plaut. Pers. III, 2, 2: iuratus st. Rud. V, 3, 20 et 23 iuratust. Terent. Hec. prol. II, v. 13: ubi sunt cognitae, *Placitae sunt*. Andr. IV, 1, 21: Postquam me amare dixi, *complacitast* tibi. Plaut. Asin. I, 1, 97: Ubiquomque *lubitum erit* animo meo. Bacch. III, 1, 12 puditumst. Terent. Heaut. III, 1, 54 miseritumst.

Saepe deponentia passiva significatione usurpantur. Sic Fabius Maximus ap. Prisc. I, p. 368: „Amitti quam *apisci* passive sunt prolata"; apisci = obtineri, cf. Meyer. oratt. Rom. fragm. p. 5. Sic etiam Plaut. Trin. II, 2, 86: Non aetate, rerum ingenio *apiscitur* sapientia. In legibus XII tabb. III fr. 1 legitur aeris confessi, de quo vide Dirksen. p. 238. Liv. Andronic. fr. Aegisthi 1: praeda — *Partita est*. Cato ap. Prisc. VIII, 792: Duo exules lege publica [condemnati] et *execrati*, de quo loco Bolhuis. p. 36: „passive, καταραθέντες, ut monet Prisc. hac autem forma saepius antiqui participia verborum deponentium adhibuerunt, sive, ut melius dicam, usu servarunt." Cato in Lentulum apud censores: adversus cognatos pro cliente *testatur*, ubi Meyerus p. 139: „*testatur* passive, i. e. testimonium dicitur", cum quo consentit Iordanus. Ennius ap. Non. p. 183, 13 (fr. 1 Nemeae): teneor consipta, undique *venor*. Nonius: „*venor*, circumvenior." H. l. passiva significatio altero passivo apposito perspicua fit. Ennii fr. inc. libr. 9: *adsectari*

se omnes cupiunt. (Priscian. lib. VIII, p. 792: „adsectari passive, ἀκολουθεῖσθαι.“). Plaut. Asin. I, 3, 44: Ubi illaec quae dedi ante? CL. *Abussa,* sc. sunt. Mil. IV, 3, 10: Sororem — adesse et matrem dicito, Quibus *concomitata* recte deveniat domum. Epid. II, 2, 82: Continuo *arbitretur* uxor tuo gnato, ubi Taubm.: „Lamb.: continuo facias, ut gnatus tuus uxorem ducat, quae ei sit arbitra et moderatrix. Grutero displicent Lambiniana, putatque dicere: continuo circumspiciatur. [Hoc omnino recte.] Eodem modo Pistoris arbitretur παθητικῶς exponit, eligatur dispiciaturque.“ Men. prol. v. 14: Nunc argumentum vobis *demensum* dabo. Stich. I, 2, 3: *demensum* cibum. Most. IV, 2, 44 pergraecari, coniunctum cum aliis infinitivis passivi. Pseud. I, 5, 126: de conpecto, item Capt. III, 1, 29: [de] conpecto. Pseud. IV, 1, 31: *meditati sunt* doli docte. Terent. Phorm. II, 1, 18: *Meditata* mihi sunt omnia mea incommoda. Andr. II, 6, 20: Vix — drachumis *est obsonatum* decem. Eun. II, 3, 93: adulescentiam Habent *despicatam.* Adelph. III, 5, 63: utinam hic sit modo *Defunctum.*

3. b. *Significatio passiva.* Exempla significationis passivae sunt haec. Cato R. R. c. 5: cui *iussus siet,* auscultet. Plaut. Bacch. I, 1, 9: ut, ubi *emeritum* sibi *sit,* se revehat domum. Epid. V, 2, 46: Etiam *inclamitor* quasi servos, h. e. obiurgor. Deinde commemorandum est h. l. *potiri* a Plauto significatione passiva = *capi* cum genitivo eius personae coniunctum, a qua quid capitur (v. Balbach. p. 22), quoniam extat etiam verbum activum eiusdem significationis *potire* (sic Amph. I, 1, 23: Eum nunc *potivit* pater servitutis, cf. Rud. IV, 2, 6: Piscatu novo me uberi *conpotivit*). Exempla sunt: Capt. I, 1, 24. 2, 41: postquam gnatus tuus *potitust hostium.* III, 5, 104. Epid. IV, 1, 5: Ita gnata mea *hostiumst potita.* Terent. Adelph. III, 4, 28: Ignotumst: tacitumst: creditumst.

Deinde commemoro impersonalia passiva, quae constat formari etiam posse a verbis intransitivis. Eorum extat, ut omnium inpersonalium, praeter tertiam personam singularis numeri etiam infinitivus. Plaut. Pers. II, 5, 8: quid agitur, Sagaristio? ut *valetur?* Terent. Eun. II, 2, 40: Quid agitur? PA. *Statur.* Adelph. III, 2, 4: Tot res repente circumvallant, unde *emergi* non potest. Andr. IV, 2, 8: Quibus quidem quam facile potuerat *quiesci,* si hic quiesset. Offendit a Catone dictum esse R. R. c. 88: Ubi *nubilabitur,* et noctu sub tecto ponito,

ı quo conferendum est Plaut. Capt. I, 1, 12: Quasi quom *tur* cochleae in occulto latent (ad q. l. Taubm.: „Dictum ıtatur, sudatur") et Truc. I, 1, 46: Nam nunc lenonumst et 'torum plus fere Quam olim muscarum, quom *caletur* maxume. ivae enim formae nubilabit et calet eandem haberent ıificationem. Plaut. Most. IV, 2, 42 desitumst. Loco Ennii ɜm Iphigeniae fr. 4, v. 259: praeter propter vitam *vivitur* ɔum impersonale passivum retinet obiectum activi.

Separatim commemorandus est infinitivus passivi, de quo ɜbkerus de inf. usu Plaut. p. 16 adnot. haec habet: „Multa ı apud Plautum reperiuntur commutati ac plane permixti iusque generis (activi et passivi) documenta. Interdum ne erat quidem sine gravi sententiae detrimento inf. act. poni: ı. V, 7, 17: facinus indignum — erum meum — *derupier*, ɔt. III, 4, 23: Quibus *insputari* saluti fuit; in aliis locis vix dquam interesset activum poneres an passivum: ib. 25. ɜedi optumumst. Et amantissimus interdum Pl. huius passivi ɜndi generis est: Most. IV, 2, 42: numquam hic triduom m desitumst *potarier*. v. 43 sqq.: Triduom unum haut esse ırmissum hic *bibi*, Scortum *duci*, *pergraecari*, fidicinas, tibicinas *ıduci*." Quibus exemplis adde Cato R. R. praef.: licet *dimari*. Terent. Andr. III, 1, 37: Nisi ea quae nil opus t *sciri*. Ambo autem infinitivi, et activi et passivi, coniuncti ıt a Plauto Amph. prol. v. 35 et 36: Nam iniusta ab iustis *ıetrari* non decet, Iusta autem ab iniustis *petere* insipientiast.

Ex imitatione Graecorum passiva nonnunquam sic usurpan-, ut nulla ratio habeatur structurae activorum, si haec non ı accusativo coniunguntur, sed cum alio casu, ut dativo vel ativo. Sic dictum est a Terentio Eun. prol. v. 17: habeo ı multa, quae nunc *condonabitur*, quum in activo dicatur dono *alicui* aliquid, item Adelph. III, 5, 63: utinam hic *sit* ło *Defunctum*. Adde notum illud et frequens *nuptus*, ut ıut. Amph. prol. v. 99. Mil. v. 1276: quae *nupta* siet? rent. Hec. IV, 1, 9, de quo vide Donat. ad Hec. IV, 4, 34 ıt se *esse* mecum *nuptam*): „quasi tectam et opertam uno ıiculo mecum. Nubere enim est operiri tegique", de quibus bis Sanctius p. 360 haec dicit: „Illa prima verba Donati s esse genuina non credo, nec enim mulier nupta dicitur, ɔd operiatur in cubiculo cum viro, sed quod faciem et ılos cooperiret, propter pudorem, quum viro traderetur.

Tunc praeterea Nubere non est passivum neque significat operiri et tegi, sed operire et tegere." De gerundivis *placenda, pereunda*, quae non spectant ad passivum, v. c. X, § 1. Minus offendit, quod dictum est a Plauto Menaechm. V, 6, 31: Set metuo ne sero veniam *depugnato proelio*, cum hoc ad analogiam activae constructionis pugnam pugnare dictum sit, minus etiam Terent. Hec. II, 1, 3: Neque *declinatam* quidquam ab aliarum ingenio ullam reperias?, quod Funccius ad legg. XII tabb. I, fr. 9 explicat quae declinaverit, nam invenitur etiam usus transitivus verbi declinare.

Etiam verborum *posse, quire, nequire* a priscis scriptoribus passiva usurpata sunt coniuncta cum infinitivis passivi. Sic scripsit Cato R. R. c. 154: uti *transferri possitur*, ubi Schneiderus: „Loca Nonii in possetur, poteratur et potestur laudavit Victorius, ut doceret, veteres ita locutos fuisse. In edd. antiquis erat antea possit. Ad imum. At statim sequitur: possit . et ad summum . ubi pariter corrigendum erat possitur . ad summum. Nam non credibile est Catonem in eodem loco diversam posuisse formam." Ennii annal. inc. sedis fragm. 129: nec *retrahi* . . . *potestur* Imperiis. (Diomedes lib. I. p. 380 sqq.: „Item potestur apud Ennium reperimus: nec" e. q. s.): Ex lib. I. orig. Catonis Festus p. 162: Nequitum et nequitur pro non posse dicebant . . Cato originum lib. I: praeterquam quod Termino fanum fuit, id *nequitum exaugurari*. Plaut. fragm. Satur. p. 483, v. 3: Retrahi nequitur (Fest. l. c.). Caecil. Stat. inc. fab. fragm. 29 (23 Both.): Si non *sarciri quitur*. (Diomed. I, p. 380). Terent. Hec. IV, 1, 57: forma in tenebris *nosci* non *quitast*.

4. c. In extrema hac de passivo disputatione significatio *reflexiva* eius commemoranda est, cognata Graecorum medio, cuius generis verba accurate collegit Noeltingius de dep. p. 18—29 multis locis et priscorum et recentiorum scriptorum allatis, quos nunc repetere supersedeo. Adde tamen eius exemplis Plaut. Amph. I, 1, 83: In fugam set tamen nemo *convortitur* et Terent. Phorm, II, 2, 4 adcingere.

5. *Breviloquentia* quaedam oritur in *obiecto*, quod compluribus verbis *commune* est diversos casus regentibus et semel tantum ponitur. Sic Cato R. R. c. 5: *Familiae* male ne sit, ne algeat, ne esuriat, opere bene exerceat (ubi mente adde: eam). Terent. Adelph. I, 2, 65: Verum si augeam Aut etiam

iutor sim eius *iracundiae*. Simili modo dictum est etiam ib. 2, 4: *quem* neque pudet Quicquam nec metuit quemquam neque rem putat Tenere se ullam.

-6. *Ellipses verbi.*[2]) Primum Catonis liber de re rustica, o est brevi et abrupto dicendi genere conscriptus, multas ntinet singulares et partim constantes ellipses, quae separatim spectandae sunt. Sic legitur initio capitis 12: In rcularium quae opus sunt, itidem c. 13 ineunte: In torcularium usu quod opus est, quae sunt quasi inscriptiones horum ipitum, ita ut mente addere possis: enumerantur vel enumetur. Deinde ab initio cap. 4 (Bubilia bona, bonas praesepis, liscas clatratas), item ab initio c. 11 et 13 (Urceum cett.) ente addi possunt: (te) habere oportet. C. 137: Foenum, beat vel capiat interpretatur Gesnerus, et bobus suis. C. 1: tracta ex caseo, int. ponito. C. 135, 6 acc. Trapetos latos faber et faciet pendere censet Pontedera. C. 150: in fructum . accedit, nisi verbum hoc excidit. Apud Plautum autem et erentium, utpote quorum comoediae versentur in sermone miliari, non est mirandum plurimas inveniri ellipses, quas rt sermo familiaris vitaeque communis et quotidianae usus. erent. Andr IV, 5, 9: Quid vos? quo pacto hic? satine recte? . agitis, ubi Westerhovius: „Formula est de salute alterius gantium." Respondet Mysis: Nosne? sic Ut quimus, aiunt, ando ut volumus non licet. v. 11: Quid Glycerium? iam hic os parentis repperit? Inprimis frequens est omissio verborum cendi et sentiendi. Sic Plaut. Poen. V, 2, 101: sed mitto de o, (sc. dicere) et ad te redeo. V, 2, 12: Quid tu mihi stis? sc. dicis. Men. IV, 3, 22: Nimis iracunde hercle udem, sc. locuta es. Terent. Andr. I, 1, 2: paucis te volo, . alloqui sive sec. Donatum colloqui. II, 2, 8: vos volo. V, 1: Quis me volt? Eun. III, 1, 41: Quid ille, quaeso?, . respondebat. Plaut. Poen. IV, 2, 8: di vostram fidem, . imploro, item V, 1, 20. Truc. I, 1, 8. Terent. Eun. III, 28. — Andr. I, 1, 55: Egomet continuo mecum, sc. cogi-

---

[2]) Verum pleonasmum verbi vix usquam reperias, nam Plaut. Aul. , 2, 4: *Nunc domum properare propero*, Poen. I, 3, 24: *Pergin rgere*, Capt. II, 1, 51: *meminisse ut memineris*, comico more efficta int.

tabam. Saepe etiam verba motum exprimentia omittuntur. Sic Terent. Andr. II, 2, 24: Ego me continuo ad Chremem (confero). V, 4, 4: Quid tu Athenas insolens?, sc. venisti. Eun. V, 2, 5: ego me in pedes, quantum queo, In angiportum quoddam desertum, sc. dedi (Klussm. ad Naev. p. 144). Phorm. I, 4, 19: Ipsest, quem volui obviam, sc. mihi ire. Aliae ellipses sunt: Plaut. Poen. prol. v. 54: Latine Plautus Patruus Pultiphagonides sc. inscripsit Poenulum. Stich. III, 2, 41: Perii hercle vero plane, nihil obnoxie, ubi sec. Rostium comment. Plaut. p. 269 mente addendum est faciens. Apud v. *posse* absolute positum *facere* mente addere potes ap. Caton. R. R. c. 1: si *poteris*, sub radice montis sit, wenn du es möglich machen kannst. Plaut. Mil. II, 2, 65: propere hoc non placide decet, ubi Lind.: „Omissus in loquendi ardore inf., agi vel simile verbum. Terent. Heaut. III, 2, 43: Neque eo nunc dico, quo quicquam illum senserim, sc. velle facere, moliri. Plaut. Men. V, 1, 52: Ecastor pariter hoc atque alias res soles, sc. agere. Bacch. II, 2, 52: Iamne ut soles? (sc. iocaris sec. Gronovium). De *soleo* v. Herzog. ad Sallust. Curc. V, 2, 13, Si vis tribus bolis (= talorum iactibus) vel in chlamudem, sc. paratus sum ludere. Pseud. IV, 7, 79: strenue mehercle isti, sc. deceperunt. Poen. V, 2, 61: Quid istuc ad me? Capt. III, 4, 19: Ultro istum a me, ubi acc. pendet a removendi, abigendi vi, quae inest in enunciato, quasi dixisset: apage te a me ultro. Sic Amph. I, 1, 164: Ultro istunc qui exossat homines, Casin. II, 8, 23: Ultro te, amator! apage te a dorso meo! Terent. Eun. II, 3, 71: Numquid me aliud?

Singulare genus ellipsium est *aposiopesis*, cuius triplex genus distinguendum est cum Donato (Susenbrot. gramm. lat. p. 134), cum per se ipsum tacet quis et ad aliud transit vel tacet nec ultra loquitur vel alterius interventu personae tacet. Nonnunquam per euphemismum aposiopeses adhibentur maxime in re obscoena, sic a Plaut. Cist. I, 1, 38: Viris cum suis praedicant nos solere, v. Scalig. et Taubm. (sc. moechari). Merc. IV, 4, 51: Me numquam quicquam cum illa, sc. habuisse Pseud. I, 2, 81: Set ubi usque ad languorem — tenes Quossum haec tendant quae loquor. (Eam ad quam haec verba convertit, bene scisse quid reticuerit, ex verbis, quae statim addit: tenes Quossum haec tend. q. l. apparet). Deinde in verbis mali ominis, ut Ter. Andr. IV, 5, 8: Itan Chrysis?, sc. mortua

est. Praeterea ad primum genus aposiopesis, quod Donatus statuit, pertinent haec exempla: Plaut. Pers. II, 4, 25: Qui te di deaeque — scis quid hinc porro dicturus fuerim, Ni linguae moderarei queam. Terent. Andr. I, 1, 137: quem quidem ego si sensero . . Sed quid opust verbis? II, 2, 7: Quis homost, qui me . .? o Pamphile, te ipsum quaero. Eun. I, 1, 20: Egone illam, quae illum, quae me quae non! sine modo, Mori me malim. Adelph. I, 2, 73: Ecce autem de integro (sc. effervescit): nisi quidquid est Volo cett. II, 2, 19: Nusquam pedem (sc. ponam, nusquam certe proficiscar). Donatus: „Quia exclamatio est, oratio per ἀποσιώπησιν completur.“ Ad alterum genus spectant Plaut. Poen. III, 6, 6: Numquid me . . . .? (sc. vis). Most. III, 2, 162: Mane sis videam, ne canis, sc. sit aliqua mordax in introitu, quae domûs custos in te ignotum saeviat. Terent. Andr. I, 5, 65: Verbum unum cave de nuptiis, ne ad morbum hoc etiam. Heaut. II, 3, 136: at nunc interim, ubi Schrevelius: „sc. sine interim plaulisper cum amica ludere.“ Ad tertium denique genus referendi sunt hi loci: Plaut. Pseud. I, 1, 35: At te di deaeque, quantumst . . PS. Servassint quidem, ubi sermo interpellatur per alterum, quum Caludorus addere vellet: perduint. Truc. II, 6, 23: Venire salvom, sc. te gaudeo. Kampm. de AB p. 23: „sermo interpellatus est cupiditate Stratophanis; is enim non patitur Astaphium salutationem absolvere.“ Eodemque modo est ap. Terent. Phorm. II, 1, 25: Salvom venire. Andr. IV, 4, 51.

Denique per *coniunctionem* **ne** ellipticae sententiae proferuntur, ubi omissum cogitandum est verbum metuendi. Sic Plaut. Pers. II, 3, 71: Nequis vero ex Arabia penitissuma Persequatur, sc. metuendum est, quod per ironiam dictum est. Item in *interrogationibus*, ut Terent. Ad. II, 2, 45 (similiter apud Graecos τί, v. Bernh. synt. p. 352): Quid quod te oro?, quae sic supplenda censeo: quid fiet de eo quod cett. Was wird werden in Betreff dessen cett. Paulo aliter Donatus: „Deest *agis*“, et in alia adnotatione: „Quid mihi non respondes de eo, propter quod te oro?“ Schmiederus: „quid dicam de eo, quod te rogo? h. e. imo etiam et vehementer te rogo, sc. ut sedulo facias.“ Quo spectat etiam formula *quid illum censes?*, quam commemorat etiam Bernhardy Synt. p. 353, adnot. 414, et de qua Rostius comment. Plaut. p. 162 sq. haec habet: „Elegans formula, qua Plautum eiusque imitatorem

Terentium aliquoties usos videmus, ubi indicare voluerunt, insolens aliquid et inopinatum et incredibile fieri. Tunc enim Terentius hanc usurpat formulam: Andr. V, 2, 12: Quid illum censes? Adelph. IV, 5, 22: Quid illas censes? Plautus vero Trin. III, 3, 82: *Quid illum putas* Natura illa atque ingenio? Bacch. II, 2, 30: immo *ut eam credis?* Curc. I, 1, 59: Immo *ut illam censes?* et alibi. Quibus in formulis infinitivus deest, vel ex praecedentis sententiae verbo repetendus, vel cogitatione supplendus, veluti facere, dicere, sentire, affectum esse."

Cap. IX.

De infinitivo.

Iam veteres grammatici Graeci de natura infinitivi inquisiverunt. Nam ut Stoicos omittam, Apollonius eum significavit tanquam substantivum verbi, in quo omnes modi verbi coniuncti et quasi conflati essent, qui, quamquam generis atque temporis notione indutus esset, tamen omni numerorum et personarum significatione careret. Inter recentiores acutissime hanc rem investigavit Guilelmus Humboldtius in bibliotheca indica. Cuius sententiam secundum eam descriptionem, quam Luebkerus de usu inf. Plautini p. 11 sq. fecit, breviter exponam. Si quaeritur infinitivus nomen sit necne, multae obstant quo minus ita censeas difficultates. Primum enim omnino aliam prorsus vim exhibet verbum cum nomine atque cum infinitivo iunctum; hic cum verbo suo finito artissime cohaeret et in unam quasi coalescit notionem, nomen verò a verbo pendens plane seiunctam ab illo habet rationem et per se valentem. Deinde consentaneum hinc foret, infinitivum in latino sermone omnes et obiecti quod grammatici dicunt et subiecti vices sustinere; quod nisi fit, nomen esse nequit. Accuratius igitur infinitivi notionem assequeris, si et cum verbo finito et cum participiis eam contuleris. Participium enim et adiectivum attributivorum partes sunt, illud autem ab altero ita distat, ut efficaciae, motus, actionis notionem habeat propriam; unde si detraxeris id, quod attributivum efficit, meram infinitivi indolem nancisceris. Medium igitur locum obtinet infinitivus inter participium et nomen, non ut

utriusque formae naturam in se complectatur, sed ab illo proficiscens ad hoc tam prope accedat, ut facillime transire in eius et vim et formam possit. Haec hactenus de sententia Humboldtii. Paulo aliam tamen de infinitivi natura sententiam proposuit idem Humboldtius in epistola scripta anno 1826, quae vulgata est in Aufrechti et Kuhnii Zeitschr. f. vergl. Sprachforschung II, 4, cum qua confer quae Steinthalius exposuit in „grammatica, logica, psychologia eorumque principiis" p. 368—373. Docet hic infinitivum in se continere plenam vim verbalem ac ne personarum quidem significatione destitutum esse, quae lateat in eo modo infinito, denique habere eum vim non quidem enunciatorum formandorum, sed tamen praedicativam. Inter Graecorum autem et Latinorum infinitivum hoc est discriminis, quod apud Graecos inf. saepe substantivum verbale esse potest. apud Latinos rarissime tantum, apud quos in casibus obliquis quidem eius locum tenent gerundium et supinum.

1. *Infinitivus vice fungitur substantivi verbalis.* Cato ex lib. II origg. ap. Charis. lib. II, p. 181: Pleraque Gallia duas res industriosissime persequitur, *rem militarem* et *argute loqui.* Plaut. Bacch. I, 2, 50: hic *vereri* perdidit, h. e. verecundiam. Poen. III, 3, 98: Ut tute inspectes aurum lenoni *dare* (sic ΔΘpg), ubi tamen puto scribendum esse dari. Curc. I, 1, 28: Ita *tuum* conferto *amare* semper, si sapis, ad q. l. Taubm.: „= tuas amationes. Sic Graeci τὸ ἐρᾶν pro ἔρως." Poen. I, 2, 100: At ego amo hanc. MI. At ego *esse* et *bibere.* Rudd. p. 229: „pro: esitationem et bibitionem." Fortasse huc pertinet etiam Curc. I, 3, 21: totum insanum amare hoc est quod meus erus facit. Terent. Andr. IV, 1, 52: *hoc* tibi pro servitio debeo, *Conari* manibus pedibus noctisque et dies, Capitis periclum *adire.*

2. *Subiecti* enunciationis locum tenet infinitivus aut post verba, quae dicuntur impersonalia, aut si praedicatum est adiectivum vel substantivum cum *est* coniunctum. Cato R. R. praef.: „*Est* interdum *praestare* mercaturis rem quaerere, = praestat, melius est. Gron. obs. IV, p. 118. Cortius ad Sallust. Iug. 110, 3, es kommt vor, daß es zuweilen vortheilhafter ist. Cato R. R. c. 61: Quid *est* agrum bene *colere?* bene *arare.* Quid secundum? *Arare* . tertio, *Stercorare*, ubi colere subiecti, ceteri infinitivi praedicati loco positi sunt.

Plaut. Truc. II. 6, 20: An *vincere* mest maleficio?, ubi est ut Graecorum ἔστι vel ἔξεστι positum est, = fieri potest ut vincar. Cato R. R. c. 7: Fundo suburbano arbustum maxime *convenit habere*. Plaut. Aul. II, 1, 18: *decet* equidem vera *proloqui* (sic Herm. elem. p. 307. Codd. Grut. et vulg.: decet te equidem). Mil. III, 1, 142: nunc iam istis rebus *desisti decet*. v. 170: huice primum *praevorti decet*. Trin. II, 4, 77: *Verecundari* neminem aput mensam *decet*, i. e. verecundia. Aul. IV, 1, 4: in se sera *condecet capessere*. Terent. Eun. IV, 7, 19: Omnia prius *experiri*, quam armis, sapientem *decet*. Cato R. R. c. 9: Hoc est praedium, quod ubi vis *expedit facere*. ib. praef.: licet existimari. Plaut. Ep. III, 2, 2: *esse* tibi *licet* quieto. Pseud. II, 1, 14: *Licet*ne id *scire* quid sit? Poen. I, 3, 3: Tibi quidem hercle *vendere* hasce aedis *licet*. Pers. III, 1, 48 sq.: *Lubere* tibi per me *licere* intellego: Verum *lubere* hau *lubeat*, si liceat, mihi. Stich. IV, 2, 31: tibi — incenato — *esse* hodie *licet*. Truc. IV, 4, 31: *dicere* hic quidvis *licet*. Plauti fragm. Artamon. p. 476: Nunc mihi *licet* quidvis *loqui*. Terent. Heaut. V, 2, 28: Modo *liceat vivere*, est spes. Cato R. R. c. 5: ut aliis recte *facere libeat*. ib.: minus *libebit ambulare*. Plaut. Pseud. IV, 7, 24: Iam *admordere* hunc mihi *lubet*. Poen. V, 4, 96: qui *lubet* tam diu *tenere* collum —? Amph. I, 3, 3: Mihi *necessest ire* hinc. Cas. II, 5, 36: *Necessumst* vorsis gladiis *depugnarier*. Cist. II, 3, 82: Nunc mihi bonae *necessumst esse* ingratiis. Hoc loco et duobus supra allatis, Epid. III, 2, 2, Stich. IV, 2, 31 observa attractionem dativi cum infinitivo factam. Men. I, 2, 9: ita omnem mihi Rem *necesse eloquist*. Mil. IV, 3, 25: Dicas *necessum* tibi *esse* uxorem *ducere*. Stich. I, 3, 66: Foras *necessumst* quidquid habeo *vendere*. Pers. IV, 4, 35: Si tibi *vaenissest opus*. Lex Papiria tribunitia (213 a. Chr., ap. Egger. p. 113): eodemque iure sunto, uti ex legibus plebeique scitis *exigere iudicare*que *esse*que *oportet*. Cato R. R. c. 1: in bona regione bene *nitere oportebit*. C. 2: rationem *inire oportet* operarum. Ib.: Ubi haec cognita aequo animo sient, quaeve reliqua opera sient, *curare* uti perficiantur: rationes *putare* argentariam cett., so mußt du Sorge tragen, ubi animo scriptoris oportet videtur obversatum fuisse, nisi infinitivum more Homeri et Hesiodi pro imperativo positum esse dicere velis. C. 3: aedificare diu *cogitare oportet*, conserere *cogitare* non *oportet*, sed *facere oportet*. ubi aetas accessit ad annos

XXXVI, tum *aedificare oportet,* si agrum consitum habeas. Ib.: Torcularia bene *habere oportet.* C. 6: Agrum quibus locis conseras, sic *observari oportet.* C. 7: eo lotium suillum aut stercus ad radicem *addere oportet.* C. 10: Quomodo oletum agri iugerum CCXL *instruere oportet.* C. 11: Quomodo vineam iugerum C. *instruere oportet.* C. 15: et uti sublinat *locari oportet.* C. 17: tum *legi oportet.* C. 19: ubi porculum *figere oportebit.* C. 22: trapetum hoc modo *accommodare oportet.* Ib.: ab solo mortarii orbes *cavere oportet,* ne quid mortarium terant. C. 54: et fiscellas *habere oportet.* Cato-ap. Iordan. p. 66: oportere institui. Plaut. Amph. III, 2, 63: Primum *cavisse oportuit.* Cist. I, 1, 98. Bacch. III, 2, 16: Sisne necne ut *esse oportet:* malus, bonus, quoiquoimodi. III, 3, 73: Itam *oportet* rem mandatam *gerere* amicis sedulo. Most. III, 2, 114: Lucri quidquid est, id domum *trahere oportet.* Poen. I, 2, 128: Invendibili merci *oportet* ultro emptorem *adducere.* Truc. II, 1, 33: Novos datores semper *oportet quaerere.* II, 4, 70: quo *fieri oportet,* sec. scripturam Bothii. Terent. Phorm. II, 1, 12—16 mutatum est inter constructionem v. oportet cum infinitivo et coniunctivum: *Meditari* secum *oportet,* quo pacto advorsam aerumnam ferant. Pericla, damna peregre rediens semper secum cogitet Aut fili peccatum aut uxoris mortem aut morbum filiae, Communia esse haec, nequid horum umquam accidat animo novom: Quidquid praeter spem eveniat, omne id *deputare* esse in lucro. Plaut. Trin. II, 2, 65: Pol *pudere* quam *pigere praestat* totidem litteris. Asin. v. 72: Neque *puduit* eum id aetatis sucophantias *Struere.* Mil. III, 1, 28: Eam *pudet* me tibi in senecta *obicere* sollicitudinem. Trin. II, 2, 63: *Deserere* illum et *deiuvare* in rebus advorsis *pudet.* Terent. Heaut. V, 4, 20: at te id nullo modo *Facere puduit.* Ad. IV, 2, 23: Non *puduisse verberare* hominem senem. Plaut. Pseud. IV, 6, 23: Nam quanti *refert* ei nec recte *dicere.* Terent. Phorm. I, 2, 35 sq.: *Restabat* aliud nil, nisi oculos *pascere, Sectari,* in ludos *ducere* et *redducere.* Plaut. Trin. I, 2, 40: Qui *in mentem venit* tibi istaec dicta *dicere?* Aul. III, 6, 36: mi *bibere decretumst* aquam. Cas. I, 6: Sequi decretumst. Cist. III, 17: Nam hercle iam ad me adglutinandam totam *decretumst dare.* Bacch. IV, 4, 21: Decretumst renumerare. Mil. I, 1, 77: [Ei] rei hunc diem mihi operam *decretumst dare.* Merc. I, 1, 1: Duas res simul nunc *agere decretumst* mihi. Poen. V, 1, 26: In hisce *habitare monstratumst*

regionibus. Bacch. IV, 9, 93: *Persuassumst facere* quoius me nunc facti pudet. Impersonalium instar etiam *fortasse* cum infinitivo est coniunctum Poen. V, 2, 44: *Fortasse* medicos nos esse *arbitrarier*, = fortasse arbitratur, recte enim docuit Handius Tursell. II, p. 720, coll. 727, fortasse primitus adiectivum fuisse. Bacch. IV, 8, 83: *Aequomst* tabellis consignatis *credere*. Mil. II, 6, 35 sq.: Utium me *expostulare* tecum *aequomst* prius, An — Med *expurgare* tibi videtur *aequius*. Terent. Hec. IV, 3, 14: E medio *aequom excederest*. Plaut. Amph. II, 2, 117: istanc rem inquisitam *certumst* non *amittere*. Asin. III, 3, 23: Mihi *certumst ecficere* omnia in me eadem quae tu in te faxis. Capt. III, 5, 98: Nunc *certumst* nulli posthac quicquam *credere*. IV, 2, 14: Facere certumst. Curc. II, 1, 1: *Migrare certumst* nunc iam ex fano foras. IV, 2, 46: *certumst* me bene *curare*. V, 3, 8: Nunc domum *properare certumst*. Cas. II, 4, 15: De Casina *certumst concedere* homini nato nemini. III, 1, 8: *Certumst* omnis *mittere* ad te. Cist. III, 16: hanc, ut habeo, *certumst* non *amittere*. V, 8: *praevorti* hoc *certumst* aliis rebus omnibus. Ep. V, 1, 57: domi *adesse certumst*. Bacch. IV, 9, 73: set quidquid est, *pellegere certumst*. Most. III, 1, 134: Quicquid dehinc dicam, nunc id *certumst dicere*. Mil. II, 3, 31: Certumst facere. II, 6, 5: *Certumst* nunc opservationi operam *dare*. 6, 42 et 91: Ita *facere certumst*. Merc. I, 1, 39: Illuc *revorti certumst*. III, 1, 7: Facere certumst. III, 4, 76: *certumst* praeconum *iubere* iam quantumst conducier. V, 2, 93: Certum exequist. Pseud. I, 5, 138: Nunc non *abire certumst* istac gratia. IV, 7, 137: angiporta haec *certumst consectarier*. v. 139: *Certumst* mi hunc emortualem *facere* ex natali die. 8, 2: Nunc mihi *certumst* alio pacto Pseudulo insidias *dare*. Poen. III, 3, 17: vos *certumst sequi*. V, 5, 25: Sed *adire certumst* hanc ad amatricem Africam (= ad hanc). Pers. II, 2, 39: *certumst celare*, quo iter facias, pessuma? Rud. III, 5, 58: *Certumst* hasce hodie usque opsidione *vincere*, ich habe bei mir beschlossen. Truc. II, 6, 68: *certumst*, quo ferant, *Observare*. Terent. Eun. I, 2, 108: Ita *facere certumst*. Plaut. Pseud. IV, 2, 56: Salutem scriptam *dignumst* dignis *mittere*. Ennii Phoenicis fr. 9: Saeviter suspitionem *ferre* falsam *futtilum est*. Plaut. Poen. V, 4, 62: nisi *honestiust prehendi*. Most. V, 1, 20: nunc te *videre meliust*, quid agas, Tranio. Men. V, 2, 51: *meliust* sanam. mulier, mentem

sumere. Mil. II, 3, 21: Medicum istuc tibi *meliust percontarier.* IV, 8, 63: *Ire meliust* strenue. Pers. III, 1, 18: Modice et modeste *meliust* vitam *vivere.* Cist. IV, 1, 10: *satiust* mihi Quovis exitio *interire.* Bacch. I, 2, 43: *Vixisse* nimio *satiust* iam quam *vivere.* Truc. V, v. 36: Nil φλυαρεῖν *satiust,* miles. Mil. II, 3, 6: Volup est convenisse. Fabius Pictor ap. Gell. X, 15 (Egger. p. 107): Si quis ad verberandum ducatur, si ad pedes eius supplex procubuerit, eo die *verberari piaculumst.* — Capram et carnem incoctam et ederam et fabam neque *tangere* Diali *mos est* neque *nominare.* Sine apice sub divo *esse licitum* non *est.* Enn. annal. inc. sed. fr. 10: Audire est operae pretium. Plaut. Amph. II, 2, 74: At pol qui *certa res* Hanc *est obiurgare.* Most. III, 2, 112: vi pugnandoque hominem *caperest certa res.* Mil. II, 3, 73: *Consiliumst* ita *facere.* Epid. I, 2, 60: Senem *oppugnare certumst consilium.* Rud. II, 3, 63: O *facinus inpudicum,* Quam liberam esse oporteat, servire *postulare.* Amph. prol. v. 36: Iusta autem ab iniustis *petere insipientiast.* Epid. I, 1, 87: qui tibi*st lubido* male *loqui?* II, 2, 56: id *lubidost scire.* Bacch. III, 3, 12: *est lubido* homini suo animo *opsequi.* Men. I, 1, 7: Maior *lubidost fugere* et *facere* nequiter. Pseud. I, 5, 139: *Lubidost* ludos tuos *spectare,* Pseudule. Poen. V. 5, 43: Quid tibi *lubidost,* obsecro, Anthemonides, *Loqui* inclementer nostro cognato et patri? Pers. I, 3, 41: *lubido* extemplo *coeperest* convivium. II, 2, 6: si *lubidost perdere.* V, 2, 26: et hunc *inridere* Lenonem *lubidost.* Poen. IV. 1, 4: *Servire* amanti *miseriast.* Truc. IV, 2, 31: Nam *invidere* alii bene esse, tibi male esse, *miseriast.* Capt. II, 3, 36: Quae memini, *mora merast monerier.* Truc. IV, 2, 40: vis est experirier. Terent. Hec. III, 1, 47: Non *usus factost* mihi nunc hunc intro *sequi.* Loco Catonis tamen R. R. c. 61: *Caetera cultura est* multum *serere* infinitivus non est subiectum, sed praedicatum, die übrige Cultur beſteht in dem häufigen Säen, cf. locum ab initio huius §. laudatum Catonis R. R. c. 61.

3. *Infinitivus historicus* vulgo per ellipsin explicatur, quod non est necessarium, immo, quum semper ponatur in describendis factis vel rebus, quae celeriter se alia aliam excipiunt, ex hac ipsa celeritate et festinatione eius, qui illas describere vult, explicandus est. Quum enim infinitivus omni definita personarum et numerorum distinctione careat, animo commoto scriptoris talibus in rebus describendis haec verbi forma ap-

tissima erat, utpote quae nihil nisi ipsam actionem exprimeret, ne temporis quidem significatione indicata, quum hoc in genere semper usurpetur infinitivus praesentis. Cf. Stallb. ad Rudd. p. 227 et Reisig. p. 782. Est autem hoc proprium huius infinitivi, ut subiectum semper maneat immutabile neque unquam, ut in constructione accusativi c. inf., in accusativum convertatur. Invenitur autem saepissime et antecedentibus et sequentibus verbi formis finitis. Plaut. Amph. I, 1, 75 sqq.: *Imperator uterque* — Vota *suscipere,* [tum] exercitum *hortarier.* Pro se quisque id quod quisque [et] potest et valet *Edit,* ferro *ferit* cett. Amph. v. 1110 sqq.:

angues oculis omnis *circumvisere.*
Postquam pueros conspicati, *pergunt* ad cunas citi:
Ego cunas recessim rursum vorsum *trahere* et *ducere*
Metuens pueris, mihi formidans, tantoque *angues* acrius
Persequi.

Aul. prol. v. 18 sq.: At *ille* vero minus minusque impendio *Curare* minusque me *impartire* honoribus. Merc. I, 1, 46: *Obiurigare pater* haec noctes et dies. v. 50: Perfidiam lenonum, iniustitiam *expromere* cett. II, 1. 16: oppido Mihi illud *videri* mirum. Rud. III, 1, 4: Atque *illa* nimio iam *fieri* ferocior. Terent. Andr. I, 1, 35 sqq.:

facile omnes *perferre* ac *pati:*
Cum quibus erat quomque una, eis sese *dedere,*
Eorum studiis *obsequi.*

I, 1, 70: *Quom* id mihi *placebat, tum* uno ore *omnes* omnia Bona *dicere* et *laudare* fortunas meas. I, 1, 120: *ego* illud sedulo *Negare* factum. II, 2, 32: etiam puerum inde abiens conveni Chremi: Holera et pisciculos minutos *ferre* obolo in cenam seni. Eun. III, 1, 1: Magnas vero *agere* gratias Thais mihi? ib. v. 11 sqq.: *Rex* te ergo in oculis — *gestare?* TH. Vero: *credere* omnem exercitum — Tum — me convivam solum *abducebat* sibi. v. 20 sqq.: *Invidere omnes* mihi, *Mordere* clanculum: *ego* non flocci *pendere*: *Illi invidere* misere. v. 42: Risu *omnes* qui aderant *emoriri:* denique *Metuebant* omnes iam me. III, 3, 9 sq.: *ipsa adcumbere* Mecum, mihi sese *dare,* sermonem *quaerere.* IV, 1, 4 sq.: *ille* continuo *irasci,* Neque negare *audere: Thaïs* porro *instare* ut hominem invitet. v. 12: miles *tendere,* inde ad iurgium. Heaut. V, 1, 23. Phorm. I, 2, 42: nos mirarier. v. 67: *Noster* quid ageret *nescire.* Hec. I, 2, 45: *ille* primo se *negare:* sed postquam

acrius Pater instat, *fecit.* v. 91. 107 sq. V, 3, 28: *Ille* alias res agere se *simulare.* Adelph. I, 1, 20: *Ille* contra haec omnia Ruri *agere* vitam: semper parce ac duriter Se *habere:* uxorem *duxit.* V, 4, 10.

4. Deinde infinitivus se coniungit cum subiecto enunciationis, quae constructio, si etiam praedicatum forma attributiva in nominativo appositum est, vulgo nomine *nominativi cum infinitivo* notatur, maxime autem in verbis passivis, sed saepe etiam in aliis locum habet. Cato R. R. praef. §. 3: Amplissime *laudari existimabatur,* qui ita laudabatur. Or. pro Rhod. p. 24, 1 Jordan.: quod illos dicimus voluisse facere, id nos *priores facere* occupabimus? ib. p. 24, 4 Jord. (Meyer. ed. II, p. 105): Ecquis est tandem qui vestrorum aequum censeat, poenas dare ob eam rem quod *arguatur* male facere *voluisse?* ib. p. 25 J.: quia *voluisse dicuntur* facere? Ennii Ambracia fr. 1: per gentes *esse cluebat* omnium *miserrimus.* Plaut. Curc. II, 2, 10 sqq.:

Hac nocte in somnis *vissus sum tuerier*
Procul sedere longe a me Aesculapium:
Neque eum ad me adire neque me magni pendere
Vissumst.

Poen. V, 4, 94: Vix hoc *videamur credere.* Rud. III, 1, 6: Ad hirundininum nidum *visast simia* Ascensionem ut faceret *admolirier.* v. 9: *Videtur* ad me simia *adgredirier.* Cas. grex v. 2: huius *reperietur filia esse.* Poen. V, 3, 52: ut *haec inveniantur* hodie *esse* huius *filiae.* V, 5, 31 sq.: Tune hic amator *audes esse,* hallex viri? Aut contrectare. Pers. III, 3, 26: Iam *omitto iratus esse.* IV, 3, 10: *Bonus volo* iam ex hoc die *esse.* Stich. I, 1, 25: Persarum Montis *qui esse aurei perhibentur.* Trin. III, 2, 66: *Quis* me *inprobior perhibeatur esse.* Truc. II, 2, 5. Terent. Hec. IV, 1, 29: Sed ut olim te ostendisti, *eadem esse* nil *cessavisti* usque adhuc. Adelph. I, 2, 45: *Pater esse disce* ab illis, qui vere sciunt. V, 6, 8: Meditor esse adfabilis. Hec. IV, 1, 57: *Forma* in tenebris *nosci* non *quitast.*

5. Infinitivus saepe *consilium* exprimit, inprimis post verba motum significantia, ubi plerumque pro infinitivo supinum in *um* desinens ponitur, sed etiam post verbum *dare.* Cato R. R. c. 89: Bis in die farciat et meridie *bibere dato.* Ib.: nisi prius *dato bibere,* et bis in die. Plaut. Pers. V, 2, 40: *bibere da* usque plenis cantharis. Terent. Andr. III, 2, 4: Quod iussi ei *dari bibere,* et quantum inperavi, Date. Truc. IV, 2, 26:

Dedi equidem hoc die eii quinque argenti *deferri* minas (Lind. ad Mil. III, 3, 15). Asin. V, 2, 60: ecquis *currit* pollictorem *arcessere?* Trin. IV, 3, 8: recurre petere. Bacch. II, 3, 120: Senex in Ephesum [hinc] *ibit* aurum *arcessere?* Most. I, 1, 64: ego *ire* in Piraeum volo In vesperum *parare* piscatum mihi. Terent. Phorm. I, 2, 52: Voltisne *eamus visere?* Hec. I, 2, 114: it visere. III, 2, 10: intro *iit videre.* Plaut. Cist. II, 1, 26: abi quaerere. Bacch. IV, 8, 59: Illa autem in arcem [hinc] *abiit* aedem *vissere* Minervae. Cas. V, 1, 2: *eximus* intus Ludos *visere.* Curc. I, 3, 50: nam parasitum *missi* nudiusquartus Cariam *Petere* argentum. Cas. III, 5, 48: Ego huc *missa sum ludere.* Pseud. II, 2, 47: *Reddere* hoc, non *perdere,* erus me *missit.* Terent. Eun. III, 3, 22: *Misit* porro *orare,* ut venirem, serio (= oratum, orandi causa). Plaut. Rud. I, 4, 4 sq.: Omnia iam circumcursavi atque omnis latebras *perreptavi Quaerere* conservam voce cett. III, 6, 9: Etiamne in ara tunc sedebant mulieres, Quom ad me *profectu's ire?* Bacch. IV, 3, 18: Parasitus [huc] modo aurum *petere* hinc *venerat.* Poen. V, 4, 2: Delubrum qui hodie ornatum *invisere* (sic Both., codd. eo visere) *venit.* Rud. I, 2, 6: Nunc huc ad Veneris fanum *venio visere.*

6. Similiter infinitivus etiam id exprimit, quod ex actione aliqua *consequitur, exitum* s. *eventum* actionis. Ennii annal. l. III, fr. 10: Et qui sextus erat Romae *regnare* quadratae. Plaut. Amph. V, 2, 13: Mea vi *subactast facere.* Truc. IV, 3, 9: Vis *subegit* verum *fateri.* Mil. III, 3, 15: Ibi ei inmortalis memoriast *meminisse,* ubi Lind.: „Recte explicant ὥστε μεμνῆσθαι, ut meminerit.“ Merc. II, 2, 17: Non sum occupatus umquam amico operam *dare,* h. e. non sum occupatus, si id agitur, ut amico operam dem. Terent. Andr. I, 1, 30: Ut animum ad aliquod studium adiungant, aut equos *Alere* aut canes ad venandum. Eun. I, 1, 2 sq.: an potius ita me comparem, Non *perpeti* meretricum contumelias?

7. Restat ut de reliquo usu infinitivi dicam, si pendet ex alia enunciatione maximeque ab adiectivis et verbis. Quod si quaeritur pro quibusnam casibus infinitivus in talibus exemplis positus esse statuendus sit, respondendum est, in plurimis quidem eum accusativi locum tenere, quamquam, qui est liberior eius usus, etiam obiectum, quod dicitur, remotius exprimere aliorumque casuum in enunciatione vice fungi potest. Ex iis autem exemplis, ubi infinitivus pro accusativo positus esse di-

cendus est, primum separatim tractanda sunt ea, in quibus posteriore quidem linguae aetate pro solo infinitivo potius accusativo cum inf. locus est, quo spectant potissimum verba sentiendi et dicendi, sed etiam alia (ut sino, volo, postulo), quae apud priscos scriptores saepissime coniuncta reperiuntur cum solo infinitivo, ut subiectum enunciationis videatur omissum esse. Ac de causa quidem constructionis accusativi cum infinitivo iam in superioribus, ubi de accusativo casu agebam, uberius exposui ibique omnia huius constructionis exempla, quae quidem invenire potui, protuli: hoc tantum addo, ubicunque in hac constructione infinitivus verbi impersonalis positus est sine accusativo, esse hoc pro acc. c. inf. accipiendum, quoniam impersonalia verba ea sunt, quae subiectum suum in se includunt et continent; malui tamen huius generis exempla potius hoc loco mixta cum ceteris afferre quam illic, ubi de accusativo egi. Quo pertinent etiam ii loci, ubi accusativus vere ex praegressis vel sequentibus mente addendus est aut latet in enunciatione relativa, quae pro obiecto posita est. Liv. Andron. Odyss. ap. Isidor. orig. XIX, 4: tuncque (Klussm. tumque) remos *iussit religare* struppis. Plaut. Aul. II, 2, 66: Hic apud me hortum *confodere iussi.* Epid. I, 1, 65: Ibi *manere iussit.* Mil. IV, 6, 63: *Iube* domum *ire.* Rud. II, 3, 1 sq.: hanc quae proxuma [hic] est villa Veneris fano *Pulsare iussisti* atque aquam *rogare.* III, 2, 45: *Iube* oculos *elidere.* Pers. II, 5, 13: secari iubeas. Cato oratio, qua suasit in senatu, ut plura aera equestria fierent ap. Iordan. p. 66: Nunc ego *arbitror oportere* institui, quin minus duobus milibus ducentis sit aerum equestrium. Plaut. Stich. v. 82: quom nil quam ob rem id faciam *meruisse arbitror?* Trin. V, 2, 5: culpa *caruisse arbitror.* Terent. Hec. II, 1, 18: An quia ruri esse crebro soleo, *nescire arbitramini* Quo quisque pacto hic vitam vostrorum exigat? Cato orat. pro Rhod.: Quod bene facere *voluisse* quis *dicit* (sc. se). Plaut. Aul. I, 2, 30: *Dividere* argenti *dixit* numos in viros = se divisurum esse. Capt. I, 2, 91: Ad fratrem, quo *ire dixeram*, mox ivero. Epid. IV, 2, 33: Adulescentem equidem *dicebant emisse.* Bacch. IV, 9, 115: haut committam ut, siquid peccatum siet, *Fecisse dicas* de mea sententia. Men. II, 3, 15: Dicam curare? sc. te. Mil. II, 2, 76: Tute hoc si unus *recipere* ad te *dicis* (sc. te.) Poen. I, 2, 47: Dic dare (sic Herm. el. p. 297; ΔΘp dari). III, 1, 28: Nunc vero quia

mihi advocatos *dixi* et testes *ducere* (sc. me). Pers. IV, 4, 52: Etsi mihi *Dixit dare* potestatem eius (sc. se). Rud. IV, 4, 54: Continuo hunc *novisse dicent* scilicet. Trin. III, 3, 27: dotem *dare* si *dixerim*. [Terent. Andr. II, 3, 20: Patri *dic velle*. Hec. III, 4, 24: Quid vis *dicam*? PAM. — quod *constitui* hodie *conventurum* eum, Non *posse* (sc. me). IV, 1, 35: qui *vidisse* eum *dicent* Exeuntem aut intro euntem ad amicam. Ad. I, 2, 71: *dixit velle* uxorem ducere. Cato R. R. c. 157: Quos *diffidas* sanos *facere* = te sanos facturum. Cato ad M. filium (Iordan. p. 77, 6): *iurarunt* inter se barbaros *necare* omnis medicina. Plaut. Poen. I, 2, 148: *Liberare iuravisti* me haud semel, sed centies. Rud. V, 3, 20: *Iuratust* mihi *Dare*. v. 23: *iuratust dare* Mihi talentum magnum argenti. Cato R. R. c. 148: Si emptor postularit, dominus *iusiurandum dabit, verum fecisse* (sc. se). Plaut. Men. IV, 2, 93: *adiuro*, uxor: satin' hoc est tibi? Non *dedisse*, sc. me. Terent. Eun. II, 3, 40: Illum liquet mihi *deierare* his mensibus Sex septem prorsus non *vidisse* proxumis. Cato oratio, uti praeda in publicum referatur, ap. Priscian. VII, p. 782 P.: *Miror audere* atque *religionem* non *tenere*, statuas deorum, exempla earum facierum, signa domi pro supellectile statuere. In his subiectum mutatum est, nam exspectares religione non teneri. Weberus expl. religionem non retinere ees. Meyer.: „i. e. miror, religioni non esse hominibus." Plaut. Truc. I, 2, 102: nondum *advenisse miror* (sc. eum). Cato R. R. c. 5: dominus impune ne *sinat esse*. Plaut. Cist. I, 1, 117: *sine trahi* (sc. amiculum), quom egomet trahor. Ep. I, 1, 61: *Abire* hinc non *sinam*. Pseud. III, 2, 72: Suum siquid sumet, id tu *sinito sumere*. Poen. I, 2, 160: Quin *abire sinis?* III, 4, 12: Quid, si animus *esse* non *sinit* (int. ex praegressis frugi). Cato R. R. c. 161: Usque licebit vellas, donicum in semen *videris ire*. Plaut. Capt. II, 3, 60: *Videas* corde *amare* inter sese. Bacch. III, 6, 30: *Video* non *potesse* quin tibi eius nomen eloquar. Pers. IV, 4, 90: non *vides nolle* eloqui (sc. eam). Ennii annal. l. VII, fr. 15: dum *censent terrere* minis, hortantur ibei sos. Plaut. Mil. III, 1, 125: Censerem emori = existimarem mihi moriendum esse. Poen. V, 2, 62: Nequid clam furtive *accepisse censeas*. Ennii Thyestis fr. 10: quem quisque odit *periisse expetit*. Plaut. Curc. II, 3, 63: adnuo Vissitasse. Asin. II, 4, 36: *Aibat reddere*, quom extemplo redditum esset. Capt. II, 3, 5: Hic autem te *ait* mittere hinc *velle* ad patrem. Cist. II, 3, 63:

Certo modo Huius, quae locutast, *quaerere* (sc. te) *aibas* filiam. Men. III, 3, 1: *amare* te *ait* multum Erotium, sc. se.. Mil. II, 5, 20: Nam nec te neque me *novisse ait* haec, sc. se. Merc. III, 4, 52: Nemo *aiebat scire* (sc. se). IV, 2, 27: Quia me non *novisse ais* (sc. te). Pseud. II, 2, 55: cum eo *aiebat velle* mitti mulierem. IV, 7, 16: Leno ubi esset domi, me *aiebat arcessere*, h. e. aiebat se me arcessiturum esse. Poen. III, 3, 44: *ait* — Locum sibi *velle* (sc. se) liberum praeberier. Trin. IV, 2, 114: Atque ad amicum Calliclem, quoi rem *aibat mandasse* hic suam. Terent. Andr. III, 1, 12: Quid hic *sensisse ait?* IV, 2, 5: Videre *ait* te *cupere*. Eun. III, 3, 7 sq.: *Ait* rem divinam *fecisse* et rem seriam *Velle* agere mecum. Plaut. Capt. III, 4, 70: *Audin* lapidem *quaeritare?* sc. eum. Most. III, 2, 137: *Audin* 'fuerant' *dicere?* (sc. eum). Merc. V, 2, 104: Sed de amica se *indaudivisse* autumat, Hic Athenis *esse*. Poen. prol. v. 101: Quia *amare cernit*, tangere hominem volt bolo. Curc. II, 1, 11: *Adferre* argentum *credo* (sc. eum). IV, 2, 44: Perisse credo. Rud. I. 4, 25 sq.: ut vix mihi *Credo* ego hoc, te *tenere*. Bacch. III, 6, 19: *frustrari* alios stolidi *existumant*. Terent. Ad. II, 4, 6: Ne id adsentandi magis, quam quo habeam gratum, *facere existumes*. Plaut. Bacch. IV, 9, 90: Stulte *fecisse fateor*. Most. V, 2, 18: *Fateor potavisse*, amicam *liberasse* absente te, Faenori argentum *sumpsisse*. Terent. Andr. prol. v. 14: *fatetur transtulisse* atque *usum* pro suis. Ad. I, 1, 52: *Fateatur nescire* imperare liberis. Plaut. Cist. IV, 2, 75: *confitemur* Cistellam *habere*. Ep. IV, 1, 13: Certo east, quam in Epidauro pauperculam *memini comprimere*. Terent. Andr. II, 5, 18: forma bona *Memini videre*. Plaut. Curc. V, 3, 32: Non *conmemini dicere* (sc. me). Men. IV, 2, 89: *minatur* mihi oculos *exurere*. (om. pron. reflex.) Stich. I, 1, 20: quod tibi pater *facere minatur*. Men. IV, 5, 36: Tu istic, qui mihi Etiam me iunctis quadrigis *minitatu's prosternere*. Terent. Hec. III, 4, 13: Quod nunc *minitare facere*. Plaut. Cas. III, 3, 20: *Negavit posse*, quoniam (sic Apg, vulgo quando) arcesso, mittere. 5, 55: *negat ponere* alio modo ullo profecto. Ep. V, 2, 35: Quam *negat novisse* mater? Most. IV, 3, 30: Profecto non *negabo debere* (sc. me). V, 1, 31: Quia *negat novisse* vos (pron. reflex. om.). Men. IV, 2, 70: Et *negabas* me *novisse*, peregrinum aibas esse te? V, 1. 50: *Negas novisse* me? (sc. te). Rud. V, 2, 5: ei *dare negatis* quicquam. Stich. II, 2, 68: logi sunt illi quos *negabam vendere*. Truc. II,

1, 31: Si *negat habere* quod det (sic Herm. in cens. Kampm. de AB praep.). Terent. Andr. II, 2, 21: Negat vidisse; 3, 5: Sed si tu *negaris ducere*, ibi culpam in te transferet. Phorm. II, 4, 20: Negant Redisse, sc. eum. Plaut. Most. V, 1, 38: Servos *pollicitust dare* Suos mihi omnis quaestioni. Men. II, 2, 37: Nummum illum quem mihi dudum *pollicitus dare*. Terent. III, 5, 7: modo Qui *sum pollicitus ducere?* Plaut. Asin. II, 2, 110: Quin *promitto — hostire* contra ut meruerís. Cas. II, 4, 9: Casinam ego uxorem *promisi* villico nostro *dare*. Cist. II, 2, 7: Quia ei *promisi* dolium vini *dare*. Bacch. IV, 8, 79: Quos *dare promissi* militi. Rud. III, 4, 72 sq.: nam *promisimus* Carnufici aut talentum magnum aut hunc hodie *sistere*. Trin. prol. v. 5: si quidem operam *dare promittitis*. Curc. V, 2, 68 sq.: Quia illic ita *repromissit* mihi, Si quisquam hanc liberali adseruisset manu, Sine controversia omne argentum *reddere*. Rud. II, 3, 63: Quam liberam esse oporteat, *servire postulare*. Trin. IV, 2, 130: *nugari* nugatori *postulas*, ad q. l. Lind.: „postulas, ut ego nuger cum nugatore, h. e. tecum.“ Capt. II, 2, 6: Etiam quom *cavisse ratus est*, saepe is cavitor captus est. Most. IV, 2, 36: Nam nisi hinc hodie emigravit aut heri, certo *scio* His *habitare* (sc. eum). Men. II, 2, 71: Tum demum *sciam* Recte *monuisse* (sc. te). Et sic etiam *scilicet* Pseud. IV, 7, 83 (Ruhnk. ad Heaut. II, 3, 117): Scilicet solitum esse (sc. me). Men. III, 2, 17: quoniam *sentio Errare* (sc. eam). Aul. III, 4, 4: Qui *simulavit* mei honoris *mittere* huc causa coquos. Bacch. v. 75: *Simulato* me *amare* (= te me amare). Cist. I, 1, 98: *Adsimulare amare* oportet. Rud. V, 3, 43: tu meam *simulas agere*. Terent. Hec. II, 1, 38: Qui scis, an ea causa, mi vir, me *odisse adsimulaverit*. Plaut. Stich. I, 2, 23: Gratiam si [pace] petimus, *spero* ab eo *inpetrassere*. Terent. Hec. I, 2, 72: Seque ante, quam eam uxorem duxisset domum, *Sperasse*, eas tolerare *posse* nuptias. Plaut. Aul. I, 2, 13: Quid, si quispiam ignem quaerit? EU. *Extingui volo*. Bacch. v. 721: dici volo. Terent. Andr. I, 1, 118: (clamitans) *comperisse* Pamphilum pro uxore habere hanc peregrinam. Hec. IV, 4, 35: Non clam me haberet, quod *celasse* intellego. Ad. II, 1, 8: Tu quod te posterius *purges*, hanc iniuriam mihi *nolle* Factam esse.

Ad forman quod attinet, participium futuri activi omisso *esse* pro infinitivo positum uno loco de plurali, duobus de genere feminino dictum habet formam in *um*, non in *os* et

eum exeuntem, ex quo concludi licet, infinitivum illum priscis temporibus indeclinabilem fuisse. Sunt autem hi: Cato origg. l. V (ap. Iordan 26, 7): Illi polliciti sese *facturum* omnia, v. Priscian. l. IX, p. 864 P. Plaut. Cas. III, 5, 37: deinravit *Occisurum* eum, hac nocte quicum cubaret, v. adnot. Gruteri. ib. v. 51: Altero te *Occisurum* ait.

8. Sequitur ut reliqua enumerem exempla, in quibus infinitivus *accusativi* locum tenere dici potest, quo pertinent omnia ea verba, quae etiam alium accusativum obiecti adsciscere possunt. Naevii elogium ab ipso scriptum (Egger. p. 123): *Obliti sunt* Romai *loquier* Latina lingua. Plaut. Most. II, 2, 56: Lucernam forte *oblitus fueram extinguere.* Poen. prol. v. 118: pene *oblitus sum* reliquom *dicere.* Pers. IV, 7, 12: *oblitus sum* intus dudum *edicere.* Cato R. R. c. 20: eo plumbum *effundere caveto,* ne labet columella. C. 1: Praedium quum *parare cogitabis.* C. 3: *aedificare* diu *cogitare* oportet, *conserere cogitare* non oportet. Plaut. Amph. I, 1, 163: Mirum ni hic me quasi muraenam *exossare cogitat.* Merc. II, 2, 45: Nunc tu me, credo, *castigare cogitas.* Pseud. I, 5, 60: atque haut alio modo Me *verberare* atque ego te soleo *cogitas.* Terent. Eun. IV, 7, 7: Quid ignave, peniculon *pugnare,* qui istum huc portes, *cogitas?* Cato orat. contra Thermum de decem hominibus ap. Gell. XIII, 24: Tuum nefarium facinus peiore facinore *operire postulas.* Plaut. Amph. I, 1, 205: Tun domo *prohibere* peregre me advenientem *postulas?* II, 2, 157: Nam haec quidem nos delirantis *facere* dictis *postulat,* ad q. l. Lamb.: „ἀξιοῖ, aequum putat." Aul. IV, 1, 3: Nam qui ero ex sententia *servire* servos *postulat.* Cas. V, 4, 1: Ubi tu's nunc, qui *colere* mores Massiliensis *postulas?* Most. I, 3, 102: Una opera ebur hercle atramento *candefacere postules.* IV, 3, 29: ne *ire* infitias *postules.* Men. V, 2, 43: Una opera *prohibere,* ad cenam ne promittat, *postules.* v. 45: *dare* illi opera pensum *postules.* V, 9, 21: Tuum tibi ego neque *occupare* neque *praeripere postulo.* Mil. II, 5, 27: Falsum nomen *possidere,* Philocomasium, *postulas.* Pseud. III, 2, 62: An tu *invenire postulas* quemquam coquom. Poen. III, 5, 31: Lupo agnum *eripere postulant.* Rud. prol. v. 17: Qui hic litem *apisci postulant* periurio. Truc. IV, 2, 17: Stultus es, qui facta infecta *facere* verbis *postulas.* Terent. Andr. IV, 1, 22: Etiam nunc me *ducere* istis dictis *postulas?* v. 36: nec *postulabat* nunc quisquam uxorem *dare.* Adelph. II, 2, 30: Per oppressionem ut

hanc mi *eripere postulet?* Cato R. R. c. 5: Opus rusticum omne curet uti *sciat facere.* C. 143: Farinam bonam et far subtile *sciat facere.* Plaut. Asin. IV, 1, 48: Neque ulla lingua *sciat loqui* nisi Attica. Merc. III, 1, 24: Quom *facere* officium *scis* tuum. IV, 1, 20: Nimium *scis sapere.* Pseud. I, 2, 89: Quae *pacisci* modo *scis*, set quod pacta's non *scis solvere.* Pers. I, 1, 6: Nec quicquam nisi 'non est' *sciunt* mihi *respondere.* IV, 4, 92: nil *scit* nisi verum *loqui.* V, 1, 10: inprobust homo, qui beneficium *scit accipere* et *reddere nescit.* 2, 71: *sciunt referre* probe inimico gratiam. Cato R. R. c. 25: sicque facito *studeat* bene percoctum siccumque *legere.* Plaut. Pseud. I, 5, 108: *Studes* hercle *audire.* Cato R. R. c. 2: quae *locare velit.* C. 3: Si rotas *voles facere.* C. 5: Ne quid *emisse velit,* — ne quid — *celavisse velit.* — Haruspicem — ne quem *consuluisse velit.* C. 40: quod genus *inserere voles.* Cato or. pro direptis Lusitanis (ap. Egger. p. 108, Iordan 27, 6): Si *volo* augurium optime *tenere.* Ennii Telephi fr. 12: Si *voles advortere* animum. Plaut. Amph. II, 2, 76: unum *rogare* te *volo.* Asin. I, 1, 52 sq.: *volo amari* a meis, *Volo me* patris mei *similem.* I, 3, 29: Is *dare volt,* is *se* aliquid *posci.* Aul. prol. v. 10: Nunquam *indicare* id filio *voluit* suo. Cist. IV, 2, 78: Sed ego rem meam magnam *confabulari* Tecum *volo.* Pseud. II, 2, 45: verum si *dare vis* mihi. IV, 7, 59: hunc *advocare* etiam *volo.* v. 102: Immo edepol *esse vis* (sc. Harpax). Poen. I, 1, 31: *Vin* tu illi nequam *dare* nunc? AG. Cupio. v. 33: *Vin dare* malum illi? AG. Cupio. v. 48: Se *amare velle* atque *obsequi* animo suo. v. 63: Oculos *volo* Meos *delectare* munditiis meretriciis. v. 78: Si *vis videre* ludos iucundissimos. v. 80: Hem amores tuos, Si *vis spectare.* 2, 1: Negoti sibi qui *volet* vim *parare.* v. 95: Eho tu, *vin* tu facinus *facere* lepidum et festivom? MI. volo. III, 42: Siquid tu placide otioseque *agere vis.* III, 3, 1: convivas *volo Reperire* nobis commodos. v. 68: *Videre* equidem vos *vellem.* V, 2, 3: si frugi *esse vis* v. 38: doni *volt* tibi *Dare* nescio quid. v. 88: tesseram *Conferre* si *vis,* hospitalem eccam attuli. 3, 41: si *vis* tuas *videre* filias. V, 4, 42: qui bene *volt* vobis *facere.* Pers. I, 1, 7: Qui ero suo *servire volt* bene servos servitutem. IV, 4, 54: Hospes, *volo* ego hanc *percontari.* V, 2, 62: Graphice hunc nunc *volo ludificari.* Truc. II, 2, 6: volo scire. v. 28: Mulieres *volo convenire* vostras. 4, 69: Quin dis *sacrificare* hodie pro puero *volo.* IV, 3, 5: Hic nunc *volo scire* eodem

pacto. 4, 10: Me *videre vis*. Naev. Corollaria fr. 1: *nolo* ego Hanc adeo afflictim *amare*. Cato R. R. c. 5: Vilicus si *nolet* male *facere*. Ennii Thyest. fr. 11, v. 404: *Nolite*, hoplites, ad me *adire*. Plaut. Aul. II, 4, 7: Post siquis vellet, haut *nevelles dividi?* Poen. V, 5, 42: *nolito* in serium *convertere*. Pers. V, 2, 69: *Nolo* mihi bene *esse*. Bacch. III, 4, 16: Mendicum *malim* mendicando *vincere*. Poen. III, 3, 93: Quin hercle *accipere* tu non *mavis*, quam ego *dare* (ΔΘp darem). IV, 2, 5: vel in lautumiis, vel in pistrino *mavelim Agere* aetatem — Quam apud lenonem hunc servitutem *colere*. Pers. I, 1, 4: cum Antaeo *deluctari malui*. Truc. II, 2, 5: *Aegrotare malim* quam *esse* tua salute sanior. Plaut. fragm. Addict. p. 475: Opus *facere* nimio quam *dormire mavolo*. Enn. annal. l. VIII, fr. 9: Certare abnueo. l. XIII, fr. 5: Matronae moeros complent *spectare faventes* (Servius in Georg. I, 18: „favere enim veteres etiam velle dixerunt.“ Enn. Medeae exulis fr. 15: quod iter *incipiam ingredi?* Hectoris lustra fr. 3: Castrisque castra *conferre* ultro iam (sic Bergkius) *occupat*. Plaut. Most. III, 1, 36: Set *occupabo adire*. Poen. I, 2, 107: noctu sacruficatum *ire occupant*. Rud. I, 4, 28: *occupes praeloqui*, quae mist oratio. Stich. I, 2, 32: *ferre* advorsum homini *occupemus* ausculum. Ennii Hecuba fr. 3: pergunt lavere. Plaut. Amph. II, 2, 169: Perge exequi. v. 171: *perge* porro *dicere*. Poen. I, 3, 24: Pergin pergere? v. 25: *pergin'* aures *tundere?* V, 2, 23: Punice *pergam loqui*. V, 4, 54: *Pergo* etiam *tentare?* Ennii Phoenicis fr. 4: tun *potuisti credere?* Plaut. Capt. II, 3, 65: Magis non factum *possum velle* quam opera *experiar persequi*. Poen. V, 2, 26: nam qui *scire potui?* Ennii epigrammata 2, v. 5 sq.:

cui nemo civis neque hostis
Quivit pro factis *reddere* opis pretium.

Terent. Hec. I, 2, 108: denique ubi non *quit pati*. Plaut. Amph. III, 2, 1: *Durare nequeo* in aedibus. Stich. I, 3, 12: Set matrem *parere nequeo*. Bacch. III, 1, 10 sq.: Quibus patrem et me teque amicosque omnis *adfectas* tuos Ad probrum damnum flagitium *adpellere* una et *perdere*. Schmiederus: „id agere videris, ut patrem cet. ad probrum cet. adpellas et omnes perdas.“ Epid. V, 2, 25: Tragulam in te *iniecere adornat*. Rud. IV, 2, 31: Magnas res hic *agito* in mentem *instruere*. Poen. I, 2, 137: *conperce*, amabo, me *adtrectare*, Agorastocles. Bacch. III, 3, 59: *conpesce* in illum *dicere* iniuste. Pers. II, 1, 3: mandata

hau *consuevi* simul *bibere* una. Plaut. fragm. Astraba p. 476, v. 1: meam spem *cupio consequi*. Truc. I, 2, 79: non *didici fabulare*. Pseud. II, 2, 30: quid *dubitas dare?* Poen. III, 5, 44: Sed quid ego *dubito fugere* hinc in malam crucem? Asin. I, 1, 12: quod *scire expetis*. Aul. IV, 4, 25: audire expetis. Curc. I, 2, 11: ipsum *expeto tangere*, *invergere* in me liquores tuos. Cist. II, 3, 13: animus *audire expetit* Ut gesta res sit. Mil. IV, 6, 43: quum *expeto videre*. Poen. V, 3, 12: id *scire expeto*. Rud. I, 4, 20: Set *videre expeto* te. IV, 2, 13: Tempestate saeva *experiri expetivi*. Merc. V, 2, 72: inceptum hoc itiner *perficere exsequar*. Rud. III, 3, 4: [Nec scimus quam in] partem *ingredi persequamur*. Pers. II, 2, 42: nihili *facio scire*. Pseud. I, 3, 82: si isti *formidas credere*. Aul. II, 2, 70: Pauper *metuit congrediri*. Bacch. v. 65 sq.: Quid ego *metuam* rogitas? adulescens homo *Penetrare* huius modi in palaestram. Most. V, 2, 4: Ait se *metuere* in conspe[ctum sui patris] *procedere*. Pseud. I, 3, 70: *Metuont credere* omnes. BA. eademst mihi lex, *metuo credere*. Pers. III, 3, 36: Fortasse *metuis* in manum *concredere?* Truc. II, 4, 2: Quo *introire metuas*. Merc. I, 1, 52: Omnes *timerent* mutuitanti *credere* (sic Ritschelius), ad q. l. Turneb.: „= omnes abstinerent, caverent et parcerent credere pecuniam.“ Epid. I, 1, 39: mecum *ire veritust*. Mil. IV, 4, 32: Ne ille mox *vereatur* [huc] intro *ire* in alienam domum. Terent. Andr. II, 1, 23: Vereor dicere. III, 2, 8: veritust — facere. V, 4, 33: Tum illam *relinquere* hic *est veritus*. Adelph. II, 4, 5: ah *vereor* coram in os te *laudare* amplius. Plaut. Cas. II, 8, 35: iam *osculari gestio*. Men. III, 2, 21: turbare gestio. Mil. I, 1, 8: Quae misere *gestit* stragem *facere* ex hostibus. V, 5: Quin iam dudum *gestit* moecho [huic] hoc abdomen *adimere*. Capt. III, 4, 52: vide sis nequid tu huic temere *insistas credere*. Truc. IV, 2, 31: Nam *invidere* alii bene *esse*, tibi male *esse*, miseriast. Capt. II, 1, 51: Qui fueris et qui nunc sis *meminisse* ut *memineris*. Epid. V, 1, 51 sq.: *memento* — Suppetias mihi — *ferre*. Bacch. II, 3, 94: Facito ut *memineris ferre*. Stich. I, 2, 2: Nec voluntate id *facere meminit*. ib. v. 3 sq.:

Vos meministis quotkalendis petere demensum cibum:
Qui minus *meministis* quod opust facto *facere* in aedibus?

Mil. III, 1, 49: Incommoditate *apstinere* me apud convivas commodo *Conmemini*: et meae orationis iustam partem *persequi* Et meam partem itidem *tacere*. Aul. IV, 4, 24: Iam *scrutari mitto*.

Pers. II, 2, 25: *Mitte* male *loqui*. IV, 4, 89: Iam de istoc *rogare omitte*. Terent. Andr. V, 1, 8: *remittas* iam me *onerare* iniuriis. Aquilius Boeotia v. 6: Ubi ubi *monebat esse*. Plaut. Cas. III, 6, 19: nihil iam *moror*, barbarico ritu Sane *esse* (sic Ladew. adnot. ad Cas. p. 185). Most. III, 2, 157: Apage istum circumductorem: nil *moror ductarier*. Amph. II, 1, 39: Qui quoniam erus quod imperavit *neglexisti persequi*. Merc. I, 1, 85: Et mea promissa non *neglexit persequi*. Pers. IV, 3, 23: res quaedam, quam *occultabam* tibi *dicere*. Amph. III, 2, 19: Inimicos semper *osa sum optuerier*. Pers. II, 2, 40: *Offirmastin' occultare* quo te inmittas, pessume? Asin. III, 3, 18: Quor tu opsecro inmerito meo me morti *dedere optas?* Aul. prol. v. 11: Inopemque *optavit* potius eum *relinquere*, Quam eum thesaurum commonstaret (sic codd. Gruteri, non commonstrare) filio. Terent. Hec. IV, 4, 29: Hunc *videre* saepe *optabamus* diem. Andr. prol. v. 20: Quorum *aemulari exoptat* neglegentiam. Plaut. Capt. III, 5, 30: Meumque potius me caput periculo [Hic] *praeoptavisse* quam is periret *ponere*. Mil. V, 12: *oratus sum* huc *venire*. Merc. III, 4, 62: quo nunc *ire paritas*. Asin. II, 4, 28: delenire adparas. Aul. II, 4, 29: Aquam hercle *plorat*, quom lavat, *profundere*, quod Perizonio ad Sanct. p. 428, adnot. 5 durius videtur et ellipticum, = propterea quod profundat. Merc. II, 3, 68: verum quod *praeterii dicere*. Curc. I, 1, 35: Nemo *ire* quemquam puplice *prohibet* via. Trin. v. 370: Tu modo ne me *prohibeas accipere*, siquid det mihi. Terent. Heaut. III, 3, 12: ea *facere prohibet* tua praesentia. Hec. II, 2, 24: Quae res te id *facere prohibet?* Plaut. Aul. II, 2, 4: Nunc domum *properare propero*. IV, 1, 14: properet persequi. Curc. V, 3, 3: Nunc nisi tu mihi propere *properas dare* iam triginta minas. v. 4: vitam *propera ponere*. Cas. IV, 2, 6: Sed *properate* istum atque istam actutum *emittere*. Cist. I, 3, 3: properavit — proloqui. V, v. 6: propera ire. Epid. II, 2, 36: properat perdere. III, 4, 78: *Propera* igitur *fugere* hinc. Men. V, 2, 2: progrediri properabo. Merc. II, 1, 19: ni illam *properem* ab sese *abducere*. Pseud. III, 2, 67: Ut nostra *properes amoliri* [hinc] omnia. IV, 2, 36: Set *propera* hanc *pellegere* quaeso epistulam. v. 40: *Propera pellegere* ergo epistulam. Rud. II, 4, 26: *Propera* amabo *eeferre*. Truc. II, 2, 31: *abire* hinc ni *properas* grandi gradu, Iam ego istos fictos — expellam. 4, 13: *Properate auferre* mensam. Caecil. Stat. Fallacia fr. 3: nisi meam rem iam omnem *propero*

incursim *perdere*. Plaut. Poen. I, 2, 108: Priusquam Venus expergiscatur, prius *deproperant* sedulo *Sacrificare*. Bacch. IV, 4, 10 (v. 655): et bene *facere* et male *tenet*. Truc. V, v. 9: Manus *vetat*, priusquam penes sese habeat, quicquam *credere*. Terent. Hec. II, 2, 2: ut te *cogam* Quae ego inperem *facere*. Phorm. IV, 3, 71: Nam illi mihi dotem iam *constituerunt dare*. Plaut. Bacch. IV, 10, 7: Ego *dare* ludum gnato *institui*. Terent. Hec. V, 2, 10: quod aliae meretrices *facere fugitant*. Adelph. II, 3, 1: Abs quivis homine, quomst opus, beneficium *accipere gaudeas*. Andr. V, 1, 15: ut ne illis *animum inducas credere*. Eun. III, 2, 37: qui huic *adsentari animum induxeris*. Hec. I, 2, 24 sq.: ut ille — posset *animum inducere* Uxorem *habere*. Omisso animum Plaut. Amph. III, 2, 35: quo pacto id *ferre induceres*. Terent. Andr. V, 2, 1: Animo nunciam otioso *esse inpero*. Eun. II, 2, 21: Postremo *inperavi* egomet mihi Omnia *adsentari*.

9. Liberior est usus infinitivi, si non pro accusativo, sed pro *alio casu* vel *praepositione cum casu iuncta* accipiendus est, quod fieri potest post substantiva, post adiectiva, post verba.

a. *Substantiva*. Ennii Medeae exulis fr. 3: *Cupido cepit* miseram nunc me, *proloqui* Caelo atque Medeai miserias, ubi inf. a substantivo et verbo coniunctim pendet. Plaut. Capt. II, 1, 17: Ut sine hisce arbitris atque vobis *locum* Detis nobis *loqui*. Truc. IV, 4, 24: nam re *facere*, si velim, non est *locus* (= faciendi). Menaechm. II, 1, 8: Nam quid *modi futurumst* illum *quaerere?* Capt. II, 3, 64: nunc adest *occasio* Benefacta *cumulare*, cf. Lindem. in utraque editione. („Infinitivus pro gerundio, sive, ut diligentius dicamus, inf. sine certa ac peculiari casus nota. Cf. Goerenz. ad Cic. Acad. II, 6, p. 37" cett.). Curcul. I, 1, 60: ut quaeque illi *occasiost Subrupere* se ad me = surripiendi. Men. III, 3, 29: dum datur mi *occasio Tempusque*, *abire* ab his locis. Poen. III, 3, 46: Tu, si te di amant, *agere* tuam rem *occasiost*, h. e. agendi. V, 4, 42: facere occasiost. Pers. IV, 7, 16: nunc est illa *occasio* Inimicum *ulcisci*. Coniunctus cum gerundio est infinitivus a Terentio Phorm. V, 7, 2: Summa *eludendi occasiost* mihi nunc senes Et Phaedriae curam *adimere* argentariam. Plaut. Men. II, 1, 19: *Operam* praeterea numquam *sumam quaerere*, quod potes etiam ad infinitivum consilii (§ 5) referre, itidem ut Terent. Hec. IV, 1, 38: *dare operam* id *scire* (= ut sciamus). Plaut. Pseud. IV, 2, 42:

operam face compendi *quaerere*. Asin. V, 2, 62: *Tempus est subducere* hinc me. Most. III, 2, 25: *tempus* nunc *est* senem hunc *adloqui* mihi. Terent. Hec. V, 4, 2: Ne me in breve conlicias *tempus* gaudio hoc falso *frui*, ad q. l. Schmiederus: „frui est Graec. more pro: ut fruar. Non raro tempus iungitur infinitivo pro gerundio; tempus gaudio frui est tempus gaudendi.“ Fortasse huc spectant etiam omnia ea exempla, ubi lubido est sequitur infinitivus, quae dubitanter ad § 2 retuli.

b. *Adiectiva*. Plaut. Trin. v. 76 (I, 2, 39): ut te *videre audireque aegroti* sient. Schmiederus: „aversentur.“ Lindemannus: „cum te videant audiantve.“ Immo: si id agitur, ut te videant audiantque. Epid. II, 2, 13: per omnem urbem quem sum *defessus quaerere*. V, 2, 55: Ego sum *defessus reperire*, vos *defessi quaerere*. Merc. IV, 5, 3: *Defessus* sum urbem totam *pervenarier*. Pseud. IV, 7, 3: suum qui officium *facere immemor* est. Ennii annal. l. VII, fr. 12: alter *pugnare paratust*. Plaut. fragm. Cistell. p. 477: *potin'* es tu homo facinus *facere* strenuum?

c. *Verba*. Cato in origg. l. VII: Multa me *dehortata sunt* huc *prodire*. R. R. c. 1: neve opera tua *parcas visere*, et ne *satis habeas* semel *circumire*. Plaut. Epid. III, 4, 28: Nam quid ego apud te *parcam proloqui?* Bacch. IV, 8, 69: Cave *parsis* in eum *dicere*. Pers. II, 5, 11: pressare parce. Terent. Hec. III, 1, 2: hancine ego vitam *parsi perdere?* Ennii annal. l. XVII, fr. 5. v. 425: fluctus *extollere certant*. Iphigeniae fr. 2 (F. v. pedum p. 249 M.):

Procede; gradum *proferre* pedum
Nitere. Cessas —?

Telamon. fr. 8: Dein senis me *facere* pietas, civium *porcet* pudor. Alexandri fr. 1, v. 67: temperaret tollere. Plaut. Poen. prol. 22: dormire temperent. v. 33: Canora hic voce sua *tinnire temperent*. V, 2, 76: *Maledicere* huic tu *temperabis*. Curc. I, 3, 24: Dum mi *apstineant invidere*. V, 2, 72: Quid *cessas*, miles, hanc huic uxorem *dare?* Pers. I, 3, 32: quid *cessamus* proelium *committere?* II, 2, 15: *Cesso ire* ego, quo missa sum? IV, 4, 3: Numquid principio *cessavit* verbum docte *dicere?* IV, 9, 5: Quid ego igitur *cesso* infelix *lamentarier* —? Bacch. V, 2, 52: Ut istuc delictum *desistas* tanto opere *ire* oppugnatum. Rud. III, 3, 20: *Desiste* dictis nunc iam miseram *consolari*. Aul. II, 5, 15: ne *operam perdas poscere*. Lamb.: „= in poscendo.“ Most. V, 2,

51 sq.: Tu *quiesce* hanc rem modo *Petere.* Truc. IV, 3, 9: vis *subigit* verum *fateri.* Terent. Phorm. I, 2, 4: Amo te et non *neglexisse* (sc. te) *habeo gratiam.*

10. *Infinitivus in exclamationibus et interrogationibus mirantium vel indignantium positus.* Hic non ex ellipsi, sed ex ipsa natura infinitivi, qui nil nisi cogitationem exprimit, explicandus est, de qua re vide etiam Stallbaumium ad Rudd. II, p. 226 sq. Plaut. Curc. V, 2, 25: Servom *antestari?* vide. einen Sclaven zum Zeugen anrufen? sieh dich vor. Cas. I, v. 1: Non mihi *licere* cett. Terent. Andr. I, 5, 18: Tantamne rem tam neglegenter *agere!* V, 2, 29: Tantum laborem *capere* ob talem filium? V, 3, 8: Adeo (sic Both. et Fleckeisen.) inpotenti *esse* animo. Eun. II, 1, 3: Ah *Rogitare,* quae est exclamatio indignantis, ubi Schm. addendum censet: te miror. Donatus: „Deest vis vel pergis, ut sit, rogitare pergis? Vel te, si ipsum respicit, vel hunc, si aversus haec dicit, ut sit: Ah, rogitare te? aut rogitare hunc?" Nihil addendum est, sed est: über das Fragen! Phorm. II, 1, 2: non simultatem meam *Revereri* saltem! non *pudere!* V, 9, 53: nil *pudere?* Adelph. IV, 2, 23: Non *puduisse* verberare hominem senem! Hec. IV, 1, 17: Adeon pervicaci *esse* animo, ut puerum praeoptares perire.

Cap. X.

De gerundio et gerundivo.

In natura gerundii et gerundivi recte constituenda et cognoscenda ab antiquissimis temporibus ab iis, qui de grammatica latina scripserunt, permultum operae et studii collocatum est, sed ita ut diversissimas de hac re protulerint sententias, quod non est mirandum, siquidem hic est locus grammaticae ad investigandum perquam difficilis. Quaesitum enim est primum de origine utriusque formae et utrum gerundium ex gerundivo esset deducendum, an contra. Deinde quod ad significationem attinet gerundii, utrum pro activo an pro passivo esset habendum, tum quomodo differret eius nominativus significatione a casibus obliquis quaeque ei ratio intercederet cum infinitivo. De gerundivo autem, quum et praesentis et futuri et necessitatis et (in casibus obliquis) nudae actionis, quae verbo expressa est, significationem habeat, quae harum signi-

ficationum esset prima, ex qua tanquam ex fonte reliquae essent deducendae, denique ab iis, qui ab eo gerundium neque contra ex hoc illud derivarunt, qui factum esset ut ex passiva forma activa oriri vel accusativum adiunctum habere posset. Tandem recentissimo tempore extitit Weissenbornius, qui omnibus a grammaticis de hac re in medium prolatis sententiis accurate recensitis et subtiliter inquisitis atque diiudicatis adiutus linguarum comparatione ex ipsa origine participii in *ndus* exeuntis investigata omnes has quaestiones difficiles ita solvit, ut facile in eo acquiescere possimus. Itaque antequam, qui sit priscorum scriptorum usque ad Terentium harum formarum usus, edoceam, necessarium videtur, summam disquisitionis Weissenbornianae, quam paucissimis id fieri poterit, exponere, quo deinde tanquam fundamento nisi singula genera huius usus planius dispicere atque intelligere possimus. Derivat igitur Weissenbornius (p. 105) praeeunte Pottio (Etymol. Forschungen II, p. 239) gerundium ex verbo *dare* pro suffixo aliis verbis addito, neque tamen ea vi, qua graeco δοῦναι respondet, sed qua idem est atque θεῖναι. Hae enim voces, inquit, et origine et significatione diversae in latino sermone, quippe qui aspirationem in consonantibus literis fugeret, in unam formam coaluerunt. Duas autem esse radices et reliquae eiusdem stirpis linguae testantur, et in latina ex vario vocis usu, qui vix ad unum caput potest revocari, ex duabus radicibus facile explicari, intelligitur. Saepissime enim *dare* ita dicitur, ut maxime respondeat vocabulo germanico thun, cognato graecae voci θεῖναι. Et hac quidem vi praeditum, quae satis late patet et facile ad ipsam actionem designandam potest adhiberi, in multis verborum formis effingendis usurpatur. Et in latino quidem sermone duplici modo in hunc usum convertitur. Aut enim proxime neque alio ullo elemento adiecto ad ipsam radicem apponitur, velut suffixum *dus* eum indicat, qui id agit quod in verbo radicali inest, aut, interposito elemento *n*, quod ad vocalem vocis primariae se adiungebat, vel potius syllabae *un*, cuius prima litera *a* vel *e* antecedente omittebatur, ut iam fieret *faci-un-dus, conde-ndus, ama-ndus.*[2]) Deinde

[2]) Simplicior quam haec derivandi ratio G. Curtio in censura libri Weissenbornii Boppii ratio videtur, qui formam in nd-us a participio praesentis act. deducit, mutato *t* in *d*.

improbata Pottii quamvis acute excogitata sententia, qui syllabam suffixo *dus* antecedentem ex suffixo *ana*, quod Germanorum infinitivo originem dederit, repetendam esse existimat, sic pergit (p. 106): „Si probabile est suffixum *dus* indicare facientem, efficientem, commoventem, ponentem, iam hoc maxime requiritur, ut id quod ab eo efficiatur apta ratione significetur. Ad id autem nihil erat accommodatius quam accusativi forma ad quam *dus* illud adderetur. — Nescio an illis *un* (*e*)*n* (*a*)*n* quae in participio et gerundio videmus ad radicem addita accusativi indicentur nominum abstractorum, qualia sunt cura, iocus all.; quibus actio ipsa significatur. Ultimum autem accusativi elementum non apte poterat servari, sed ut in aliis verbis factum videmus, sono ipso iubente in eam literam, quam quae sequitur d postulabat, erat mutanda: Quae si vera sunt, formam habemus, qua res indicatur, quae actionem verbo radicali vel substantivo potius inde dicto significatam efficiat. Idque vel maxime iis adiectivis confirmatur, quae in bundus et cundus exeunt, quibus et veteres magistri et recentiores id tribuant, ut actionem denotandi vim habeant. Sed cum verbum dare ea vi, qua faciendi vel ponendi habet potestatem non in latina tantum lingua, sed in ceteris latissime pateat, etiam suffixum *dus*, quod inde ducitur, in varios usus adhiberi poterat, et vel id denotare quod actionem efficeret, vel quod eam moliretur, pararet, ut ea fieret causa esset. Ea enim res, quae aliquid efficere dicitur, non necesse est ipsa id perficiat, sed ut fiat et absolvendum suscipiatur impellere, et vel facere potest ipsa vel admittere actionem. Itaque si veram et nativam illius formae vim respicimus non possumus non *activam* dicere, quippe quae principium agendi et id quod actionem efficiat significet, sin illud reputamus, eis rebus adiungi, quae causa sint, ut aliquid fiat nec ipsae id efficiant, sed ad agendum impellant vel invitent, *passivam* licet nominare, quae recipi significet, quod aliunde infertur; ut inter passivum et activum, quod supra commune esse participialium diximus, videatur esse media [cf. p. 78]. Igitur lugendum eum dicimus, qui luctum efficit, vel qui ita comparatus est ut lugeatur; liber legendus, qui lectionem habet et causa existit quare legatur; in comitiis praetoribus eligendis intelliguntur praetores, qui efficiunt electionem et ut eligantur causa sunt; pudendum dicimus quod pudorem facit et ut eius pudeat. In

ipsa autem suffixi *dus* natura inest, ut non possit eum designare, qui rem iam perfecerit et absolverit, sed aptum sit ad eam conditionem describendam, in qua is est qui cum maxime agit et in agendo versatur; aut qui actionem praeparat et ut fiat efficit; ut haud raro e verbis additis, quid quoque loco valeat et quomodo intelligi debeat, pendere videatur. Tamen tantopere actionis notio eminet ut omnes fere agnoverint et explicare conati sint grammatici, quomodo adiectiva forma in infinitivi locum potuerit succedere. Id quomodo factum sit iam patet ipsa participii forma cognita, si reputamus eam fuisse linguarum antiquarum indolem, qua haud raro non tam ipsam actionem significarent, quam rem in actione aliqua versantem aut conditione praeditam. Quod non solum in hac in *dus* cadente forma, sed etiam in participio praeteriti factum esse vulgatis illis: receptus Hannibal — bellum faciebat — comprobatur. Iam vero neutra adiectivorum personae vel rei notione, cui qualitas adiectivo significata adhaeret, obscurata et paene oppressa ipsam qualitatem, quamquam non ut rem per se exstantem, quod substantivorum est, designant, tamen nominant et notant neque ad rem aliquam referunt. Adiectivis autem cum etiam id quod in *ndus* terminatur sit adsignandum, quatenus formam adiectivam habet nec a significatione longe abist, eius neutrum non rem quae actionem efficit potest designare, sed ipsum *efficere actionem* vel ipsum agere, ut *legendi* iam non sit alicuius rei quae lectionem efficit aut habet, sed ipsum legere, et ita proxime ad infinitivi potestatem accedat. Sed cum e forma profectum sit inter activum et passivum media ipsamque casus et nominis formam retineat, non minus quam substantiva verbalia omisso activi et passivi discrimine generalem tantum et universam actionis notionem designat, quae prout actionis aut passionis subiectum infertur in hanc illamve partem trahi potest: atque quemadmodum lectionem dicimus eius qui legit et libri eius qui legitur, ita *censendi* referri potest ad censorem et ad eum qui censetur. Quae nisi esset gerundii natura non intelligeretur, quo modo alii solam activam alii passivam vim potuissent inferre et vi atque arte singula exempla ad hanc illamve contorquere. Quodsi ipsam actionem indicat gerundium, cum non verbi finiti proprium sit casus regere, nec ea vis insit in subiecti et praedicati intima illa quae in verbo finito fit intercedente copula coniunctione,

sed in efficacia vel ἐνέργεια verbi radice significata, non potest sane mirum esse, omnes ei quibus actio accuratius definitur et casus adiungi et adverbia. Participium autem eos ne poterat quidem admittere. Nam cum ad eam rem, quae actionem efficit aut molitur et praeparat, se accommodet, eam nullo modo potest etiam obiecti loco asciscere, nisi ubi verba, quae duo habent obiecta, mutata structura alterum retinent. — Iam vero cum res, cui verbale illud adiectivum tribuitur efficere quidem actionem dicatur, ea autem significatio partic. praes. act. esset adsignata, illud ad eas res maxime referri coeptum est, quae actionem ita efficerent, ut non ipsae agerent potius quam causa essent quare fieret aliquid et susciperetur. In quem usum cum sensim abiisset, verborum neutrorum et intransitivorum eius generis participia si non omnia, at plurima in usu esse desierunt; neque vero causa erat, cur etiam neutrum omitteretur, quippe quo ipsa actio omnibus verbis communis designaretur. Illud autem cum iam res describeret, quae id quod fieret admitterent et tolerarent, quamquam non sua vi, tamen casuum potestate aut praepositionibus adiutum, cum requireretur forma, qua rei quam maxime perpetientis conditio insigniretur, in *participii praes. pass.* locum succedere coepit. [Assentiuntur Donatus ad Terent. Andr. V, 4, 35, Laurentius Valla, Linacer, Susenbrotus in gramm. lat. p. 64, Perizonius ad Sanct. Min. p. 142, Haasius, Luebkerus]. Ex eadem autem illa nativa vi, qua non ad actionem absolutam referri potest, sed eam rem describit, quae actionem molitur aut ut fiat efficit eiusque suscipiendae causa existit, illud etiam intelligitur, quomodo haec potissimum forma verbis adiectis sublevata *necessitatis* quoque significationem potuerit suscipere. Nam negari non potest eam tum maxime locum habere, cum adiectum est verbum substantivum. Id autem, ubi ad verba aut formas verborum, quae solam actionem designant adiungitur neque existere tantum res significat, neque copulae nudae habet vim, sed modalem aliquam potestatem, neque multum abest, quin vel fieri actionem posse vel necesse esse indicet. — Hac igitur vi praeditum verbum *esse*, ubi ad formam in *ndus*, qua res significatur quae actionem efficiat et eius causam habeat, adiicitur, quam prope eam ad necessitatem adducat facile perspicitur. Si enim *liber legendus est* hoc valet, librum ita revera esse comparatum, ut causam habeat quare

legatur, non sane negligenda est lectio, sed oportet eum legere. Quae quidem significatio nescio an adiuvetur etiam dativo adiecto. — Itaque facillime dativo et verbo substantivo cum forma in *ndus* coniunctis ut necessitatem significaret poterat effici; deinde vero solum v. *esse* putabatur sufficere; id ubi non est adiectum, ab hac potestate videtur alienum esse. Sed cum id quod in praedicato inest facile etiam in attributum transferatur, participium ipsum necessitatem vel dignitatem designare coepit, rarius primum, quod illa forma non plenam habebat necessitatis notionem, deinde vero a poetis maxime frequentata et a pedestris orationis scriptoribus recepta est. Adiuvabatur autem hic usus casuum obliquorum significationibus. — Ne ab hoc quidem usu neutrum in *ndum* terminatum poterat excludi, quod quidem accedente verbo substantivo quasi modum quendam necessitatis obiectivae exprimit. Sed cum neutrum partc. non adiuvaretur attributiva constructione, quae praedicati potestatem etiam in obliquos casus transferret, solo *recto casu* ad actionis significationem necessitatis notionem assumpsit. Neque tamen ipsius actionis designandae vim deposuit. Qua manente ut in reliquis casibus, ubi transitivorum sunt gerundia, cur accusativum asciscere non possint nulla sane causa est, cum non ad necessitatem addatur, sed actione transitiva, hac accedente non mutata, requiratur. Iam vero si in ipsa forma in *ndus* exeunte non insit vis necessitatis, sed peculiari eius natura tantum adiuvetur, ubi verbis adiectis affertur, ea accedente autem nativa potestas non immutetur et opprimatur, neque participii neque gerundii casus rectus ab obliquis videtur seiungi debere. — Neque vero mirum esse potest rectum casum fere semper habere necessitatis notam; nam neutrum quidem participii non usurpatur nisi adiuncto v. *esse*, itaque non potest nudam actionem indicare, quam indicaret eo omisso; participium autem plerumque habet additum, ubi non est additum attributiva constructio praedicati vim servavit. Neque tamen quidquam obstabat, quominus omisso v. *esse* nativa eius vis obtineret etiam in recto casu. Hinc fit ut *dies volvenda* nihil sit aliud nisi dies, quae vel habet vel efficit actionem volvendi; *oriundus* qui habet originem. Sed cum multo saepius copula adderetur necessitatis vis ita est confirmata, ut haec rarius sit servata. Ex hac autem necessitatis significatione posteriore

aetate factum est ut ad *futurum tempus* vel potius inchoandam actionem forma in *ndus* transferretur. — Grammatici autem sui temporis usum secuti — *participium futuri passivi* appellaverunt omnemque hunc locum nomine illo multis difficultatibus impediverunt. Multo propius sive participium dicis sive participiale sive adiectivum verbale, id quod Linacer et Haasius observarunt, a coniunctivo abest, et omnia fere quae hoc modo ab eo qui loquitur vel cogitatione vel voluntate significata ad praedicatum afferuntur, illa forma ita declarantur ut in re ad quam refertur inesse, non cogitando addi affirmetur. [cf. etiam quae dicit p. 41, adnot. 102]. — Quam modo ostendi *actionis notionem* ipsum gerundii suffixum sua vi propriam habere post Priscianum tantum non omnes in eo inesse concesserunt, et ne ii quidem, qui nominativi potestate decepti omnibus casibus necessitatem obtruderunt, negare sustinuerunt. Eandem autem ne ab adiectiva quidem forma abhorrere non omnes perspexerunt, quamquam recte Priscianus de ea re statuerat. Nam ubi ad substantivum copula non intercedente adiectivum aut participium adiungitur, hoc ita praevalet ut illud obscuretur atque adeo omitti possit. Ubi igitur forma in *ndus* cadens attributi locum habet, quo ea nota additur ut res efficere vel habere actionem dicatur, non poterat non actionis notio tantum ponderis habere, ut mentem a re, ad quam erat adiecta, abduceret et in se ipsam quasi converteret. Hoc maxime modo latina lingua plane singularem nacta est formam, quae quamvis prope ad infinitivum accederet, tamen et genera et numerum servaret et ad omnes actionum relationes designandas esset accommodatissima. Quae ratio cum latini sermonis, quo res ipsae conditiones designantur, indoli esset aptissima, et antiquissimo tempore obtinuit, et sensim ita invaluit, ut gerundii cum accusativo constructio quamquam nullum videtur tempus fuisse, quo prorsus in oblivionem veniret, rarius tamen admitteretur et certis tantum casibus reservaretur.“ Iam a p. 113—116 accuratius exponit singulos casus percensens, quibus casibus gerundii accusativum addiderint veteres, quibus potius gerundium in gerundivum mutaverint, de quarum duarum constructionum discrimine p. 115 haec addit: „Re quidem ipsa — non videntur differre, sed grammatica ratione, cum et in obiectiva et in attributiva constructione actionis notio inesset et emineret. Quare vel

perspicuitatis studio alteram rariorem eligere poterant, aut sonum ingratum evitandi cura magis usitatam negligere." Probat tamen ib. Herzogii ad Caes. IV, c. 3, 15 (naves — religandi potestas) sententiam dicentis: „Uns dünkt der Hauptgrund solcher Construct. darin zu liegen, daß dadurch die Handlung jedesmal plastischer und gleichsam genetischer dargestellt wird." Denique p. 138 dicit: „Ex — grammaticorum dubitatione et fluctuatione hoc videtur colligi debere, neutri verborum generi gerundia esse ascribenda." Ceterum quomodo differant gerundium et participium ab infinitivo, vide Steinthalium l. c. p. 373.

1. *Nominativus gerundivi* igitur, ut vidimus, proprie *praesentis* participium est. Apparet hoc ex loco Ennii annal. inc. sedis fragm. 60: Clamor ad caelum *volvendus* per aethera vagit, ἱλισσόμενος, cf. Ritschelii parerg. I, p. 27, deinde ex adiectivo *oriundus*, quod ter apud Ennium legitur, v. ind. Vahlen. [apud ceteros poetas scenicos invenitur nusquam]. Si accedit verbum substantivum, nanciscitur, quemadmodum supra expositum est, significationem necessitatis, sed quum per se quidem non insit in suffixo *ndus*, ut passivam habeat significationem, nonnunquam etiam gerundiva verborum intransitivorum formata sunt. Sic dixit Plautus Epid. I, 1, 70: puppis *pereundast* probe et Trin. V, 2, 35: Si illa tibi placet, *placenda* dos quoq*uest* quam dat tibi. Transitivorum autem gerundiva necessitatis notioni semper adiunctam habent significationem passivam. Sic Enn. annal. l. I, fr. 34, v. 46: tibi *sunt* ante *ferendae* Aerumnae. Plaut. Bacch. II, 3, 91: Nunc tibimet illuc navi *capiundumst* iter. Bacch. v. 625: *Consolandus* hic [nunc] *mihist*. IV, 4, 40: nunc hoc tibi *curandumst*, Chrusale. 9, 122: Si plus *perdundum* sit. Mil. v. 34 sq.: *Perhaurienda* [haec] *sunt* — Et *adsentandumst* quidquid hic mentibitur. Poen. IV, 2, 105: Et illud autem *inserviendum* consilium*st* vernaculum. Rud. V, 2, 11: *Adeundus* mi illic *est* homo. Terent. Andr. I, 1, 129: Ea primum ab illo *animadvortenda* iniuria*st*. v. 140: Qui mi *exorandus est*. 5, 19: uxor tibi *ducendast*, ad q. l. Donatus: „Mire ducenda: semper hoc genus declinationis necessitatem ostendit." Eun. I, 2, 17: faciundum fuit, ubi Donat.: „Legendum, faciundum, scribendum, totum hoc semper necessitati adiungitur." II, 1, 16: *Eïciunda* hercle haec *est* mollities animi. Phorm. I, 2, 6: Siquis quid reddit, magna *habenda*

gratia*st*. 3, 12: Nam tua quidem hercle certo vita haec *expetenda optanda*que*st*. 4, 29. II, 2, 4: tibi omne*st* *exedendum*. 3, 82 sq.: Quin quod *est Ferundum* fers? V, 7, 7: Nunc gestus mihi voltusque *est capiundus* novos. 8, 4: nunc *conveniendus* Phormio*st*. Ad. IV, 7, 11: Et *ducenda* indotata*st*, ubi Donat.: „Et hoc verbum necessitatis vim habet." Et in constructione acc. c. inf. Plaut. Asin. II, 2, 71: Iam *devorandum* censes, si conspexeris? Poen. V, 2, 58: *Palas vendundas* sibi ait. Stich. I, 2, 22: *sumundam operam* censeo. Terent. Andr. IV, 2, 12: Non, si *capiundos* mihi sciam *esse* inimicos omnis homines. Accusativus exclamationis autem positus est ib. 4, 28: O facinus *animadvortendum*.

Nominativus gerundii nihil aliud est quam neutrum gerundivi, itaque semper, ut illud, cum verbo substantivo coniunctum, necessitatem exprimit. Plaut. Asin. III, 3, 92: Inambulandumst. V, 2, 87: Male *cubandumst*. Curc. IV, 1, 25: linguae *moderandumst* mihi. Epid. I, 2, 59: Non enim nunc tibi *dormitandum*, neque cunctandi copia*st*. Bacch. v. 240: Hau *dormitandumst*. v. 409: Minus *mirandumst*. Mil. v. 33 sqq.: auribus *Perhauriundumst* — Et *adsentandumst*. IV, 5, 11: ero te *carendumst* optumo. Uno loco Plautino pendet ex eo accusativus obiecti, Trin. IV, 2, 27: Opinor mi advenienti hac noctu *agitandumst vigilias*. Terent. Andr. I, 1, 125: Prope adest, quom alieno more *vivendumst* mihi. Phorm. II, 1, 19: *Molendumst* in pistrino, *vapulandum*, *habendae* compedes, Opus ruri *faciundum*. In acc. c. inf. Hec. III, 4, 11: si eo mihi *redeundum* sciam. De loco Andr. IV, 3, 13, qui non pertinet huc, vide praef. ad vol. I, p. VII.

2. In *genitivo* accessio accusativi obiectivi ad gerundium multo est frequentior, cuius rei causam ita explicat Weissenbornius p. 116: „Cum genitivus rei eam notam adiiciat, ex qua illa procedit et talis fit qualem esse videmus, non minus actioni quam rei ea potest inesse, ut nulla sit necessitas actionis significationem in rei notionem immutare atque pro gerundio substituere gerundivum; et ut licebat ad rem definiendam alteram quae actionem efficeret aut haberet addere, ita nihil obstabat, quo minus ipsam actionem, qua res vel produceretur vel absolveretur, cum obiecto coniunctam tanquam notam adiicerent." Spectemus primum *substantiva*, quibus additur genitivus gerundii et gerundivi, quibus adnumero etiam

aec tria, quae sunt praepositionum instar: *causa, gratia, ergo.* ato R. R. c. 139: illiusce sacri coercendi ergo. C. 140: peris faciundi causa. C. 145: Oleam ne tangito *utendi causa.* nnii trag. v. 136: *Liberum quaesundum causa* familiae matrem ae. Plaut. Men. IV, 3, 13: te defrudandi causa. Terent. un. IV, 1, 6: Id faciebat *retinendi illius causa.* Nominativus st *causa* Andr. I, 1, 131: Vera *obiurgandi causa* sit. Ennii rag. v. 161: Duxit me uxorem *liberorum* sibi *quaesendum gra-* a. Plaut. Curc. V, 3, 28: *Dicundi*, non *rem perdundi gratia* aec natast mihi. Ennius ap. Cic. de fato 15, §. 35: Neve nde *navis inchoandae exordium* Coepisset. Ennii annal. l. X, r. 8: quae denique *pausa Pugnandi* fieret. l. XVIII, fr. 2, v. 37: Nec *respirandi* fuit *copia.* Plaut. Capt. IV, 2, 72. V, 4, 1 (copia). Epid. I, 2, 59: *cunctandi copia*st. Bacch. III, 3, 83: t [illi] *illius inspectandi* mi esset maior *copia.* Merc. V, 2, 9: ate di quaeso *conveniundi* mi *eius* celerem *copiam.* Pers. IV, , 69: Ut tibi recte *conciliandi* primo facerem *copiam.* Rud. III, , 60: in capite tuo *conflandi copia*st. Truc. II, 4, 19. Terent. un. IV, 2, 10: Si non *tangendi copia*st, Eho, ne *videndi* quidem rit? Heaut. prol. v. 29. Phorm. I, 3, 24. Plaut. Trin. III, , 17: huic *ducendi* interea abscesserit *Lubido.* Epid. II, 2, 86: *ccasio*st *faciundi.* Terent. Phorm. V, 7, 2: Summa *eludendi ccasio*st mihi nunc *senes.* Plaut. Cas. II, 2, 16: Nec mihi *ius eum obtinendi optio*st (sic Herm. elem. p. 206). Amph. II, 2, : dum *viri mei* fuit mi *potestas videndi.* Epid. I, 1, 13: adiiscendi potestas. Mil. IV, 2, 19: conveniundi — potestas. tich. I, 2, 60: Quoi male *faciundi*st *potestas.* II, 1, 8: Nunc ibi *potestas adipiscundi*st *gloriam.* Terent. Andr. III, 3, 9: *Quoius* ibi *potestas* summa *servandi* datur. Phorm. I, 3, 22: potestas – consulendi. V, 6, 40: Ait uterque tibi *potestatem eius adhiendae dari.* Hec. prol. 2, v. 37: Potestas condecorandi ludos caenicos. Plaut. Aul. IV, 10, 76: *spatium* ei dabo *exquirendi Meum factum.* Ter. Hec. IV, 4, 62: longum *spatium amandi micam.* Plaut. Rud. IV, 4, 101: Huc opes *spes*que *vostrum ognoscendum* condidi, h. e. cognoscendorum. Bacch. IV, 6, 4: st mihi *Adeundi* ad hominem *tempus.* Merc. V, 2, 72: *Tempus* ntro *eundi* non est. Poen. III, 4, 31: *tacendi tempus* est. Pers. V, 2, 8: Id erit *adeundi tempus.* Trin. v. 998: *loquendi* libere Videtur *tempus* venisse atque *occasio.* Terent. Hec. V, 1, 20: lum tibi *tempus consulendi* est. Andr. I, 4, 5 sq.: di, date

facultatem obsecro Huic *pariundi* atque illi in aliis potius *peccandi locum*. V, 1, 2: *orandi* iam *finem* face. I, 1, 127: Qui igitur relictus est *obiurgandi locus?* II, 2, 17: quae nunc non est *narrandi locus?* IV, 1, 6: id hominumst genus pessumum, *Denegandi* modo quis *pudor* paulum adest. I, 2, 11: spatium cogitandi. Ad. III, 3, 65: non hercle *otiumst* Nunc mi *auscultandi*. Etiam *adiectivis* additur. Cato R. R. praef.: studiosum — rei quaerendae. Terent. Hec. I, 2, 16 sq.: Quam *cupida* eram huc *redeundi, abeundi* a milite Vosque hic *videndi*. III, 3, 12. Praeterea singulares quaedam genitivi constructiones restant commemorandae. Primum pertinet huc locus Plauti Pseud. I, 1, 3: Duorum *labori* ego hominum parsissem lubens: *Mei te rogandi* et *tis respondendi* mihi, ubi brevitatis causa per epexegesin gerundia ad ipsa pronomina addita sunt, ita ut mente repetendum sit ex superioribus *labori*, v. Weissenborn. p. 119. Magis etiam offendit, quod nonnunquam praeter gerundii genitivum alius genitivus ex nomine suspensus est, de qua re refutatis ceterorum virorum doctorum sententiis Weissenbornius p. 122 haec habet: „hoc mihi videtur statuendum esse. Gerundium cum forma substantivi vim referat infinitivi, per se quidem non alienum esse ad substantivi verbalis significatione et potestate et ad eius exemplum adiectum habere posse genitivum, sed adeo in eo ut in infinitivo praevalere vim verbalem, ut non ausi sint Latini pro verbo substantivo habere et genitivum adiicere, sed ibi tantum hoc sibi licere putaverint, ubi alio nomine fulciretur et sustentaretur.“ Exempla sunt Plaut. Capt. VI, 2, 72: *Nominandi istorum* tibi erit magis quam *edundi copia*. ib. V, 4, 11: Quia mi item ut parentes *lucis* das *tuendi copiam*. Terent. Heaut. prol. v. 29: *Novarum* qui *spectandi* faciunt *copiam*. Deinde unum exemplum extat, ubi ad *tui*, ubi de feminino dictum est, tamen forma in *di* exiens adiecta est, Plaut. Truc. II, 4, 19: *tui videndi copiast* ubi cum Weissenbornio p. 123 dubitare licet, utrum Latini terminationis speciem, non personae genus secuti sint, an gerundii potius quam gerundivi genitivo dicere maluerint. Aliter sunt explicandi et ad superius potius genus spectant (v. Sanct. Minerv. p. 459) duo loci apud Terentium, ubi ad pronomen *eius* de feminino dictum forma in *di* terminata apposita est, ubi certissime est gerundium. Sunt autem hi: Terent. Phorm. I, 3, 24: Ut neque mihi *eius* sit *mittendi* nec

retinendi copia, ubi Antipho de Phanio amica loquitur, et Hec. III, 3, 12: Ego *eius videndi* cupidus recta consequor. Denique restat unus locus Terentii, ubi genitivus gerundii non ad nomen, sed ad verbum appositus est, quo dicendi genere inter posteriores scriptores maxime usus est Tacitus. Legitur is Ad. II, 4, 5: vereor coram in os te laudare amplius, Ne id *adsentandi* magis, quam quo habeam gratum, *facere* existimes, de quo loco Weissenbornius p. 125: „Cum non possit apte divelli *id facerem* ita, ut *id* ad v. adsentandi refereatur, nescio an facillimum sit statuere Terentium ad graeci infinitivi rationem v. *adsentandi* causam, verbis *quam quo* finem indicare voluerit.“ Ceterum addo, ubicunque gerundium vel gerundivum in genitivo positum est, nusquam mutare primigeniam vim et naturam, ut ad meram actionem transferatur, nunquam in eo insit significatio vel rei futurae vel consilii vel necessitatis, quae sicubi inesse videtur, non in gerundio et gerundivo, sed in ea voce, unde pendent, quaerenda est.

3. In *dativo gerundii* accessio accusativi rarior est, de qua re Weissenbornius p. 116 haec dicit: „Dativo cum hoc maxime proprium sit, ut eas res significet, quae aliquid vel admittant et accipiant, vel reiiciant et respuant, et mutuam quandam rerum potius et personarum, quae agunt, quam ipsarum actionum designet rationem, gerundii dativus minus videbatur aptus, et ubicunque occasio dabatur, rem potius actione praeditam addebant, neque tamen illam constructionem fugiebant, ut nunquam admiserint.“ Additi accusativi ad gerundii dativum haec duo exempla habes ex Plauto, Epid. IV, 2, 35: Ego relictis rebus *Epidicum* operam *quaerendo* dabo, et Poen. I, 2, 13: Eae *nos lavando, eluendo* operam dederunt. Primum spectandus est is usus dativi, qui proxime accedit ad eum usum genitivi, quo ad verba additur, de quo Weissenbornius p. 125 sq. adnot. 252 haec habet: „Tam prope accedit ad genitivum verbalem, ut haud paucis locis, ubi utriusque casus eadem est forma, utrum intelligere debeas, dubitari possit, neque quidquam relinqui videatur, nisi ut statuas, cum dativi usus omnibus scriptoribus fere sit communis, genitivus non multis usurpatus, dativum potius iis vindicemus, quos illa vi genitivum dixisse probari non potest.“ Itaque etiam Plaut. Rud. V, 3, 18: Ius iurandum *rei servandae*, non *perdundae* conditumst pro dativo potius habendum erit. Differt

tamen genitivus a dativo eo, quod hic ad consilium quidem aptus est, a causae autem notione prorsus abhorret. Quae quidem vis si in dativo inest, non debet in gerundium et gerundivum futuri aut consilii significatio inferri. Additur autem ad ea maxime verba et adiectiva, quae ita sunt comparata, ut terminum requirant, et ad dictiones in quibus ea vis inest, rarius ad ipsa substantiva. (Weissenb. p. 126 sq.) In Marcii vatis carmine altero leguntur: *His ludis faciendis praesit* is praetor. Plaut. Truc. II, 2, 54: suam non ille enim *meretriculis Moeniendis* rem coegit. Mil. II, 2, 105: Atque *homini investigando operam huic* dissimulabo [me *dare*]. Stich. I, 2, 22: *Exorando,* haut *advorsando sumundam operam* censeo. Merc. I, 2, 80: Armamentis conplicandis, conponendis studuimus. Stich. V, 3, 5: *Lectis sternendis studuimus munditiisque adparandis.* Poen. I, 2, 21: Neque umquam *lavando* et *fricando* scimus *facere finem* (sic Herm. elem. p. 295). Asin. V, 2, 32: Quid — *modi amplexando facies?* Mil. IV, 8, 1: Quid *modi flendo* quaero hodie *facies?* Pers. IV, 4, 11: *rebus servandis* centuplex murus *parumst.* Verbum *esse* vel similia saepe ad substantiva vel adiectiva addita verbalem efficiunt notionem, ex qua, cum terminum requirat, pendet dativus (Weissenb. adnot. 253). Sic Cato R. R. c. 6: Ager *oleto conserundo* — alius *bonus* nullus *erit,* ubi durum foret gerundium ex substantivo *ager* aptum esse censere. Plaut. Rud. IV, 6, 1: Aliquando *ausculando* meliust, uxor, *pausam fieri.* Amph. I, 1, 132: Haec nox *scitast exercendo scorto* conducto male. Aul. II, 1, 27: Quod tibi sempiternum *salutare sit liberis procreandis,* — Volo te uxorem domum ducere. Truc. prol. v. 15: Dat operam ne *sit reliquom Poscendo* atque *auferendo* (cf. Rudd. p. 247 ibique adnot. 55). Terent. Hec. V, 3, 23: *his rebus* anulus *fuit initium inveniundis.* Plaut. Pers. III, 3, 23: *Referundae* ego habeo linguam *natam gratiae.*

4. *Accusativo* gerundii alium accusativum obiecti addere veteres noluerunt, ne idem casus bis poneretur ex diversis notionibus suspensus plerumque, et ut una ratione et nomen et gerundium comprehenderetur, gerundivum praeferebant (Weissenb. p. 116). Si ad verba additur acc. gerundivi, bene discernendum est inter ea verba, quibus ipsis consilium indicatur, ubi cavendum est, ne hanc notionem in gerundivum inferas, quod nihil nisi ipsius rei administrationem significat, et

ea verba, quae nullum habent consilii significationem, ubi haec notio in ipso gerundivo inest (cf. Weissenb. p. 127). Ad id genus, quod secundo loco posuimus, inprimis spectant verba *habere*, *dare* et factitiva huius verbi *rogare*, *petere*. Exempla sunt haec. Terent. Phorm. II, 3, 17: ibi *agrum* de nostro patre *Colendum habebat*. Ennii Telamonis fr. 4: *auris* tibi contra *utendas dabo*. Euhemerus fr. 3, lin. 16: *dant*que eum Vestae *educandum*. Plaut. Aul. II, 2, 72 sq.: Si hercle ego te non *elinguandum dedero* usque ab radicibus, auctor sum imperoque, ut tu me cuivis *castrandum loces*. Bacch. v. 338: Istuc sapienter saltem fecit filius, Quom diviti homini *id aurum servandum dedit*. III, 1, 10: Rogare scalas ut *darem utendas* sibi. Men. IV, 2, 94: Set ego illam non condonavi, set sic *utundam dedi*. Poen. V, 5, 23: Iam hercle ego *illunc excruciandum totum* carnufici *dabo*. Terent. Adelph. IV, 2, 46: Lectulos in sole ilignis pedibus *faciundos dedit*. Eun. V, 8, 57: *Hunc comedendum* et *ebibendum* vobis *propino*. Plaut. Aul. I, 2, 18: *Quae utenda vasa* semper vicini *rogant*. Mil. II, 3, 76: Nam ego quidem meos oculos habeo nec *rogo utendos* foris. Aul. II, 9, 4: artoptam — utendam peto. Etiam praep. *ad* accedit, quae ipsa consilium indicat, quapropter non in gerundio potest ea vis inesse, quod nihil nisi actionem designat. Ceterum ad verba potissimum et dictiones quae verbi notionem habent, et ad adiectiva, rarius ad substantiva sola gerundium cum praep. *ad* additur (cf. Weissenb. p. 128). Exemplum substantivi extat apud Terentium Phorm. II, 3, 76: Nam tua Praeterierat iam *ad ducendum aetas* Verba et adiectiva: Ennii Euhemerus fr. 11, v. 64: *exemplum* ceteris *ad imitandum dedit*. Plaut. Men. prol. v. 16: Tanta *ad narrandum* [nostra] *adest benignitas*. Merc. I, 1, 15: advortendum at animum adest benignitas. Mil. II, 1, 1 sq.: Mihi *ad enarrandum hoc argumentumst* comitas, Si *ad auscultandum vostra erit benignitas*. Merc. V, 2, 94: *Operam* ut *sumam ad pervestigandum*, ubi sit illaec. Bacch. IV, 4, 86: [*ad*] *perdundum* magis quam *ad scribundum cita*. Terent. Andr. prol. v. 1: Poeta quom primum animum *ad scribendum adpulit*. I, 1, 30: aut equos Alere aut canes *ad venandum*. v. 111: Nec satis *ad obiurgandum causae* (sc. erat). v. 123: Ne haec quidem Satis vemens *causa ad obiurgandum*. 2, 11: Ut ne *esset spatium cogitandi ad disturbandas nuptias*. IV, 2, 22 sq.: Dies hic mi ut *satis sit* vereor *Ad agendum*: ne *vacuom esse* me nunc *ad nar-*

randum credas. Heaut. I, 1, 81: Illa aetas magis *ad haec utenda idoneast.* Phorm. I, 4, 47: ad defendendam noxiam. II, 1, 10: animum ut nequeam *ad cogitandum instituere.* v. 36: ille *ad dicendam causam adest.* V, 3, 35: Non satis *tutus* est *ad narrandum* hic locus. Etiam cum praep. *inter* coniungitur, ubi item gerundio sola actio designatur, non tempus, temporis enim significatio inest in ipsa praepositione. Ennii fr. inc. libr. 2: inter ponendum. Plaut. Cist. IV, 2, 55: inter rem agendam istam.

5. *Ablativo* gerundii per se quidem nihil prohibebat quominus accusativus adderetur, quo casu ad aliam actionem adiiceretur. Causa enim et instrumentum adiumentumve, quae relationes ablativo casu significabantur, non tantum in re inest, sed haud raro actionibus alias actiones aut res adiuvari et iis tanquam causis effici videmus. (Weissenb. p. 116). Nihilo minus tamen duo tantum exempla e priscis scriptoribus mihi suppetunt, ubi hoc factum esse videtur, Naev. Appellae fr. 1: cui *cepe edundo* oculos alter profluit, sed ne hoc quidem satis certum est, cum *cepe* aut acc. sing. aut acc. plur. aut abl. sing. esse possit, et itidem incertum Terent. Eun. V, 6, 7: te ridendo. Ceterum in ablativo actionis notio semper perspicua est, necessitatis nunquam comparet. Omnibus fere iis relationibus, quibus in substantivis indicandis ablativus destinatus est, gerundium se accommodat. Quamquam enim rarius iis verbis, quae de remotione et discessu dicuntur, se adiungit (sic Cato ap. Gell. VII, 3: transversum trudere solent *a* recte *consulendo* atque *intellegendo*). neque multi sunt loci, ubi de materia quasi vel de eo ex quo aliquid constat vel de comparatione usurpatur, regnat in causae significatione et saepissime id addit propter quod aut eam rem qua aliquid fit vel fieri solet, interdum etiam ea insunt, quibus ad agendum impellimur vel ex quibus rem cognoscimus. Neque dubitari potest de tempore sive praesens dicis sive aoristum, et conditione gerundio et gerundivo significata. Ex praepositionibus saepissime *in* ablativum comitatur, qua adiecta id indicatur in quo quid apparet et conspicitur vel in quo continetur, itaque et conditio et tempus actionis indicatur. Praeterea usurpantur *ab*, *ex*, *de*, raro *pro*. (Weissenb. p. 129—132). De materia praep. *ex* usurpatur. Sic Cato ap. Iordan. p. 78, 6. 7: Ex dolore, ex febri, ex siti, *ex medicamentis bibendis*, ex cataplasmis,

ex alvo lavando. Terent. Ad. V, 9, 31: Ut id ostenderem — Id non fieri ex vera vita neque adeo ex aequo et bono. Sed *ex adsentando, indulgendo* et *largiendo.* In comparatione Plaut. Bacch. III, 2, 8: Cave sis tu *superare* servom sieris *faciundo* bene. 4, 16: Mendicum malim *mendicando* vincere. Saepissime autem id in ablativo inest, quo aliquid fit, sive causam dicis sive instrumentum. Cato R. R. c. 139: Harumce rerum ergo *macte hoc porco piaculo immolando* esto. C. 141: *macte hisce suovitaurilibus lactentibus immolandis* esto. Ib.: *macte hisce suovitaurilibus immolandis* esto. Ennius ap. Festum v. prodit: Noenum *sperando* cupide rem prodere summam. Eumenid. fr. 3: Nisi patrem *materno sanguine exanclando* ulciscerem. Plaut. Amph. IV, 1, 6: Sum defessus *quaeritando.* Poen. I, 2, 14: *Aggerundaque aqua* sunt viri duo defessi. Stich. II, 1, 41: Defessus sum *pultando.* Terent. Eun. V, 6, 7: Defessa iam sum misera te *ridendo.* Adelph, II, 2, 5: Ego *vapulando,* ille *verberando,* usque ambo defessi sumus. Plaut. Asin. V, 2, 23: *Opere* illic foris *faciundo* lassus nocte [ad me] advenit. Capt. III, 2, 3. 4: Ita [nunc] me miserum *restitando, retinendo* Lassum reddiderunt, ubi Taubm.: „restitando = dum ipsi crebro consistuut"; cave tamen pro abl. temporis accipias, qui est instrumenti. Bacch. III, 3, 24: Ibi *cursu luctando disco hasta pugilatu pila Saliundo* sese exercebant magis quam *scorto* aut *saviis,* quod exemplum Weissenb. p. 150 adnot. 302 tale proponit in quo gerundia cum nominibus coniuncta sint. Idem factum est Terent. Hec. I, 2, 48: *Tundendo* atque *odio* denique effecit senex, et Plaut. Asin. I, 3, 69 sq.: Bene *salutando* consuescunt, *conpellando* blanditer, *Ausculando, oratione vinnula, venustula,* ubi Taubm.: „= dum salutantur", sed ablativi substantivorum appositi docent, pro instrumentis gerundia esse accipienda. Epid. III, 2, 16: *Rogitando* sum raucus factus; paene in cursu concidi. Pseud. IV, 4, 8: cor retunsumst *oppugnando pectore.* Pers. IV, 6, 7: *Lucro faciundo* ego auspicavi (v. Luebker. de inf. p. 19), quod dubito an pro dativo sit accipiendum. Rud. I, 3, 3: *experiundo* is datur acerbum. Truc. V, v. 24: Ita miser *cubando* in lecto hic *exspectando* obdurui, ubi prius gerundium accedit ad significationem temporis. L. Aemilii Paulli Macedonici oratio ap. Valer. Maxim. V, 10, 2: *annuendo* votis meis id egerunt, ut cett. Terent. Andr. prol. v. 17: Faciuntne *intellegendo,* ut nihil intellegant? Eun. V, 2, 8: miserrumus Fui *fugi-*

tando, nequis me cognosceret. Heaut. I, 1, 91: nisi eos, qui *opere rustico Faciundo* facile sumptum exercirent suom. IV, 2, 8: Nil tam difficilest, quin *quaerendo* investigari possiet. Res qua aliquid cognoscitur gerundio expressa est Plaut. Amph. II, 1, 41: neque *fando* umquam *accepit* quisquam, ubi quod Taubmannus secutus Bosium passivam significationem gerundio inferre volebat, de eo vide quae supra disputata sunt. Pro enunciatione conditionali gerundium in ablativo positum est loco Catonis ap. Gell. XI, 2: Nam vita humana prope uti ferrum est. *si exerceas*, conteritur; si non exerceas, tamen rubigo interficit. item homines *exercendo* videmus conteri; si nihil exerceas, inertia atque torpedo plus detrimenti facit quam exercitio. De tempore etiam non tam sua vi quam adiutum ablativo casu et gerundium et gerundivum dici et ita ad participii praesentis vim accedere et interpretes atque grammatici intellexerunt, et usus ipse comprobat, negari tamen non potest saepe temporis significationi admixtam esse causalem, v. vol. I, p. 114. Naev. Colacis fr. 1: Polluxi tibi iam *publicando epulo* Herculis Decumas. Cato R. R. c. 134: Iane pater, te *hac strue commovenda* bonas preces precor. Ib.: Iuppiter te *hoc fercto obmovendo* bonas preces precor. Ib.: uti te *strue commovenda* bonas preces bene precatus sum. C. 139: Eius rei ergo te *hoc porco piaculo immolando* bonas preces precor. Plaut. Epid. III, 3, 52: *pugnis memorandis meis* Eradicabam hominum auris. Pers. I, 1, 5: Ita fio miser *quaerendo argento mutuo*. Terent. Andr. V, 4, 35: Vix sum apud me, ita animus commotus est metu, spe, gaudio, *mirando hoc* tam *subito* et *repentino bono*, quod Donatus per *dum miror* explicat. Eadem ratione fere qua solo ablativo addita praepositione *in* tempus significatur; sed id videtur inter utramque constructionem interesse, quod ubi proprietas quaedam describitur, ablativus actionem addit, cuius respectu rei vel personae tribuitur; praepositio eam, in qua appareat et conspiciatur; ubi actio est describenda ablativi vis causalis ita est obscurata et debilitata, ut in coniunctione *cum* et in ablativis illis: adventu, discessu all. factum videmus; praepositio eam rem vel actionem comitatur in qua altera concluditur et continetur, ut *dum*, interdum etiam *cum* usurpatur. Utroque autem modo tempus et conditio designatur. (Sic Weissenb. p. 131, adnot. 258). Plaut. Amph. prol. 1 sq.: *in vostris — mercimoniis Emundis vendundisque*. Stich. I, 1, 54:

in cogitando maerore augeor, ubi pro *in* addito causae significationem exspectaveris, sed scriptor id significat, in quo alterum continetur et conspicitur. Terent. Andr. IV, 4, 32: Quom *in pariundo* aliquot adfuerunt liberae. Phorm. I, 4, 47: In re incipiunda. Adelph. V, 4, 15: contrivi *in quaerundo* vitam — meam. Eun. IV, 7, 14: Ni mirum consilium illud rectumst *de occludendis aedibus*. Plaut. Aul. III. 3, 8: *Pro vapulando* hercle ego abs te mercedem petam (sic Kampm. de AB p. 10, cui tamen *ego* delendum videtur). Pers. III, 3, 21: Leno te argentum poscit — *Pro liberanda amica*.

Cap. XI.

De temporibus.

Tempora verbi latini a plerisque grammaticis ita dividuntur, ut praeter tempus praesens, perfectum, futurum respiciatur actio, quatenus sit infecta aut perfecta aut inchoanda, ita tamen ut nullam rationem habeant temporum infinitivi et participii, quapropter melius Putschius (primum in Gymnasialzeitung a. 1841, n. 9 et 10, deinde in grammatica sua latina) docuit in temporibus constituendis duplicem temporis rationem distinguendam esse, primum eam, quae intercedat inter actionem et subiectum actionis, deinde eam, quae intercedat inter subiectum actionis et eum qui loquitur. Hinc patet duplici modo tempora dividi posse, prout haec vel illa ratio fundamentum et principium fiat divisionis.

1. *Praesens* (actionis infectae) non tantum de uno temporis puncto dicitur, sed etiam de longiori spatio, ita ut praeteriti quoque temporis partem complecti possit, itaque etiam de actionibus, quae quovis tempore fieri possunt, ergo etiam tempore eius qui loquitur, deque saepius repetitis actionibus (cf. Weissenb. synt. p. 7. Krueger. gramm. latin. p. 587). Si duae actiones in una enunciatione inter se coniunctae tempore praesenti exprimuntur, eo significatur in idem tempus ambas cadere et alteram durare, dum altera perficitur. Saepe pro vero perfecto usurpatur, si actiones praeteritae animo eius qui loquitur et eius qui audit tanquam praesentes repraesentantur (*praesens historicum*). Denique, quum praesens quasi in

limite temporis futuri positum sit, intelligitur, quomodo etiam de futuro dici possit, praesertim si actiones significantur statim ac celeriter perficiendae.

Plaut. Capt. II, 1, 37: Quod volunt, dum *impetrant* Sibi, boni sunt, ubi falso Lamb. praesens *imp.* significatione inchoandi pro *impetrare conantur* positum existimat, recte Lindem.: „bis dahin wo, bis" explicat. Est haec sententia generalis in omne tempus cadens, de quovis tempore vera. Stich. IV, 1, 23: quam dudum in portum *venis?* ubi per praesens id exprimitur, quod effectum quasi est actione veniendi, ut comparari possit cum Graecorum verbo ἥκω, de longiori igitur temporis spatio dictum est. Eodem modo Truc. II, 4, 8: Salve, hicine hodie cenas, salvos quom *advenis?* Epid. III, 4, 61: plus iam libera *sum* quinquennium. Mil. III, 1, 102: Iam pridem, quia nihil apstulerit, *suscenset* toraria, h. e. iam pridem suscensuit et nunc quoque suscenset. Poen. I, 2, 9: Nam nos usque ab aurora ad hoc quod dieist, Ex industria ambae numquam *concessamus* Lavari aut fricari, cf. Terent. Ad. III, 3, 11: Omnem rem modo seni Quo pacto haberet *enarramus* ordine, de quibus locis vide Fleckeisen. in Iahnii annal. 1851, vol. 61, sect. 1, p. 65. Plaut. Pseud. II, 2, 34: Dum te *strenuas*, Res erit soluta. Poen. prol. v. 41: *Dum* ludi *fiunt*, in popinam pedisequi Irruptionem facite, nunc quom occasiost, Nunc, scriblitae *dum aestuant*, adcurrite, ubi praesentia cum *dum* coniuncta actiones durantes quaeque eodem tempore cum alteris fiunt, significant. De actione saepius repetita Truc. II, 1, 40: Qui, ubi quamque nostrarum *videt* prope aedis, cett. Terent. Andr. II, 1, 9: Facile omnes, quom *valemus*, recta consilia aegrotis *damus* (h. e. solemus dare). Adelph. III, 3, 26: Et *clamo* saepe, de quo loco Perizon. ad Sanct. Min. p. 97: „Praesens illud *clamo* refertur ad diversos praeteriti temporis actus." Addendum erat simul etiam ad praesens tempus referri. Similiter Eun. IV, 6, 7 sq.: dum tibi sororem *studeo* Reddere, — haec atque huius modi sum multa passa, *studeo* non est pro simplici praesenti historico accipiendum, sed hoc significat Thais, se etiam nunc studere. Phorm. I, 3, 8: At non cotidiana cura haec angeret animum — dum *expecto* quam mox veniat cett. Imprimis cum particula *postquam* coniunctum praesens de longiore temporis spatio dicitur, quod usque ad praesens tempus porrigitur, ita ut simul praeteritum et praesens tempus in se includat et saepe

dem quod *ex quo* significet. Non recte autem Fleckeisenus exerc. Plaut. p. 29 (cum quo confer censuram Ladewigii, quae est in Zeitschr. f. Alt. 1844, mens. Iul. n. 78, p. 626) nonnullis locis huc pertinentibus in particulam *postquam* significationem causalem v. *quoniam* inferre volebat, quam nunquam potest habere, immo tota conformatio sententiae nonnunquam talis est, ut praeter temporis etiam causae significatio appareat. Incertum quomodo accipiendum sit est exemplum apud Ennium annal. l. I, fr. 48: *Postquam consistit* fluvius. Plaut. Curc. II, 3, 46: Quae tibi sunt parata, *postquam scimus* venturum. Eodem modo Truc. II, 3, 24: nunc *postquam scio* Dulce atque amarum quid sit ex pecunia. His duobus locis praesens verbi *scire* de longiori temporis spatio positum est praeteritum et praesens complectente; *postquam scio* = postquam rescivi et nunc quoque scio, ita ut id exprimatur, quod ex resciscendo consequitur. Cas. II, 3, 9: qui *postquam amo* Casinam, magis mundis munditiis munditiam antideo (sic Herm. elem. d. m. p. 413). Epid. III, 4, 68: *Postquam liberast* Ubi habitet dum, incerto scio (h. e. ex eo tempore, quo libera facta est, incerto scivi et nunc quoque incerto scio). Bacch. III, 6, 2: *postquam* inanis *sum*. Most. III, 3, 22: Quid? tibin' umquam quicquam, *postquam* tuus *sum*, verborum dedi? Men. II, 1, 9: Hic annus sextust, *postquam* ei rei operam *damus*, ubi significat se etiam nunc operam dare. Pseud. I, 3, 62 sqq.:

Heus tu, *postquam* hercle isti a mensa *surgunt* [saturata cute],
Qui suum [quom] repetunt, alienum reddunt nato nemini,
Postilla omnes cautiores sunt ne credant alteri,

ubi de actione loquitur, quae prius facta est et nunc quoque fit. Truc. III, 2, 14: *postquam* in urbem crebro *commeo*, Dicax sum factus. V, 27: Iamne abis, *postquam* aurum *habes?* h. e. accepisti et nunc habes. Pro vero tamen perfecto praesens positum est Caec. Stat. Aethrio fr. 4: Cum Mercurio capit consilium, *postquam sentinat* satis, ubi vix credam sentinat esse perfectum contractum ex sentinavit. (sentinare = sat agere). Terent. Phorm. prol. v. 1: *Postquam* poeta vetus poetam non *potest* Retrahere — parat. Hec. IV, 4, 58: Nunc, *postquam* ademptam hanc quoque tibi causam *vides*, — nactus alteram es. Adelph. V, 1, 3: *postquam* intus *sum* omnium rerum satur. Eodem modo etiam *quom* usurpatum est Plaut. Aul. prol. v. 4: hanc domum Iam multos annos est *quom possideo*.

2. *Praesens historicum* aut per se ponitur, aut pendens a variis particulis, inprimis temporis, ut *dum, postquam, quom, quando, ubi, quoniam.* Non raro in eodem orationis tenore variant inter se et permutantur perfectum et praesens historicum. Cato oratio dierum dictarum de consulatu suo ap. Charis. Nocte (Iord. 34, 4, Meyer. ed. II, p. 33): Deinde *postquam* Massiliam *praeterimus*, inde omnem classem ventus auster lenis *fert.* Ennii Euhemerus fr. 3, p. 169 Vahlen.: Ibi Vesta — et sorores — *suadent* Saturno, ut de regno non *concedat* fratri. Plaut. Capt. III, 1, 27: *Abeo* ab illis, *postquam video* me sic ludificarier, de quo l. v. Lindem. ad Amph. II, 2, 36: „omnis narratio praesentis temporis forma conficitur. — Explicanda formula ex usu praesentis narrativo." Epid. I, 1, 82: is suo filio Fidicinam ipse emit, quam *amat*, quam abiens mandavit mihi (sic Fleckeisen. Iahn. annal. phil. 1851, vol. 61, sect. 1, p. 64). II, 2, 25 sqq. Bacch. II, 3, 66. 67: Capimus — Auferimus. Most. II, 2, 55: Abimus, quod est praes. sec. Fleckeisen. l. c. p. 25. Mil. v. 1222 Fleckeisenus l. c. p. 51 aut scribi vult quia *adit* (praes.) ad te, aut quia ad te adiit. Poen. III, 3, 39—52 variatum est inter praes. et perf. v. 39: *Videmus.* adiit ad nos extemplo exiens. v. 40: salutat; respondemus. v. 42: sermonem ibi nobiscum *copulat.* v. 43 sqq.: *ait* — se velle — praeberier — Ubi nequam *faciat.* v. 45: adduximus. v. 52: Inde nunc aufūgit, quoniam *capitur* oppidum. Rud. prol. v. 40: Eam de praedone vir *mercatur* pessumus. II, 3, 36: in scapham insuluimus, quia *videmus.* v. 38 sqq.: nos cum scapha tempestas dextrovorsum *Differt* ab illis. III, 1, 9 (anteced. visast — quibat): *Videtur* ad me simia adgredirier. v. 11: respondeo. v. 13. Rud. v. 957: Post ad furem egomet *devenio feroque* ei conditionem hoc pacto. Iterum variatum est inter duo tempora Truc. II, 4, 53: haec, ut opera, *circumit* per familias, Puerum *vestigat*, clanculum ad me detulit, Datum sibi esse dixit, item iis locis, quos affert Fleckeisenus l. c. p. 25, Stich. v. 677 sq. Curc. II, 3, 77. Cas. prol. 43. Men. prol. 25 sqq. Merc. I, 1, 97. Terent. Andr. I, 1, 52: accepit condicionem, dein quaestum *occipit.* v. 78: Fere in diebus paucis, quibus haec acta sunt, Chrysis vicina haec *moritur.* v. 88: Egomet quoque eius causa in funus *prodeo.* v. 90 sq.: *Ecfertur: imus:* interea inter mulieres, Quae ibi aderant, forte unam *aspicio* adulescentulam. v. 96 sqq.: *accedo* ad pedisequas. Quae *sit rogo.* Sororem

esse *aiunt* Chrysidis. v. 101 sq.: Funus interim *Procedit: sequimur:* ad sepulcrum venimus: In ignem impositast: *fletur.* De hoc loco Perizonius ad Sanct. p. 141: „Quare in superioribus non item dicitur Fletum est? Nempe in narranda re praeterita praesens adhiberi videtur a Terentio in re longioris morae, at praeteritum in re, quae uno actu perpetrata seu breviter confecta est. Veluti in ignem posita est. At *fletur* longioris erat morae.“ 5, 49 sqq. 62. II, 2, 18 sqq.: Continuo ad te properans *percurro* ad forum, ut *dicam* tibi haec. Ubi te non *invenio,* ibi *ascendo* in quendam excelsum locum. *Circumspicio:* nusquam cett. III, 4, 11: Ut hinc intro ire iussi, opportune hic *fit* mi obviam. v. 12. V, 4, 21: Tum ille egens forte *adplicat* Primum ad Chrysidis patrem se. v. 33: Post ibi nunc primum *audio* Quid illo sit factum. Eun. prol. v. 23. I, 54 sqq. II, 2, 6. 25 sqq. II, 3, 44. III, 5, 28 sqq.: Vix eiecutast hoc, foras simul omnes *proruont* se. IV, 1, 4 sqq. 2, 6: *redeo* rursum. v. 13: Villam *praetereo* sciens. 5, 3: Postquam surrexi, neque pes neque mens satis suom officium *facit.* Phorm. I, 2, 53 sq.: *Imus,* venimus, *Videmus.* ib. v. 62 sqq. v. 65 sq. Hec. prol. 2, v. 30 sqq.: *refero* denuo. Primo actu *placeo*: quom interea rumor venit Datum iri gladiatores, populus *convolat, Tumultuantur clamant pugnant* de loco. I, 2, 8 sqq.: Quid deinde *fit?* PA. Diebus sane pauculis post Pamphilus me solum seducit foras *Narrat*que, ut virgo ab se integra etiam tum *siet.* II, 2, 26. III. 3, 8: exclamant. Plaut. Amph. V, 1, 45: *Dum* haec *aguntur,* interea uxorem tuam Neque gementem neque plorantem nostrum quisquam audivimus. Epid. V, 1, 43: Quid? ego modo sum frater factus huic, *dum eo* intro atque *eo?* Mil. II, 6, 25: Quod meas confregisti imbrices et tegulas. Ibi *dum* condignam te *sectaris* simiam. Lind.: „Eleganter praesens h. l. ponitur, quia causam notat, qua tum praesente et intercedente res accidit.“ Merc. v. 923 sqq.: Mater fratast patri vehementer, quia scortum sibi Ob oculos adduxerit in aedis, *dum* ruri ipsa *abest.* Poen. III, 6, 8: *dum* lenonis familia *Dormitat.* Rud. prol. v. 37: Set *dum* filios *servat,* se impedivit interim. Rud. v. 312 sqq.: Ecquemnam — adulescentem — *dum* hic *astatis* [vos], videbis huc venire. (Etiam hic est praesens historicum statuendum, quamquam adhuc adstant: spectatur enim tempus tantum praeteritum.) II, 3, 87 sq.: properans exolvi restem, *Dum* illi *timent.* Terent. Andr. V, 1, 3: *Dum studeo* obsequi tibi,

paene inlusi vitam filiae. Eun. II, 2, 24 sqq.: *Dum* haec *loquimur*, interea loci ad macellum *ubi adventamus*, *Concurrunt* laeti mi obviam cuppedinarii omnes. 3, 37: Is, *dum* hanc *sequor*, *fit* mi obviam. v. 50: *Dum* haec *dicit*, abiit hora. III, 5, 35: *Dum adparatur*, virgo in conclavi *sedet*. v. 44: *Dum* haec mecum *reputo*, *arcessitur* lavatum interea virgo. IV, 2, 1: *Dum* rus *eo*, coepi egomet mecum — cogitare. v. 4: *Dum* haec *puto*, Praeterii inprudens villam. Heaut. prol. v. 17: Nam quod rumores distulerunt malivoli, Multas contaminasse Graecas, *dum facit* Paucas Latinas cett. II, 4, 19: Nam *dum* abs te *absum*, omnes mihi labores *fuere*, quos cepi, leves. III, 1, 82 sq.: Somnum hercle ego hac nocte oculis non vidi meis, *Dum* id *quaero*, tibi qui filium *restituerem*. Phorm. I, 2, 26: Seni fidelis *dum sum*, scapulas perdidi. V, 9, 18: Et inde filiam suscepit *dum* unam, *dum* tu *dormis*. Hec. V, 3, 31: Dicitque sese illi anulum, *dum luctat*, detraxisse. Plaut. Capt. prol. v. 23: *Postquam belligerant* Aetoli con Aleis (sic fortasse scribendum cum Fleckeiseno in Iahnii annal. phil. 1851, vol. 61, sect. 1, p. 52). Curc. V, 3, 5. Men. prol. v. 24: *Postquam* iam pueri septuennes *sunt*, pater Oneravit navim magnam. Mil. II, 1, 46. IV, 8, 21: Quia, *postquam* te *abit*, animo male Factumst huic repente miserae. Terent. Andr. III, 2, 33: Nunc *postquam videt* Nuptias domi adparari, missast ancilla ilico. Phorm. IV. 1, 3. 3, 27. Hec. 5, 3, 28: *postquam* [id] *video*, Nescio quid suspicarier, magis coepi instare ut dicat. Plaut. Amph. II, 2, 36: Gravidam ego illanc hic reliqui, *quom abeo*, ad q. l. Lindem.: „Structura est insolentior: reliqui quom abeo, pro eo quod dicendum fuit: quum abii." Capt. II, 2, 32: vivom, *quom* inde *abimus*, liquimus. IV, 2, 107: Set Stalagmus quoius erat tunc nationis, *quom* hinc *abit?* Epid. II, 2, 33: *Quom venio* ad portum, atque illam illi ego *video* praestolarier, Et cum ea tibicinae ibant quattuor. Most. I, 1, 24: Haecine mandavit tibi, *quom* peregre hinc *it*, senex? Men. prol. v. 29: Tarenti ludi forte erant, *quom* illuc *venit*. V, 9, 56: Quot eras annos gnatus tum *quom* pater a patria te *avehit?* v. 76: Hunc censebat te esse, crede, *quom vocat* te ad prandium, = vocavit. Merc. III, 4, 31: Iam addicta atque abducta erat, *quom* ad portum *venio*. Pers. V, 2, 53: credo, quia non *inconciliat*, quom te *emo* (sic Ritschelius). Stich. IV, I, 7: ni dixisset — *quom* me ad se ad cenam *vocat*. Ter. Eun. II, 3, 54: Hic *quom advenio*, nulla erat. IV, 4, 57: Quia *quom*

nde *abeo*, iam tum inceperat Turba inter eos. 7, 22: *quom* tibi *lo* istam virginem, Dixtin hos mihi dies soli dare te? Heaut. IV, 1, 37 sq.: *quom* exponendam *do* illi, de digito annulum *Detrgho* et eum *dico* ut una cum puella exponeret. Hec. I, 2, 41: Hanc Bacchidem Amabat, ut quom maxume, tum Pamphilus, *Quom* pater, uxorem ut ducat, orare *occipit*. Plaut. Amph. V, 1, 9: *ubi* parvis deos sibi *invocat*. Mil. II, 2, 22: Ubi abit, conclamo. Terent. Eun. I, 2, 52: Is *ubi* esse hanc forma *videt* honesta virginem — *Producit*. II, 2, 29: Ille *ubi* miser famelicus videt me esse tanto honore — [ibi] homo coepit me obsecrare cett. III, 1, 24: Is *ubi* molestus magis *est*, 'quaeso' inquam 'Strato, cett. 3, 11: *ubi friget*, huc evasit. Heaut. II, 3, 62: quid ait, *ubi* me *nominas?* Hec. I, 2, 109 sqq.: denique *ubi* non *quit* pati, *simulat* se ad matrem arcessi — *abit*. *Ubi* illic dies *est* commoluris, arcessi *iubet*: Dixere causam tum nescio quam. iterum *iubet*: Nemo remisit. *postquam arcessunt* saepius, Aegram esse *simulant* cett. Adelph. III, 4, 25 sq.: *Ubi scit* factum, ad matrem virginis *Venit* ipsus ultro. Plaut. Aul. prol. v. 9: Is *quoniam moritur*, ita avido ingenio fuit. (*Δ*p quoniam (qm) *Δ*g qm. *Quoniam* agnoscunt Popma et Donatus ad Ter. Adelph. prol. v. 1. v. Taubm. ad h. l. Etiam Gronovius edidit *quoniam*).

Cognatus est praesenti historico infinitivus praesentis, qui post v. *memini* ponitur, ubi item actio infinitivo expressa in tempus praesens transfertur. Sic Plaut. Epid. V, 1, 34: Non *meministi* me auream ad te *adferre* natali die Lunulam cett. Pseud. IV, 6, 27: *Meministin* tibi me dudum *dicere* venisse militi Macedonio? Terent. Andr. II, 5, 17: Ego illam vidi: virginem forma bona *Memini videre*.

3. Praesens ita usurpatur, ut vel omnino vel ex parte ad tempus futurum spectet. Praeter formulas quasdam sollemnes, ubi praesens pro futuro usurpatur, spectat huc inprimis temporis particula *dum*, si in enunciatione primaria est imperativus vel futurum. Tria exempla huc pertinentia affert Perizon. ad Sanct. Minerv. p. 97: Plaut. Cas. II, 6, 53: Compressan palma an porrecta *ferio?* quibus respondet Stalino: Age, ut vis. Ib. II, 8, 69: iamne *abeo?* quibus respondet Stalino: I modo. Bacch. IV, 6, 6: quam mox *navigo* In Ephesum —? = navigabo. Most. III, 2, 164: *abin* hinc in malam crucem? Bacch. v. 592: Non *it* (= ibit): negat esse iturum. Mil. I, 1, 36: Quid illuc quod *dico?*, ad q. l. Lindem.: „Quid-

num illud fuit, quod eram dicturus? Was wollt' ich doch gleich sagen? Notissimae sunt formulae: illud dico; pro dicere volui; illud dico pro dicturus fui; quidnam dixisti pro dicere voluisti, et permultae similes." Deinde *fateor* permultis locis Plautinis pro *fatebor* (ich will es nur gestehen) positum, quos attulit Fleckeisenus in Iahnii annal. 1851, vol. I, sectio 1, p. 26 sq. Sic retinuit *fateor* Asin. I, 1, 48, restituit Mil. 554 et Rud. 285. Ceteri loci sunt Capt. 677. Rud. 735. 1384. Bacch. 1013. Asin. III, 2, 20. Epid. I, 1, 2. V, 2, 38. Most. V, 2, 18. Men. V, 9, 48. Merc. V, 4, 22. Pseud. I, 3, 119. 129. IV, 1, 9. V, 2, 16. Poen. I, 1, 5. Pers. II, 2, 31. IV, 8, 4. V, 2, 72. Terent. Andr. II, 1, 11: Omnia experiri certumst (= experiar) prius quam *pereo*, ubi docet Kruegerus gramm. lat. p. 862 praesens ind. post *priusquam* positum esse, quum in enunciatione primaria significatio futuri contineatur. Eun. II, 3, 47: Cras *est* mihi Iudicium, de quo loco Fleckeisenus in Iahnii annal. 1851, vol. 61, sect. 1, p. 65 affert verba Doederlini in glossario Homerico I, p. 17, qui docet propter additum adverbium temporis *cras* significationem temporis futuri non esse necessariam. Eun. III, 2, 40: Hoc prius intro ducam et quae volo simul inperabo: poste continuo *exeo* (= exibo). Plaut. Epid. V, 1, 27: Opperire, *dum ecfero* ad te argentum. Mil. v. 196 sq.: Paulisper tace, *Dum* ego mihi consilia in animum *convoco* et *dum consulo* Quid agam, ubi praesens in proximo quasi limite futuri versatur. Pseud. I, 1, 38: Tace, dum tabellas *pellego*, ubi quodammodo praesentis temporis significatio cum futuri coniuncta est. I, 5, 159: Concedere aliquantisper hinc mi intro lubet, *Dum concenturio* in corde sucophantias. Rud. III, 6, 41: Manete, *dum* ego huc *redeo*. IV, 3, 93: Mane, *dum refero* conditionem. Caecil. Stat. Titthe fr. 6: hic *dum abit*, huc concessero. Terent. Andr. II, 1, 29: Saltem aliquot dies Profer, *dum proficiscor* aliquo. Eun. I, 2, 126: expectabo, *dum venit* (bis). III, 5, 47: ventulum huic sic facito, *dum lavamur*, ubi per praesens significatur utramque actionem cadere in idem tempus, quod est longioris spatii. IV, 6, 25: Tu abi atque obsera ostium intus, *dum* ego hinc *transcurro* ad forum. Heaut. IV, 7, 5: Tu hic nos, *dum eximus*, interea opperibere. Phorm. III, 2, 28: Nequeo exorare, ut me maneat — Triduom hoc, *dum* id, quod est promissum — *aufero*. V, 8, 89: Retine, *dum* ego huc servos *evoco*. Ad. II, 1, 42: Deliberа hoc,

dum ego *redeo*. Exempla coniunctivi sunt Plaut. Bacch. IV, 1, 4: percontarier, Utrum aurum *reddat* anne *eat* secum semul. Terent. Phorm. IV, 3, 3: Quam timeo, adventus huius quo *inpellat* patrem (pro: inpulsurus sit). Etiam *infinitivus* praesentis saepe pro inf. futuri ponitur (cf. Perizon. ad Sanct. p. 111, adnot. 4), praegressis certis quibusdam verbis dicendi et sentiendi, praesertim in quibus ipsis iam significatio futuri inest, velut *spero*, *iuro*. Sic Plaut. Asin. II, 4, 36: *Aibat reddere*, quom extemplo redditum esset. Capt. III, 4, 54: Filium tuum quod *redimere* se *ait*, pro: redempturum esse. Aul. I, 2, 30: *Dividere* argenti *dixit* numos in viros. Terent. Andr. II, 4, 8: si te *dices ducere*. Plaut. Curcul. V, 1, 7: *Nego* me *dicere*. Terent. Andr. II, 3, 5: Sed si tu *negaris ducere*, ibi culpam in te transferet. Plaut. Curc. II, 1, 11: *Adferre* argentum *credo*, pro allaturum. Pers. III, 2, 2: Qui mihi *iuratus est* se hodie argentum *dare?* Cistell. II, 3, 40—43: Instare usque adeo, donec se *adiurat* (praes.) anus Eam (sic Lachmannus et Fleckeisenus in Iahnii annal. l. c. p. 63) mihi *monstrare* (= monstraturam esse), — sed illaec se quandam *aibat* mulierem Suam benevolentem *convenire* (= conventuram) etiam prius. Most. V, 2, 11: TR. promitte, ego ibo pro te, si tibi non lubet. TH. Verbero, etiam inrides? TR. quian me pro te *ire* cenam *autumo?* TH. Non enim ibis. Terent. Andr. I, 5, 3: Uxorem *decrerat dare* sese mi hodie. Eun. III, 3, 14: Credo ei placere hoc, *sperat* se a me *avellere*, sc. hoc praedium. Inprimis commemorandus est inf. *posse*, qui (v. Haas. ad Reisig. p. 497, adnot. 452) significationem futuri quodammodo iam in se includit. Sic Andr. III, 3, 21: ut sperem *posse* avelli. Hec. I, 2, 72: Sperasse, eas tolerare *posse* nuptias. Uno tantum loco in hoc verbo per periphrasin tempus futurum expressum est, Hec. I, 2, 24: Quod ego numquam credidi *Fore, ut* ille hac viva *posset* animum inducere Uxorem habere.

4. Coniunctivo praesentis in enunciationibus optativis posito notum est exprimi optatum, quod is, qui optat, prospere evenire posse credit. (Wuellner. de cas. p. 132). Sic Ter. Heant. IV, 6, 6 sq.: ut te quidem di deaeque omnes — *perduint*.

5. *Imperfectum* ponitur de actione infecta et durante subiecti, quod ei, qui loquitur, praeteritum est. Ex notione actionis durantis sequitur, ut usurpetur etiam de actionibus repetitis, quemadmodum ex notione actionis infectae saepe ori-

tur significatio inchoativa, de conatu intelligenda. Si duae actiones inter se comparantur, itidem imperfecto actio describitur quae est infecta adhuc atque durat, dum altera fit. Naev. fr. inc. com. 7: Tantum ibi molae crepitum *faciebant*, *tintinnabant* compedes. Plaut. Asin. II, 2, 76: in tonstrina *ut sedebam*, me infit percontarier. Capt. v. 247: quom *servibas* mihi. II, 2, 53: Memini quom dicto haut *audebat*. Curc. IV, 3, 9: Idem ego istuc *quom credebam* credidi, Te nihil esse redditurum. Epid. II, 2, 30 sqq. praesens historicum sequuntur imperfecta: Obviam ornatae *occurrebant* suis quisquis (sic Both.) amatoribus; Eos *captabant*. — Pleraeque haec sub vestimentis secum *habebant* retia. — Et cum ea tibicinae *ibant* quattuor. — Ea *praestolabatur* illum apud portam. ib. v. 54: *Dissimulabam*, me harum sermoni operam dare. IV, 2, 27: quibus de signis *agnoscebas?* Bacch. IV, 4, 34: Quid, ubi *reddebas* aurum, dixisti patri? Most. III, 1, 117: Nam *postquam* haec aedes ita *erant* ut dixi tibi, Continuost alias aedis mercatus sibi, qui unus est locus Plautinus, ubi *postquam* cum imperfecto coniunctum reperitur; sine causa sufficiente tamen Ladewigius in censura Fleckeiseni exerc. Plaut. p. 627 iterum significationem causalem *quoniam* inferre volebat. IV, 2, 45: Quis istaec *faciebat?* Menaechm. IV, 2, 68 sqq.; Non ego te modo hic ante aedis — Vidi astare, *quom negabas* mihi esse sanum sinciput, Et *negabas* me novisse, peregrinum *aibas* esse te? Mil. II, 6, 27: inde inspectavisti meum aput me hospitem, Amplexam amicam *quom ausculabatur* suam. Merc. IV, 4, 14: Haecine tuast amica, quam dudum mihi te amare dixti, *quom obsonabas?* IV, 4, 21: Temperare istac ted aetate his *decebat* noxiis. Pseud. I, 5, 7: Atque id iam pridem sensi et *subolebat* mihi. v. 85 sq.: Non a me scibas pristrinum in mundo fore, *Quom* ea *mussitabas?* II, 4, 28: Eius servo qui hunc *ferebat* cum quinque argenti minis, Tuam qui amicam hinc *arcessebat*. Poen. IV, 2, 77 sq.: Et ille qui eas vendebat, dixit se furtivas vendere; Ingenuas Carthagine *aibat* esse. Pers. IV, 3, 8: ita prosum (= prorsum) *credebam* omnibus. Rud. II, 2, 2: Nam quom modo *exibat* foras, ad portum se aibat ire. II, 6, 54: Quine *auderem* tecum in navem ascendere, Qui a fundamento mi usque movisti mare? III, 1, 8: Neque eas eripere *quibat* inde. IV, 3, 16: Furtum ego vidi qui *faciebat*. 7, 23 sqq.: Spectavi ego pridem comicos ad istum modum Sapienter dicta dicere atque is plaudier, Quom illos

sapientis mores *monstrabant* poplo. Sed quom inde suam quisque ibant divorsi domum, Nullus erat illo pacto ut illi iusserant. Mich. I, 3, 90: rissi te hodie multum — Hic, quom auctionem *praedicabas* pessumam. Truc. I, 2, 95: nam *lavabat*. II, 3, 11: non tibi *dicebam*. v. 12: Quid nam *revocabas* me? IV, 2, 20: Ius enim es intromissus, *quom dabas*. v. 35: Si *volebas* participari, auferres dimidium domum. Fragm. Vidulariae p. 488, 1: Ubi quamque pedem *videbat*, *suffurabatur* omnis. Terent. Andr. I, 1, 11: propterea quod *servibas* liberaliter, ad q. l. Donatus: „Bene imperfecto tempore, non perfecto usus est, ut ostendat eum potuisse sibi etiam atque etiam servire.“ 25 sqq.: nam antea Qui scire posses aut ingenium noscere, Dum aetas, metus, magister *prohibebant?* (= quamdiu). 80 sqq.: Ibi tum filius Cum illis, qui amarant Chrysidem, una *aderat* frequens: *Curabat* una funus: tristis interim, Non numquam *emlacrumabat*. — Sic *cogitabam*. — Haec ego *putabam* esse omnia humani ingeni — officia. III, 3, 13: Alium esse censes nunc me atque olim, *quom dabam?* Eun. II, 3, 19: Quom in cellulam ad te patris penum omnem *congerebam* clanculum. III, 5, 15 sqq.: Requiescere ubi *volebat* — Tum me convivam solum *educebat* sibi. v. 33: Una in convivio *Erat* hic, quem dico, Rhodius adulescentulus. v. 42 sq.: Risu omnes, qui *aderant*, moriri: denique *Metuebant* omnes iam me. 3, 27: Thais maxumo Te *orabat* opere, ut cras redires. IV, 5, 2: dum (= quamdiu) *adcubabam*, quam *videbar* mihi pulchre esse sorius! Phorm. IV, 3, 37: A primo homo *insanibat*. Adelph. II, 3, 52: Nam ut *numerabatur* forte argentum, intervenit Homo e inproviso. De conatu Plaut. Menaechm. IV, 1, 6: Pallam d phrygionem — *Ferebat*. Merc. V, 2, 43: Quo nunc *ibas?* , 20: Nam *ibat* exulatum. Aliquoties imperf. indicativi more Graecorum conditionali significatione usurpatur, ut Plaut. Mil. II, 2, 38: Non hercle tam istic valide *cassabant* cadi. Set in ella paulum loculi erat nimis lubrici, quod Lindem. explicat: *οὐκ ἂν οὕτως ἔπιπτον, εἰ μή* et confert Terent. Andr. I, 2, 4: *Abirabar*, hoc si sic abiret.

6. *Coniunctivus* imperfecti praeter vulgarem usum, quo cum indicativo congruit, etiam conditionali et potentiali significatione usurpatur, de qua re et quomodo ambae significationes inter se differrent, egregie disputavit Etzlerus in libro, cui inscribitur Spracheroerterungen p. 112—134. Ac poten-

tialis quidem usus imperfecti non potest offendere, quoniam hac significatione semper de re praeterita usurpatur, difficilior est quaestio, qui factum sit, ut conditionali quoque significatione, ubi de re praesenti agitur, imperfecto uterentur Latini (et est idem usus in lingua Graeca, Germanica, Francogallica), quam rem acute expedivit Gernhardus in commentationibus grammaticis p. 226 dicens: „Praesens — conditionale — imperfecto coniunctivi recte significari, et germanici verbi imperfectum coni. ich thäte, pro quo non raro ich würde thun dicitur, et rei natura defendit. Nam latine res conditione quadam facienda iam superiore tempore cogitatur fieri debuisse, ut videatur non coepta fieri res excusationem requirere." Tenendum est autem, in enunciatione sumptiva per *si* coniunctionem elata imperfectum etiam de re praeterita dici posse, si non altera actio alteram antecedit, sed ambae in unum tempus incidunt, de qua re vide Etzlerum Spracherört. p. 178 sqq.

a. *Significatio conditionalis.* Naevii elogium ab ipso scriptum (Egger. p. 123): Mortales immortales flere si *foret* fas, *Flerent* divae Camoenae Naevium poetam. Plaut. Most. III, 2, 54: *Vellem* ut tu velles. Poen. V, 2, 106 vellem. v. 147: Pol mage, quam *vellem.* V, 4, 82: Ne indigna indignis di darent, id ego evenire *vellem.* Terent. Heaut. V, 2, 25: Abiit? vah, rogasse *vellem*, ad quem locum Kruegerus Untersuchungen II, p. 114 adnot. dicit Latinos discrimen inter *velim*, *vellem* et quae sunt similia, non semper accurate observare. Plaut. Bacch. v. 1200: Ne tis quam mea *mavellem.* Cist. IV, 2, 16: Nam si nemo praeteriit hac, postquam intro abii, Cistella *iaceret* hic. Bacch. II, 2, 39: Ni nanctus Venerem essem, hanc Iunonem *dicerem.* II, 3, 80: Nimis hic privatim *servaretur* rectius. Bacch. v. 469: Melius multo me quoque una cum illoc hic *relinqueres.* v. 635: Si mihi sit, non pollicear. MN. Scio, dares. Pseud. I, 5, 79: *Iuberen* [tu] nunc praecipitem in pristinum trahi? Poen. V, 3, 20: Namque hodie earum *mutarentur* nomina, *Facerent*que indignum genere quaestum corpore. Pers. IV, 6, 28: Cras *ires* potius, hodie hic *cenares.* Terent. Andr. IV, 1, 43: si omnes hunc coniectum in nuptias Inimici *vellent*, quod nisi consilium hoc *darent?* Ad. II, 1, 24: Si attigisses, *ferres* infortunium. III, 2, 16 sqq. (quem locum affert Sanct. Minerv. p. 99): Seni animam prius *extinguerem* ipsi, qui illud produxit

scelus: Tum autem Syrum inpulsorem, vah, quibus illum *lacerarem* modis! sublimen medium *arriperem* et capite pronum in terram *statuerem*, Ut cerebro dispergat viam. Adulescenti ipsi *eriperem* oculos, post haec praecipitem *darem*. Ceteros *ruerem*, *agerem*, *raperem*, *tunderem* et *prosternerem*. In sumptiva enunciatione imperf. de re praeterita dictum est in his locis. Plaut. Bacch. III, 3, 82: si opperiri *vellem* paulisper modo, Ut [illi] illius inspectandi mi esset maior copia, Plus vidissem [miser] opinor quam me atque illo aequom *foret*. Bacch. v. 563 sqq.: Qui? tibi non meretricum aliarum erat Athenis copia, Quibuscum haberes rem, nisi cum illa quam ego mandassem tibi *Occuperes* tute [ipse] amare et mi *ires* consultum male? IV, 8, 75: Nam ni illic hodie forte fortuna hic *foret*, Miles Mnesilochum cum uxore opprimeret Atque optruncaret moechum manufestarium. Mil. I, 1, 53: Quid in Cappadocia, ubi tu quingentos semul, Ni hebes machaera *foret*, uno ictu occideras. Pseud. I, 3, 51: Fuit occassio, si *vellet*, iam pridem argentum ut daret. Rud. II, 7, 32: si invitare nos paulisper *pergeret*, Ibidem obdormissemus. Trin. IV, 1, 18: procellae — scindere vela: — ni pax propitia *foret* praesto.

b. *Significatio potentialis*. Plaut. Amph. I, 3, 28: nisi te amarem plurumum, Non *facerem*, ubi *fecissem* multo languidius foret. Capt. III, 4, 5: Utinam te di prius *perderent*, quam periisti e patria tua, ad q. l. quae Lindemannus dicit, non omni ex parte vera sunt. ib. III, 5, 47: Quia vera *obessent* illi, quoi operam dabam. Curc. IV, 3, 20: Stultior stulto fuisti, qui his tabellis crederes. LU. Quis res puplica et privata geritur, non is *crederem?* V, 3, 22: Nam si is valuisset, iam pridem quoquo posset *mitteret*. Bacch. III, 3, 23: Ante solem nisi [tu] exorientem in palaestram veneras, Hau mediocris gumnasi praefecto poenas *penderes*, ubi simul in imperfecto significatio repetitae actionis inest, Du mußteſt jedesmal. v. 30: Quom librum legeres si [in] una peccavisses sullaba, *Fieret* corium tam maculosum quamst nutricis pallium. IV, 8, 75: Nam ni illic hodie forte fortuna hic foret, Miles Mnesilochum cum uxore *opprimeret* sua Atque *optruncaret* moechum manufestarium. Most. II, 2, 24: An tu tetigisti has aedis? TH. Quor non *tangerem?* Mil. I, 1, 30: Pol si quidem Conisus esses, per corium, per viscera Perque os elephanti *transtineret* bracchium. Merc. III, 4, 48 sq.: Quid ego *facerem?* CH. Quid tu *faceres*, men rogas? *requaereres*, *Rogi-*

tares quis esset cett. v. 51: Ubi habitaret, *invenires* saltem, nomen si nequis. v. 52: At saltem hominis faciem *exquireres*. V, 4, 33 sq.: Si hercle scivissem sive adeo ioculo dixisset mihi, Se illam amare, numquam *facerem* ut illam amanti abducerem. Pseud. I, 3, 52 sqq.: Si amabas, *invenires* mutuom. Ad danistam *devenires, adderes* faenusculum: *Subruperes* patri. PS. *Subruperet* hic patri? pro: devenire, addere, surripere debebas, surripere eum debuisse. I, 5, 22: Vel tu ne *faceres* tale in adulescentia (du hättest so etwas nicht thun sollen). Poen. I, 2, 174: Sic enim *diceres*, hättest du sagen sollen. Rud. II, 3, 48 sqq.: Quid *faceret?* AM. Si amabat, rogas quid *faceret? adservaret* Dies noctisque: in custodia *esset* semper. II, 6, 10 sq.: Utinam [tu] prius quam te oculis vidissem meis malo cruciatu in Sicilia *perbiteres*. III, 6, 4 sq.: *Caperes* aut fustem aut lapidem (du hättest nehmen können oder sollen). TR. Quid, ego quasi canem Hominem *insectarer* lapidibus nequissumum? Trin. I, 2, 96 sqq.: Non ego illi argentum *redderem?* ME. Non *redderes* Neque de illo quicquam neque *emeres* neque *venderes* Nec qui deterior esset *faceres* copiam. v. 140 sq.: An ego alium dominum *paterer* (hätte ich sollen) fieri hisce aedibus? Qui emisset, eius *esset*ne ea pecunia? IV, 2, 112: An ille tam *esset* stultus mihi qui mille nummum *crederet*, ad q. l. Lindem.: „Dempta conditionis significatione si proferas haec, ita enuncianda erant: Tamne erat stultus, ut crederet, unde patet, cur plusquamperfectum fuisset — credidisset hic locum non habeat.“ v. 115: Mihin *concrederet*, ni me ille et ego illum novissem adprobe? v. 125: Mirum quin ab avo eius aut proavo *acciperem*, qui sunt mortui (v. 124 est: Nempe ab ipso id accepisti Charmide?) Truc. IV, 2, 35: *auferres* dimidium domum, du hättest sollen tragen. Terent. Andr. I, 1, 108: Tum illa, ut consuetum facile amorem *cerneres*, Reiecit se in eum flens, h. e. cernere potuisses. Ruhnk.: „i. e. iudicares, intelligeres.“ v. 111: *Diceret:* quid feci? quid commerui aut peccavi, pater? (= dixisset, si eum obiurgassem, Krueger. Untersuchungen II, p. 270). I, 5, 23 sq.: Quod si ego rescivissem id prius, quid *facerem*, siquis me roget: Aliquid *facerem*, ut hoc ne *facerem*. IV, 4, 54: Praediceres, h. e. praedicendum erat, praedicere te oportuit (Krueger. l. c. p. 286). Eun. III, 5, 49: Tum equidem istuc os tuom inpudens videre nimium *vellem*. v. 58: an — *Amitterem?* hätte ich sollen vorbeilassen? V, 1, 15: quid *facerem?*

was hätte ich thun sollen? Heaut. I, 2, 28: Fortasse aliquantum iniquior erat — *Pateretur* (er hätte es ertragen sollen): nam quem ferret, si parentem non ferret suom? III, 2, 21 sq.: Quid *faceret?* CH. Rogas? Aliquid *reperiret*, *fingeret* fallacias (h. e. quid faciendum ei erat, aliquid reperiundum erat cett. Krueger. l. c. p. 285). Phorm. I, 2, 58: ut ni vis boni In ipsa inesset forma, haec formam *extinguerent*. v. 69 sqq.: Non, si redisset, ei pater veniam *daret?* GE. Ille indotatam virginem atque ignobilem *Daret* illi? Numquam *faceret*. II, 1, 67: Dotem *daretis; quaereret* alium virum, h. e. dare potuissetis, quaerere potuisset vel debuisset (sic Ruhnk.). v. 69: *sumeret* Alicunde, sc. argentum, h. e. sumere debebat. III, 1, 4: consuleres. Hec. III, 1, 25: Quod si scissem, illa hic *maneret* potius, tu hinc isses foras. v. 33: in te omnis haeret culpa sola, Sostrata. Quae hic erant, *curares*, h. e. curare debebas, du mußtest besorgen, hättest besorgen müssen. Adelph. I, 2, 26: Nam si *esset* unde id fieret *Faceremus* = fecissemus. II, 2, 6: Quid *facerem?* was hätte ich thun sollen? IV, 5, 42: advorsumne illum causam *diceremus*, Quoi veneram advocatus?

7. *Perfectum* ponitur de actione praeterita subiecti, quod ei qui loquitur praesens est. Quare in primis in narratione locum habet, cum Romani consueverint in narrationibus subiectum actionis tanquam praesens animo repraesentare. Differt autem ab imperfecto eo, quod hoc actiones praeteritas tanquam tales, quae fiant, perfectum tanquam tales, quae factae sint, animo proponit (v. Etzler. Sprachérörterungen p. 141. Putsche gramm. lat. p. 225). Inprimis frequens est usus perfecti post particulas temporales, velut *postquam*, *ubi*, *ut*, *quom*, *simul*, *simulac*, si actio describenda est praeterita. Non raro variant inter se perfectum et praesens historicum, cuius generis exempla iam supra (§ 2) plurima protuli, de qua re vide Schneiderum ad Caes. b. G. IV, 18, 4, qui dicit: „Praesens illatum post praeteritum tempus non rerum deinceps factarum seriem continuari, sed novum quiddam et ab iis, quae dicta sunt, discretum proponi ostendit.“

Cato R. R. c. 2: Per ferias *potuisse* fossas veteres tergeri. Plaut. Aul. I, 2, 40: Nunc quo *profectus sum* ibo = quo ire et proficisci intenderam. Truc. I, 2, 95: *profecta* quo *sum* = quo institui et incepi ire. Terent. Andr. prol. v. 1: Poeta quom primum animum ad scribendum *adpulit*, Id sibi negoti *cre-*

didit solum dari. III, 1, 5: Utinam aut hic surdus aut haec muta *facta sit*. Nonnunquam perfectum usurpatur ab eo, qui animo commotiore res futuras tanquam iam praeteritas animo repraesentat, v. Rudd. II, p. 382, Weissenborn. synt. p. 8. Sic Eun. I, 1, 19: actumst: ilicet: *Peristi*. Hec. III, 1, 39 sq.: Nullus sum. PAR. Qui dum? PAM. *Perii*. — Nescio quod magnum malum Profecto, Parmeno, me celas. — *Interii*. — Eun. I, 2, 27: Samia mihi mater *fuit:* ea habitabat Rhodi. Hec. I, 1, 8: Laceres, quemquem *nacta sis*, ubi accuratius foret nanciscēris vel nacta fueris, v. Rudd. p. 382. IV, 3, 5: I ergo intro et compone, quae tecum simul Ferantur: *dixi*. Adelph. III, 4, 28: Ignotumst: tacitumst: creditumst. Interdum cum ἐνεργείᾳ perfectum ita usurpatur, ut statum illum, quem significat verbum, praeteriisse nec iam extare exprimat. Sic Plaut. Truc. I, 2, 94: Ita paene tibi Phronesium *fuit*, h. e. paulum abfuit, quin moreretur. Fuisse pro mori, mortuum esse (sic Scaliger). Similiter Capt. III, 3, 1: Nunc illut est, quom me *fuisse* quam esse nimio mavelim. Terent. Heaut. I, 1, 41 sq.: Filium unicum, adulescentulum Habeo: ah, quid dixi? habere me? immo *habui*, Chremes. Nunc habeam necne incertumst. Addo locum Plauti Mil. III, 1, 103: Tum opstitrix *expostulavit* mecum, parum missum sibi, ubi sec. Reisigium p. 492 perfecto repetita actio significata est, quae tamen non ad tempus praeteritum, sed praesens spectet, quod ex eo quod illud iam factum est concluditur posse et solere iterum fieri, ergo plane simili modo atque aoristo Graecorum, qui dicitur, gnomico.

Naevii bell. Pun. l. I, fr. 2: *postquam* — aves — *aspexit*. Ennii annal. l. II, fr. 18: *postquam* Ancus Marcius regna *recepit*. l. III, fr. 3: *Postquam* lumina sis oculis bonus Ancus *reliquit*. fr. 7, v. 154: Postquam defessi sunt. l. VIII, fr. 2: *postquam* Discordia taetra Belli ferratos postes portasque *refregit*. Annal. inc. sed. fr. 42: *postquam* inclita *condita* Roma *est*. fr. 89: Flamma loci *postquam conclusast* turbine saevo. Iphigeniae fr. 12: *Postquam* abs te, Agamemno, ut venirem, *tetigit* aures nuntius. Euhemerus fr. 4, 25: postquam rescivit. fr. 7, 31: *Postquam* eo *ascendit*. Plaut. Amph. I, 1, 64 sqq.: *Postquam* utrimque *exitumst* maxuma copia, Dispertiti viri, dispertiti ordines, — Deinde uterque imperator in medium exeunt. v. 72: *Postquam* id *actumst*, tubae utrimque contra canunt. II, 1, 58 sq.: Huic homini nescio quid est mali — obiectum — *Postquam* a me *abiit*.

v. 64: Neque, *postquam sum natus*, habui nisi[illegible]e servom Sosiam. II, 2, 107: *postquam experrecta's*, te prodigiali Iovi — conprecat[illegible]oportuit. v. 170: Quid, *postquam lavi?* v. 174: quid, *postquam cenavimus?* II, 2, 216: Ita nunc homines inmutantur, *postquam* peregre *advenimus*. III, 2, 30: Nam numquam quicquam meo animo fuit aegrius Quam *postquam audivi* ted esse iratam mihi. V, 1, 39 sqq.: *Postquam* parturire hodie uxor *occepit* tua, *Ubi* utero *exorti* dolores, — Invocat deos inmortalis. v. 50: *Postquam peperit*, pueros lavere iussit nos. v. 55: *Postquam* in cunas *conditust*, Devolant angues. v. 59: *Postquam* pueros *conspicati*, pergunt ad cunas citi. v. 62 sq.: *Postquam conspexit* anguis ille alter puer, Citus e cunis exilit, facit recta in [eos] inpetum. Aul. I, 2, 2: Nunc defaecato demum animo egredior domo, *Postquam perspexi* salva esse intus omnia. II, 4, 1 sq.: *Postquam obsonavit* erus et *conduxit* coquos. — edixit mihi. II, 8, 12 sq.: *Postquam* hanc rationem cordi ventrique *edidi*, Accessit animus ad meam sententiam. Capt. I, 1, 24: Nam *postquam* meus *est* rex *potitus* hostium — Nunc hic occepit quaestum — Inhonestum. 2, 41: Ego, *postquam* gnatus tuus *potitust* hostium — nunc desidero. Cas. V, 2, 22: postquam decubuisti. Cist. I, 2, 20: *Postquam* eam puellam a me *accepit*, illico Eandem puellam peperit. II, 3, 73: Eam *postquam peperit*, iussit parvam proiici. IV, 2, 15: Nam si nemo praeteriit hac, *postquam* intro *abii*, Cistella iaceret hic. Epid. IV, 1, 36: Nam *postquam audivi* illico Ex meo servo. Bacch. II, 1, 2: *Postquam* hinc in Ephesum *abii*. Bacch. v. 270: Postquam — dedit. v. 277: *Postquam* aurum *apstulimus*, in navem conscendimus. Pseud. I, 4, 1: *postquam* ille hinc *abiit*, tu astas solus, Pseudule. I, 4, 2 sq.: Quid nunc acturu's, *postquam* erili filio *Largitu's* dictis dapsilis lubentias? IV, 2, 34: Scio iam tibi me recte dedisse epistulam, *Postquam* Polumachaeroplagidem *elocutus* nomen *es*. 5, 2: Nunc demum mi animus in tuto locost, *Postquam* ille hinc *abiit* atque *abduxit* mulierem. IV, 7, 122: Perdidisti, *postquam dixisti* pedes. Pers. IV, 3, 59: *postquam recitasti*, quod erat cerae creditum, Iam mihi credis? Truc. I, 1, 63 sq.: Eadem, *postquam* alium *reperit*, qui plus daret, Damnosiorem, me exinde amovit loco. II, 8, 10: *Postquam* filiolum *peperit*. IV, 2, 60: Pertimui, *postquam* una cura cor meum *movit* modo. His adde quae exempla ex Plauto attulit Ladewigius in censura Fleckeiseni exerc. Plaut. p. 626: Cas. II, 7,

10. Pseud. V, 1, 28. Stich. I, 2, 51. Trin. II, 4, 200. IV, 2, 133. Caecil. Stat. Plocium fr. 3, v. 163: postquam est mortua. Terent. Andr. I, 1, 8: Ego *postquam* te *emi*, h. [illegible]eo tempore, quo. v. 24: is *postquam excessit* ex ephebis. [illegible] 49: Sed *postquam* amans *accessit* pretium pollicens, — Accepit condicionem. II, 1, 4: *postquam adempta* spes *est*, lassus, cura confectus stupet. III, 1, 16: *Postquam* ante ostium Me *audivit* stare, adproperat. III, 2, 11: Sed *postquam egressast*, illis quae sunt intus clamat de via. IV, 1, 21: *Postquam* me amare *dixi*, conplacitast tibi. IV, 4, 1: Revortor, *postquam*, quae opus fuere ad nuptias Gnatae, *paravi*. Eun. prol. v. 20: *postquam* aediles *emerunt*, Perfecit cett. I, 2, 4: Tremo horreoque, *postquam aspexi* hanc. v. 57: *postquam sensit* — fingit causas. IV, 1, 3: *postquam* iste *advenit* Chremes — Militem rogat. IV, 3, 3: *postquam ludificatust* virginem, Vestem omnem miserae discidit. IV, 5, 3: *Postquam surrexi*, neque pes neque mens satis suom officium *facit*. Heaut. V, 2, 36: *Postquamst inventa* vera, inventast causa qua te expellerent. Hec. III, 3, 16: *Postquam aspexi*, o facinus indignum, inquam. III, 3, 34: Tum, *postquam* ad te *venit*, mensis agitur hic iam septimus. Adelph. prol. v. 1: *Postquam* poeta *sensit*. Plaut. Amph. I, 1, 56: Hanc *ubi* Telebois ordine *iterarunt* quos praefecerat Amphitruo, magnanimi viri — legatos nostros increpant. v. 61: Haec *ubi* legati *pertulere*, Amphitruo e castris ilico Producit omnem exercitum. Aul. prol. v. 15: *Ubi* is *obiit* mortem, — Coepi. Capt. III, 4, 27: Credidi esse insanum extemplo, *ubi* te *appellavit* Tyndarum. Cist. I, 3 47: hoc *ubi* Mater *rescivit*. Truc. II, 6, 25: Quin, *ubi natust*, machaeram et clipeum poscebat sibi. Terent. Andr. I, 2, 2 sq.: Ita Davom modo timere sensi, *ubi* nuptias Futuras esse *audivit*. Eun. I, 2, 36: Mater *ubi accepit*, coepit studiose omnia Docere. v. 85: Nonne, *ubi* mi *dixti* cupere te ex Aethiopia Ancillulam — Quaesivi? III, 3, 6: *Ubi veni*, causam ut ibi manerem repperit. III, 5, 28: Illa ilico *ubi* me *accepit*, laeta vero ad se abducit domum. IV, 2, 7: *Ubi* ad ipsum *veni* devorticulum, constiti. V, 2, 5: *ubi vidi*, ego me in pedes cett. Heaut. I, 2, 34: animus *ubi* semel se cupiditate *devinxit* mala, Necessest — consilia consequi consimilia. Hec. IV, 1, 7: Uxor *ubi* me ad filiam ire *sensit*, se duxit foras. Plaut. Amph. II, 2, 101 sq.: Neque pedem meum huc intuli —, *ut* cum exercitu Hinc *profectus sum* ad Teleboas hostis eosque *ut vicimus*. Stich. v. 29:

Nam viri nostri domo *ut abierunt*, Hic tertiust annus. Terent. Andr. III, 4, 11: *ut* hinc te intro ire *iussi*, opportune hic fit mi obviam. Plaut. Asin. II, 1, 3: Iam diust factum, *quom discesti* ab ero atque *abiisti* ad forum. Liv. Andron. Odyss. lat. ap. Egger. p. 119: *Simulac* lacrymas de ore noegeo (i. e. candido) *detersit*. Terent. Phorm. V, 4, 4: Hic *simul* (= simulatque) argentum *repperit*, cura sese expedivit.

8. *Coniunctivus* perfecti primum eadem significatione usurpatur qua indicativus. Sic Plaut. Bacch. IV, 4, 50: Emungam — ne id nequiquam *dixerit*. Trin. II, 4, 67 sqq.: Quid? nunc si aedem ad cenam *veneris* cett. Forma eadem est coniunctivus futuri exacti, quod erit statuendum his locis: Terent. Andr. I, 2, 29: Verberibus caesum te in pistrinum, Dave, dedam usque ad necem, Ea lege atque omine, ut, si te inde *exemerim*, ego pro te molam; ib. II, 2, 4 sq.: Quem ego nunc credo, si iam *audierit* sibi paratas nuptias — toto me oppido exanimatum quaerere; ib. III, 2, 14: ut metui videar certe, si *resciverim;* Adelph. II, 1, 17: Ne mora sit, si *innuerim*, quin pugnus continuo in mala haereat. Saepissime tamen coniunctivus perfecti potentialem habet significationem, ut pro praesenti videatur poni, quod si fit, actio per antecedens quasi iam praeterita fingitur et animo repraesentatur. Carmen saliare ap. Marini gli atti tab. XLI: neve luerve — *sers* incurrere, h. e. siris, siveris sec. Grotefendi interpretationem. Cato R. R. c. 4: Familiam *ne siveris* peccare. C. 5: Satui semen, cibaria, far, vinum, oleum mutuum *dederit* nemini. C. 43: Palo prius locum *ne feceris*, quo taleam demittas. Plaut. Aul. I, 1, 11: Utinam me divi *adaxint* ad suspendium (v. Non. p. 525, 50. Turn. l. 23, 18 pro adegerint). IV, 2, 1: Tu modo cave cuiquam *indicassis*. v. 4: verum id quaeso ut *prohibessis*. v. 11: Cave tu illi fidelis — potius *fueris*. Capt. I, 2, 46: Numquam istuc *dixis* (= dixeris) neque animum *induxis* tuum. Epid. II, 2, 73: si aequom siet, Me plus sapere, quam vos, *dederim* vobis consilium catum. Bacch. I, 1, 3: Metuo mihi in monendo ne *defuerit* optio, h. e. ne desit. I, 1, 57: nullus tu *adfueris*, si non lubet. IV, 2, 16: mihi cavitiost Ne nucifrangibula *excussit* ex malis meis = excusserit. IV, 4, 46: Quem si [ego] orem ut nihil mihi credat, id non *aussit* credere. V, 2, 70: cave — *amissis* = amiseris. Most. II, 2, 93: Nil me *curassis* = curaveris. Men. II, 2, 21: Seu tu Culindru's

seu Caliendru's, *perieris* (coniunctivus optativus, pro *pereas*). IV, 2, 47: At ego (sc. paveo) tu ne clam *comessis* prandium. Pseud. II, 2, 59: Huc quidem hercle haut ibis intro, nequid harpax *feceris*. Poen. IV, 2, 106: Remora si sit, qui malam rem mihi det, merito *fecerit*. V, 2, 13: Aliqua Fortuna *fuerit* adiutrix tibi. V, 4, 38: nisi quid di aut parentes *faxint*. Truc. I, 1, 40 sqq.: Quos, quom celamus, si *faximus* conscios — *Faxim* cett. IV, 2, 23: dum mihi argutari (sic Both.; Θg argentari, vulg. argumentari) liceat, ni *oblitus siem*. Terent. Andr. I, 2, 32: Ubivis facilius *passus sim* quam in hac re me deludier. Heaut. II, 3, 75: Ubi si paululum modo quid te fugerit, ego *perierim*. IV, 6, 23: Cave quicquam *admiratus sis*, Qua causa id fiat, pro: admireris. Hec. I, 2, 4: Si non quaeret, nullus *dixeris*. III, 4, 10: denique hercle *aufugerim* Potius quam redeam, si eo mihi redeundum sciam.

9. Similiter saepe usurpatur *infinitivus* perfecti per antecedens, ubi inf. praesentis exspectares, quem usum nonnulli non satis apte cum usu inf. aoristi Graecorum compararunt. Sic in S. C. de Bacchanalibus *habuisse* velet, *adiese* velet, *fecise* velet cett. Cato R. R. c. 5: ne quid *emisse* velit insciente domino, ne quid dominum *celavisse* velit. Ib.: Haruspicem — ne quem *consuluisse* velit, de quo loco vide bene disputantem Perizonium ad Sanct. Min. p. 112. Plaut. Aul. V, 1, 9: Non potes *probasse* nugas. Cist. II, 3, 32: Quo illam dedisset, *exquisisse* oportuit. Non puto huc pertinere Terent. Andr. I, 5, 3 sq.: Non *oportuit Praescisse* me ante?, ibi enim Praesc. a praescisco derivari potest. Comparat ad h. l. Kruegerus Untersuchungen II, p. 315 adnot. eodem modo usurpatum participium praeteriti, quod est pro infinitivo, Andr. l. c. v. 4: nonne prius *communicatum oportuit?* Heaut. III, 2, 25: Haec *facta* ab illo *oportebat*, quibus exemplis adde Plaut. Cist. II, 3, 41: At non *missam oportuit*. Terent. Phorm. I, 3, 1: Adeon rem redisse, ut qui mihi *consultum* optume velit *esse*, — patrem ut extimescam. Hec. IV, 1, 48: Interdico, ne *extulisse* extra aedis puerum usquam velis. Adelph. II, 1, 26: Ante aedis non *fecisse* erit melius hic convitium, i. e. praestabit non facere ante aedes turbam aut vociferationem.

10. *Plusquamperfectum* usurpatur de actione praeterita subiecti, quod ei qui loquitur praeteritum est. Plaut. Aul. prol. v. 33: Quo ille eam facilius ducat, qui *compresserat*. Epid. II, 2,

39: Quid *erat induta*? Inprimis frequens est apud Plautum *dixeram*, de quo vide Haas. ad Reisig. adnot. 456, qui haec affert exempla: Capt. prol. v. 17: Fugitivos ille, ut *dixeram* ante, huius patri — vendidit; Menaechm. prol. v. 57: Epidamniensis ille, quem dudum *dixeram*, — Ei liberorum nil erat; Bacch. IV, 9, 33: Nam dudum primo ut *dixeram* nostro seni mendacium — ibi signum ex arce iam apstuli. Ponitur autem ubicunque quis in loquendo alia re diversa interruptus est, hac sententia: dixeram de hac re, antequam ad alteram veniebam. Vide etiam Schneider. ad. Caes. b. G. II, 1, 1. Terent. Andr. I, 1, 80: Ibi tum filius Cum illis, qui *amarant* Chrysidem, una aderat frequens. Adelph. IV, 5, 52: Virginem vitiasti, quam te non ius *fuerat* tangere. Etiam post particulas temporis ponitur plusquamperfectum. Sic Aquilius Boeotia fr. 2: Ubi primum accensus *clamarat* meridiem. Caecil. Stat. Fallacia fr. 2, v. 43: *postquam* rem paternam *amiserant*. Terent. Andr. I, 2, 6: Qui *postquam audierat* non datum iri filio uxorem suo, Numquam quoiquam nostrum verbum fecit. De discrimine quod intercedit inter perf. et plusquamperf. cum *postquam* iuncto vide Hand. Tursell. IV, p. 498 sq. Si in enunciatione primaria est imperfectum, utrobique actio repetita describitur. Sic Plaut. Asin. I, 3, 57: Ubi quid *dederam*, quasi columbae pulli in ore ambae meo Usque eratis. Terent. Eun. III, 1, 13 sq.: Tum sicubi eum satietas Hominum aut negoti siquando odium ceperat, Requiescere ubi volebat, — Tum me convivam solum abducebat sibi.

Exempla coniunctivi haec sunt. Plaut. Trin. v. 176: Utrum indicare me ei thensaurum aequom fuit, Advorsum quam eius me *opsecravisset* pater? Optativa significatione Rud. II, 6, 13: Utinam [ego], quom in aedis me ad te adduxisti [tuas], In carcere illo potius *cubuissem* die! Terent. Phorm. I, 3, 5: Quod utinam ne Phormioni id suadere in mentem *incidisset*. Deinde ponitur sumptiva vel conditionali significatione. Sic in inscriptione orationis Catonianae, si se M. Caelius tribunus plebis *appellasset*, v. Meyerum p. 131. [Extabat similis oratio Ciceronis, si eum P. Clodius legibus interrogasset, i. e. quam habuisset, si se Clodius legibus interrogasset]. Plaut. Trin. IV, 2, 150: si te flocci facio an *periisses*. Terent. Eun. III, 1, 63: Idem hoc tute melius quanto *invenisses*, Thraso, = inventurus fuisses, invenire potuisses. Phorm. I, 2, 69: Non si *redisset*, ei pater veniam daret?

11. *Futurum* ponitur de actione praesente subiecti, quod ei qui loquitur futurum est. Lex Numae ap. Gell. IV, 3 (Egger. p. 82): si *tacet* (= tanget) — caidito. Marcii vatis carmen alterum: Hoc si recte faxitis, *gaudebitis* semper. Cato R. R. c. 5: Si unam rem sero feceris, omnia opera sero *facies*. Ib.: cum *exportabis*. C. 6: qui in ventum Favonium *spectabit* et soli ostentus *erit*, alius bonus nullus *erit*. Qui ager frigidior et macrior *erit* cett. Ib.: Quam — *dicent*. Ib.: Sin — severis, hostus nequam *erit* cett. Plaut. Aul. I, 2, 41: Me rursum quantum *potero* tantum *recipiam*. Pseud. I, 3, 11: ut [tu] med esse *voles* ita *ero*. Amph. I, 2, 10: Erroris ambo ego illos — *Conplebo* — Adeo usque satietatem dum *capiet* pater Illius quam amat, ubi Lind.: „qui sic dicit, non dubitat capturum." Men. I, 3, 31: Iam hic nos *erimus*, dum *coquetur*, interim *potabimus*. Mil. v. 395: Narrandum ego istuc militi *censebo*, ubi praesens *censeo* exspectas. (v. Fleckeisen. Iahnii annal. 1851, vol. 61, sect. 1, p. 26). Nonnullos alios locos, ubi futurum pro praesenti videtur positum esse, attulit Ruddimannus p. 383, Terent. Eun. IV, 5, 6: Verbum hercle hoc verum *erit*. Plaut. Pers. IV, 4, 93: Haec *erit* bono genere nata: nil scit nisi verum loqui. Ter. Phorm. V, 3, 18: Cognatam comperi esse nobis. DE. Quid? deliras. CH. Sic *erit*, sed ne in his quidem futurum tempus ratione carere recte docuit Stallbaumius. Sic postremo loco *sic erit* = ita esse mox intelligetur. Etiam in obtestationibus et iurandi formulis pro coniunctivo praesentis ponitur nonnunquam futurum. Sic Plaut. Trin. II, 4, 46: ita me *amabit* Iuppiter, Neque te derisum veni neque dignum puto. Terent. Heaut. III, 1, 54: Sic me di *amabunt*, ut me tuarum miseritumst, Menedeme, fortunarum. IV, 5, 1: Ita me di *amabunt*, ut nunc Menedemi vicem Miseret me, de quo usu Perizonius ad Sanct. Minerv. p. 95, adnot. 2: „In his intelligitur, Sicut spero et opto. At sententia est plane eadem, ac si diceretur, Ita me Dii ament."

12. *Futurum exactum* usurpatur de actione praeterita subiecti quod ei qui loquitur futurum est. Saepe in enunciationis compositae enunciatione secundaria positum invenitur ita ut in enunc. primaria futurum primum positum sit, ubi significatur altera actione praeterita et ad finem perducta alteram esse futuram. Nonnunquam tamen utrobique futurum exactum positum est, quod si fit, ambae actiones in idem ca-

int tempus, ita ut perfecta altera etiam altera ad finem per-
ecta sit. Ad formam quod attinet, Haasius ad Reisig. ad-
ot. 447 docet in passivo a Catone semper *ero*, nunquam
ero ad participium perf. pass. adiectum esse. Lex Numae
. Fest. v. opima spolia ap. Egger. p. 83: utra *voluerit*, caec-
to. ib.: C qui *ceperit* ex aere, dato. Naevii Agitatoriae fr.
7: Currenteis ego illos vendam . . nisi tu *viceris*. Triphallus
96: si umquam quicquam filium *rescivero* Argentum —
ipse mutuum. Q. Fabius Pictor ap. Gell. X, 15 (Egger. p.
97): Vinctum, si aedes eius *introierit*, solvi necessum est, quod
abito an sit perf. coni. Lex Papiria tribunitia (a. Chr. 213,
gger. p. 113): Quicunque praetor post hoc *factus erit*. Marcii
itis carmen alterum (Egger. p. 111): Hoc si recte *faxitis*,
udebitis semper, fietque vestra respublica melior. Cato R. R.
1: De omnibus agris optimoque loco si *emeris* iugera agri cen-
m, vinea est prima. C. 2: Ubi eas aliasque causas multas *di-
rit*. Ib.: Cum tempestates pluviae *fuerint*, videto quot dies,
iaeve opera per imbrem fieri potuerint. C. 3: si cito *sustuleris*
vasa *parata erunt*. C. 4: Si ita *feceris*, pabulum boves non
icient. Ib.: In bono praedio si bene *aedificaveris* beneque *po-
veris*: ruri si recte *habitaveris*, libentius et saepius *venies*, fundus
elior *erit*, minus *peccabitur*, fructi plus *capies*, qui locus pro-
er obscura illa verba *ruri* — *hab.* non ex omni parte vide-
r sanus esse, v. adnot. Schneideri, qui item eum emendan-
im censet. Ib.: *Si* quid (bona salute) usus *venerit*, benigne
fendent. C. 5: *Si passus erit*, dominus impune ne sinat esse.
.: Quod dominus *crediderit*, exigat. Ib.: Si *fecerit*, *scibit* in
ente familiae quid siet, et illi animo aequiore *facient*. Ib.: *Si*
non *caveris*, quo *impuleris*, triennii fructum *amittes*. Ib.: si
iam rem sero *feceris*, omnia opera sero facies. C. 6: Sin in
co crasso aut caldo *severis*, hostus nequam erit, et ferundo ar-
r peribit, et muscus ruber molestus erit. C. 38: *ubi* satis
deris. Ib.: Cum ignem *subdideris*. C. 40: usque adeo quo
aeacueris. C. 45: si ita *severis* uti stet talea melius vivet.
. 66: Cum oleum *sustuleris* de cortina, amurcam dehorito.
. 70: Ita dividito, *cum* ter unicuique *dederis*, omnem absumas.
. 96: Postea cum *detonderis*, unguito totas. C. 98: Postea cum
xeris, cum uti voles, extergeto. C. 161: Ita cum *sumpseris*
men, incendito, et cum *coeperit* asparagus nasci, serito et ster-
rato. C. 162: Cum pernas *emeris*, ungulas earum praecidito.

Oratio pro Rhod. p. 24 Iord.: Siquis illud facere *voluerit*, mille minus dimidium familiae multa esto: siquis plus quingenta iugera habere *voluerit*, tanta poena esto; siquis maiorem pecuum numerum habere *voluerit*, tantum damnas esto. Oratio, quam habuit Numantiae apud equites: Cogitate cum animis vestris, siquid vos per laborem recte *feceritis*, labor ille a vobis cito recedet, bene factum a vobis, dum vivitis, non abscedet. sed siqua per voluptatem nequiter *feceritis*, voluptas cito abibit, nequiter factum illud apud vos semper manebit. Plaut. Amph. I, 1, 42: meditabor — quom illo *advenero*. v. 43: Si *dixero* mendacium, solens meo more *fecero*. v. 157: Quid si ego illum tractim tangam, ut dormiat? SO. *Servaveris*. v. 164: perii, si me *aspexerit*. v. 202: Auferere, non abibis, si ego fustem *sumpsero*. v. 272: victus sum, si *dixeris*. I, 2, 4 sq.: Iam ille illuc ad erum quom Amphitruonem *advenerit*, Narrabit servom hinc sese — Amovisse. II, 2, 39 sqq.: si situlam *cepero*, Numquam edepol tu mihi divini creduis post hunc diem, Ni ego illi puteo, si *occepso*, animam omnem *intertraxero*. III, 4, 18: aspellam virum — quom huc *accesserit*. v. 20: Eum fecisse ille hodie arguet, quae ego *fecero* hic. IV, 3, 14 sqq.: ubi quemque hominem *aspexero*, — si avom videbo, [eum] optuncabo. Asin. I, 1, 82: Tene ego defraudem — Nisi quid tu porro uxorem *defraudaveris?* II, 2, 71: Iam devorandum censes, si *conspexeris?* v. 103: Ego illum interea hic oblectabo, prius si forte *advenerit*, qui est coniunctivus futuri exacti significatione potentiali. v. 104: Pugno malam si tibi *percussero* — caveto ne suscenseas. 4, 73: fiet, Ut vapules, Demaenetum semul ac *conspexero*. III, 3, 130: Quid, si *optaro?* LE. Eveniet. V, 2, 28: Possis, si forte adcubantem tuum virum *conspexeris* — si videas, cognoscere? ART. Possum ecastor. Iterum hic habes coniunctivum futuri exacti. Aul. I, 1, 9: Si hodie hercle fustem *cepero*. II, 2, 27 sq.: Credo edepol, ubi mentionem ego *fecero* de filia, Mihi ut despondeat, sese a me derideri rebitur. v. 72 sq.: Si hercle ego te non elinguandam *dedero* usque ab radicibus, auctor sum imperoque, ut tu me cuivis castrandum loces. IV, 2, 14 sq.: sed si *repperero*, Fides, Mulsi congialem plenam faciam tibi fideliam. Cas. II, 5, 28 sq.: Quom ad deos minores *redierit* regnum tuom, Quis mihi subveniens (sic Δp, vulg. subveniet), tergo? V, 4, 22: Si unquam posthac aut *amasso* Casinam aut *occepso* modo. Cist. II, 1, 22. 23:

Quodcunque optas, tibi cupio contingere
AL. Si illam uxorem *duxero* unquam mihi quam despondit pater!
ME. Et me, si uxorem tibi unquam filiam *dedero* meam.
Epid. II, 2, 104: si plus *dederis*, referam. II, 3, 5: si senex *resciverit*. III, 1, 6. IV, 2, 23: si hercle te unquam *audivero*. Bacch. II, 3, 124 sqq.: Set quid futurumst, quom hoc senex *resciverit?* Quom se excucurrisse illuc frustra *sciverit* — quid mihi fiet postea? v. 130. IV, 4, 57 (v. 708): Hoc ubi *egero*. IV, 4, 61 (v. 712): Si id *capso*, geritote amicis vostris aurum corbibus. IV, 5, 5: Ubi me [contra] *aspexerit*. IV, 8, 80: prius quam filium *convenero*. Mil. III, 3, 53: ni *ludificata ero* hominem, Culpam omnem in med inponito. Merc. II, 4, 28: prius quam tu a me *redieris*. III, 2, 14: Iam iurgio enicabit, si intro *rediero*. 3, 1: Adducam ego illum iam ad te, si *convenero*. V, 4, 43: sed istuc uxor faciet, quom hoc *resciverit*. Pseud. I, 5, 97: Si *apstuleris*, mirum et magnum facinus *feceris*. v. 98: [At] si non *apstuleris*? v. 99: Set quid, si *apstulero?* v. 119: Set si [id] non *faxis*. v. 121: set si *ecfecero*. II, 2, 46: Magis *solutum erit*, quam si ipsi *dederis*. III, 2, 94: Ut quisque quicque conditum *gustaverit*, Ipsus sibi faciam ut digitos praerodat suos. IV, 3, 6: Si occasionem *capsit* = ceperit. IV, 7, 72: Adeo donicum ipsus sese ludos fieri *senserit*. V, 1, 3: Nam hercle si *cecidero*, flagitium vostrum erit. Poen. prol. v. 81: Si quid mandare voltis aut curarier, Argentum nisi qui *dederit*, nugas *egerit*. v. 82: Verum qui *dederit*, mage maiores *egerit*. I, 2, 193: cum ab re divina *rediero*. III, 3, 58: Rex sum, si ego illunc hodie ad me hominem *adlexero*. 4, 20: Si *exierit* leno. IV, 2, 85: Profecto ad incitas lenonem rediget, si eas *abduxerit*. V, 2, 123: Suam rem sibi salvam sistam, si illo *advenerit*. V, 4, 38: Id ego, nisi quid di aut parentes *faxint*, qui sperem, haud scio. V, 5, 1: Si ego minam non *ultus fuero* probe, quam lenoni dedi. V, 6, 23: quom in ius *veneris*. Pers. I, 1, 53: Usque ero domi, dum *excoxero* lenoni malam rem magnam. II, 2, 36: Ni *sciero* prius ex te, tu ex me numquam — scies. v. 37: Numquam ecastor hodie scibis, priusquam ego ex te *audivero*. 4, 22: si *prehendero*. III, 1, 65: Si hoc *adcurassis* lepide. 2, 3: Quod si non *dederit* atque hic dies *praeterierit*, Ego argentum, ille ius iurandum *amiserit*. 3, 30: Ubi quid *crediderit*, citius extemplo a foro Fugiunt. IV, 4, 15: Si hanc *emeris* — nullus leno te alter erit opulentior. v. 23: ne si ferro *parseris*,

— videas (coni. fut. exacti). Pers. v. 828: Iam ego tibi, si me *inritassis*, Persam adducam denno. Fragm. Pers. Ang. Mai. p. 493: Tunc quando *abiero*. Rud. I, 2, 79: Salvae sunt, si illos fluctus *devitaverint*. II, 5, 20: siquis me hanc habere *viderit*. III, 4, 26: Vos adeo, ubi ego *innuero* vobis, ni si caput *exoculassitis*, Quasi iuncis murteta item ego vos virgis circumvinciam. v. 50: Postea [tu] adspicito meum, quando ego tuum *inspectavero*. v. 54: quas si *attigeris*, oculos eripiam tibi. III, 5, 52: si *caveris*. IV, 1, 11: In digitis hodie percoquam quod *ceperit*. 4, 74: si praeterhac [Unum] verbum *faxis* hodie, ego tibi conminuam caput. Truc. II, 4, 9: ubi tu *iusseris*. III, 2, 4: Iam illic pol inclamabit me, si *adspexerit*. Plaut. fragm. p. 485, v. 36: Inimicus esto, *donicum* ego *revenero*. Trabea fr. inc. fab. 1, v. 8 sq.: de inproviso Chrysis ubi me *aspexerit*, Alacris obviam mihi *veniet*. Caecil. Stat. Imbrii fr. 3, v. 96 sq.: At si *obdormivero*, Tute idem ubi eris experrecturus. Terent. Andr. prol. v. 10: Qui utramvis recte *norit*, ambas *noverit*. I, 1, 137: si *sensero*. 2, 25: si *sensero* hodie — dedam. I, 3, 8 sq.: Si *senserit* aut si quam lubitum *fuerit* causam *ceperit*, Quo iure quaque iniuria — in pistrinum dabit! Eun. I, 1, 10: Eludet, ubi te victum *senserit*. Heaut. III, 3, 23: hic prius se *indicarit* quam ego argentum *effecero*. Phorm. I, 4, 8: quod quom *audierit* v. 27: Nam si *senserit* te timidum pater esse, *arbitrabitur*. II, 3, 73: Haud desinam, Donec *perfecero* hoc. Hec. IV, 1, 52: si ipsam rem, ut siet, *resciverit*. 2, 23: Et me hac suspitione exolvam et illis morem *gessero*, de quo loco vide Haas. ad Reisig. p. 455. Ad. II, 1, 49: ubi me *dixero* dare tanti.

13. Sed saepissime tamen futurum exactum inprimis apud scriptores comicos per antecedens (simili modo atque coni. et inf. perfecti) simpliciter de futura actione usurpatur, si hanc actionem celeriter confectum iri et quasi iam confectam esse exprimendum est. Differt paululum ab hac significatione tertia, quam habet futurum exactum loco Plauti Capt. II, 2, 64: Is, uti tu me hic habueris, proinde illum illi *curaverit*; hoc enim loco, ut recte dicit Lindemannus (qui ad h. l. de toto usu fut. exacti loquitur et quattuor eius distinguit significationes, sed altera quam ponit actionis futurae momentaneae cum tertia celeritatis agendi futuro tempore cogitatae in unam coniungenda erat), „aliquam communis opinionis vel exspectationis significationem habet, cum, dum ali-

quid fit sive geritur, aliud diu ante fieri debuisse de communi sententia exspectatum esse significare volumus, unde postea universam traxit opinionis et cogitationis notionem quae alias soli coniunctivo inhaeret." Nostro igitur loco e Captivis „Deus, inquit Tyndarus, uti tu me hic habueris, ut credibile est, curatum habebit in Alide." Multo frequentior est illa, quam priore loco attuli, notio celeritatis. Sic Plaut. Amph. prol. v. 53: deus sum, *commutavero*. Inprimis frequens est hac significatione *faxo*, ut Amph. I, 1, 199. Bacch. III, 4, 7: Ego *faxo* hau dicet nanctam quem delusserit. Bacch. v. 715: Iam *faxo* hic erunt. Poen. IV, 2, 86: Quin prius disperibit *faxo*, quam unam calcem civerit. v. 88: Quin meus hercle contibertus *faxo* eris, si di volent. Amph. III, 4, 17: Atque illuc susum *escendero*. Asin. II, 2, 61: *mansero* Tuo arbitratu, vel adeo usque dum peris. II, 4, 33: Sic dedero, h. e. sic semper dare paratus sum, si debitor mihi tam cito satis facit, v. Gronov. v. 40: iam hic me *abegerit* suo odio. III, 3, 115: Inscende actutum. LI. Ego *fecero*. Aul. IV, 5, 6: Tantisper hinc ab ianua *concessero*. Capt. II, 2, 43: eadem ego ex hoc quae volo *exquisivero*. v. 91: Immo alium potius *misero*. III, 1, 35: sic *egero*. Cas. II, 4, 18: decidero, pro quo Ladew. ad Cas. mus. rh. 1845 p. 119 scribere vult *deiecero*. Cist. II, 1, 49 sq.:

Post autem cum primo luci oras nisi ambo *occidero*,
Et quidem hercle nisi pedatu tertio omnis *ecflixero*.

Epid. III, 4, 78: Propera igitur fugere hinc, si te di amant. FI. *abiero*. V, 1, 18: signum pictum pulcre *videris*. v. 50: inssero. Bacch. I, 1, 15: Eadem *biberis*, eadem *dedero* tibi ubi *biberis* savium. II, 2, 33: Immo hercle *abiero* potius. 3, 129: *Aufugero* hercle, si magis ussus venerit. Bacch. v. 695: Perge, ac facile *ecfeceris*. IV, 7, 42: Inveneris. 8, 7: Ni illum exanimalem *faxo*, si convenero Nive exheredem *fecero* vitae suae. 9, 143: iam ego huc *revenero*. Most. I, 3, 66: Di pol me faciant, quod volint, ni ob istam orationem Te *liberasso* denuo et ni Scapham *enicasso*. Mil. II, 2, 45: ego hinc *apscessero* aps te huc interim. III, 2, 50: Iam huc *revenero*. Merc. II, 3, 38 et 55: verum actutum *abscesserit*. v. 111: Quiesce, inquam: istanc rem ego recte *egero*. v. 113: ego aliquid *videro*. II, 4, 29: ego *fecero*. III, 2, 5: [id igitur] Voluptate, vino, amore *delectavero*. Pseud. I, 3, 116: nam hunc fames iam *occiderit*. v. 142: si tu argentum attuleris, cum illo *perdidero* fidem. II, 2, 52:

quando eum esse censebo domi, *Rediero.* II, 4, 31: vobis post *narravero.* Poen. IV, 2, 64: Si erus meus med esse locutum quoiquam mortali sciat, Continuo is me ex Syncerasto Crucifragium *fecerit.* V, 2, 24: Si respondebunt, Punice pergam loqui; Si non, tum ad horum mores linguam *vortero.* V, 4, 46: bonus bonis *benefeceris.* v. 48: isto pretio tuas nos facile *feceris.* 5, 7: Sic *dedero!* aere militari *tetigero* lenunculum. Pers. II, 2, 68: Abi: et ego *abiero.* II, 3, 17: Verberibus caedi *iusserit.* 4, 21: specta, Quid *dedero.* III, 1, 67: nullum Siculum *acceperis.* Rud. III, 5, 9: ego *recessero.* v. 10—12: Verum, senex, si te umquam in urbe offendero, Numquam hercle quisquam me lenonem *dixerit,* Si te non ludos pessumos *dimisero.* Trin. II, 2, 4: Feceris, h. e. facies ex mea quidem sententia. III, 1, 6: Si hoc non credis, ego *credidero* (ich werde sogleich glauben). v. 24: huc aliquantum *apscessero.* III, 2, 29: Omnia ego istaec quae tu dixti scio, vel *exignavero,* h. e. tantopere teneo, tam probe scio, ut statim perscribere possim. v. 87: Eodem pacto quo huc accessi *apscessero.* Trin. v. 1007: huc *concessero.* Truc. II, 2, 53: Ni ista ego vostra ero maiori facta *denarravero.* 6, 66: mox ad te huc cubitum ivero. IV, 4, 23: Si aufers puerum, a milite omnis spes tum mi animam *efflaverit.* v. 30: ad te *venero.* Caecil. Stat. Titthe fr. 6: hic dum abit, huc *concessero.* Ter. Andr. II, 3, 7: Dictum ac factum *invenerit* Aliquam causam, quam obrem eiciat oppido. 6, 25: Ego, istaec recte ut fiant, *videro.* Heaut. I, 1, 56: si id non facis — *invenero.* Phorm. V, 6, 42: fecero. Hec. IV, 2, 23: Et me hac suspitione exolvam et illis morem *gessero.* 4, 78: Post de matre *videro.* Ad. I, 2, 47: ah, si pergis, *abiero.* III, 3, 83: de istoc ipse *viderit,* ad q. l. Ruhnk.: „Elegans formula eorum, qui curam alicuius rei ad alium reiiciunt.“ IV, 1, 22: ego *videro.* V, 3, 59 sqq.: Ego istuc *videro:* Atque ibi favillae plena, fumi ac pollinis Coquendo sit *fuxo.*

14. Aliae temporis notiones formantur *coniugatione,* quae dicitur, *periphrastica.* Ex his ea forma, quae constat e participio perfecti et *fui,* ter invenitur apud Plautum, Amph. I, 1, 31: Quod numquam *opinatus fui* — id contigit. Mil. II, 1, 40: Capiunt praedones navem illam ubi *vectus fui.* Poen. V, 6, 10: Iam pridem equidem istuc scivi, et *miratus fui* Venire neminem, quae significatione non differunt a vectus sum cett., nam recte dicit Haasius ad Reisig. adnot. 447, participium in his tem-

porali vi fere exuta prope accedere ad adiectivi significationem, quapropter temporis praeteriti notionem verbo substantivo exdrimendam fuisse. Participium autem futuri activi cum omnibus fere temporibus verbi *esse* coniunctum reperitur. Sic Plaut. Cist. I, 3, 4: quod si tacuisset, tamen ego *eram dicturus* deus, qui poteram planius. Most. II, 2, 7: Quod *crediturus* tibi *fui*, omne credidi. Terent. Andr. III, 3, 11: uti nuptiae *Fuerant futurae*, fiant. III, 4, 8: Non *fuerant* nuptiae *futurae*. Forma per *ero* effecta inprimis frequens est apud Catonem in libro de re rustica, pleraque exempla enumeravit Haasius l. l. adnot. 445. Sunt autem haec: C. 30: Ubi sementim *facturus eris*. C. 40: Quem ramum *insiturus eris*. C. 45: quas in scrobe *saturus eris*. Ib.: Quas in seminario *saturus eris*. C. 46: positurus eris. C. 100: inditurus eris. ib.: ea quae *demissurus eris*. C. 138: quod non *daturus erit*. C. 152: qui *poturus erit*. C. 161: in quo loco *positurus eris*. Caecil. Stat. Imbrii fr. 3, v. 96 sq.: At si obdormivero, Tute idem ubi *eris experrecturus?*

15. *Consecutio* (*convenientia*) *temporum*. Quum enunciationes compositae, quae constant ex enunciatione primaria et secundaria in coniunctivo posita, cum discesseris a consecutivis, plerumque ita sint comparatae, ut non utraque per se consistat, sed altera ab altera pendeat, consentaneum est consensum quendam sive convenientiam existere temporum in utraque enunciatione. Concordant igitur fere inter se praesentia et futura cum praesentibus et perfectis coniunctivi, tempora praeterita cum imperfecto et plusquamperfecto coniunctivi, sed perfectum etiam, cum ex parte ad praesens quoque tempus spectet, cum praesenti et perfecto, in qua re tenendum est, si perfectum sequitur praesens coniunctivi, plerumque actionem significari, quae etiam ad praesens adeoque futurum tempus spectet, quum imperfecto sola congruentia temporum exprimatur. Praesens historicum, cum proprie pro perfecto positum sit, duplicem sequi potest consecutionem temporum, et perfecti et praesentis. Aliquantum discriminis facit consecutio temporum in oratione recta et obliqua (de qua singularem dissertationem scripsit Kruegerus in sectione II libri, qui inscribitur Untersuchungen aus dem Gebiete der lat. Sprachlehre). Quum enim verbum cum infinitivo, qui ex illo aptus est, in unam quasi temporis notionem coalescat, tempus coniunctivi aut ex hac notione aptum esse potest aut ex altero

utro tempore per se spectato, prout huius aut illius notio ad sententiam praevalet et potissima est. Denique addendum est imperfectum et plusquamperfectum coniunctivi nonnunquam contra regulas consecutionis temporum posita videri, sed tum sunt conditionalia, quorum forma stabilis atque constans est neque usquam mutatur. Quamquam negari non potest, inprimis apud priscos scriptores haud paucos inveniri locos ab omnibus regulis, quae extant de consecutione temporum, declinantes, qui saepe difficilem habent explicationem. In afferendis locis scriptorum optimum erit duce Etzlero, qui de hac re agit in libro Spracherörterungen p. 138—191, singula genera enunciationum compositarum discernere, quamquam non poterit vitari in nonnullis locis complura genera coniuncta apparere. Praesens autem historicum ultimo loco separatim tractabo.

a. *Enunciationes obiectivae pendentes e verbis sentiendi et dicendi, quae formam habent interrogationis obliquae.* In enunciatione primaria est praesens, in secundaria perf. coni. Cato R. R. praef.: Quanto peiorem civem *existimarint* foeneratorem quam furem, hinc *licet* existimare. Plaut. Poen. V, 4, 108: facito in memoriam *habeas* — dotis quid *promiseris*. Terent. Eun. IV, 4, 23: Eo *rediges* me, ut quid *egerim* egomet *nesciam?* Conditionalia sequuntur praesens in his duobus locis: Terent. Eun. I, 5, 23: quid *facerem*, siquis me *roget* et Plaut. Trin. IV, 2, 150: Di me perdant si te flocci *facio* an *perisses* prius. Imperfecta concordant inter se in his locis: Ennii annal. l. I, v. 85: *Certabant* urbem Romam Remoramne *vocarent*. Plaut. Bacch. IV, 4, 25: An *nesciebas*, quam eius modi homini raro tempus se *daret?*, quae verba cum Douza sic struenda sunt: quam raro eiusmodi tempus se daret. Contra regulam vulgarem est, si imperfectum sequitur praesens aut perfectum coniunctivi. Sic Aul. III, 6, 14: Plus ego, ut te *accusem* (Δp accussem) merito, *meditabar*, ubi praesens positum est, quoniam actio accusandi nondum praeterita, sed adhuc in futuro est. Similiter perfectum Ennii annal. l. I, v. 90:

Sic expectabat populus atque ora *tenebat*,
Rebus, utri magni victoria *sit data* regni,

ubi neglecta convenientia temporum *sit* praesentis historici instar est. Perfectum sequitur imperfectum coniunctivi in his locis. Plaut. Aul. prol. v, 17: Coepi observare, ecqui maiorem

filius Mihi honorem *haberet*, quam eius *habuisset* pater. Truc. III, 2, 13: *Intellexisti* lepide quid ego *dicerem*. Terent. Eun. V, 4, 8 sqq.: Id verost quod ego mihi puto palmarium, Me *repperisse*, quo modo adulescentulus Meretricum ingenia — *posset* noscere: Mature ut quom cognorit, perpetuo *oderit*, ubi in enunciatione finali praesenti coni. addita non iam respicitur illud tempus, quo reperit, sed id, quod ratione habita eius, quo loquitur, etiamnum futurum est, = ut posthac odisse possit, quom cognorit. Plaut. Amph. II, 2, 113 sq.: Quippe ex te *audivi*, ut urbem maxumam *Expugnavisses* regemque Pterelam tute *occideris*, ubi plusquamperfectum temporis praeteriti, perfectum coniunctivi temporis praesentis (eius quo loquitur) ratione habita positum est. Perfectum sequitur praesens coniunctivi in his locis: Capt. prol. v. 35 sq.: *confinxerunt* dolum, Quo pacto hic servos suum erum hinc *amittat* domum, ubi praesens ratione habita temporis futuri positum est, = amittere possit. Cist. I, 3, 20: *observavit* servolus, Quo aut quas in aedis haec puellam *deferat*. Epid. II, 2, 102: *repperi*, haec qui *abscedat* te suspicio, item ratione habita temporis futuri, = abscedere possit. Bacch. II, 3, 53: *Occepi* ego opservare eos quamnam rem *gerant*, Men. V, 2, 3: Set id quam mihi non *sit* facile, haut *sum falsus*. Mil. IV, 3, 4 sq.: *Dixi* equidem tibi, Quo pacto id fieri *possit* clementissume. Merc. II, 3, 10: Neque is quom roget, quid *loquar*, *cogitatumst*, de actione futura, praeterea participium cum *est* coniunctum est pro adiectivo ideoque *cogitatumst* pro ipso praesenti. Pers. II, 5, 24 sq.: Nam iam omneis sucophantias *instruxi* et *comparavi*, Quo pacto ab lenone *auferam* hoc argentum. Rud. III, 1, 19 sq.: Nunc quam ad rem dicam hoc attinere somnium, Numquam hodie *quivi* ad coniecturam evadere. Terent. Andr. III, 4, 7: Tandem *cognosti*, qui siem? Phorm. V, 7, 6: hoc qui *cogam*, re ipsa *repperi*. Hec. III, 2. 10: intro *iit* videre, — quid *agat*. V, 2, 18: an quia non tute dudum *audisti*, De hac re animus meus ut *sit*, Laches? Perfectum denique cum perf. coni. coniunctum est Heaut. II, 3, 38: hic sciri *potuit*, — Quo studio vitam suam te absente *exegerit*.

b. *Enunciationes obiectivae*, *quae exprimunt fieri aliquid, effici, prodire ex eo, quod verbum regens significat*, coniuncta cum coniunctione *ut*, quae saepe etiam omittitur, ut Cato R. R. c. 5: *consideret* quae dominus imperaverit, *fiant*, (*ne, quin*). (Etzler. p. 148). Praesens respondet praesenti in his locis: Plaut.

Bacch. II, 3, 95: Quia id signumst cum Theotimo, qui eum illi adferet, Ei aurum *ut reddat.* IV, 9, 146: *Ut* ovans praeda onustus *incedam evenit.* Men. IV, 3, 12: Quae conmisi, ut me defrudes, ad eam rem adfectas viam. Poen. IV, 2, 59: Quid ergo *dubitas, quin* lubenter tuo ero meus, quod *possiet* Facere, *faciat* male, eius merito. Rud. III, 2, 26: Bene equidem tibi dico, qui te digna *ut eveniant precor.* Stich. I, 3, 98 sqq.: Tritici modios decem Rogare *opinor.* GE. Mene, ut ab sese *petam?* CR. Immo [tu] ut aps te mutuom nobis *duis.* Imperfectum concordat cum imperfecto Terent. Phorm. V, 8, 9; *verebamini,* Ne non id *facerem,* quod *recepissem* semel? Imperfectum conditionale est in enunciatione primaria Plaut. Most. III, 2, 54: *Vellem ut* tu *velles.* Plusquamperfectum sequitur Pseud. IV, 1, 8: nimis *metuebam* male *ne abisses.* Perfectum sequitur imperfectum coniunctivi in his locis: Plaut. Aul. prol. v. 8: *Defodit,* venerans me, *uti* id *servarem* sibi. II, 2, 80 sq.: illud *facito, ut memineris Convenisse, ut nequid* dotis mea ad te *adferret* filia. 4, 2 sq.: *edixit* mihi, *Ut dispartirem* obsonium hic bifariam. Epid. III, 4, 72: Stratippoclem audivi — Absentem *curavisse, ut fieret* libera. Bacch. III, 3, 118 sq.: Ita feci, ut auri quantum *vellet sumeret,* Quantum autem *lubeat* reddere, ut *reddat* patri, ubi praesens de actione nondum praeterita dicitur. IV, 4, 38 sq.: Ego patrem *exoravi.* CH. Nempe ergo hoc *ut faceret* quod loquor? MN. Immo tibi *ne noceat neu* quid ob eam rem *suscenseat,* ubi per imperfectum *faceret* tempus ipsum exorandi, per praesentia autem coniunctivi, quae sequuntur, actio futura describitur. Poen. V, 3, 15: *Oratum ierunt* deam, *ut* sibi *esset* propitia. Truc. II, 7, 27: *iussit* orare, *ut* haec grata *haberes* tibi. Mil. III, 1, 130 sq.: aequom fuit deos *paravisse,* uno exemplo *ne* omnes vitam *viverent.* v. 135 sqq.: Itidem divos *dispertisse* vitam humanam aequom fuit: Qui lepide ingeniatus *esset,* vitam ei longinquam [*ut*] *darent,* Qui inprobi *essent* et scelesti, is *adimerent* animam cito. Poen. V, 4, 106: vobis habeo — gratias, Quom hac laetitia — me *adfecistis* — *Ut* meae gnatae ad me *redirent.* Pers. II, 2, 57 sq.: [*Edictumst* mihi,] *Ne* hoc quoiquam homini *edicerem,* omnes muti uti *loquerentur* prius. v. 59 sq.: Mihi quoque *edictumst* magnopere, *ne* quoiquam homini *crederem,* Omnes muti uti *loquerentur* prius. Stich. IV, 2, 3: Ita mi auctores *fuere, ut* egomet me hodie *iugularem* fame. Terent. Andr. V, 6, 3: more hominum *evenit, ut,* quod sum

nanctus mali, Prius *rescisceres* tu, quam ego illud quod tibi evenit boni. Ad. II, 2, 9 sqq.: *Metuisti*, si nunc de tuo iure *concessisses* paululum Atque adulescenti *morigerasses* — *Ne* non tibi istuc *faeneraret*. Praesens autem coniunctivi sequitur perf. in his locis: Plaut. Amph. prol. v. 11 sq.: Nam vos quidem id iam scitis *concessum* et *datum* Mi *esse* ab dis aliis, nuntiis *praesim* et lucro, ubi participia iterum adiectivorum instar sunt. Argum. acrost. Capt. v. 7: *Ut* [is] *amittatur*, *fecit*, ubi amittatur pro praesenti quasi historico accipio. Lindem.: „Accedit h. l. excusatio, quod reliqua in praes. narrantur.“ Capt. II, 3, 35 sqq.: *convenerit* — *Ut* eum *redimat* et *remittat*, de actione nondum praeterita, sed adhuc futura. Bacch. III, 6, 4: Verum postremo *inpetravi*, *ut ne*quid ei *suscenseat*. Men. V, 2, 37: quotiens *monstravi* tibi, viro *ut* morem geras? Mil. IV, 4, 9 sq.: Nam ipse miles concubinam intro *abiit* oratum suam, Ab se *ut abeat* (praesens positum est, quoniam illa nondum abiit). Pers. IV, 4, 69: Servitus mea mi *interdixit*, *ne* quid *mirer* meum malum. Rud. IV, 2, 23: nunc tibi, Gripe, Haec occasio *optigit*, *ut liberet* te ex populo praetor. L. Aemilii Paulli Macedonici oratio ap. Valer. Max. V, 10, 2: Quapropter bene habet, annuendo enim votis meis id *egerunt*, *ut* vos potius meum casum *doleatis* quam ego vestro *ingemiscerem*, ubi offendit, quod primum praesens, deinde imperfectum coni. positum est. Terent. Andr. IV, 2, 4: *Orare iussit*, si se *ames*, era, iam *ut* ad sese *venias*, quem locum affert Ruddim. p. 351, adnot. 16 dicens: „Si actio adhuc durare intelligatur, *ut* praeeunte praeterito sequi potest praesens“ additque locum Ad. I, 1, 29: Ea *ne* me *celet*, *consuefeci* filium (quoniam ne filius se celet, in posterum quoque vult). Eun. III, 4, 6: Nunc mi hoc negoti ceteri *dedere*, *ut* illum *quaeram*. III, 5, 22 sqq.: *submonuit* — *ut* vestem cum eo *mutem* et pro illo *iubeam me* illoc ducier, ubi statim v. 25 sq. sequitur: quid ex ea re tandem *ut caperes* commodi? CH. Rogas? *viderem*, *audirem*, *essem* una. Phorm. V, 8, 41: *Ut* filius Cum illa *habitet* apud te, hoc vostrum consilium *fuit*. Duo perfecta coniuncta sunt Plaut. Amph. I, 1, 276: *Factumst* illut, ut ego illic vini hirneam *ebiberim* meri, ubi, ut recte docet Haasius ad Reisig. p. 549, adnot. 479 non coniunctis demum inter se plena sententia fit, sed *ut ebiberim* tantum per epexegesin additum est, ut pro eo dici potuisset: factumst illud, scilicet ebibi. Poen. V, 2, 96 sq.: Qui *potuit fieri*, *ut*

Carthagini *Gnatus sis* cett. Denique futurum vel futurum exactum sequitur praesens coniunctivi Amph. I, 2, 25 sqq., quem locum Fleckeisenus praef. p. XVIII ita scripsit:

Pater *curabit* [Iuppiter summus meus]
Uno *ut* labore *apsolvat* aerumnas duas,
Ut clandestina haec *celetur* consuetio,
Ne [illa] in suspitione *ponatur* stupri.

Aul. II, 2, 27 sq.: Credo edepol, ubi mentionem ego *fecero* de filia, Mihi *ut despondeat*, sese a me derideri rebitur.

c. *Enunciationes finales.* Praesens concordat cum praesenti in his locis. Cato R. R. c. 3: Torcularia bona habere *oportet* ut opus bene effici *possit*. Plaut. Bacch. II, 3, 91 sq.: Nunc tibimet illuc navi *capiundumst* iter, *Ut* illut *reportes* aurum. v. 114: At ego hinc *abeo* illum ut *conveniam*. IV, 4, 88: Sucophantias *conponit*, aurum *ut* aps te [id] *auferat*. Mil. III, 1, 133: precium ei *statuit*, pro virtute *ut veneat* (sic Klotz. in censura edit. Fleckeisenianae in nov. annal. philol. 1852, vol. 64, sect. 2, p. 196 sqq.). Terent. Andr. I, 2, 25: si sensero hodie quicquam in his te nuptiis Fallaciae *conari*, quo *fiant* minus. Imperfectum sequitur imperf. coni. Plaut. Asin. V, 2, 88: *Dicebam*, pater, tibi ne matri *consuleres* male. Utrobique est imperf. coni. Terent. Eun. IV, 7, 16 sq.: fundam tibi nunc nimis *vellem* dari, *Ut* tu illos procul hinc ex occulto *caederes*. Offendit praes. coni. post imperf. conditionale positum Ad. III, 2, 18: Sublimen medium *arriperem* et capite pronum in terram *statuerem*, Ut cerebro *dispergat* viam. (Loquendo ex ratione conditionali egreditur et consilii solius in tempore futuro siti rationem habet). Perfectum sequitur imperf. coni. in his locis: Ennii Euhem. fr. 3: Id eius rei causa *fecit*, *uti* ad suos gnatos regnum *rediret*. Plaut. Amph. I, 3, 25 sq.: hanc operam *subrupui* tibi, Ex me primo [*ut*] prima *scires*, rem ut *gessissem* puplicam. Asin. prol. v. 7: Nunc quid *processerim* huc et quid mihi *voluerim* Dicam: *ut sciretis* nomen huius fabulae. IV, 1, 7 sq.: Lenae *dedit* argenti viginti minas, Philenium *ut* secum *esset*. Aul. II, 1, 14: Eo nunc secreto foras te huc *seduxi*, *Ut* tuam rem ego tecum hic *loquerer* familiarem. Cas. prol. v. 52: allegavit — qui posceret. Epid. III, 1, sqq.:

Non oris causa modo homines aequom *fuit*
Sibi habere speculum, *ubi* os *contemplarent* suum;
Sed qui perspicere *possent* cor sapientiae,

Igitur perspicere *ut possent* cordis copiam;[4])
Ubi id *inspexissent, cogitarent* postea,
Vitam ut *vixissent* olim in adalescentia.

III, 4, 64: *Conducta* veni, *ut* fidibus *cantarem* seni, Dum rem divinam *faceret*. IV, 1, 37: argentum *dedi, ut emeretur*. Bacch. II, 3, 109: Censebam me *ecfugisse* a vita marituma, *Ne navigarem* tandem hoc aetatis senex. III, 2, 6: *Missi*, amicam *ut* mi *invenirent* Bacchidem. Pseud. III, 2, 6: Quin ob eam rem Orcus recipere ad se hunc *noluit*, *Ut esset* hic qui mortuis cenam *coquat*. Poen. III, 5, 28: Eum *adlegarunt* — *qui* — *diceret*. v. 43: Consulto hoc *factumst*, mihi *ut* insidiae *fierent*. Rud. III, 1, 6 sq.: Ad hirundininum nidum *visast* simia Ascensionem *ut faceret* admolirier. Terent. Hec. prol. 1, v. 6: noluit, — ut — posset. Praesens coniunctivi sequitur perfectum in his locis: Plaut. Amph. I, 1, 40: Me a portu *praemisit* domum, haec *ut nuntiem* uxori suae. III, 1, 10: Semul Alcumenae — *veni ut* auxilium *feram*. Asin. I, 1, 72 sq.: Dotalem servom Sauream [ne] uxor tua *Adduxit, quoi* plus in manu *sit* quam tibi. Capt. II, 2, 17: Ne id quidem involucri inicere *voluit*, vestum *ut ne inquinet*. Cas. prol. v. 55: allegavit — Qui — poscat. III, 5, 44: Id *missa* huc *sum* tibi *ut dicam*, ab ea ut *caveas* tibi, de re futura. Epid. IV, 2, 1 sq.: Quid est, pater, quod me *excivisti* ante aedis? PE. ut matrem tuam *Videas*. Bacch. IV, 2, 7 sqq.: missit — ut reddat, — ut — eat. 10, 8: Ego dare ludum gnato *institui*, animo opsequium *ut* sumere *possit*. Mil. II, 1, 53 sq.: *Dedi* mercatori quoidam *qui* ad illum *deferat*, *Ut* is huc *veniret*. Merc. IV, 1, 3: *Reveni, ut* illum *persequar* de re eo tempore, quo loquitur, etiamnum futura. Poen. III, 5, 29: *Conpositast* fallacia, *Ut* eo me *privent* atque inter se *dividant*. V, 2, 58: Palas vendundas sibi sit et mergas datas, *Ut* hortum *fodiat* atque *ut* frumentum *metat*. Rud. III, 4, 12: Non hodie isti rei *auspicavi*, *ut* cum furcifero *fabuler*. Trin. prol. v. 15: *Dedi* ei meam gnatam, *qui*cum egestatem *exigat*. Terent. Andr. IV, 5, 23: quando huc *veni*, ut *videam*. V, 3, 21: *adducti*, *qui* illam civem hinc *dicant*. Hec. IV, 4, 61 sq.: Aliquando tandem huc animum *ut adiungas* tuom, Quam longum spatium amandi amicam tibi *dedi!* Ad. IV, 5, 19: is *venit, ut* secum *avehat*, quoniam hoc consilium etiamnum in praesens tempus cadit.

---

[4]) v. 3 Δp id qui. v. 4 Pareus et vulg. possint, quod correxit Bothius.

Futuro et futuro exacto respondet praesens: Plaut. Aul. I, 1, 14: Oculos — *effodiam* tibi, *Ne* me observare *possis*. Poen. V, 4, 94: mage *qui credatis, dicam*. Pseud. I, 3, 99: adegero — Ut — suppetat.

d. *Enunciationes consecutivae*. In utraque enunciatione est praesens Plaut. Amph. II, 2, 130: verum ita animatus fui Itaque nunc *sum*, *ut* ea te patera *donem*. Imperf. est praegresso inf. praes. Terent. Hec. IV, 1, 17 sqq.: Adeon pervicaci *esse* animo, *ut* puerum *praeoptares* perire, Ex quo firmiorem inter nos fore amicitiam posthac *scires*, Potius quam advorsum animi tui lubidinem *esset* cum illo nupta? H. l. inf. *esse* nullum plane tempus definitum exprimit, sed nihil nisi nudam actionem verbi; enunciatione demum secundaria transit ad tempus praeteritum. Perfectum concordat cum praesenti: Plaut. Capt. prol. v. 47. 49: *conpararunt* et *confinxerunt* dolum — Ut in servitute hic apud suum *maneat* patrem. Men. V, 1, 12: Quid tandem *admisi* in me, *ut* loqui non *audeam?* Rud. IV, 2, 20: Nam ego nunc, qui inpiger fui, *repperi* mi piger ut *si velim sim*. Utrobique perfectum Terent. Heaut. V, 3, 4: nullamne ego rem umquam *Volui, quin* tu in ea re mihi *fueris* advorsatrix? Hec. prol. 1, v. 2: novom *intervenit* vitium et calamitas, *Ut* neque spectari neque cognosci *potuerit*. I, 2, 63 sq.: cubuerit, — ut potuerit?

e. Exemplum *enunciationis causalis* est Eun. I, 2, 16: non pol, *quo* quemquam plus *amem* aut plus *diligam*, Eo *feci*.

f. Ad *conditionales enunciationes* quod attinet, in oratione recta spectat huc tantummodo sumptio ficti, in oratione obliqua etiam sumptio dati et sumptio dandi (cf. Etzler. Sprachcrörterungen p. 66 sq.). Iam si distinguimus enunciationem sumptivam per *si* coniunctionem elatam et conditionalem, in recta quidem oratione plerumque hae duae enunciationes ita inter se cohaerent, ut temporum etiam inter se cognatorum existat convenientia. Concordant igitur fere inter se praesentia cum perfectis, imperfecta cum plusquamperfectis et raro tantum utraque tempora inter se miscentur. Nonnunquam imperfecta est enunciatio conditionalis, ita ut sumptio sola posita sit vera apodosi per ellipsin omissa et mente addenda, ubi particula *si* ad sententiam quidem non multum differt a particula interrogativa. Sic Plaut. Capt. prol. v. 27: Coepit captivos conmercari hic Aleos, *Si* quem reperire *possit*, qui *mutet* suum = si forte, experturus, numquem forte rep. p.

(Praesens autem h. l. positum est, quoniam actio etiamtum ad futurum tempus spectat; minus probabile est esse pro praesenti historico). Itidem Pseud. IV, 7, 49: Iam dudum, *si des*, porrexi manum. — Verae autem enunciationes conditionales apparent in his exemplis. Aul. III, 5, 49: *Compellem* ego illum, *ni metuam ne desinat* Memorare mores mulierum. Ter. Andr. V, 4, 15: *ni metuam* patrem, *habeo* pro illa re illum quod moneam probe. Plaut. Poen. IV, 2, 55: Animum inducam facile, ut *credam* istuc tibi, *ni* te *noverim*. V, 4, 81 sq.: Primum, *si* id fieri *posset*, *Ne* indigna indignis di *darent*, id ego evenire *vellem*. Terent. Hec. IV, 1, 32 sq.: Adeon me *esse* pervicacem censes, quoi mater *siem*, Ut eo *essem* animo, *si* ex usu *esset* nostro hoc matrimonium? Andr. I, 2, 4: *Mirabar*, hoc *si* sic *abiret*: et eri semper lenitas *Verebar* quorsum *evaderet*. Catonis fragm. or. inc. ap. Quintil. IX, 2, 21: Cedo, *si* vos in eo loco *essetis*, quid aliud *fecissetis?* Anomala sunt, si inter se concordant praesens et imperfectum vel plusquamperfectum. Sic Plaut. fragm. Cist. Ang. Mai. p. 19 (p. 486 Tauchn.): Muliercula mea ornatula *si sit* ut quidem hercle scita, Quamquam vetus cantherius sum, mihi nunc, ut ego opinor, *Adhinniret*. Mil. IV, 8, 47: Et *si* ita sententia *esset*, tibi servire *mavelim* Multo quam alii libertus esse, ad q. l. Lindem.: „Bothius soloecismum odoratus *sententia siet* scribi iussit, propter v. *mavelim*, quae sequitur. Sed errat ille. Nam si ita dixisset poeta: malo tibi servire quam aliorum libertus esse, modo tua sententia ita ferret ut tecum manerem, haud dubie non offendisset Bothius. Saepe Latini scriptores *velim*, *nolim*, *malim* coniunctivos nulla conditionis significatione ponunt, sed cum modestiae alicuius, qua quid optent, notatione, pro indicativis *volo*, *nolo*, *malo*.“ Habes igitur h. l. coniunctivi praesentis significationem potentialem, quae itidem extat Stich. IV, 1, 6: *Vocem* ego te ad me ad cenam, frater tuus *ni dixisset* mihi Te apud te cenaturum esse, quod non est ich würde, sed ich möchte einladen.

De consecutione temporum enunciationum conditionalium in oratione obliqua praeter Kruegerum Untersuchungen II, p. 84—151 bene disputavit Ellendtius in commentatione de formis enunciatorum conditionalium linguae latinae p 53—67. Exempla sunt Cas. prol. v. 53: *sperat*, si ei *sit data*, Fore sibi paratas clam uxorem excubias foris. Merc. v. 423: *Dixit* se *redhibere*, *si* non *placeat*. Amph. prol. v. 69—74:

[Nam] siqui palmam *ambissit* histrionibus: —
Si quoiquam artifici seu per scriptas literas
Seu qui ipse *ambissit* seu per internuntium:
Sive adeo aediles perfidiose quoi *duint*:
Sirampse legem *iussit esse* Iuppiter,
Magistratum *quasi* sibi alterive *ambiverit*.

Rud. V, 3, 22 sqq.: *Si* vidulum Hunc *redegissem* in potestatem eius, *iuratust dare* Mihi talentum magnum argenti, quae est sumptio dandi. Imperfecta est oratio obliqua Pseud. IV, 8, 5: Quas *promissi, si ecfecisset*.

g. *Enunciationes temporales*. Terent. Andr. II, 3, 2 sqq.: *Si* id *suscenseat* nunc, quia non *det* tibi uxorem Chremes, *Prius quam* tuom ut sese *habeat* animum ad nuptias *perspexerit*: Ipsus sibi esse iniurius *videatur*, ubi *perspexerit* est fut. exacti coniunctivus. Terent. Adelph. III, 3, 43: aut non sex totis mensibus Prius *olfecissem*, quam ille quicquam *coeperet?* Phorm. I, 2, 40: hic *solebamus* fere Plerumque eam opperiri, *dum* inde *iret* domum. In oratione obliqua Plaut. Merc. I, 1, 61 sqq.:

Sese extemplo ex ephebis *postquam excesserit*,
Non, ut ego, amori neque desidiae in otio
Operam dedisse.

v. 67 sqq.:

67. extemplo inde, *ut spectavisset* peplum,
68. Rus rusum confestim exigi *solitum* a patre
69. Ibi multo primum sese familiarium
70. *Laboravisse, quom* haec pater sibi *diceret*.

Deinde v. 73 sqq.:

73. *Postquam recesset* vita patrio corpore,
74. Agrum se vendidisse atque ea pecunia
75. Navem, metretas quae trecentas *tolleret*,
76. Parasse, atque ea se mercis vectatum undique
78. Adeo *dum*, quae tum *haberet, peperisset* bona.
79. Me idem decere si, ut *deceret* me, *forem*.

H. l. v. 67 plusq. *spectavisset* et sine dubio etiam v. 70 imperf. *diceret* de repetita actione dictum est, sed *postquam* v. 61 cum perfecto, v. 73 cum plusq. coni. est coniunctum, quamquam utrobique de una ac non repetita actione dicitur. Asin. II, 4, 36: *Aibat reddere, quom* extemplo *redditum esset:* Nam retineri, ut quod *sit* sibi operis locatum *ecficeret*.

h. *Enunciationes relativae*. Convenit praesens cum prae-

senti Plaut. Pers. II, 2, 57: *Quid est, quod metuas?* Terent. Andr. I, 1, 14: *si tibi quid feci aut facio quod placeat.* V, 5, 7: nemo*st*, *quem malim* omnium. Cum perfecto Cato R. R. c. 5: consideret quae dominus *imperaverit*, *fiant.* Ib.: *Quod* dominus *crediderit*, *exigat.* Pertinet huc etiam *quin* Plaut. Bacch. IV, 9, 89: Nihil *est* illorum, *quin* ego illi *dixerim.* Cum imperfecto conditionali Terent. Eun. III, 5, 13: Nemo*st*, quem ego nunciam magis *cuperem* videre quam te. Cum plusquamperfecto Cato orat. de sumtu suo ap. Fronton. ep. ad Antonin. lib. I, 1, p. 109: Videsis, quo loco res publica siet, uti *quod* rei publicae bene *fecissem*, unde gratiam capiebam, nunc idem illud memorare non *audeo*, ne invidiae siet. In oratione obliqua praegresso inf. historico Plaut. Merc. I, 1, 50 sqq.: expromere — Rationem pessumam esse, ea *quae* ipsus optuma Omnis labores *invenisset* perferens, Amoris vi diffunditari. Deinceps sequuntur plusquamperfectum, fut. periphrasticum, perfectum fragm. Cist. Ang. Mai. p. 485: Quae mihi *esset commendata* et meae fidei *concredita*, Quae *esset* aetatem mecum exactura, mecum in matrimonio *Compecta sit*, capere *oportet.* Imperfectum cum plusquamperfecto Enn. fr. Hecubae 10: Set numquam *scripstis*, qui parentem aut hospitem *Necasset*, is quo cruciatu *perbiteret.* Perfectum cum praesenti Plaut. Most. I, 3, 1 sq.: Iam pridem ecastor frigida non *lavi* magis lubentor, Nec quod me melius, mea Scapha, *rear* esse deficatam. (*Rear* potentiali significatione prorsus spectat ad tempus praesens). Terent. Phorm. IV, 3, 42: *inventast quae* dotem *petat.* (Actio petendi spectat etiam ad tempus praesens). Hec. IV, 1, 58: neque *detractum* ei *est* quicquam, *qui* post *possit* nosci qui *sit.* Cum perfecto Plaut. Asin. III, 2, 26: Ubi *creditum quod sit* tibi datum esse *pernegaris.* Rud. I, 2, 40 sqq.: Hic dico, in fanum Veneris *qui* mulierculas Duas secum *adduxit* quique *adornarit* sibi Ut rem divinam faciat aut hodie aut heri. Pendent haec ex verbis praegressis: Ecquem tu hic videris; offendit quod in enunciatione relativa primum indicativus, deinde coniunctivus perfecti positus est. Perfectum cum imperfecto Pers. I, 3, 38: *Memini* et scio, Et te me orare et mihi non esse *quod darem.* Ἀναχολούθως dictum est a Terentio Phorm. II, 3, 33: Quem amicum tuom ais fuisse istum, explana mihi, Et *qui* (abl.) cognatum me sibi esse *diceret*, ubi per attractio-

nem quandam propter praegressum illud *fuisse* in enunciatione per se constante neque pendente ex illa imperfectum coniunctivi positum est.

i. Reliquum est ut exempla consecutionis temporum post *praesens historicum* afferantur. Plaut. Amph. I, 1, 50 sqq.: Telebois *iubet* sententiam ut *dicant* suam: Si sine vi et sine bello *velint* rapta et raptores tradere, Si quae *asportassint* reddere: se exercitum extemplo domum Reducturum. Praesens Trin. prol. v. 14 sqq.:

Quoniam ei qui me *alat* nil *video* esse relicui,
Dedi ei meam gnatam, quicum egestatem *exigat*.

Ennii fr. 1 Alexandri (Vahlen. v. 62 sqq.): Tum coniecturam *postulat* pacem petens, Ut se *edoceret* obsecrans Apollinem, Quo sese *vortant* tantae sortes somnium (h. e. somniorum), ubi praesens coniunctivi spectat ad tempus futurum. Andromed. fr. 9: Corpus *contemplatur*, unde *corporaret* vulnere. Euhemerus fr. 3: *postulat* ut ipse *regnaret*. fr. 8: Ubi Iuppiter Neptuno imperium *dat* maris, ut in insulis omnibus et quae secundum mare loca essent omnibus *regnaret*. Plaut. Amph. I, 1, 70 sq.: *Convĕnit*, victi utri sint eo proelio, Urbem — uti *dederent*. Aul. II, 4, 39 sq.: *Infit* ibi postulare, plorans, eiulans, Ut sibi *liceret* milĭum vadarier. Bacch. II, 3, 56: quoniam *sentio* Quae res *gereretur*. v. 67: *Auferimus* aurum — ut illi id factum *scisserent*. III, 1, 9 sq.: *Videtur* ad me simia adgredirier, Rogare scalas ut *darem* utendas sibi. Terent. Eun. III, V, 33: paucae, quae circum illam *essent*, *manent*.. Heaut. III, 1, 82 sq.: Somnum hercle ego hac nocte oculis non vidi meis, Dum id *quaero*, tibi qui filium *restituerem*. IV, 1, 38: eum *dico* ut — *exponeret*. Phorm. IV, 2, 2: *venio* ad hominem, ut *dicerem* Argentum opus esse, et id quo pacto *fieret*. Adelph. III, 3, 11: Omnem rem modo seni, Quo pacto *haberet*, *enarramus* ordine, ubi *enarramus* est praesens sec. Fleckeisenum in Iahnii annal. philol. 1851, vol. LXI, sectio 1, p. 65. Ad. V, 4, 14: dum *studeo* illis ut quam plurimum *Facerem*, contrivi in quaerendo vitam — meam. Plusquamperfectum sequitur ap. Caton. or. de sumtu suo: deinde quae ego pro re publica *fecissem leguntur*.

Cap. XII.

De modis.

Trium modorum verbi, qui extant in lingua latina notum est *indicativum* pertinere ad significationem veritatis (Herm. de emend. rat. graec. grammat. p. 205), *coniunctivum* proponere rem s. actionem ex sola cogitatione suspensam, *imperativum* denique poni, si iubemus et volumus, ut aliquid sit sive fiat.

1. *Indicativi* usus apud priscos scriptores multo liberior est quam apud posteriores, inprimis in interrogationibus obliquis et enunciationibus obiectivis, quae illarum formam induere solent, deinde in usu particulae *quum*, tum in enunciationibus secundariis, quae interiectae sunt orationi obliquae vel enunciationibus, quae habent coniunctivum.

a. Usus vulgaris indicativi Ramshornius in gramm. p. 405, affert haec duo exempla: Plaut. Curc. I, 2, 43: ecce autem *bibit* arcus: hercle *credo*, hodie *pluet* et Capt. I, 2, 63: Ut saepe summa ingenia in occulto *latent*. Quibus adde Capt. III, 4, 82: ornamenta *agsunt*, ubi inutilis est coniectura Dousae *adsint*. De ind. praes. in interrogatione negativa posito, ubi cum indignatione vel acerbitate quadam interrogamus, v. Wuellnerum de cas. p. 130, qui affert Ter. Andr. IV, 4, 4: *Non* mihi *respondes?* Particula *quasi*, si nihil est nisi adverbium similitudinis, adsciscit indicativum (Rudd. p. 313), sic Plaut. Stich. IV, 1, 33 sq.: Fuit olim, *quasi* [nunc] ego *sum*, senex. ei filiae Duae erant, *quasi* nunc meae *sunt*. Nonnulla Latini non hypothetice proferunt, sed simpliciter per indicativum. Sic Mil. III, 3, 37: Bonus vates *poteras* esse, ad q. l. Lindem.: „imperfectum conditionale, *οἷός τ' ἂν ἦσθα ἀγαθὸς γενέσθαι μάντις*. Potuisses vates esse bonus, tam bene futura praedicis.“ Trin. II, 2, 99: Multa ego *possum* dicta docte et quamvis facunde loqui, ad q. l. Lindem.: „sed nolo nunc. *possem* in huiusmodi formulis non dicunt Latini.“ Poen. III, 1, 23: Sed si properabas magis, Pridie nox te advocatos huc duxisse *oportuit*. Terent. Phorm. I, 2, 20: Oh, regem me esse *oportuit*. Andr. V, 6, 13: atque adeo *longumst* illum me expectare dum exeat, ubi vide Ruhnk. Heaut. IV, 6, 10: Quam *paene* tua me *perdi-*

dit protervitas! In obtestationum per *ita* — *ut* elatarum altero membro indicativus ponitur, sic Terent. Heaut. IV, 3, 8: *ita* me di ament, *ut* ego nunc non tam meapte causa *Laetor*, quam illius (cf. Madvig. gramm. lat. p. 310: so wahr ich), etiam in priore membro, si sine optato prolatum est, ut Heaut. III, 1, 54: *Sic* me di *amabunt, ut* me tuarum *miseritumst* — fortunarum. Plaut. Trin. II, 4, 46: *Ita me amabit Iuppiter*, Neque te derisum *veni* neque dignum *puto*.

Singularis est usus *indicativi*, qui dicitur, *hypothetici*, de quo vide Putschium in Iahnii annal. phil. vol. LXXI et LXXII, sect. 4. Ponit hic res, quae quin evenire possint vitae usu edocti nullo modo possumus dubitare, tanquam tales, quae vere iam eveniant vel sint eventurae. Sic Cato R. R. c. 2: *Dicit* vilicus sedulo se fecisse, servos non valuisse, tempestates malas fuisse, servos aufugisse, opus publicum effecisse. Ubi eas aliasque causas multas dixerit, ad rationem operum operarumque vilicum revoca. Antecedit in enunciatione priore particula conditionalis Plaut. Pseud. III, 2, 74: *Si* iste ibit, ito: *stabit*, astato semul. Terent. Andr. I, 5, 3: Uxorem *decrerat* dare gese mi hodie: nonne oportuit Praescisse me ante? nonne prius communicatum oportuit? Eun. II, 2, 21: *Negat* quis: nego; *ait*, aio. Heaut. I, 1, 27: Vel me monere hoc vel percontari puta: Rectum*st*, ego ut faciam; non *est*, te ut deterream. III, 1, 78: Dare *denegaris*: ibit ad illud ilico. Phorm. II, 1, 35: Unum *cognoris*, omnis noris.

2. b. *Indicativus in enunciationibus conditionalibus.* Quaevis enunciatio conditionalis constat ex duabus partibus, quarum altera, quae per conditionalem particulam *si* (*nisi*, *ni*, *sin*) effertur, *sumptiva* dicitur. Sumptio autem triplex esse potest, *sumptio ficti*, *sumptio dati*, *sumptio dandi* (v. Etzler. Sprachertörterungen p. 67). In *sumptione ficti* tantum aliquid *fieri posse*, sola possibilitas, ut ita dicam, spectatur, quae semper adsciscit coniunctivum. *Sumptione dati* ea continentur, quae data sunt, sive concessa alteri sive a te, qui sumis, iam defensa. (Sic Gernhard. opusc. p. 216). Denique *sumptio dandi* secundum Etzlerum p. 66 tum locum habet, cum sumimus in universum res, quae evenire possunt quarumque ratio habetur, quas deinde enunciatio primaria accuratius constituit. In enunciatione primaria autem secundum Etzlerum p. 166 aut ea insunt, quae semper eveniunt quaeque evenire necesse est,

si conditioni satisfit, aut unum certum factum tanquam futurum proponitur. Iam in sumptione dati in recta quidem oratione constanter ponitur indicativus, neque minus fere in enunciatione primaria, quamquam in hac nonnunquam etiam invenitur coniunctivus potentialis. Ad sumptionem autem dandi quod attinet, in qua itidem ponitur indicativus, si primum spectamus enunciationes frequentativas, in harum utraque parte, et conditionali et sumptiva, plerumque ponitur praesens, quamquam etiam praeteritum et futurum locum habere potest. In altero autem genere sumptionis dandi quod posuimus, si in enunciatione primaria est futurum (quo pertinent etiam imperativi), plerumque etiam sumptiva enunciatio habet futurum vel futurum exactum; rarius est in sumptione tempus praesens aut praeteritum, sed praeteritum tantum in oratione obliqua, ubi sumptio adsciscit coniunctivum. (v. Etzlerum p. 165—169). Non absonum erit etiam verba Handii attulisse in Turs. IV, p. 224 de usu indicativi post particulam *nisi*: „In exceptione id, a quo aliquid excipitur, per se constat, ideoque, nisi alicunde accedit alia causa, per indicativum significandum est: id autem, quod excipitur, aut in rerum natura conspicitur certum, aut cogitatione concipitur esse posse. Hoc coniunctivum requirit, illud indicativum."

1) *Sumptio dati.* Cato in orig. l. V (orat. pro Rhod.): *si*quis advorsus rem suam quid fieri *arbitrantur*, summa vi contra *nititur*. Ib.: Idne *irascimini, si*quis superbior *est* quam vos? Plaut. Amph. I, 3, 11: Satin *habes, si* feminarum nulla*st* quam aeque diligam? II, 2, 219 sqq.: Quid, *si adduco* tuum cognatum huc ab navi Naucratem, Qui mecum una vectust una navi: atque is *si denegat* Facta, quae tu facta dicis, quid tibi aequom*st* fieri? Aul. III, 2, 15: quid — curas Tu, utrum crudum an coctum edam, *nisi* tu mihi *es* tutor? III, 6, 22: Quae mi interbibere sola, *si* vino *scatet*, Corinthiensem fontem Pirenen *potest*. Merc. III, 1, 21: *Si* tenue *scis*, *scio* te uberius posse nere. Poen. IV, 2, 92: At enim nihil *est*, *nisi*, dum calet, hoc *agitur*. V, 2, 85: *Si* quidem Antidamai (sic Both.; *ΔΘg* et vulg. Antidamarchi) *quaeris* adoptatitium, Ego *sum* ipsus. v. 112 sq.: Sed *si* ita*st*, ut tu sis Iachonis filius, Signum esse *oportet* in manu laeva tibi. Pers. II, 2, 45: *sin* te *amo?* PAE. Male operam *locas*. Rud. I, 2, 44 sq.: Neque *potest* Clam me esse, *si*qui *sacrificat*. Trin. IV, 2, 116 sq.: Enimvero ego nunc sucophantae huic sucophan-

tari *volo*, *Si* hunc *possum* illo mille nummum Philippum circumducere, ubi *si* non multum abest a particula interrogationis. IV, 2, 55: *Si* stimulos pugnis *caedis*, manibus plus *dolet*. V, 36: Nil φλυαρεῖν satius*t*, miles, *si* te amari *postulas*. v. 44: Nunc *si* hanc esse tecum *speras*, alia opus*t* auri mina (sic Goell., troch. tetr.). Terent. Andr. I, 3, 5: *Si* illum *relinquo*, eius vitae *timeo*: *sin opitulor*, huius minas. II, 1, 22: *Si* id *facis*, hodie postremum me *vides*. Eun. III, 1, 47 sq.: *Scin*, *si*quando illa mentionem Phaedriae *Facit* aut *si laudat*, te ut male urat? V, 2, 26 sq.: nam *si* ego digna hac contumelia *Sum* maxume, at tu indignus qui faceres tamen. Plaut. Epid. III, 4, 26: Non edepol *scio*, Molestum an non est, *nisi si dicis* quid velis. Truc. V, v. 31: Nam quamquam bella's, tuo malo's, *nisi si* itu ego aliqui *gaudeo*.[5]) Terent. Andr. I, 5, 14: Repudiatus *repetor*: quam obrem? *nisi si* id *est*. III, 4, 19: *Mirum ni* domis*t*. Eun. II, 3, 53: *Mirum ni* hanc *dicit*. IV, 4, 33: *Mirum ni credis* quod iste dicat. Heaut. IV, 1, 50: *mirum ni* illa salvas*t* et ego *perii*. Plaut. Poen. IV, 2, 93: Proba materies*t* *data*, *si* probum *adhibes* fabrum. V, 2, 87 sq.: *Si* itas*t*, tesseram Conferre *si vis* hospitalem, eccam *attuli*. Trin. II, 4, 114: Plane *periimus*, *Nisi* quid ego *conminiscor*. Terent. Andr. III, 1, 7: *actumst*, *siquidem* haec vera *praedicat*. Phorm. II, 1, 65: verum *si* cognatas*t* maxume, Non *fuit* necesse habere. (Rudd. p. 357 hunc locum afferens dicit: „*Si* pro *quamvis* rarius indicativo adiicitur.") Nonnunquam tales sumptiones prorsus sunt instar enunciationum causalium (Etzler. p. 165), quare etiam in obtestationibus ponuntur (v. Krueger. Untersuchungen II, p. 131). Sic Heaut. V, 1, 45: At ne illud haud inultum, *si vivo*, ferent (so wahr ich lebe), item Andr. I, 5, 57 sqq.: *Si* te in germani fratris *dilexi* loco *Sive* haec te solum semper *fecit* maxumi *Seu* tibi morigera *fuit* in rebus *omnibus*, Te isti virum *do* (wenn anders). — Plaut. Asin. V, 2, 92: *si*quid — *fecit* volup, Neque novom neque mirum *fecit*. Merc. III, 1, 32 sq.: Animus *redieit*, *Si* mecum *servatur* fides. Poen. III, 1, 23: Sed *si properabas* magis, Pridie nos te advocatos huc duxisse *oportuit*. V, 4, 23: An vero pulcra, te obsecro, *Videre*, *si* non *est* tibi illi os *oblitum* fuligine? Truc. V, v. 7. 8: *si*quid *peccavi* prius,

---

[5]) Sic Bothius. ΔΘp nisi tu ego, sine es. ΔΘg: Nam quamquam est bella malo tuo nisi tu ego aliq. (Itu, h. e. adventu ad te meo).

Supplicium ad te hanc mnam *fero* auri, *si* mihi *rides*. Spice![6]) Pro enunciatione sumptiva per *si* elata alia enunciatio, sed item significatione sumptiva posita est Mil. III, 2, 38 sq.: Non hercle tam istic valide *cassabant* cadi. *Set in cella* paulum loculi *erat* nimis lubrici.

In enunciatione primaria est coniunctivus potentialis his locis. Plaut. Merc. II, 3, 17: Nunc *si dico* ut res est, atque illam mihi me Emisse *indico*, quem ad modum *existumet* me? Atque illam *abstrahat*, trans mare hinc venum *asportet*. Pseud. I, 3, 52: *Si amabas, invenires* mutuom. Truc. IV, 2, 35: *Si volebas* participari, *auferres* dimidium domum (so hättest du wegtragen sollen). Coniunctivum cum indicativo in sumptione coniunctum reperis Terent. Phorm. V, 4, 6: Quin *si* hoc *celetur*, in metu, *sin patefit*, in probro *sim*. Sic loquitur Antipho, quoniam ei patefactum quam occultatum iri fraudem verisimililius est. Imperfectum coniunctivi est in apodosi Plaut. Cist. IV, 2, 15: Nam *si* nemo *praeteriit* hac, postquam intro abii (sic Fleckeisen. in Iahnii annal. 1851, vol. 61, sect. 1, p. 25), Cistella hic *iaceret* (versus sunt bacchiaci).

2) *Sumptio dandi*. Spectemus primum enunciationes frequentativas. Cato R. R. c. 2: Paterfamilias ubi ad villam venit, ubi larem familiarem salutavit, fundum eodem die, *si potest*, circumeat. C. 5: id ex fame, et *si impluit*, fieri *solet*. Terent. Eun. III, 1, 13 sqq.: Tum *sicubi* eum satietas Hominum aut negoti *siquando* odium *ceperat*, Requiescere *ubi volebat* — Tum me convivam solum *abducebat* sibi, ubi semel pro particula conditionali *si* temporalis *ubi* posita est, quod plerumque fit, si frequentativae enunciationes in tempore praeterito ponuntur, v. Etzlerum p. 167. Plaut. Bacch. III, 3, 23: nisi — veneras — penderes in enunciatione primaria potentialis praeteriti positus est. Transeamus ad eas enunciationes, in quibus de una tantum actione dicitur. Cato R. R. c. 1: Praedium quod primum siet *si* me rogabis, sic *dicam*. C. 3: *Si* in terra et tabulato olea nimium diu *erit, putescet*, oleum foetidum *fiet*. Ib.: *Si* rotas *voles* facere, tardius *ducentur*, sed minore labore. C. 4: Si te libenter vicinitas *videbit*, facilius tua *vendes*, operas facilius *locabis*, operarios facilius *conduces*. *Si aedificabis*, operis, iumen-

---

[6]) Sic Both. vulg. minam et espice. ΔΘpg: si mihi ridespice. Δp ar ehanc vel c hanc. Θp ad hanc. — Spice iam scripsit Pareus.

tis, materia *adiuvabunt*. Si quid (bona salute) usus *venerit*, benigne *defendent*. C. 5: Vilicus *si nolet* male facere, non *faciet*. Ib.: *Si* hoc *faciet*, minus *libebit* ambulare et *valebit* rectius et *dormibit* libentius. Ib.: Stramenta *si deerunt*, frondem ligneam *legito*. C. 6: *Sicubi* — *erit*, ibi — *serito*. C. 8: Pratum *si* irriguum *habebis*, foenum non *deficiet*, *si* non *erit*, sicoum — *demittito*. C. 9: Prata irrigua, *si* aquam *habebis*, potissimum *facito*: *si* aquam non *habebis*, sicca quam plurima *facito*. C. 32: Arbores *facito* uti bene maritae sint vitesque uti — asserantur et *sicubi* opus *erit*, de arbore deiiciantur. C. 39: Cogitato, *si* nihil *fiet*, nihilo minus sumtum *futurum*. C. 146: *si* non *reddet*, aequum *solvito*. Pontedera malebat *reddat*. Ennii heduphagetica v. 4: hunc magnus *si erit* tibi *sume*. Plaut. Asin. I, 3, 75: *Remeato* audacter, mercedem *si eris nanctus*. Priscianus: „*Si* coniunctio cum verbo indicativo iuncta rem magis indubitatam facit.“ Pseud. III, 2, 74: *Si* iste *ibit*, *ito*: *stabit*, *astato* semul, v. § 1. Poen. I, 2, 86: ibi tibi *erit* cordolium, *si*quam ornatam melius forte *adspexeris*. III, 4, 33: *si voles*, *Operire* capita. IV, 2, 85: Profecto ad incitas lenonem *rediget*, *si* eas *abduxerit*. v. 88: meus hercle conlibertus *faxo* eris, *si* di *volent*. V, 2, 123: Suam rem sibi salvam *sistam*, *si* illo *advenerit*. Pers. I, 1, 48: *Si* quid *erit*, *fac* sciam. Truc. I, 2, 18: *si* domi *erit*, mecum *adducam*. Terent. Andr. I, 2, 25 sqq.: Si sensero — dedam. I, 3, 8 sq.: *Si senserit* aut *si* quam lubitum fuerit causam *ceperit*, Quo iure quaque iniuria praecipitem in pistrinum *dabit!* — Cato R. R. c. 1: Scito idem agrum quod hominem, quamvis quaestuosus siet, si sumptuosus *erit*, *relinquere* non multum. C. 3: *Si* oletum bonum beneque frequens cultumque *erit*, trapetos bonos, privos, impares esse *oportet*. C. 12: confibulas ligneas, qui arbores *comprimat*, *si dishiascent*. Plaut. Mil. II, 5, 43: te nusquam *mittam*, *nisi das* firmatam fidem. Merc. III, 1, 28: Eum *sei curabeis*, perbonas*t*. Poen. III, 4, 20: *Si exierit* leno, censen hominem *interrogem*.[7]) V, 4, 38: Id ego, *nisi* quid di aut parentes *faxint*, qui sperem, haud scio. Terent. Andr. I, 1, 128: *Si* propter amorem uxorem *nolet* ducere, Ea primum ab illo *animadvortenda* iniuria*st*. Eun. II, 1, 24: *mirum ni* ego me turpiter hodie hic *dabo* Cum meo decrepito hoc eunucho. III, 1, 51: *Siquando* illa *dicet* 'Phaedriam Intro mittamus commissa-

---

[7]) Sic Both.; Δp censeris, Θp censeo, post censeat.

tum': Pamphilam Cantatum *provocemus*. Heaut. IV, 4, 8: Faciet nisi caveo. V, 3, 1: Profecto *nisi caves* tu homo, aliquid [illegible] *conficies* mali. — Plaut. Amph. II, 2, 71 sqq.: Non tu scis, Bacchae bacchanti *si vis* advorsarier, Ex insana insaniorem *facies, feriet* saepius: *si opsequare*, una *resolvas* plaga? Asin. III, 3, 93: Quaeso, hercle, Libane, *sis* erum tuis factis sospitari, *Da* mihi istas viginti minas (sis = si vis, vide Taubm.). v. 122 sq.: *Datis*ne argentum? *Si* quidem mihi aram et statuam *statuis* Atque ut deo mi hic *inmolas* bovem. Cist. I, 1, 113: *si*quid tibi opus *est* promptu, *promito*. IV, 2, 56: *Si*quid *est* opus (sollemnis formula, v. I. Gul.), *dic*. Epid. V, 2, 35: *Ni* ergo matris filia*st*, In meum nummum, in tuum talentum pignus *da*. Most. IV, 3, 28: verum *si debes, cedo*. Merc. III, 1, 12: Bona *si* esse *veis*, bene *erit* tibi. 3, 23: Atqui hercle *invenies* tu locum illi, *si sapis*. Poen. IV, 2, 48: *Adde* operam, *si cupis*. v. 60 sq.: Tum autem, *si*quid tu *adiuvas*, Eo facilius facere *poterit*. v. 70: Erus *si* tuus *volt* facere frugi, meum erum *perdet*. (sic Both. Vulgo: volet f. frugem. ΔΘp frugem). V, 2, 45: Si ita*st*, *nega* esse. (ita abest a ΔΘp). v. 76: Maledicere huic tu *temperabis*, *si sapis*. v. 80: Et *si*quid opus *est*, quaeso, *dic* atque *impera* (*est* abest a Θp). Pers. v. 827: Malum ego vobis *dabo, ni abitis*. Truc. II, 2, 12:

> Nunc adeo, *nisi abis* actutum aut (vulg. ac) *dicis*, quid quaeras, cito:
> Iam hercle ego hic te, mulier, quasi sus catulos, pedibus *proteram*.

II, 6, 54: *Si* hoc quidem hercle ingratum*st* donum, *cedo* istam, puere, perulam. (Vulg.: Hoc quidem hercle si ingratumst donum, cedo tu mihi istam, p., p.). IV, 1, 8: *Si repudiatur* miles, mulier mecum *erit* (sic Goell.; vulg. perit, ΔΘp milex mulier mecum prit). IV, 2, 41: *Dicam* adesse, *ni occupatast*. V, 34 sq.: *Apstine* (sic Δp) hoc, mulier, manum, *Nisi si* te mea manubia machaera et hunc *vis* emori.[8]) Terent. Eun. IV, 7, 26: Pamphilam ergo huc *redde, nisi si mavis* vi eripi.

Ad sumptionem dandi spectat etiam, si coniunctio *si* pro particula interrogationis usurpata est. Sic Plaut. Cas. III,

---

[8]) Sic vulg. Δp manu vi in macera. Θpg manu vi macera. Δg nisi te mea manu vi in machaera. Goell. Nisi mea manu vis in machaera te et hunc emori.

4, 1: Viso huc amator *si* a foro *rediit* domum. Mil. III, 1, 18 sq.: Set volo scire — *Si gerimus* rem, ubi vide Lindem. Poen. V, 2, 103 sq.: Memoradum mihi, *Si novi* forte [illegible] *sunt* cognati mihi. Pers. V, 2, 44: vide vero, *si* tibi satis [illegible] *cet.* Trin. III, 3, 20: Vide *si* hoc utibile magis atque in rem *deputas.* Terent. Eun. III, 4, 7: Idque adeo visam, *si* domi*et.* V, 1, 23: Vide amabo, *si non,* quom aspicias, os inpudens *Videtur.*

3) Etiam in *sumptionis ficti* enunciatione primaria saepe indicativus ponitur, ut eventus tanquam certus ob oculos ponatur, de qua re vide etiam Ellendtium de formis enunciatorum conditionalium linguae lat. p. 50 sq. Sic Plaut. Amph. I, 1, 180: Non edepol nunc ubi terrarum sim *scio, si*quis *roget.* v. 294: Quadrigas *si* nunc *inscendas* Iovis Atque hinc *fugias,* ita vix *poteris* ecfugere infortunium. II, 2, 43: Magis nunc [me] meum officium facere, *si* huic *eam* advorsum, *arbitror.* Asin. II, 4, 8 sq.: *Si* quidem hercle nunc summum Iovem te *dicas* detinuisse Atque is praetor *adsiet*, malam rem *ecfugies* numquam. Aul. II, 2, 76: neque *si cupiam,* copia*st.* Capt. II, 1, 26: Nam doli non doli *sunt*, *nisi* astu *colas*, Set malum maxumum, *si* id palam *provenit*, quem locum affert Handius in Tursellino IV, p. 224. Curc. III, 79 sqq.: Quia enim in cavea *si forent* Conclussi [illi] itidem ut pulli gallinacei, Ita non *potuere* uno anno circumirier. Cist. I, 3, 4: Quod *si tacuisset*, tamen Ego *eram dicturus*, deus, qui poteram planius. Epid. V, 1, 4: *Si* undecim deos praeter sese secum *adducat* Iuppiter, Ita non omnes ex cruciatu *poterunt* eximere Epidicum. Bacch. I, 2, 20: Qui *si* decem *habeas* linguas, mutum esse *addecet.* IV, 9, 80 (v. 1004): Nam ego non *laturus sum, si iubeas* maxume. v. 122: *Si* plus *perdundum sit*, perisse satius *est.* Bacch. v. 1172: Ni abeas — dabo. Men. V, 2, 8: Quas *si* iam *autumem* omnis, nimis longus sermo*st.* Merc. II, 3, 94: At ego *si velim,* iam *dantur* septem et viginti minae. IV, 2, 1 sqq.:

Parumne hoc *est* malae rei quod amat Demipho,
Ni sumptuosus insuper etiam *siet?*
Decem *si* ad cenam summos *vocitasset* viros,
Nimium *opsonavit.*

Pseud. I, 3, 57: Atque adeo, *si* facere *possim,* pietas *prohibet.* Poen. III, 4, 19: *Si pultem,* non *recludet.* IV, 2, 98 sq.: nam huc *si* ante aedis *sevocem*, Quaeque audivistis modo, nunc *si*

eadem hic *iterem*, inscitia*st*. V, 2, 125: Quin mea quoque iste *habebit*, *si*quid me *fuat*. Pers. I, 1, 41: quin *si* egomet totus *veneam*, vix recipi potis *est*, Quod tu me rogas. Pers. v. 595: Vide sis, ego ille doctus leno paene in foveam *decidi*, *Ni* hic *adesses* = paene deceptus et illaqueatus sum, sec. Lambinum. Rud. I, 2, 70: *Si* non *moneas*, nosmet meminimus. Truc. I, 2, 10: *Sin videant* quempiam se asservare, *obludunt* qui custodiam Oblectent (sic Gruterum secutus Goellerus). v. 38: *Si* rem *servassem*, *fuit*, ubi negotiosus essem. II, 1, 21: Nugae *sunt*, *nisi*, modo quom dederit, dare iam *lubeat* denuo. Truc. IV, 4, 24: nam re facere, *si velim*, non *est* locus. V, v. 49: si *superet*, feres. Terent. Andr. I, 1, 138: *sin eveniat* — *restat* Chremes. I, 2, 4: *mirabar*, hoc *si* sic *abiret*, eô [illegible] mich wundern sollen. IV, 2, 8: Quibus (nuptiis) quidem quam facile *potuerat* quiesci, *si* hic *quiesset*. Eun. V, 6, 12 sq.: An *paenitebat* flagiti — *ni* miserum insuper etiam patri *indicares?* Heaut. IV, 1, 21 sq.: si meum Inperium exequi *voluisses*, interemptam *oportuit*. Phorm. V, 1, 11: Quod *si* eum nunc reperire *possim*, nil *est* quod verear. Hec. III, 5, 21 sqq. Adelph. I, 1, 3: *si abeis* uspiam — evenire ea satius *est*. v. 7: Uxor, *si cesses*, aut te amare *cogitat* cett. III, 2, 42 sq.: tum *si* maxume *Fateatur*, quom amet aliam, non *est* utile hanc illi dari.

4) Separatim commemoro eos locos, ubi sententia per *nisi* formata priori ita accedit vel adhaeret, ut *nisi* non iam videatur esse particula conditionalis, sed pro *sed* poni, qui loci cognoscuntur ex eo, quod eiusmodi sententia antecedenti opponitur. Bene disputavit de hoc usu explicando Handius Tursell. IV, p. 254 docens proprie non aliam esse vim particulae in his atque in aliis locis, hanc dico, ut per eam exceptio fiat, ita tamen ut post enunciationem primariam enunciatio mente addi possit quae contrariam habet sententiam atque illa, quam deinde non *nisi*, sed *si* particula sequatur. Ex quo apparet, facile in talibus enunciationibus pro *nisi* substitui posse *sed*. Enotavit tales locos etiam Haasius ad Reisig. adnot. 477. Sic Plaut. Mil. II, 4, 23 sq.: Te video: *Nisi* mirum*st* facinus cett. Poen. IV, 2, 66: Numquam edepol mortalis quisquam fiet e me certior, *Nisi* meo uni ero *indicasso*. Terent. Eun. III, 4, 9: nequeo satis mirari neque conicere: *Nisi*, quidquid est, procul hinc *lubet* prius quid sit sciscitari, quod bene Handius l. c. sic explicat: nequeo coniicere: non

nequeo, si lubet sciscitari. Hec. I, 2, 117 sq.: Quid egerint inter se, non dum etiam scio: *Nisi* sane curaest. II, 3, 6 sq.: nec qui hoc mi eveniat scio: *Nisi* pol filium multimodis iam expeto cett. Adelph. I, 2, 73 sq.: ecce autem de integro: *nisi* quidquid est *Volo* scire. IV, 2, 5 sq.: nequeo satis decernere: *Nisi* — *credo.*

3. c. *Indicativus in interrogationibus obliquis earumque similibus enunciationibus obiectivis.* Frequentissimus est hic indicativus inprimis apud comicos, de cuius causa exposuit Haasius ad Reisigium p. 597 sqq. adnot. 504, qui repetit eum ex sermone populari, in quo enunciationum unam ab altera pendere facile negligatur et quae e sola cogitatione suspensa sunt, saepissime tanquam facta animo proponantur. Vide etiam Weissenbornium in synt. p. 327 sq. adnot. Nonnulla tamen per exclamationem explicari possunt, in nonnullis dubium esse potest, utrum pronomen pro interrogativo an pro relativo sit accipiendum, nonnullae etiam interrogationes recta distinctione facta habendae erunt pro interrogationibus rectis. Sic relativum esse videtur Cato R. R. c. 6: Vineam *quo* in agro conseri *oportet*, sic *observato*, h. e. in eo agro, in quo (ut iam scies), vinea conserenda est, haec observato. Initio capitis 10 legitur indicativus: Quomodo oletum agri iugerum CCXL instruere *oportet*, quod inscriptionis instar est, item initio cap. 11: Quomodo vineam iugerum C. instruere *oportet*. Oratio pro Rhod.: Cogitate, quanto nos inter nos privatim cautius *facimus*, ubi, quae sequuntur post *cogitate*, pro exclamatione accipi possunt. Plaut. Amph. prol. v. 50: Nunc quam ob rem oratum huc *veni*, primum proloquar. I, 1, 204. Ib. v. 221: Loquere, quid venisti? non pertinet huc, nam haec est interrogatio recta. Lindem.: „duo sunt diversa, quorum priori iubetur aliquis sermonem facere simpliciter; alterum autem quaestionem continet.“ Ib. v. 268. I, 3, 9: Observatote eum quam blande *suppalpatur* mulieri. Asin. I, 2, 23: At scelesta viden *ut* ne id quidem me dignum esse *existumat*. III, 3, 46: Videtin viginti minae *quid pollent quidve possunt?* V, 2, 34: Audin *quid ait?* Aul. I, 1, 7: vide *ut Incedit*. v. 8: at scin, quomodo tibi res se *habet?* v. 24: Neu persentiscat, aurum *ubist absconditum*. v. 26: Nunc ibo, ut visam, *estne* ita (sic Δpg) aurum ut condidi. II, 1, 52: Scio, quid dictura *es*. v. 55: nescio, unde sese homo *recipit* domum. IV, 9, 9: Dic igitur, *quis habet*. Capt. II, 1,

15 (=v. 207): Sentio quam rem agitis. Lindem. *agis*, quod sic explicat: „dicta pro eo quod dicere voluit: rem, quam agis, sentio, unde indicativus.“ III, 4, 25: Viden tu hunc, quam inimico voltu *intuitur?* V, 2, 11: dice quid *fers*, ubi Lind.: „Ind. *fers* ex sermonis familiaris consuetudine et more Plautino. Orta formula ex hac: Quid fers? Dice. Duo enunciata in unum coniuncta sunt.“ Curc. I, 3, 3: Viden ut anus tremula medicinam *facit?* I, 3, 32: Viden ut misere *moliuntur?* II, 3, 32: Vide ut expalluit. Cas. II, 3, 30: vide, palliolum ut *rugat*. II, 6, 26: Vide, quid scriptumst. III, 5, 15: Timeo hoc negotium quid est. Cist. I, 1, 27: Amicitiam ut *colunt* atquo ut eam iunctam *habent* inter sese. v. 84: qua arcessitae causa ad me *estis*, eloquar. II, 3, 47 sq.: Facien (sic Both.) consciam, Quid nunc *vis* facere me? IV, 2, 7 Bothius metri causa scripsit ubi east, Nescio, pro vulg. ubi ea sit, sed deleto *ea* possis etiam scribere *ubi sit*. v. 82: Eloquere, unde haec *sunt* tibi, cito, crepundia. Epid. I, 1, 38: Loquere, ipse ubi*st* Stratippocles (sic Δp. Vulg.: Eloquere, et: ubi ipse est). III, 4, 1 sq.:

Cave praeterbitas ullas aedis, quin roges,
Senex ubi *habitat* Periphanes Plothenius.

Bacch. I, 1, 45: Scio [ego] quid *ago*. Pl. Et ego pol scio quid *metuo*. II, 2, 24: Scis tu ut confringi vas cito Samium *solet*. cf. v. 25: Viden ut aegre *patitur* esse gnatum conrumptum tuum, — ut ipsus sese *cruciat* aegritudine? III, 6, 29: Dic quis est. Ib. v. 32: Quid est?, ubi *quid sit* exspectatur, quum haec ex animo Pistocleri dicta sint: Interrogas me, quid sit? IV, 1, 14 (= v. 664): Set lubet scire quantum aurum erus sibi *Dempsit* et quid suo *reddidit* patri. IV, 7, 32: Dic, quo in periclo*st* meus Mnesilochus filius? est interrogatio recta. IV, 8, 60: visse *est*ne ibi, v. Acidal. (=sitne). Bacch. v. 1130: Viden limulis, opsecro, ut *contuetur*. Fragm. Bacch. p. 488, v. 17: Videas mercedis quid tibi*st* aequom dari. Most. I, 2, 70: quom scio ut nunc *sum* atque ut *fui*. II, 2, 28: non potest Dici, quam indignum facinus *fecisti*. II, 2, 41: circumspicedum, numquis *est*, Sermonem nostrum qui aucupet. III, 2, 125: non vides tu hunc voltu uti tristi*st* senex? v. 145: specta quam arte *dormiunt*. v. 146: Illut quidem, ut *conivent*, volui dicere. Most. v. 877: Scio quo properas. IV, 2, 5: Vide simia ut *fastidit*. v. 53: Scio qua me ire *oportet*. IV, 3, 46: tibi narravero, Quis me hodie exemplis ille *ludificatus est*. V, 2, 50: viden ut *astat* furcifer? Men. I, 3, 24:

Scin quid volo accurare? IV, 2, 83: Viden ted uti scelestus *captat?* IV, 3, 3: Scin quid *est,* quod ego ad te venio? = quid sit. V, 1, 44: Quem tu med hominem esse *arbitrare,* nescio. V, 2, 29: Loquere, uter *meruistis* culpam. V, 5, 21: Audin tu, ut deliramenta *loquitur?* 9, 92: Scitin quid ego vos *rogo?* Mil. I, 2, 26: vel elephanto in India Quo pacto pugno *praefregisti* bracchium, quae fortasse ex *dicam* v. 20 apta sunt. v. 36: scio iam quid *vis* dicere = quid velis, ubi Lindem. haec habet: „Videntur duo membra sermonis in unum hic conflata esse. Itaque primum quidem dicebant: quid vis? scio. Deinde, ut fieri solet in sermone communi, uno tenore et coniuncte dicebant *scio quid vis.* Atque eadem est ratio formularum: Nescio, quid est, scin, quid volumus. Loquere, ubi est; eloquere, quid tibi est. Ad eandem normam possunt explicari huiusmodi formulae: Sentio quam rem agis; video, quam rem agis, nisi forte rectius, ut supra fecimus ad Captiv. II, 1, 16. Tenendum tamen, indicativum in his formulis ubique habere aliquam confidentiae vel certae persuasionis notionem, ut non idem plane significent *scio, quid velis,* et *scio, quid vis.*" Mil. I, 1, 64: vide caesaries quam *decet.* II, 2, 46: Illuc sis vide, *Quem ad modum astitit* severo fronte curans, cogitans. IV, 2, 54: Viden tu ignavom, ut sese *infert?* II, 6, 34 sqq.: ut nesciam, Utrum me expostulare tecum aequom*st* prius, An, si istaec non est haec neque haec visast mihi, Med expurgare tibi *videtur* aequius. IV, 2, 59: Quid nunc tibi *vis,* mulier, memora. v. 82 sq.: Non edepol tu scis, mulier, Quantum ego honorem nunc illi *habeo.* IV, 6, 47: Non video, ubi*st?* Merc. II, 3, 17: Nunc si dico ut res *est,* atque illam mihi me Emisse indico, quem ad modum existumet me? v. 95: Ah nescis quid dicturus *sum.* IV, 3, 23: Vin dicam quoia*st?* 4, 43: dicam quid *est.* V, 2, 23: Nescio quoia vox ad auris mi *advolavit.* v. 39: Caelum ut *est* splendore plenum, vide sis, atque [innubilum]. Pseud. I, 1, 16: Face me certum quid tibi*st.* I, 1, 19: tute hinc narrato tibi, Quae me miseria et cura *contabefacit.* Pseud. v. 209 sqq.: Tu autem, Xustulis, face ut animum advortas, quoi*us* amatores olivi Dunamin domi *habent* maxumam. I, 3, 28: Nosce saltem hunc quis *est.* v. 29: Iam diu scio qui *fuit*: nunc qui is *est* ipsus sciat. v. 42: Set scin quid nos *volumus?* v. 96: audin quid *ait* Iuppiter? I, 5, 124: At enim scin quid mihi in mentem *venit?* II, 2, 5: nimis [quam] velim certum qui id faciat Mihi Ballio leno ubi hic *habitat.*

II, 2, 46: At enim scin quid *est?* II, 4, 3: id tu modo me quid *vis* facere fac sciam. IV, 7, 88: Chlamudem hanc conmemores quanti conductas*t*. Poen. I, 2, 140 sq.: Qur (sic Δp v. 140 et 141) mi haec iratast? MI. Qur haec iratas*t* tibi? Qur ego id curem?, ubi in verbis Milphionis exspectatur potius: Cur haec irata sit tibi, quaeris?, sic germanice: warum dieſe auf dich erzürnt iſt? V, 2, 26: nam qui scire *potui*, dic mihi, quae tamen etiam statui potest interrogatio recta. V, 2, 127: dic mihi, quid *lubet*. V, 3, 48: Scin, quid *est* —? (= quae huius rei causa sit). V, 4, 12: quom, ingeniis quibus *sumus* atque aliae, cognosco, v. Boxhorn. v. 25: quid *vis*, expedi. V, 5, 40: Scin, quam cinaedus *sum?* Pers. I, 3, 29: Set ecquid nam meministi, here Qua de re ego tecum mentionem *feceram?* v. 59: Scin quam *potest?* II, 4, 20 sq.: specta, Quid *dedero*. IV,4, 103: Audin quid *ait?* V, 2, 31: Viden tu, ut tuis dictis *pareo?* Rud. prol. v. 31: Nunc, huc qua causa *veni*, argumentum eloquar. Rud. v. 170: Viden alteram illam ut fluctus *eiecit* foras? II, 3, 25 sqq.: Non audivisti, amabo, Quo pacto leno clanculum nos hinc avehere *voluit* In Siciliam et quid quid domi fuit in navem inposivit? II, 4, 14: Nunc, quam ob rem huc *sum missa*, amabo vel tu mi aias vel neges. II, 7, 34: Nunc lenonem quid *agit* intus visam, convivam meum. III, 4, 68: Scin quid tecum *oro*, senex? III, 6, 14 sqq.: opta ocius, Rapin te optorto collo *mavis* an trahi. Utrumque opta, dum licet. v. 31: Viden me ut *rapior?* IV, 3, 9: Quin post eloquere quid *vis*. IV, 3, 11: Eloquere quid id *est*. TR. Vide, num quispiam *consequitur* prope nos. Rud. v. 958: Ego istuc furtum scio quoi *factumst*. v. 964: Et quo facto *periit*. (sc. novi). GR. At ego quo pacto inventus*t* scio. v. 965 (= IV, 3, 26): et dominus qui nunc *est* scio. IV, 3, 101: Ne iste hauscit quam conditionem *tetulit*. IV, 4, 49: Viden scelestus ut *aucupatur?* v. 58: tu paucis expedi quid *postulas*. IV, 6, 7: Eloquere ut haec res *optigit* de filia. IV, 6, 12: set scin quid *est* quod te volo? v. 1297: Meum hercle illic homo vidulum scit qui *habet*. Stich. v. 105 sq.: Quibus matronas moribus Quae optumae sunt esse *oportet*, id utraque ut dicat mihi. I, 2, 55: Scio ut *oportet* esse. v. 56: Volo scire ergo ut aequom *censes*. Pro interrogatione recta habendum est v. 271: hoc [sis] vide: Satin ut facete [aeque] atque ex pictura *astitit?* II, 1, 38: vide quam dudum hic *asto* et *pulto*. II, 3, 9: Tum tu igitur, qua caussa missus *es* ad portum, id expedi. III, 1, 9: Videte quaeso quid *potest* pecunia. IV, 1, 35: Miror quo *evas-*

surust apologus. Stich. v. 633: vide, Gelasime, quid *capturus* consili. v. 635: viden ut annonas*t* gravis? v. 636: Viden benignitates hominum ut *perierę* et prothumiae? v. 706: Vide quot cuathos *bibimus*. Trin. II, 2, 69: scin quid cantari *solet?* III, 3, 21: edoce eum, uti res se *habet*. IV, 2, 5: Viden egestas quid negoti *dat* homini misero male? Trin. v. 938: Nisi quia lubet experiri quo *evassurust* denique. Truc. I, 2, 16: Nam ipsi vident, quo bona eorum *adgerimus* loci. II, 2, 6: At (sic recte Both., nam Δp ad, Θp aut, vulg. id) volo scire, quid *debetur* hic tibi nostrae domi. II, 3, 16: vide ut iam quasi volturii triduo Prius *praedivinant*, quo die esuri sient. II, 5, 11: vosmet iam videtis Uti ornata *incedo*. (sic Goell. Vulgo *ut*. Correctio admodum incerta est sec. ea quae disputavit Ritschelius prolegom. in Trin. p. 202). II, 6, 18: Vide quis *loquitur*. v. 52: Paenitetne, quot mi ancillae *sunt* iam. IV, 3, 12: ego nec quid *peccavi* scio. IV, 4, 9: Scio mecastor quid *vis* et quid *postulas* et quid *petis*. Δp *vis*, in ceteris coniunctivos. Bothius restituit indicativos, qui soli metro apti sunt, quod, si corrigere velis *velis*, hoc quoniam monosyllabum esse non potest, versus non constet. Caecil. Stat. Fallacia fr. 1: Nam quam duriter Vos *educavit* atque asperiter, non negat. Terent. Andr. I, 1, 18: Quin tu uno verbo dic, quid *est* quod me velis. Eun. I, 2, 19: Sed huc qua gratia te arcessi *iussi*, ausculta. II, 3, 46: Scin quid ego te *volebam?* IV, 7, 13: Viden tu, — quam hic rem *agit?* V, 3, 10: Vide, ut otiosus *it*. V, 8, 7: Audin tu, hic quid *ait*. Heaut. III, 1, 85: Scin, quid nunc facere te *volo?* IV, 1. 36: Qua hoc occeptum*st* causa, loquere. Phorm. II, 1, 17: incredibilest, quantum erum ante *eo* sapientia. II, 3, 11: vide avaritia quid *facit*. II, 3, 33: Quem amicum tuom *ais* fuisse istum, explana mihi. Hec. I, 2, 15 sq.: Non dici potest, Quam cupida *eram* huc redeundi. II, 1, 26: At vide, quam inmerito aegritudo haec *oritur* mi abs te. III, 4, 3: Non — dici potest Tantum, quam re ipsa navigare incommodum*st*. III, 5, 21 sqq.: idque si nunc memorare hic velim, Quam fideli animo et benigno in illam et clementi *fui*, Vere possum. IV, 4, 24: nequeo satis, Quam hoc mihi *videtur* factum prave, proloqui. V, 1, 27: scin quid *volo* potius sodes facias? Adelph. II, 1, 41: Nunc vide, utrum *vis*, argentum accipere an caussam meditari tuam. IV, 2, 20: vide ut *discidit* labrum. IV, 5, 2: ut, quo modo acta haec *sunt*, sciat, IV, 5, 33: Qui infelix hauscio an illam misere nunc *amat*,

v. Krueger. gramm. lat. p. 829, adnot. 1) et Schuetz. doctr. part. p. 199: „*Haud scio an* formula est modeste affirmantis, idemque fere valet ac fortasse, sed ita, ut magis ad affirmandi fiduciam quam ad dubitationem accedat.“ V, 9, 89: Plus scis quid Facto opus *est*.

Separatim affero cum Haasio ad Reisigium p. 599, adnot. 504 indicativum post formulam *hoc vide ut*. Sic Plaut. Curc. I, 2, 4: *Hoc* [sis] *vide ut* avariter merum in se *ingurgitat* Faucibus plenis. v. 65: *Hoc vide ut dormiunt* pessuli pessumi Nec mea gratia *conmovent* se ocius. Merc. I, 2, 57: *Hoc* sis *vide, ut palpatur*. Terent. Eun. IV, 4, 3: *Illud vide*, os *ut* sibi *distorsit* carnufex. Adelph. II, 2, 21: *Illud vide Ut* in ipso articulo *oppressit*.

Item separatim sunt afferenda illa, *nescio quis, nescio qui, nescio quid* cett., ubi plerumque haec bina in unam notionem quasi pronominis indefiniti comprehenduntur et duae enunciationes, quae proprie sunt, in unam contrahuntur. Sic Plaut. Amph. II, 2, 200. Aul. I, 1, 32: *Nescio* pol quae illunc hominem intemperiae *tenent*. Capt. IV, 2, 57: *Nescio quem* ad portum *nanctu's*. Cas. III, 3, 19: *Nescio quid* se *subflavit* uxori suae. Epid. I, 1, 58: *nescio* edepol, *quid* tu timidus *es*. Bacch. I, 1, 74: Semul hic *nescio qui* turbare [*coepit*]. Men. V, 2, 28: *Nescio quid* malefactum [a] nostra huic familia*st*. II, 3, 59: *nescio quae* te, Sceledre, scelera *suscitant*. IV, 6, 43: *Nescio ubi* hic prope *adest*. Merc. I, 2, 13: Mali *nescio quid nuntiat*. Merc. v. 365: Sollicitus mihi *nescio qua* ex re nunc *videtur*. II, 3, 35: *Nescio quid* meo animo*st* aegre, pater. Merc. v. 374: Verum in portum huc ut sum advectus, *nescio qui* animus mihi *dolet*. III, 4, 56: Non hominem mihi, sed thensaurum *nescio quem memoras* mali. IV, 1, 18: *Nescio quaest* mulier intus hic in aedibus. Pers. I, 3, 19: Prope me hic nescio quis loquitur. Stich. III, 2, 23: *Nescio quid* † vero *habeo* in mundo. Trin. III, 1, 22: *Nescio quid* non satis inter eos *convenit*. Truc. II, 3, 15: *Nescio quem praestolatast:* credo, militem. Fragm. Vidul. p. 483, v. 2: *Nescio qui* servos e myrteta *prosiluit*. Terent. Andr. V, 1, 22: *nescio qui* tibi *sum* oblitus hodie, ac volui, dicere. V, 2, 14: *Nescio qui* senex modo *venit*. Eun. II, 2, 60: nescio quid circumspectat. II, 3, 7: *Nescio quid* de amore *loquitur*. IV, 3, 7: *Nescio quid* profecto absente nobis *turbatumst* domi. Heaut.

II, 2, 7: *nescio quid* profecto mi animus *praesagit* mali. III, 1, 101: A me *nescio quis exit*. IV, 1, 7: *Nescio quid* tristis *est*. v. 12: *Nescio quid* peccati *portat* haec purgatio. Phorm. I, 4, 16: *Nescio quod* magnum hoc nuntio *expecto* malum. Ad. I, 1, 54: *Nescio quid* tristem *video*.

Nonnunquam in una enunciatione ambo modi, indicativus et coniunctivus coniuncti sunt. Sic Plaut. Amph. prol. v. 17: Nunc quoius iussu *venio* et quam ob rem *venerim*, Dicam. Cist. I, 1, 59: eloquere — Et quid tibi*st* et quid *velis* nostram operam. Most. I, 3, 42: vide, ego quae *sim* et quae *fui* ante. Terent. Andr. IV, 1, 25 sq.: ah nescis quantis in malis *vorser* miser, Quantasque hic consiliis mihi *conflavit* sollicitudines, v. Ruhnk. Eun. V, 3, 6: si rogem iam, quid *est* quod peccem, aut quam obrem hoc *faciam*: nescias.

4. d. *Indicativus in enunctiationibus relativis*. Enunciationes relativae indicativum adsciscunt, si sententiam exprimunt per se constantem, quae non tanquam apta proponitur ex enunciatione primaria. Sic Cato R. R. c. 2: rationes putare argentariam, — pabuli causa *quae parata sunt*. Plaut. Aul. IV, 8, 7: Indeque exspectabam, *ubi* aurum *abstrudebat* senex. Bacch. v. 662: *Ut* quaequomque res *est*, ita animum habeat. Men. IV, 2, 5: uxor rescivit rem omnem, *ut factumst*, ordine. V, 2, 57: Iam ego ex hoc, ut *factumst*, scibo. Rud. II, 3, 54: Fur facile *quem opservat* videt: custos qui fur sit nescit. Terent. Adelph. III, 2, 4: Tot res repente circumvallant, *unde* emergi non *potest*. Etiam causa significari potest prononomine relativo cum indicativo iuncto. Sic Plaut. Poen. V, 2, 73: *Qui* huc *advenisti* nos captatum. Et sic *quippe qui* plerumque a Plauto et Terentio (nam neque in Ennii neque in Catonis fragmentis neque apud reliquos scriptores scenicos haec coniunctio legitur) cum indicativo coniunctum reperitur. Sic Plaut. Amph. prol. v. 22: quippe qui intellexerat. Aul. II, 5, 22: *quippe qui*, Ubi quid surripias, nil *est*. Rud. II, 3, 53: *quippe qui* quem illorum opservat *falsust*. Truc. I, 1, 49: *quippe qui* certo *scio*. Terent. Heaut. III, 2, 27: *Quippe qui* Magnarum saepe id remedium aegritudinum*st*.

Deinde commemoro eos locos, ubi praegressam enunciationem per verbum *esse* formatam sequitur enunciatio relativa cum indicativo, in quorum nonnullis aureae aetatis prosae orationis scriptores posuissent coniunctivum. Plaut. Capt. III,

5, 11: Set *quid* negotis*t quam ob rem suscenses* mihi? Cist. IV, 1, 37 sq.: *Sunt, qui* te *volunt* conventam. Epid. IV, 1, 33: *quid est, quod* digitus te *turbat* tuus? (*Δ*p quod duottus te turbet tuus, *Δ*g quid est quod duo itus te turbat tuus. Vulg.: Quid est, quod voltus te turbat tuus). Pseud. I, 3, 16: *est* conloqui *qui volunt* te. v. 17: *quis est qui* moram mi occupato Molestam *optulit?* Rud. II, 4, 1: *Quist qui* nostris tam proterve foribus *facit* iniuriam? Terent. Andr. II, 6, 17: *est, quod suscenset* tibi. Eun. prol. v. 5: Si quis *est, qui* — *Existumabit.* I, 2, 65: Multae *sunt* causae, *quam obrem cupio* abducere. III, 5, 11: *Quid est quod* laetus *es?* Hec. II, 2, 31: Nam *est quod* me transire ad forum iam *oportet.* V, 1, 7: *Quid sit quapropter* te huc foras puerum evocare *iussi.*

Inprimis ea relativa, quorum generalis et collectiva est significatio, adsciscunt indicativum. Enn. annal. l. VIII, fr. 10 ap. Cic. pro Balbo 22, 51: Hostem qui feriet mihi erit Karthaginiensis *Quisquis erit.* Plaut. Aul. II, 2, 21: Ego istos novi polypos, qui sibi quidquid *tetigerint,* tenent. Pseud. I, 2, 36: ut piscium *quidquid* ibis*t* pretio praestinem. Poen. V, 2, 79: quisquis es. V, 4, 30: quicquid sapit. Rud. I, 2, 20: tibi quidem hercle, *quisquis es,* magnum malum. IV, 2, 20: *quidquid inest,* grave quid inest. IV, 3, 7: Iam, *quisquis es,* me odio enicas. IV, 3, 45: Ubi demisi rete atque hamum, *quidquid haesit* extraho. Truc. II, 3, 30: *quicquid venit* intra pessulos. II, 4, 75: *quicquid* autem *erit,* boni consulas. 7, 7: Domi *quicquid habet,* verritur ἔξω. v. 37: Quisquis est. V, v. 2: *Utut* illuc *acceptumst* (sic Goell.; *ut* non geminatur in *ΔΘ*pg; vulg. *acceptum sit*). Plaut. fragm. Saturio p. 483, v. 3: Retrahi nequitur, *quoquo progressa est* semel. Caecil. Stat. fr. Plocii 8 (Both. 3): res *utut est.* Terent. Eun. II, 3, 4: ubi ubi est. III, 1, 8: quidquid feceram. Heaut. I, 2, 26: ut ut erat. Adelph. II, 2, 40: *Ut ut* haec *sunt acta.* III, 2, 23: Quisquis es.

5. e. *Indicativus praegressis coniunctionibus.* Nihil difficultatis habent coniunctiones causales *quod* et *quia,* quae, nisi aliunde apta est enunciatio, indicativum adsciscunt. Plaut. Epid. III, 3, 33: Mirum, hoc *quod* (sic *Δ*p) *potuit* fieri. Terent. Hec. III, 5, 56: *Quia* paulum vobis *accessit* pecuniae, Sublati animi sunt. Ind. et coniunctivus coniuncti Plaut. Bacch. IV, 4, 83: Chrusalus mihi usque quaque loquitur nec recte, pater, *Quia* tibi aurum *reddidi* et *quia* non te *defraudaverim.* Item

quoniam et *quando*, et temporali et causali significatione. Aul. prol. v. 9: Is *quoniam moritur*. Bacch. II, 3, 70: *Quoniam* extemplo a portu ire nos cum auro *vident*. Terent. Andr. I, 5, 15: *quoniam* nemini obtrudi *potest*, Itur ad me. II, 1, 5: Quaeso edepol, Charine, *quoniam* non *potest* id fieri, quod vis, Id velis, quod possit. Plaut. Amph. prol. v. 123. III, 1, 2. 4. 3, 17. 4, 12. Asin. II, 2, 57. Bacch. III, 3, 41: Ne attigas puerum istac caussa, *quando fecit* strenue. Men. V, 5, 27. Pers. II, 2, 41: *quando* ita certa *rest*. IV, 4, 89: *quando* hic *servio*, haec patriast mea. Stich. I, 3, 64: Ridiculus aeque nullust [quam] hic *quando essurit*. Truc. II, 1, 30:

Nam *quando* sterilis *est* amator a datis,
Nec satis *accipimus*, satis quum quod det non habet,
Si negat habere quod det, soli cubitiost.

(Sic Herm. in cens. Kampmanni de AB praep. usu Plaut.). Terent. Adelph. V, 3, 16: *Quando* ego tuom non *curo*, ne cura meum. Itidem *quandoquidem*, ut Andr. III, 2, 7: Deos quaeso ut sit superstes, *quandoquidem* ipse*st* ingenio bono.

6. Perventum est ad particulam *quum*, quae non solum si meram temporis, sed saepissime etiam, si causae notionem habet, a priscis scriptoribus cum indicativo iungitur. Saepe tamen utraque significatio mixta apparet, ita ut modo haec modo illa praevaleat et potior sit.

a. *Quum temporale*. Appii Claudii Caeci sententia ap. Priscian. VIII, 4 (Egger. p. 101): Amicum *cum vides*, obliviscere miserias. Naev. fr. inc. com. 9: *cum* argenti *adest* oratio? Q. Fabius Pictor ap. Gell. X, 15 (Egger p. 105): *cum* bella consulibus *mandabantur*. Cato R. R. praef.: virum bonum *cum laudabant*. C. 1: Praedium *quum* parare *cogitabis*, sic in animo habeto. Ib.: Ad villam *cum venies*. C. 5: Stercus sedulo conserva, *cum exportabis*, spargito et comminuito. C. 7: Sorba in sapa *cum vis* condere vel siccare, arida facias cett. C. 17: Quae materies semen habet, *cum* semen maturum *habet*, tum tempestiva est. Quae materies semen non habet, *cum glubet*, tum tempestiva est. Ib.: Ulmus, *cum* folia *cadunt*, tum utraque tempestiva est. C. 19: Lingulam *cum facies*. C. 23: quae opus sunt, *cum pluet*. C. 25: *Quum* vinum coctum *erit* et *quum legetur*, facito uti servetur cett. C. 28: cum seres. Ib.: In scrobe *cum pones*. C. 31: Ulmeam, pineam, nuceam, hanc atque aliam materiem omnem *cum effodies*, luna decrescente eximito. Ib.: Tum erit tempestiva, *cum* semen

suum maturum *erit*. Ib.: Quae materies semen non habebit, *cum glubet*, tempestiva erit. C. 33: *cum* opus *erit*. C. 38: *Cum* cinere eruto opus *erit*. Ib.: *Cum* fornacem *facies*. C. 39: Ubi tempestates malae erunt, *cum* opus fieri non *poterit*. C. 40: Cum praecides. C. 41: Vitis insitio — altera est *cum* uva *floret*. C. 45: *Cum dolabis* aut *secabis*. Ib.: *Cum* taleam *demittes*. Ib.: Cavetoque ne librum scindas *cum adiges*. C. 50: *Cum* prata *defendes*. C. 53: Per ver *cum arabitur*, antequam ocinum nascatur, des quod edant bubus. C. 54: *Cum* stramenta *condes*. Ib.: *Cum* non *arabunt*. Ib.: Nam viride *cum edunt*. Ib.: et fiscellas habere oportet, ne herbam sectentur *cum arabunt*. C. 60: Pabulum *cum seres* cett. C. 65: *Cum* oleam *coges*. C. 88: *Cum* sol *erit*. C. 94: *Cum* ver *adpetet*. C. 95: *Cum* bitumen et sulfur additum *est*. C. 112: aquam ex alto marinam sumito mari tranquillo, *cum* ventus non *erit*. C. 115: Vites *cum ablaqueabuntur*. C. 155: *Cum* pluvius *est*. C. 161: *Cum* areas *deformabis*. Ib.: *cum* iam *est* ventus. Cato de feneratione legis Iuniae dissuasio ap. Fest. p. 234: *cum* Romam *veniebant*. Or. in L. Veturium de sacrificio commisso ap. Fest. p. 234: Domi *cum auspicamus*, honorem me dium immortalium velim habuisse. Orat. de re Floria (v. Meyer. ed. II, p. 126; ap. Gell. X, 13: Ibi pro scorto fuit, in cubiculum subrectitavit e convivio, *cum* partim illorum iam saepe ad eundem modum *erat*. Orat. de dote ap. Gell. X, 23: Vir *cum* divortium *fecit* mulieri. Ennii annal. l. I, fr. 57 87 sq.: Exspectant vel uti consul *cum* mittere signum *Volt* cett. l. XIV, fr. 3: *Cum* procul *aspiciunt*. Annal. inc. sedis fr. 13: *Cum* sese *exsiccat* somno Romana iuventus. Hecubae fr. 4, v. 230: opulenti *cum locuntur*. Iphigeniae fr. 13: observat, Iovis *Cum* capra aut nepa aut *exoritur* lumen aliquod beluae. Telamonis fr. 3, v. 361: Cum genui. Telephi fr. 13, v. 389: Nihilo minus ipsi lucet, *cum* illi *accenderit*. Satur. l. VI, v. 26 Vahlen.: cum advenis. Satur. inc. libr. fr. 5: *Cum* spolia generis *detraxeritis* [inpie,] Quam inscriptionem dabitis? Plaut. Amph. prol. v. 91 sq. I, 1, 42: *quom* illo *advenero*. v. 44: Nam *quom pugnabam*, maxume, ego tum fugiebam maxume. I, 1, 93. 260. 271. 285. 291. II, 1, 52. II, 2, 36: Gravidam ego illanc hic reliqui, *quom abeo*. III, 2, 72 libri habent Quom ego — traham, pro quo Fleckeisenus Hermannum secutus scripsit Dum ego. III, 3, 14. V., 1, 19. V, 2, 7 sq. Asin. I, 1, 99 sq., ubi tamen etiam causalis significatio admixta est. 2, 18. 3, 48. 54. 55. II, 2, 105:

quom imitabor Saueram. v. 108: Patitor tu item, *quom* ego te *referiam* (wenn). II, 4, 88: Lupus est homo homini, non homo, *quom* qualis sit non *novit.* IV, 1, 4: leges *quom audiet.* V, 2, 20: *quom* primum *bibi.* v. 51: Quid, *quom adest?* v. 77: *quom* dicta in me *ingerebas.* Aul. prol. v. 4: hanc domum Iam multos annos est *quom possideo.* I, 2, 35: nunc *quom celo* sedulo omnis. II, 2, 1: *quom exibam* domo. v. 17: Nunc petit, *quom pollicetur.* II, 4, 23: Quin *quom it* dormitum, follem obstringit ob gulam. v. 29: Aquam hercle plorat, *quom lavat,* profundere. III, 5, 47: *Quom incedunt* infectores calthularii. IV, 4, 2: nunc *quom compares.* Capt. I, 2, 39 sq.: Tum denique homines nostra intellegimus bona, *Quom* quae in potestate habuimus ea amisimus. Ib. v. 48. Capt. v. 247: *quom servibas* mihi. II, 2, 5. 6: Qui cavet ne decipiatur, vix cavet, *quom* etiam *cavet.* Etiam *quom* cavisse *ratus est,* saepe is cavitor captus est. II, 2, 30: Tum igitur ei *quom* in Aleis *est* gratia tanta. v. 32. 48. II, 3, 74: *quom* extemplo meo e conspectu *apscesseris.* v. 93. III, 1, 3: Ille misserrumus est, qui, *quom* esse *cupiit,* quod edit non habet. 2, 3: *quom emi* hosce homines. 3, 3: Hic illest dies, *quom* nulla vitae meae salus sperabil*ist.* 4, 82: Aiacem, hunc *quom vides,* ipsum vides. 5, 66: Ibi *quom* alii octonos lapides *ecfodiunt.* IV, 2, 5: Quod *quom scibitur*, [tum] per urbem inridebor. v. 107: Set Stalagmus quoius erat tunc nationis, *quom* hinc *abit?* V, 4, 25: Nunc demum in memoriam redeo, *quom* mecum *recogito.* Curc. I, 1, 21 sq.: *quom aperitur,* tacet: *Quom*que illa noctu clanculum ad me *exit,* tacet. IV, 3, 9: Idem ego istuc *quom credebam* credidi, Te nihil esse redditurum. Cas. prol. v. 7: Antiqua opera et verba *quum* vobis *placent,* Aequom placerest ante veteres fabulas. v. 17: Haec *quom* primum *actast*, vicit omnis fabulas. v. 40: quom conspicatust. I, 1, 51: *Quom* mi haec *dicentur* dicta. II, 3, 16: Sanus, *quom* ted *amo.* IV, 4, 18: huius *quom* copiam mihi *dedisti* (vulg. fecisti, Δp dedesti, Both. dedisti. Versus est, ut recte statuit Weisius, bacchiacus tetrameter). V, 2, 31: quom cogito. Cist. I, 3, 39: *Quom* ipse *exponebat.* IV, 2, 24: Sed me moror, *quom* hoc *ago* secius. Fragm. Cist. ab Angelo Maio repert. p. 18, in ed. Tauchn. p. 485: *Cum* illaec sic *facis.* ib. p. 19 (Tauchn. p. 486): Sed *cum* dicta huius *interpretor,* haec herclest cett. Epid. II, 2, 33: *Quom* ad portum *venio,* atque ego illam illic video praestolarier. III, 2, 8: Mihi cesso *quom sto.* III, 3, 40: Ego illic me autem sic adsimulabam, quasi Stolidum, *quom* surdum (sic Ladew.

Zeitschr. f. Alt. 1841, p. 1096, vulgo bardum) me *faciebam.* v. 52: *Quom militabam,* pugnis memorandis meis Eradicabam hominum auris. Bacch. I, 1, 25: *quom* tu *aderis.* I, 2, 37: *Quom videbis,* tum scies. I, 2, 52: Conpendium — haut aetati optabile Fecisti, *quom* istanc *nanctu's* inpudentiam. Bacch. v. 167: *Quom* istaec flagitia me *celavisti* atque patrem. III, 3, 13: Iam aderit tempus *Quom* sese etiam ipse *oderit.* v. 17: *quom* tu adulescens *eras?* v. 45: *quom* huius dicta *intellego.* v. 65: Quin ego *quom peribat* vidi. v. 78: *Quom* manum — *tetulit.* 4, 20: Tum *quom* nihilo plus [ad suam rem illut] *referet.* III, 6, 19: se *quom frustrant.* IV, 2, 15: *Quom* ego huius verba *interpretor.* IV, 4, 26: tute errasti, *quom* parum *inmersti* ampliter. IV, 7, 28: *Quom* illum *rescisces* cett. IV, 9, 2 sqq.: Quom — subegerunt. IV, 9, 81: *quom careo* noxia. V, 2, 5: quom eunt. V, 2, 20: *quom* a pecu cetero *apsunt.* Most. I, 1, 24: *quom* peregre hinc *it* (quod est perfectum). Men. prol. 29. V, 1, 1 sq.: Nimis stulte dudum feci, *quom* marsuppium Messenioni cum argento *concredidi.* V, 7, 7: praesto ero illi, *quom venietis.* 7, 42: *quom* te *liberas* me serio, Gaudeo. V, 9, 5: Pol profecto haut est dissimilis, meam *quom* formam *noscito.* v. 56: Quot eras annos gnatus tum *quom* pater a patria te *avehit?* v. 76: Hunc censebat te esse, credo, *quom vocat* te ad prandium. v. 84: Nam illa *quom* te ad se *vocabat,* memet esse credidit. Mil. I, 1, 2: *quom* sudum*st.* II, 6, 27: Amplexam amicam *quom ausculabatur* suam. IV, 4, 40: *Quom* extemplo *erit* hoc factum, ubi vid. Lindem. IV, 8, 15: Non queo, *Quom* te *video.* IV, 8, 65: *quom* egomet mecum *cogito.* Merc. II, 3, 59: Mihi quoque ita pol visast, *quom* illam *vidi.* Merc. v. 468: me moror, *quom* heic *asto.* II, 4, 24: unde erit argentum quod des, *quom poscet* pater? III, 1, 35 sq.: Ecastor iam bienniumst, *quom* mecum rem *occeptavit.* LY. Quid ais tu? iam bienniumst, *quom habet* rem tecum? III, 1, 44: Nam illi quidem haut sane diust *quom* dentes *exciderunt.* III, 2, 7: Adulescens quom seis, tum *quomst* sanguis integer. III, 4, 31: Iam addicta atque abducta erat, *quom* ad portum *venio.* v. 64: *quom* illuc — *veneris.* IV, 4, 2: *quom* recogito. V, 2, 115: Tam propitiam reddam, quam *quom* propitia*st* Iuno Iovi. V, 4, 43: sed istuc uxor faciet, *quom* hoc *resciverit.* Pseud. I, 2, 30: Haec, *quom* ego a foro *revortar,* facite ut offendam parata. I, 4, 8: Set quasi poeta, tabulas *quom cepit* sibi. I, 5, 86: *Quom* ea *mussitabas?* I, 5, 131: Quasi *quom* in libro *scribuntur* calamo literae. II, 2, 18: Non

soles respicere te, *quom dicis* iniuste alteri? v. 28: nam olim *quom abiit*, argento haec dies Praestitutast. II, 4, 57: Quid *quom* manufesto *tenetur?* III, 2, 15: *quom* extemplo *veniunt* conductum coquom. v. 30: quom condiunt. IV, 1, 22: Occidis me *quom* istuc *rogas*. IV, 7, 12: Nunc ego illum metuo *quom* hic non *adest*, ne metuam quom adsiet. Pseud. v. 1134: Me nunc conmoror, has foris *quom* non *ferio*. IV, 7, 47: flagitare saepe clamore in foro, *Quom* libella nusquam*st*. v. 116: Edepol ne istuc magis magisque metuo, *quom* verba *audio*. Poen. prol. v. 77: Eumque heredem fecit, *quom* ipse *obiit* diem. I, 2, 26: Nam *quom* sedulo munditer nos *habemus*, Vix aegreque amatorculos invenimus. I, 2, 71: *quom* ornatum *adspicio* nostrum ambarum. v. 143: Quam mare olimst, *quom* ibi alcedo pullos *educit* suos. v. 193: Mox dabo, *cum* ab re divina *rediero*. II, v. 16: quom scibunt. III, 1, 16: *Quom* pro capite argentum *dedimus*, nostrum dedimus, non tuum. III, 4, 13: Vidistis, leno *quom* aurum *accepit?* v. 17: Mox, *quom* ad praetorem usus *veniet*. 5, 15: Quia os nunc frigefactas, *quom rogas*. IV, 2, 82: Is in divitias homo adoptavit hunc, *quom* diem *obiit* suom v. 102: Sed ego nunc est, *quom* memet *moror*. V, 2, 110: Et is me heredem fecit, *quom* suom *obiit* diem. 4, 12: *quom*, ingeniis quibus sumus atque aliae, *cognosco*. v. 34. Pers. I, 3, 59 sq.:

Sicut istic leno hau dum sex mensis Megaribus
Huc est *quom commigravit*,

v. Goell. ad Aul. prol. v. 4. Pers. II, 1, 7: *Quom* meum ingenium fans atque infans tu nondum etiam *edidicisti*. 2, 25: *Quom* ut digna's *dico*, bene, non male loquor. v. 46: Quia enim nihil amas, *quom* ingratum *amas*. III, 3, 31: quam ex porta ludis *quom* emissus*t* lepus. IV, 4, 15: Edepol qui *quom* hanc magis *contemplo*, magis placet. V, 2, 53: Credo, quia non inconciliat, *quom* te *emo*. Rud. II, 2, 2: Nam *quom* modo *exibat* foras, ad portum se aibat ire. 3, 52: *quom* ibi sedulo sua vestimenta *servat*. 6, 13: Utinam [ego], *quom* in aedis me ad te *adduxisti* [tuas], In carcere illo potius cubuissem die. III, 3, 1: Nunc id est, *quom* omnium copiarum atque opum — viduitas nos *tenet*. 4, 38: *Quom* ego hanc *video*. 6, 9: Etiamne in ara tunc sedebant mulieres, *Quom* ad me *profectu's* ire? IV, 4, 139: *Quom* te di *amant*, voluptatist mihi. v. 141: quom excepi. 6, 2: *quom* intro *advenero*. 7, 22: nisi *quom lusi*. v. 25: *Quom* illos sapientis mores *monstrabant* poplo. v. 26: Set *quom* inde suam quisque *ibant* divorsi domum. 8, 15: nunc non censet, *quom volo*. V, 2, 2 sq.: Perii: *quom* mentionem

Fieri *audio* usquam viduli, quasi palo pectus tundor. Stich. v. 36: An id doles, soror, quia Illi suum officium non colunt, *Quom* tu tuum *facis?* I, 2, 89: Nunc places *quom* recte *monstras.* 3, 90: Hic *quom* auctionem *praedicabas* pessumam. II, 1, 29: Set tandem *quom recogito.* IV, 1, 7. Trin. II, 1, 16: *Quom* extemplo [eius] saviis perculsus *est.* III, 2, 96: Atque aliquem ad regem in saginam [*quom*] erus se *coniexit* meus. v. 99: Egomet *quom* extemplo arcum et pharetram mi — *sumpsero.* Truc. prol. v. 17: Nam omnes id faciunt, *quom* se amari *intellegunt.* I, 1, 38: Atque haec celamus damna nos industria, *Quom* rem fidemque nosque nosmet *perdimus.* v. 46: *quom caletur* maxume. 2, 88: Hoc nobis vitium maxumumst, *quom amamus,* tum perimus. v. 89: palam *quom mentiuntur.* II, 1, 32: nec satis accipimus, satis *quom* quod dat, non *habet* 4, 8: Salve, hicine hodie cenas, salvos *quom advenis?* v. 29: Verum tempestas memini *quom* quondam *fuit,* Quom inter nos sorderemus alter alteri. 5, 3: *Cum*que eam rem in corde *agito.* 6, 7: Non placet, *quom* illi plus *laudant,* qui audiunt, quam qui vident. 7, 15: haec Fieri *cum video* (sic Goeller., vulg. Cum video fieri. *Δ*p si fieri, unde Pareus sic fieri scripsit. Fortasse si ex prima syllaba vocis *fieri* ortum est). IV, 2, 20: Plus es enim intromissus, *quom dabas.* Plaut. fragm. p. 485, v. 31: Quam folles taurini habent, *quom liquescunt* petrae, ferrum ubi fit. v. 38: Nunquam ad civitatem advenio, nisi *quom infertur* peplum. Aquilius Boeotia fr. 1, v. 6: Ubi ubi monebat esse, nisi *quom* nil *erat.* v. 7: Nunc etiam *quom est,* non estur, nisi soli lubet. Caecil. Stat. Obolostates fr. 1: nunc enim vero est, *cum* meae morti remedium *Reperibit* nemo. Plocium fr. 9, v. 174: cum advenis. Titthe fr. 4: atque hercle Utrasque (h. e. utrimque) te, *cum* ad nos *venis,* subfarcinatam vidi. Terent. Andr. prol. v. 1: Poëta *quom* primum animum ad scribendum *adpulit.* v. 18: Qui *quom* hunc *accusant,* Naevium — Accusant. I, 1, 125: Prope adest, *quom* alieno more vivendum*st* mihi, v. Herz. ad Caes. p. 156, cf. Eun. III, 5, 3: Nunc est profecto, interfici *quom* perpeti me *possum.* Hec. IV, 1, 28: at pol iam aderit, se quoque etiam *quom oderit.* Andr. II, 1, 9: Facile omnes, *quom valemus,* recta consilia aegrotis damus. 2, 25: *Quom* illoc *advenio,* solitudo ante ostium. III, 2, 37: Quid aïs? *quom intellexeras* Id consilium capere, quor non dixti extemplo Pamphilo? III, 3, 13: Alium esse censes nunc me atque olim *quom dabam?* V, 1, 20: *quom* ibi me adesse neuter tum *praesenserat.* V, 3, 12: olim, *quom* ita

animum *induxti* tuom. Eun. I, 1, 2: Ne nunc quidem *Quom arcessor* ultro? v. 7: *quom* nemo *expetet.* II, 2, 12: nil *quom est*, nil defit tamen. 3, 19. v. 41 sq.: mensibus Sex septem prorsus non vidisse proxumis, Nisi nunc, *quom* minume *vellem* minumeque opus *fuit.* 3, 51: *quom* huc *respicio* ad virginem. v. 54: Huc *quom advenio,* nulla erat. III, 3, 4: iam tum *quom* primum *iussit* me ad se arcessier. v. 16: quid habuisset, *quom perit.* IV, 2, 6: longe iam abieram, *Quom sensi.* 4, 57: Quia, *quom* inde *abeo,* iam tum inceperat Turba inter eos. 7, 22. Heaut. prol. v. 33: De illius peccatis plura dicet, *quom dabit* Alias novas. IV, 1, 37: *quom* exponendam *do* illi. 5, 54: Quia videbitur Magis veri simile id esse, *quom* hic illi *dabit.* 8, 1 sq.: Multo omnium nunc me fortunatissumum Factum puto esse, — *quom* te *intellego* Resipisse. Phorm. prol. v. 23. v. 32: *Quom* per tumultum noster grex motus loco*st.* I, 2, 82: *Quom* tu horum nil *refelles,* vincam scilicet. 4, 30: *Quom* hoc non *possum*, illud: minus possem. II, 1, 11: Quam obrem omnis, *quom* secundae *sunt* maxume, tum maxume Meditari secum oportet cett. v. 37: *Quom* ille*st*, hic praestost. 2, 26: *quom* ille et cura et sumptu *absumitur.* Hec. prol. I, v. 1: haec *quom* data*st* Nova. prol. II, v. 25: *Quom* primum eam agere *coepi.* ib. v. 31: *quom* interea rumor *venit.* I, 2. 41: Amabat — *Quom* pater uxorem ut ducat orare *occipit.* III, 3, 25: *quom* orata eius *reminiscor*, nequeo quin lacrumem miser. 4, 45: Lacrumo, quae posthac futurast vita *quom* in mentem *venit.* 5, 25. IV, 1, 57: *quom* compressa*st* gnata. v. 61: quom sciet. 4, 27: *quom* eam *sequitur* alienus puer. V, 1, 8: *quom venit* in mentem. 2, 3: *Quom* tu *eris* satura atque ebria. Adelph. prol. v. 18: *quom* illis *placet.* I, 2, 16: haec *quom* illi, Micio, *Dico,* tibi dico. v. 59: est dis gratia, *Quom* ita ut volo *est.* v. 64: *Quom placo,* advorsor sedulo. Schmiederus: „= cum placare volo, oportet me adversari.“ II, 3, 1: *quomst* opus. III, 3, 30 sq.: Videre videor iam diem illum, *quom* hinc egèns *Profugiet.* IV, 5, 34. 7, 20: nunc *quom* non *queo*, aequo animo fero. V, 6, 9.

b. *Quum* particula cum indicativo coniuncta deposita temporis significatione coniungitur cum altera enunciatione per *tum* expressa ad copulandas illas enunciationes. Sic Plaut. Cist. I, 1—3: *Cum* te antehac *amavi* et mihi amicam esse *crevi*, Mea Gymnasium, et matrem tuam, *tum* id mihi hodie aperuistis. Truc. IV, 1, 6. Terent. Andr. I, 1, 69: *Quom* id mihi *placebat*,

tum uno ore omnes omnia Bona dicere et laudare fortunas meas. Phorm. I, 4, 10: *quom* mihi *paveo*, *tum* Antipho me excruciat animi.

c. *Quum causale cum indicativo iunctum.* Notandum est, ubicunque *quum* cum ind. iunctum causa exprimat, nusquam tamen primigeniam temporis significationem obliterari adeoque manere primariam, ad quam accedat demum causae notio seque cum illa coniungat. Cato ap. Gell. XI, 8 (Lion. 98): nimium nugator es, *cum maluisti* cett. Plaut. Amph. prol. v. 129. II, 2, 49. 121. V, 2, 4: eloquar, Multo adeo melius quam illi, *quom sum* Iuppiter. Asinaria I, 1, 67 sq.: Praesertim *quom* is me dignum quoi concrederet *Habuit.* ib. v. 69. III, 1, 12: *quom* illo quem amo *prohibeor.* Capt. II, 1, 25 (= v. 216) sq.: Obnoxii Ambo vobis sumus propter hanc rem, *quom* quae Volumus nos copiae *facitis* nos conpotes. 2, 48: Fecit officium hic suum, *Quom* tibi confessus*t* verum. II, 2, 106: Di tibi omnes omnia optata offerant, *Quom* me tanto honore *honestas quom*que ex vinclis *eximis.* 3, 14. 3, 52 (= v. 412): Fecisti ut redire liceat ad parentis denuo, *Quom* aput hunc confessus *es* et genus et divitias meas. II, 3, 63. V, 1, 1 sqq.: Iovi disque ago gratias merito magnas, *Quom* te reducem [nunc] tuo patri *reddiderunt Quomque* ex miseriis plurumis me *exemerunt,* — *Quom*que hunc [ego] *conspicio.* Cist. I, 1, 117: Sine trahi, *quom* egomet *trahor.* Epid. V, 2, 46: *Quom* tu's liber, gaudeo. Bacch. II, 3, 104: Quom — dedit. III, 6, 7: Salvos *quom* peregre *advenis*, Cena detur. Most. I, 1, 28: Nam ego illum corruptum duco, *quom* his factis *studet.* 2, 71: Cor dolet, *quom scio.* Men. II, 2, 24: Pro sano loqueris, *quom* me *appellas* nomine. V, 1, 39: Pallam atque aurum *quom* meum Domo *suppilas* clam tuae uxori et tuae *Degeris* amicae. 9, 87: *Quom* tu's liber, gaudeo, Messenio. Mil. IV, 2, 80 sq.: *Quom* quae [illaec] volt eadem tu *vis* — *Quom*que oratricem hau *sprevisti sisti*que exorare ex te. 5, 12: Saltem id volup est, *quom* ex virtute formae [id] *evenit* tibi. V, 26: Di tibi bene faciant semper, quom advocatus bene mi *ades.* Merc. III, 3, 16: Scio pol te amare, *quom* istaec *praemonstras* mihi. V, 2, 2: Spem speratam *quom optulisti* nunc mihi, tibi grates ago. Pseud. I, 2, 74: Male mihi morigeru's, *quom* sermoni huic *opsonas.* 5, 62: Edepol merito esse iratum arbitror, *Quom* aput te tam parvas*t* ei fides. III, 2, 34: Hoc hic quidem homines tam brevem vitam colunt, *Quom* hasce herbas huius modi in suum

alvom *congerunt*. IV, 1, 3: Iam mihi Caludorum volunt servatum esse — *Quom* te adiutorem *genuerunt* mihi. 7, 31 (= v. 1134): Me nunc commoror, has foris *quom* non *ferio*. IV, 7, 33: Venus mihi haec bona dat, *quom* [ea] homines huc [ad me] *adigit* lucrifugas. Poen. I, 1, 81: *Quom* mi *obtulisti* tam lepidum hoc spectaculum. 2, 46: Ecquid gratiae, *quom* huc foras te *evocavi?* III, 2, 12: Et bene et benigne facitis, *quom* ero amanti operam *datis*. 3, 54: Di deaeque vobis multa bona dent, *quom* mihi Et bene *praecipitis* et bonam praedam *datis* v. 74: Multa tibi di dent bona, *quom* me salvom esse *vis*. IV, 2, 92: lepidu's, *quom mones*. V, 3, 19: *Quom* huc *advenisti* hodie in ipso tempore. 4, 85: *Quom* nostram pietatem *adprobant decorant*que di inmortales. v. 105. 5, 49: *Quom*que e virtute nobis fortuna *obtigit*. Sc. ult. v. 28: *quom* istas *invenisti*. Pers. III, 1, 22: Non sum neque me esse arbitror, *Quom* parva natu recte *praecipio* patri. IV, 4, 98: *Quom* et ipsus probe perditus*t* et benevolentis *perdidit*. Rud. IV, 2, 3: Neptuno — ago gratias — *Quom* me ex suis locis pulcre ornatum *expedivit* Templisque reducem. 4, 132: Volup est *quom* istuc ex pietate vostra vobis *contigit*, = quoniam. v. 134: *quom* ista res male *evenit* tibi, Gripe, gratulor. 6, 3: *quom auxerunt* nostram familiam. 7, 8: Isto tu's pauper, *quom* nimis sancte piu's. V, 1, 6: Quid, patri etiam gratulabor *quom* illam *invenit?* 4, 9: *quom* istaec res tibi ex sententia Pulcre *evenit*, gaudeo. Truc. 1, 2, 51: *quom* et illi et hic pervorsus *es*. (illi Both. pro vulg. illic, ut metrum minus asperum sit, quamquam *illic* correptum non insolens est.) II, 4, 33: *Quom*que bene *provenisti* salva, gaudeo. 6, 35: *Quom* tu recte *provenisti quom*que es aucta liberis, Gratulor, *quom* mihi tibique magnum *peperisti* decus (sic alterum versum scribit Kampm. de AB praep. p. 24, sec. Goeller.). Licinius Imbrex Neaera: Nolo ego Neaeram te vocent, sed Nerienem, *Cum quidem* Mavorti *es* in conubium *data*. Terent. Andr. II, 5, 11: Facis, ut te decet, *Quom* istuc, quod postulo, *inpetro* cum gratia. III, 2, 7 sq.: Deos quaeso, ut sit superstes, *quandoquidem* ipsest ingenio bono, *Quom*que huice veritus*t* optumae adulescenti facere iniuriam. 5, 17: Ei mihi, *Quom* non *habeo* spatium. IV, 4, 32: Dis pol habeo gratiam, *Quom* in pariundo aliquot *adfuerunt* liberae. Heaut. II, 4, 2: te — laudo — Id tu *quom studuisti*. Phorm. V, 8, 74: Ego redigam vos in gratiam, hoc fretus — *Quom* e medio *excessit* unde haec susceptast tibi, h. e. *quod*. Hec. III,

5, 33. IV, 1, 53: *quom* hoc quod leviust tam animo irato *tulit*. Ceterum ne a Cicerone quidem hic usus alienus est, v. Halm. ad Milon. c. 36,99.

d. Etiam concessiva significatione *quum* indicativo iunctum reperitur, ut Plaut. Stich. I, 2, 42 sq.: Bonas ut aequomst facere facitis, *quom tamen* apsentis viros Proinde *habetis* quasi praesentes sient. Truc. IV, 4, 35: Quia (sic Goell.; ΔΘp *que*, vulg. *quae*) *quom* multum *abstulimus*, haud apparet multum quod datumst.

7. Sequitur *dum* particula, quae quattuor significationibus cum indicativo iungi potest. In describendis autem his significationibus sequar Handium in Tursellino, qui de hac particula II, p. 303 haec dicit: „Significat temporis spatium, quod duae res simul occupant. Nam interea, quum altera agatur, altera etiam agi dicitur. Sed unius rei tempore eiusque decursu definitur alterius rei tempus. In eo vero quoniam tres modi seu partes concipi possunt, initium temporis, perpetuitas et finis, primum *dum* indicat, tum, quum altera res exsisteret vel esset, alteram quoque exstitisse vel fuisse. Quo universa ratio temporum aequalium exprimitur. Est igitur indem et während, quorum illud initium aequalis actionis, hoc in cursu aequali aliquam partem indicat. Atque haec simplex ratio temporalis indicativum verbi assumit.“

a. Ennii satur. l. VI, v. 31: Ille tristis cibum *dum servat*, tu ridens voras. Plaut. Amph. prol. v. 114. III, 2, 25 sq. V, 1, 68. Asin. v. 531: *Dum* eius *expectamus* mortem. V, 2, 64: hi *dum litigant*. Aul. IV, 2, 14: *dum* hic *est* occupatus. Capt. V, 1, 4: *dum* te carendum *fuit*. Cas. II, 6, 15: *Dum* mihi *volui*, huic dixi, atque adeo, mihi *dum cupio*, perperam Iamdudum hercle fabulor. V, 2, 5: Operam date, *dum* mea facta *itero*. 4, 7: In adulterio *dum moechissat* Casinam. Cist. I, 1, 92: *dum redeo* domum. Bacch. v. 279: *Dum* [me] *circumspecto*, atque (Da) ego lembum conspicor. IV, 7, 19: Quem di diligunt, Adulescens moritur, *dum valet sentit sapit*. 9, 27: *Dum exquaerit* ibi facta Iliorum. v. 64: Chrusale, ades *dum* ego has *pellego*. Bacch. v. 1006: Ausculta porro, *dum* hoc quod scriptumst *pellego*. Menaechm. v. 214: *dum coquetur*, interim potabimus. Mil. II, 2, 44: Paulisper tace, *Dum* ego mihi consilia in animum *convoco* et *dum consulo* Quid agam. Merc. IV. 4, 38: Potest interea *dum* illi *ponunt*. V, 2, 83: Mater iratast patri

vehementer, quia scortum sibi Ob oculos adduxerit in aedis, *dum* ruri ipsa *abest.* V, 4, 46: non utibilist hic locus, factis tuis, *Dum memoramus* cett. Pseud. I, 1, 38: Tace, *dum* tabellas *pellego.* Pseud. v. 921: *dum* ille *dormit.* Poen. I, 2, 149: *Dum* te *exspecto,* neque aliam usquam mihi paravi copiam, Neque istuc usquam adparet. Ita nunc servio nihilo minus. IV, 2, 92: At enim nihil est, nisi *dum calet,* hoc agitur. Pers. III, 1, 35: *Dum* tunicam is *pònit.* 3, 43: *Dum stas,* reditum oportuit. IV, 3, 31: tace, *dum pellego.* V, 2, 30: Delude ut lubet, erus *dum* hinc *abest.* Truc. I, 1, 17: *Dum*que huc *dum*que illuc irretitos *impedit.* (Sic scribendum existimo. *Ag* dum huc, dum illuc reteor imp. *Θg* rete or imp. irretitos a Scaligero profectum est). IV, 2, 24; Interea, magister, *dum* tu *conmentabere.* Caecil. Stat. Karine fr. 3: Modo fit obsequens hilarus comis Communis concordis, *dum* id quod petit *potitur.* Plocium fr. 1, v. 147: *Dum* eius mortem *inhio,* egomet vivo inter vivos mortuus. Terent. Andr. V, 1, 3: *Dum studeo* obsequi tibi, paene inlusi vitam filiae. v. 13: incepi, res *dum tetulit.* Eun. III, 5, 47: ventulum huic sic facito, *dum lavamur.* V, 2, 4, *Dum* ante ostium *sto,* notus mihi quidam obviam Venit. Heaut. II, 2, 11: nosti mores mulierum: *Dum moliuntur, dum conantur,* annus est. III, 1, 83: Somnum hercle ego hac nocte — non vidi — *Dum* id *quaero,* tibi qui filium restituerem. Hec. V, 3, 31; dicitque sese illi anulum, *dum luctat,* detraxisse. Ad. I, 2, 38; dabitur a me argentum, *dum erit* commodum. V, 7, 1 sq.

b. Hoc temporis spatium duabus rebus commune certam mensuram habere et ad aliquem terminum produci potest. Tum voc. *dum* ipsum terminum significat, *tamdiu quam, usque eo,* ſo lange alſ. Atque ita ambitus alicuius rei definitur per tempus alterius rei. Ubi simplex ratio temporis tenetur, indicativo exprimitur (Handius l. c. p. 314 sq.). Plaut. Asin. II, 4, 57: Credam fore, *dum* quidem in manu ipse *habebo.* V, 2, 20: *dum* quidem cum illo nupta *eris.* Capt. v. 233. Bacch. II, 2, 48: non metuo mihi nec quoiquam supplico, *Dum* quidem hoc *valebit* pectus perfidia meum. IV, 4, 85: Mane *dum scribit,* v. adnot. Boxhornii: „Exspecta, ne dicta, donec, quae dictasti, scripserit.“ Pseud. v. 257: Dedi, *dum fuit.* I, 3, 103: Quia edepol, *dum* ego vivos vivam, numquam eris frugi bonae. 5, 92 sq.: Numquam edepol quoiquam supplicabo, *dum* quidem Tu [vivos] *vives.* IV, 7, 25; *Dum* recens *est, Dum datat, dum calet,* devo-

rari decet. Truc. prol. v. 11: Tantisper *dum transigimus* hanc comoediam. (Δp comed.) I. 2, 63: Te, *dum vivebas*, noveram. II, 1, 7: *Dum fuit*, dedit. 3, 1: qui usque, *dum vivont*, lavant. 4, 39: *dum* hic *fuit*. 7, 69: ventre *dum* salvo *licet*. IV, 2, 3: Nunc *dum* isti *lubet, dum habet*, tempus ei rei secundes (ΔΘpg secundas). IV, 4, 34: *dum* id, quod cupio, inde *aufero*. Terent. Andr. I, 1, 27: nam antea Qui scire posses aut ingenium noscere, *Dum* aetas, metus, magister *prohibebant*, = quam diu. 2, 17: *Dum* tempus ad eam rem *tulit*, sini animum ut expleret suom. 5, 31: *Dum* in dubio*st* animus, paulo momento huc vel illuc inpellitur. II, 6, 12: *Dum* licitum*st* ei *dum*que aetas *tetulit*, Amavit. III, 3, 24 sq.: *dum* tempus *datur*, *Dum*que eius lubido occlusa*st* contumeliis, — Uxorem demus. 4, 18: Potes nunc, *dum* animus inritatus *est*. Eun. I, 1, 11: Proin tu, *dum est* tempus, etiam atque etiam cogita. Hec. IV, 2, 18: *Dum* aetatis tempus *tulit*, perfuncta satis sum. V, 3, 39: Ego *dum* illo licitum*st* usa sum. Ad. I, 2, 28. v. 45: *Dum* id rescitum iri *credit*, *tantisper* pavet.

c. Tertium significationis genus exsistit, quum terminus, ad quem aliquid produci dicitur, finem in se habet aut id indicat, quo quis de consilio tendit. Tum intelligitur *usque dum*, so lange, bis daß. Sic proprie ponitur *dum* post verba expectandi, manendi, retinendi. In eiusmodi sententia ob finis et consilii rationem coniunctivi locus est: sed Latini saepe etiam indicativum posuerunt, temporis modum unice tenentes. Et ne tum quidem, quum nomen temporis praemittitur, semper ponitur coniunctivus (Handius p. 319). Saepe etiam additur *usque*. Cato R. R. c. 56: *usque adeo dum* ficus esse *coeperint*. C. 90: oleo tangito depsitoque, *dum poteris* facere turundas. Pontedera corrigit depsito usque dum, ex more Catonis. C. 110: saepius facito, *usque dum* odorem malum *dempseris*. C. 112: acina — decerpito — *usque dum impleveris*. Plaut. Amph. I, 2, 10: Erroris ambo — Conplebo — *Adeo usque* satietatem *dum capiet* pater Illius quam amat, ad q. l. Lindem.: „qui sic dicit non dubitat capturum, dum capiat vero aut optantis est aut dubitantis. Dum impetrant, bis sie erlangen; dum impetrabunt, bis sie erlangen werden; dum impetrent, bis sie etwa erreichen, aut wenn sie nur erreichen, aut möchten sie doch erreichen.“ Asin. II, 2, 62: mansero Tuo arbitratu, vel *adeo usque dum peris*. Capt. v. 233: Quod volunt, *dum impetrant* Sibi, boni sunt, bis

dahin wo, bis. Epid. V, 1, 27: Opperire, *dum ecfero* ad te argentum. Bacch. III, 3, 39: Noster esto, *dum* te *poteris* defensare iniuria. Men. I, 3, 11: Meretrix tantisper blanditur, *dum* illut quod rapiat *videt*. Merc. III, 4, 72: *Adeo dum* illius cupiditas te atque amor missum *facit?* Poen. act. II, v. 44: Age, eamus intro, *dum* exta *referuntur*. Sc. ult. v. 36: *Dum* auctionem *facio*, hic opus est aliquot ut maneas dies. Rud. III, 4, 69: Ut illas serves, vim defendas, *dum* ego erum *adduco* meum. 6, 42: dum recipis, h. e. dum redis sec. Pistor., nam *recipere*, ut saepius, significatione reflexiva usurpatum est. IV, 3, 1: Quid maneam? TR. *dum* hanc tibi, quam trahis, rudentem *conplico*. Truc. IV, 4, 21: *dum* miles aliquo *circumducitur*. Terent. Andr. II, 1, 29: Saltem aliquot dies Profer (nuptias), *dum proficiscor* aliquo. IV, 2, 31: Tu, Mysis, *dum exeo*, parumper opperire hic. Eun. I, 2, 126: expectabo, *dum venit*. V, 2, 55: Vin interea, *dum venit*, Domi opperiamur potius. Heaut. I, 1, 55: Ego te meum esse dici tantisper volo, *Dum* quod te dignumst *facies*. Phorm. III, 2, 28: Nequeo exorare, ut me maneat et cum illo ut mutet fidem Triduom hoc, *dum* id quod est promissum ab amicis argentum *aufero*. V, 7, 89: Adsequere, retine, *dum* ego huc servos *evoco*. Ad. II, 1, 42: Delibera hoc, *dum* ego *redeo*, v. Krueger. gramm. lat. § 633.

d. Coniunctio, quae temporis terminati rationem designat, refertur ad conditionem, qua aliqua sententia vel res coercetur. Est enim proprie ad hunc terminum usque, intra hos conditionis terminos, bis zu welchem Puncte, quod Germani etiam dicunt insofern. Hoc modo exprimitur conditio concedendae rei restringens, quam germanice nos dicimus, wenn nur, nur daß. (Hand. p. 324.) Quamquam autem Handius affirmat, hac significatione positum *dum* necessario coniunctivo iungi, indicativus tamen positus est a Plauto Pers. III, 1, 59: *Dum dos est*, nullum vitium vitio vortitur.

8. De particula *donec* cum indicativo iuncta vide praeter Handium in Tursellino II, p. 295 Weissenbornium in synt. lat. p. 344 et Madvigium in gramm. lat. p. 321. Leges XII tabb. VI, 9: *donec* dempta *erunt*. Cato R. R. c. 67: amurcam commutet *usque adeo, donec* in lacum — *pervenerit*. Ib.: *donec* in dolium *pervenerit*. C. 86: Lacte *addat* paulatim *usque adeo, donec* cremor crassus *erit* factus. C. 88: Id aliquoties in die [quotidie] facito, *usque adeo donec* sal *desiverit* tabescere biduum.

Ib.: *Usque adeo* in sole habeto, *donec concreverit.* C. 106: *usque adeo*, *donec* ovum gallinaceum coctum *natabit.* C. 149: *Donicum* pecuniam *satisfeceris.* C. 156: coquito *usque donec* ea *commadebit*. bene. C. 161: *Usque* licebit vellas, *donicum* in semen *videris* ire. Plaut. Amph. II, 1, 51. Capt. II, 2, 89: Ego me amitti, *donicum* ille huc *redierit*, non postulo. Bacch. IV, 4, 106: Ne quoquam exurgatis, *donec* a me *erit* signum datum. Truc. I, 1, 18:

Dumque huc, dumque illuc irretitos impedit
Pisces, *usque adeo donicum eduxit* foras.

Terent. Andr. IV, 1, 38: Numquam destitit Instare, — *usque adeo donec perpulit.* Phorm. II, 3, 73: haud desinam, *Donec perfecero* hoc. IV, 1, 24: Neque defetiscar *usque adeo* experirier, *Donec* — *effecero.* Ad. IV, 6, 6: nunc vero domi Certum obsidere est *usque*, *donec redierit.*

9. Spectemus temporis particulas *ut*, *ubi*, *postquam*. *Ut* Plaut. Amph. I, 1, 48. 55. *Ubi primum* Amph. I, 1, 48: *Ubi* Amph. I, 1, 87: Hoc *ubi* Amphitruo erus *conspicatust* [meus]. I, 3, 6. Capt. v. 234. Bacch. IV, 4, 37: Nam *ubi* me *aspiciet*, ad carnuficem rapiet continuo senex. Bacch. v. 757: *ubi erit* adcubitum semel, Ne quoquam exurgatis. IV, 5, 5: non conducit huice sucophantiae Senem tranquillum esse, *ubi* me [contra] *aspexerit.* Men. V, 5, 27: *Ubi* satur *sum*, nulla crepitant: *quando esurio*, tum crepant. Pseud. IV, 7, 17: Verum *ubi* is non *venit* nec [manentem] *vocat*, Venio huc ultro. Pers. III, 1. 55: me *ubi voles* nuptum dare. Rud. II, 4, 13: Otium *ubi erit.* Plaut. Fragm. ed. Gronov. p. 485, v. 31: Quam folles taurini habent, quom liquescunt petrae, ferrum *ubi fit.* Terent. Andr. II, 2, 19: *Ubi* te non *invenio*, ibi ascendo in quendam excelsum locum. Eun. I, 1, 7: *ubi* pati non *poteris.* II, 2, 29: Ille *ubi* miser famelicus videt — [*ibi*]. III, 1, 50: *Ubi nominabit* Phaedriam, tu Pamphilam Continuo. 2, 7: *Ubi vis*, non moror. v. 11: *Ubi vis*, dona adsunt tibi. v. 31 sq.: *ubi* molestum non *erit*, *ubi* tu *voles*, *Ubi* tempus tibi *erit*, sat habet. 3, 6: Ubi veni. 5, 52: domini *ubi absunt.* IV, 1, 14: *ubi* primum *poterit.* 2, 2: *ubi* quid in animo*st* molestiae. 7, 44: Iam dimitto exercitum? THR. *Ubi vis.* Phorm. I, 1, 13: Ferietur alio munere, *ubi* era *peperit.* Hec. V, 4, 24: At haec amicae erunt, *ubi* quam obrem adveneris *resciscent.* Ad. I, 2, 39: *Ubi* non *erit*, fortasse excludetur foras. V, 3, 2: Ubi vis, v. Donat. — Plaut. Pers. IV, 7, 1: *Postquam* illic *abiit.* V, 2, 41: Iam diu factumst, *postquam bibimus.*

10. De *prius quam* cum indicativo iuncto vide Weissenborn. synt. p. 342. Haas. ad Reisig. adnot. 465. Hand. Tursell. IV, p. 569. Cato R. R. c. 72: Boves ne pedes subterant, *prius*quam in viam quoquam *ages*, pice liquida cornua infima unguito. Plaut. Amph. v. 102. Asin. I, 3, 79: At ego est etiam *prius quam abis*, quod volo loqui. II, 4, 42: nunc adeam optumumst *prius quam incipit* tinnire. Aul. II, 2, 31: Nimis male timui, *priusquam* intro *redii*, exanimatus fui. Capt. IV, 2, 52: Aperite hasce ambas foris *Prius quam* pultando — exitium *adfero*. Epid. II, 2, 86: Nunc occasiost faciundi, *priusquam* in urbem *advenerit*. V, 1, 9: Quin tu mihi adornas ad fugam viaticum, *Priusquam pereo?* Indicativus positus est, quoniam Epidico iam exploratum est se periisse. Bacch. III, 1, 15: Nunc *prius quam* malum istoc *addis* certumst iam dicam patri. IV, 8, 80: quos non dabo Temere etiam *prius quam* filium *convenero*. Mil. IV, 8, 19: Opsecro, licet conplecti *prius quam proficisco?* V, 15: Opsecro hercle te, mea verba ut audias *prius quam secat*. Merc. II, 3, 119: *Prius* respondes *quam rogo*. 4, 28: Non edepol possum *prius quam* tu ad me *redieris*. Pseud. I, 1, 51: Ei *prius quam* hinc *abiit* quindecim miles minas Dederat. 5, 110: *Prius quam* istam pugnam *pugnabo*, ego etiam prius Dabo aliam pugnam claram et conmemorabilem. III, 2, 95: Quaeso hercle, *prius quam* quicquam convivis *dabis*, Gustato tute prius. Poen. I, 3, 7: *priusquam evocasti* me dudum foras. III, 5, 44 sq.: Sed quid ego dubito fugere hinc in malam crucem, *Priusquam* obtorto collo ad praetorem *trahor?* (*ΔΘ*p opt.) IV, 2, 97: Satine, *priusquam* unum*st* iniectum telum, iam instat alterum? V, 4, 41: *Priusquam abitis*, vos volo ambas. v. 96 sq.: Quaeso, qui lubet tam diu tenere collum, *Priusquam* te mihi *desponderit?* Poen. sc. ultima v. 18: Utinam mihi argentum reddas, *priusquam* hinc in nervom *abducere*. Pers. I, 3, 61: Numquam hercle, ne sis frustra, tu hodie hic *prius* edes, *Quam* te hoc facturum quod rogo, *adfirmas* mihi. Truc. 1, 1, 31: *Priusquam* unum *dederis*, centum, quae poscat, parat. 2, 19: Heus, manedum, Astaphium, *priusquam abis*. Terent. Andr. II, 1, 11: Omnia experiri certumst *prius quam pereo*. III, 3, 26: *Prius quam* harum scelera et lacrumae confictae dolis *Redducunt* animum aegrotum ad misericordiam, Uxorem demus. Heaut. II, 2, 8: Pergin istuc *prius* diiudicare, *quam scis* quid veri siet? Phorm. IV, 5, 7: Transito ad uxorem meam, ut conveniat hanc

prius, quam hinc abit. V, 9, 47 sq.: Enim vero *prius quam* haec *dat* veniam, mihi prospiciam et Phaedriae. Heus Nausistrata, *prius quam* huic *respondes* temere, audi. v. 56: Neque ego ignosco neque promitto quicquam neque respondeo, *Prius quam* gnatum *videro.*

10. Addo etiam concessivarum coniunctionum nonnulla exempla. Plaut. Poen. sc. ult. v. 24 sq.: *quamquam* ego te Meruisse, ut pereas, *scio.* De voce *tamen etsi* Rudd. p. 352 affert Taubm. ad Mil. IV, 5, 10 (postremo *tamen Etsi* istuc mihi acerbum*st*), Cortium ad Sall. Iug. 13, 3 et quos alios illic laudant scriptores.

11. f. Postremum spectemus indicativum positum in *enunciationibus secundariis, quae interiectae sunt orationi obliquae vel enunciationibus, quae habent coniunctivum.* Cato de re mililitari ap. Plin. hist. nat. praef. sub fin. (Lion. p. 43): Scio ego *quae scripta sunt* si palam proferantur, multos fore qui vitilitigent. H. l. ne poterat quidem coniunctivus poni in enunciatione relativa, quoniam simplicem epexegesin efficit participii *scripta.* Cato or. in censura de vestitu et vehiculis: Nam periniurium siet, cum mihi ob eos mores quos prius habui honos detur, *ubi datus est,* tum uti eos mutem atque alii modi sim. R. R. c. 39: *Cogitato, si* nihil *fiet,* nihilo minus *sumptum futurum.* Plaut. Epid. II, 2, 96: Ubi *erit* empta, ut aliquo ex urbe *amoveas.* III, 4, 20: Animum advorte, ut quod ad te *venio, intellegas.* Merc. I, 2, 63: Quin tu expedis, Quid *siet* quod me per urbem currens *quaerebas* modo. II, 1, 14: Dicit capram, quam *dederam* servandam sibi, Suae dotem uxoris *ambadedisse.* IV, 4, 58: Ibo ad forum atque Demiphoni haec eloquar, Me istanc capillo *protracturum esse* in viam, *Nisi* hinc *abducit* quo volt. Poen. V, 1, 18:

Deos deasque veneror, qui hanc urbem colunt,
Ut quod de mea re huc *veni*, rite *venerim.*

V, 2, 121: Aequomst, *habere hunc* bona, *quae possedit* pater. Rud. IV, 7, 30: At ego deos quaeso, ut quidquid in illo vidulo*st*, Si aurum, si argentum*st*, omne id ut *fiat* cinis. Truc. I, 2, 87: Imo edepol melius iam *fore* credo, te ubi *videbit.* Terent. Andr. prol. v. 13: Quae *convenere,* in Andriam ex Perinthia *transtulisse.* V. 26: Posthac quas *faciet* de integro comoedias, Spectandae an exigendae *sint* vobis prius. I, 1, 8: Ego postquam te *emi,* a parvolo ut semper tibi Apud me iusta et clemens *fuerit* Servitus, Scis. 2, 24: Nempe ergo aperte vis, *quae restant, me*

loqui? IV, 1, 47: Nisi si id putas, quia primo *processit* parum, Non *posse* iam ad salutem convorti hoc malum. Eun. I, 2, 35: Mercator hoc addebat, e praedonibus, Unde *emerat*, se *audisse* abreptam e Sunio. II, 2, 32: tamquam philosophorum *habent* disciplinae ex ipsis Vocabula, parasiti ita ut Gnathonici vocentur. III, 3, 16: quid *habuisset*, quom *perit*. Phorm. II, 4, 11: quod te absente hic filius *Egit*, *restitui* in integrum, aequomst et bonum.

12. *Imperativus.* Discrimen, quod plerique grammaticorum constituunt inter imperativum praesentis et futuri, nihili esse iam Gerh. Ioa. Vossius de analogia demonstravit, rectius docuit I. N. Schmidtius in Muetzelli Zeitschr. f. d. Gymnasialwesen a. 1855, mens. Mai. p. 422 sqq., imperativo in *to* desinente postulari ut iterum atque saepius id fiat quod imperatur, priore autem ac simpliciori forma, ut semel fiat. Itaque ne hoc quidem concedi potest, priore forma lenius, altera in *to* desinenti acrius ac fortius imperari, immo saepe e contrario hoc fit. Ex hac definitione patet etiam qui fiat ut in legibus et edictis formam imperativi in *to* desinentem Latini usurpare consueverint, siquidem haec, ut saepius fiat id, quod praescribunt, postulant.

Plaut. Aul. III, 1, 12: *date* viam, qua fugere liceat, *facite* totae plateae pateant. Menaechm. IV, 2, 111: *Aperite* atque Erotium aliquis *evocate* ante ostium. Merc. I, 2, 21: *Aperite* aliquis. V, 2, 6 sq.: heus, aliquis actutum huc foras *Exite*, illinc pallium mi *ecferte*. Pseud. V, 1, 37: *Aperite, aperite.* heus, Simoni adesse me quis *nuntiate*. Merc. V, 4, 41: Nisi piget, *consistite*. V, 4, 97: *omitte* salutem. Truc. II, 8, 1: *Datĭn* soleas atque me intro actutum *abducite*, ubi Bothius et Goellerus *Date* correxerunt, recte, opinor, ad sententiam, quamquam per metrum quidem *Datĭn* correpta ultima syllaba ferri possit, v. Ritschl. prolegom. in Trin. p. 138. Terent. Andr. III, 2, 42: tu tamen idem has nuptias *Perge* facere ita, ut facis. Eun. V, 8, 19: o Iuppiter, *Serva* obsecro haec bona nobis. Adelph. II, 1, 1. 2: *ferte* misero — auxilium: Subvenite inopi. Plaut. Capt. III, 4, 103: Quin quiescis? [*i*] *dierectum*, cor meum, ac *suspende* te, de q. l. Rostius commentatt. Plaut. p. 123: „Bothius et Lindem. [item Fleckeisenus], secuti auctoritatem Guilielmi, imperativum *i*, in codicibus et libris impressis vel deficientem vel post *cor meum* collocatum, recte posuerunt ante *dierectum*. Sollemne enim Plauto est, in hac

locutione imperativum praeponere." Sic Most. III, 2, 163: *Abi* hinc dierecte. Rud. IV, 2, 126 tamen Fleckeisenus scripsit: Quin *dierecta i* tu. Inprimis commemorandus est imperativus *age* sequente alio imperativo. Sic Plaut. Capt. I, 2, 76: Age sis roga, ad q. l. Gronov.: „Plerumque formula *age sis* cum alius verbi imperativo ponitur." Mil. III, 3, 54: *Age* igitur intro *abite* (sic Lindemannus, Ritschelius, Fleckeisenus, non cum vetere codice Pal. *agite*). Rud. III, 5, 28: *Age*, alter istinc, alter hinc *adsistite*. Terent. Eun. IV, 4, 27: *Age dum* hoc mi *expedi* Primum. Sequente futuro Andr. IV, 2, 30: Age, veniam.

Lex Numae ap. Festum v. opima spolia (Egger. p. 83): bovem *caedito*. Ib: in Martis aram — *caedito*. Tertia spolia Ianui Quirino agnum marem *caedito*, C qui ceperit ex aere, *dato;* cuius auspicio capta, Dis piaculum *dato*. Lex Papiria tribunitia ap. Egger. p. 113 (a. Chr. 213): Quicunque praetor post hoc factus erit, qui inter cives ius dicet, tres viros capitales populum *rogato*, hique — *iudicanto* eodemque iure *sunto*. Cato R. R. c. 1: sic in animo *habeto*. Ib. id animum *advertito*. Ib. § 4 Caveto. Ib. et § 5 videto. Ib. § 6 Scito. C. 2 videto. C. 3: *Cogitato* quotannis tempestates magnas venire. C. 4: Villam urbanam pro copia *aedificato*. Ib.: Vicinis bonus *esto*. C. 5 praegressis coniunctivis praesentis sequuntur imperativi: Boves maxima diligentia curatos *habeto*. Bubulcis *obsequitor* — *facito* — *caveto* — *legito* cett. C. 8. 9. C. 83 liceto, ubi comparat Rottboell oporteto, quod Festo in occisum et opima spolia restitui voluit Scaliger. Ennii heduphagetica v. 5: Apriculum piscem *scito* primum esse Tarenti. Plaut. Mil. IV, 6, 2: *Aspicito* limis. Pseud. III, 2, 67 sqq.: ut huius oculos in oculis habeas tuis. Quoquo hic spectabit, eo tu *spectato* semul. Siquo hic gradietur, pariter [tu] *progredimino*. Poen. V, 5, 2: Tum profecto me sibi *habento* scurrae ludificatui. Stich. I, 2, 10: Siquis quaeret me, inde *vocatote* aliqui. Inprimis notandum est *facito*, quod περιφράζει alium imperativum. Sic Poen. V, 2, 124: *Facito* sis reddas. 4, 108: Patrue, *facito* in memoriam habeas. Terent. Adelph. III, 4, 55: hoc tu *facito* cum animo cogites. Heaut. IV, 6, 22 sqq.: Sed pater egreditur. cave quicquam admiratus sis, Qua causa id fiat: *obsecundato* in loco; Quod imperabit *facito: loquitor* paucula. Adelph. V, 8, 17: De te *largitor*, puer. Heaut. II, 1, 9: Nunc ait 'periclum ex aliis *facito*, tibi quid ex usu siet.' Nonnunquam hac imperativi forma nil nisi concessio significa-

tur (Rhenius paralipomena p. 39), ut Eun. III, 5, 48: Ubi nos laverimus, si voles, *lavato*, wenn du willst, so magst du auch baden. Phorm. IV, 3, 63: Sescentos proinde *scribito* iam mihi dicas: Nil do, er mag mich verklagen, so lange er will, ich gedenke ihm nichts zu geben.

Nonnunquam ambae formae imperativi in una enunciatione coniunctae reperiuntur, ut Plaut. Poen. V, 2, 11: Mi patrue, *salve*. HA. Et tu *salveto*, Agorastocles. Terent. Adelph. III, 2, 53: Tu quantum potest *Abi* atque Hegioni cognato huius rem *enarrato* omnem ordine. Plaut. Merc. IV, 4, 30: Cras *petito*: dabitur. nunc *abi*.

Negatio accedit ad utramque imperativi formam *ne*, non *non*, nam Cato R. R. c. 36: ablaqueato prius non alte negatio ad solum voc. *alte* spectat cumque eo unam efficit notionem. Sic est in lege Numae ap. Egger. p.82: Vino rogum *ne respergito*. Lex Numae ap. Gell. IV, 3 (Egger. ibid.); Pellex asam Iunonis *ne tacito*; si tacet (= tanget) — acnum foeminam *caidito*. Legg. XII tabb. X, fr. 1 ap. Cic. legg. II, c. 23, § 58: Hominem mortuum, inquit lex in XII, in urbe *ne sepelito*. C. 43: Vitibus sulcos et propagines *ne* minus pedibus II. S. quoquoversus *facito*. C. 49: binas gemmas *ne* amplius *relinquito*. Plaut. Merc. III, 4, 29: Quaeso hercle, animum *ne desponde*. Pers. IV, 3, 20: Abi: *ne iura:* satis credo. IV, 5, 5: Ne doce. Terent. Andr. V, 2, 27: Ah *ne saevi* tanto opere. Eun. I, 2, 15: *Ne crucia* te obsecro, anime mi, mi Phaedria. Heaut. V, 2, 22: *Ne* te *admisce*. Phorm. IV, 3, 59: *Ne clama:* repetito hasce a me decem.

Saepe antecedit imperativum particula *quin*, quae plerumque disiunctionem efficit cum praegressis, cf. Haasium ad Reisig. p. 478, § 279. Madvig. gramm. lat. p. 415. Sic Terent. Andr. I, 1, 18: *Quin* tu uno verbo *dic*, quid est quod me velis. II, 2, 9: *Quin* tu hoc *audi*. Eun. V, 2, 63 sq.: *Quin*, Pythias, Tu me *servato*. Phorm. III, 2, 1: *Quin omitte* me.

13. De *coniunctivi* natura et significatione in universum exposuit Etzlerus Sprachcrörterungen p. 111 sq. Discernendus autem est coniunctivus *absolutus*, qui non pendet aliunde, ab eo coniunctivo, qui aliunde aptus est. Coniunctivi absoluti tria genera distingui possunt, coni. *conditionalis*, *potentialis*, *imperatorius*, quae nunc deinceps persequamur. Differt autem coni. conditionalis non, quemadmodum plerique grammatici censuerunt, eo, quod conditionalis rem exprimat, quae fieri non possit et a veritate sit remota, sed conditionalis nihil

aliud significat, nisi id quod conditione aliqua posita extat sive fieri potest, cui significationi potentialis notionem quandam necessitatis addit (v. Etzler. p. 112—134).

a. *Coniunctivus conditionalis.* Cato fragm. or. inc. ap. Quintil. IX, 2, 21: Cedo, si vos in eo loco *essetis,* quid aliud *fecissetis?* Plaut. Asin. II, 3, 16: Argenti viginti minas, *si adesset, accepisset.* III, 2, 43: Nimis *vellem* habere perticam. 3, 2: aliquanto amplius *valerem, si* hic *maneres.* Bacch. II, 3, 39: *Ni nanctus* Venerem *essem,* hanc Iunonem *dicerem.* 3, 80: Nimio hic privatim *servaretur* rectius. III, 3, 48: Deos propitios me videre quam illum [hau] *mavellem* mihi. Bacch. v. 496: melius multo me quoque una cum illoc hic *relinqueres.* IV, 9, 134 mavellem. Men. II, 1, 13 sq.: *si* acum, credo, *quaereres,* Acum *invenisses, si appareret,* iam diu. V, 7, 33: Nam *absque ted esset,* numquam hodie ad solem occasum *viverem.* Mil. III, 1, 124. Pseud. I, 1, 1 sqq.: *Si* ex te tacente fieri *possem* certior, — *parsissem.* 3, 75: Atque ego te vivom salvomque *vellem.* II, 2, 45: *Si* intus *esset, evocarem.* Poen. III, 3, 68: Videre equidem vos *vellem, quom* huic aurum *darem.* V, 2, 106: Patrem atque matrem viverent *vellem* tibi. Pers. I, 1, 46: *si* id domi *esset* mihi, iam *pollicerer.* Rud. II, 7, 32 sq.: *si* invitare nos paulisper *pergeret,* Ibidem *obdormissemus.* Stich. V, 5, 2 sq.: Ut ego huc iam dudum simitu *exissem* vobiscum foras, *Nisi* me vobis *exornarem.* Trin. II, 4, 167: *Si* ante *voluisses, esses*: nunc sero cupis. Trigemini p. 483: *Ni fugissem,* medium credo *praemorsisset.* Plaut. fragm. Cist. Ang. Mai. p. 486: Muliercula mea ornatula *si sit* ut quidem hercle scita, Quamquam vetus cantherius sum, mihi nunc, ut ego opinor, *Adhinniret.* Terent. Andr. I, 1, 26: nam antea Qui scire *posses* aut ingenium noscere? III, 4, 5: Egon istuc *facerem?,* quae interrogatio admirationem exprimit, num putasti me istuc facturum esse? ἆρα δοκῶ σοι τοῦτο ἂν ποιεῖν; IV, 1, 44: *si* omnes hunc coniectum in nuptias Inimici *vellent,* quod nisi consilium hoc *darent?* 5, 2 sq.: Quae sese inhoneste optavit parere hic ditias Potius quam in patria honeste pauper *viveret.* IV, 5, 13: *si* id *scissem,* numquam huc *tetulissem* pedem. Eun. III, 1, 56: *Siquidem* me *amaret,* tum istuc *prodesset.* Heaut. I, 2, 18: Quid narrat? CL. Quid ille? miserum se esse. CH. Miserum? quem minus *crederes?* II, 3, 66: Continuo et lacrumis opplet os totum sibi, Ut facile *scires* desiderio id fieri. Phorm. prol. v. 13 sq.: Vetus *si* poeta non *lacessisset* prior,

Nullum invenire prologum *posset* novos. I, 2, 69: Non, *si redisset*, ei pater veniam *daret*? 3, 3: Quod *ni fuissem* incogitans, ita [eum] *expectarem*, ut par fuit. 4, 13: Aliquid *convasassem* atque hinc me *conicerem* protinam in pedes. Phorm. II, 1, 39: Nam *ni* haec ita *essent*, cum illo haud *stares*, Phaedria. v. 48: *Ni nossem* causam, *crederem* vera hunc loqui. Hec. IV, 1, 39 sq.: nam *si* is *posset* ab ea sese derepente avellere, Quacum tot consuesset annos, non eum hominem *ducerem*. Adelph. I, 2, 27 sqq.: et illum tu tuom, *si esses* homo, *Sineres* nunc facere — Potius quam, ubi te expectatum eiecisset foras, Alieniori aetate post *faceret* tamen. II, 1, 24: *Si attigisses, ferres* infortunium. III, 3, 41 sq.: num *sineres* vero illum tuom Facere haec? DE. *Sinerem* illum? aut non sex totis mensibus Prius *olfecissem*, quam ille quicquam *coeperet?* V, 3, 42: *scires* liberum Ingenium atque animum.

14. b. *Coniunctivus potentialis.* Potentialis praesentis temporis coniunctivo praesentis et perfecti, temporis praeteriti imperfecto exprimitur. Ad potentialem pertinent etiam interrogationes dubitativae, item *velim, nolim,* non referenda illa ad optativum, ut recte dicit Madvigius Bemerkungen p. 77, nam optativa significatio non in modo, sed in verbis ipsis inest. Legg. XII tabb., V, fr. 4: Si intestato moritur, cui suus heres nec *sit*. Nonnulli legunt *escit* (=erit), quod commendat Dirksenius. Naevii fr. inc. com. 23: dum te *videat*, tam etiam *sciat*, Quid scriptum sit. Cato apophthegm. ap. Gell. IX, 8 (Lion. 98): Tibi — quis perpulit, ut id committeres, quod priusquam faceres, *peteres*, ut ignosceretur, = tibi petendum erat, du hättest bitten müssen. R. R. c. 2: Vendat oleum — frumentumque *quod supersit*. C. 16: Dominus lapidem, ligna ad fornacem, quod opus *siet*, praebet (in so weit es nöthig sein mag). Cato or. de vestitu et vehiculis ap. Prisc.: Nam periniurium *siet*, cum mihi ob eos mores quos prius habui honos detur, ubi datus est, tum uti eos mutem atque alii (h. e. alius) modi sim. Ennii Telamo fr. 1 ap. Cic. de nat. de. III, 32:

Ego deum genus esse semper dixi et dicam caelitum,
Sed eos non curare opinor, quid agat humanum genus:
Nam *si curent*, bene bonis *sit*, male malis, quod nunc abest.

Ennii Phoenicis fr. 3: Plus miser *sim*, *si* scelestum *faxim* quod dicam fore. Iphigeniae fr. 4, v. 254: Nam cui quod *agat* institutumst. fr. 8, v. 266 sq.: Pro malefactis Helena *redeat*, virgo

pereat innocens? Tua *reconcilietur* uxor, mea *necetur* filia? Medeae exulis fr. 8: nam ter sub armis *malim* vitam cernere, Quam semel modo parere. fr. 15: Quo nunc me *vortam?* quod iter *incipiam* ingredi? Thyestis fr. 4: Quem nam te esse *dicam*. Ennii inc. trag. fragm. 19: flammam sapiens facilius ore in ardente opprimit Quam bona dicta *teneat*. Plaut. Amph. prol. v. 39: Debetis velle quae *velimus*. I, 3, 28: nisi te amarem plurumum, Non *facerem*. II, 1, 116: ubi ego *audiverim?* wo ſoll ich es gehört haben? Asin. I, 1, 14: Dice opsecro hercle serio quod te *rogem*, worum ich dich fragen könnte. v. 32: Di tibi dent quaequomque *optes*. v. 38 qq.: Quor hoc ego ex te *quaeram* aut quor *miniter* tibi —? Aut quor postremo filio *suscenseam* —? II, 4, 52 sq.: si sciat — Suscenseat. III, 3, 19 sq.: quam *si* [ego] *intelligam* deficere vita, iam ipse Vitam meam tibi *largiar* et de mea ad tuam *addam*. v. 126: Quem te deum autem *nominem?* IV, 2, 2: emori Me *malim* quam haec non eius uxori *indicem*. V, 1, 16: Ea res me male habet, at non eo quia tibi non *cupiam* quae velis. Aul. I, 1, 11: Utinam me divi adaxint ad suspendium, Potius quidem, quam hoc pacto apud te *serviam*. II, 1, 1 et IV, 6, 4 *velim*. II, 4, 41: Sescenta sunt, quae *memorem, si sit* otium. III, 5, 20 faxim. IV, 10, 12: nam *ni vellent*, non *fieret*, scio. v. 74: Nunc servum esse ubi *dicam* meum Strobilum? (Balbach. p. 48 scribit Strophilum). Capt. III, 3, 1: Nunc illut est, quom — *mavelim*. Curc. II, 3, 52: *Scires* velle gratiam tuam. IV, 2, 8: egone ab lenone quicquam Mancupio *accipiam*? Cist. I, 1, 34: Eas si adeas, Abitum quam aditum *malis*. v. 118: si possim, velim. II, 1, 21: quodcunque optes, tibi *velim* contingere. IV, 1, 15: Si — dicat, dicam. IV, 2, 70: *si* eam *monstret*, gratiam *ineat*. Epid. II, 2, 72 sq.: *Si* aequom siet, Me plus sapere quam vos, *dederim* vobis consilium catum, Quod laudetis, ut ego opinor, uterque. III, 1, 10: *Si* hercle *habeam*, *pollicear* lubens. 4, 15: Immo, si *audias* Meas pugnas, *fugias* manibus demissis domum. IV, 2, 18: non patrem ego te *nominem* —? Bacch. I, 1, 46 sqq.: *si* — *eveniat* — Ubi ego tum *adcubem*? v. 64: id flagitium *sit*. Bacch. v. 139: Non par *videtur* neque *sit* consentaneum. II, 3, 100: Mihi duit *velim*. III, 3, 2: quo *sequar*? wohin ſoll ich folgen? v. 28: adsideres. v. 29: Quom librum legeres, *si* [in] una *peccavisses* sullaba, *Fieret* cett. Bacch. v. 460: Illum meum malum promptare *malim* quam peculium. v. 461: Quia, malum *si promptet*, in dies *faciat* minus.

v. 530: nunc ego illam me *velim* Convenire. v. 630: Unde *habeam*? v. 635 potentialem sequitur conditionalis: *Si* mihi *sit*, non *pollicear*. MN. Scio, *dares*. v. 636: *nisi ames*, nunc tibi fidem *habeam* tantam. IV, 4, 27: Pol tu quam nunc me *accusses* magis, *si* magis rem *noveris*. v. 46: Quem *si* [ego] orem, ut nil mihi credat, id non *aussit* credere. 8, 75: ni — foret, — opprimeret. 9, 126: Quin ego istic quod perdundumst *properem* perdere? Most. V, 1, 26: Verum sit *velim*. Men. III, 2, 35: Non edepol te, *quod sciam*, umquam ante hunc diem Vidi. v. 38: Non *negem*, *si noverim*. IV, 2, 77: Pol haut *rogem* te, *si sciam*. Mil. I, 1, 20: Nihil — hoc quidemst, Praeut alia dicam, tu quae numquam *feceris*, ad q. l. Lindem: „Non futurum exactum est, sed perf. coni. Iocularitеr parasitus tanquam de sua sententia profert, de quibus facile inter omnes constabat. Est enim quae nunquam feceris fere idem quod: quae, u' videtur, nunquam fecisti, was du wahrscheinlich niemals gethan hast." III, i, 141: Qui deorum consilia culpet, stultus inscitusque *sit*, ad q. l. Lindem.: „Coniunctivus in vv. *culpet* — *sit* ponitur, ut rem universe dici nec responsum pertinere ad Pleusidem, urbane significetur. Est enim pro eo, quod dicere voluit: Si quis forte est — qui culpet, is nescio an stultus sit." v. 125 sqq: Continuo *excruciarer* animi: *sin* forte [ei] *fuisset* febris, *Censerem* emori: *cecidisset*ve ebrius de equove uspiam, *Metuerem* cet. Merc. II, 2, 15: *Dicam*, *si videam* tibi operam esse aut otium. v. 30: Sed *ausim*ne ego tibi eloqui, *si* quid *velim*? v. 39: *si sapias*, *eas* ac *decumbas* domi. v. 70 sqq.:

Quia illa forma matrem familias
Flagitium *sit si sequatur*,, quando *incedat* per vias.
Contemplent, *conspiciant* omnes, *nutent*, *nictent*, *sibilent*,
Vellicent, *vocent*, molesti *sint*, *occentent* ostium:
Inpleantur elogiorum meae fores carbonibus:
Atque ut nunc sunt maledicentes homines, uxori meae
Mihique *obiectent* lenocinium facere.

4, 21: Pol sanus *si sim*, non te medicum mi *expetam*. III, 1, 20. v. 40: Etiam cum uxore non *cubet?* 4, 4: *Ni oculi* lacrumis *defendant*, iam *ardeat* credo caput. Pseud. I, 2, 5: Quos *quom ferias*, tibi plus *noceas*. 3, 7: Quonam pacto animum vincere *possim*? (sollte ich können.) Pseud. v. 255 sqq.: nam *si sacruficem* summo Iovi Atque in manibus exta *teneam* ut poriciam, interea loci *Si* lucri quid *detur*, potius rem divinam *deseram*. 1, 3, 44:

Misereat, *si* familiam alere *possim* misericordia. v. 56: Egon patri subrupere *possim* quicquam, tam cauto seni? v. 134: atque occidi quoque Potius quam cibum *praehiberem*. v. 143: magis operae *si sit*, plus tecum *loquar*. 5, 1 sqq.: *Si* de damnosis aut *si* de amatoribus Dictator *fiat* nunc Athenis Atticis, Nemo *anteveniat* filio credo meo. v. 12 sqq.:

Homines qui gestant quique auscultant crimina,
Si meo arbitratu *liceat*, omnes *pendeant*,
Gestores linguis, auditores auribus.

v. 141: potius quam id non *fiat* ego dabo. II, 2, 4: nimis [quam] *velim* certum qui id faciat Mihi cett. v. 57: Omnem rem tenes. PS. Quid ego ni *teneam?* III, 2, 98: *Fortasse* haec tu nunc mihi non *credas* quae loquor (v. Weissenborn. synt. p. 24). Pseud. v. 917: Quippe ego *ni contemnam*, Stratioticus homo qui *cluear?* IV, 5, 10: Nunc ego Simonem mi ob viam veniat *velim*. 6, 33: Unde ea *sit* mihi? (woher sollte ich — haben?) 7, 80: *Ubi* suram *aspicias*, *scias* posse eum gerere crassas conpedis. Poen. I, 2, 109: nam vigilante Venere *si veniant* dea, Ita sunt turpes, credo ecastor, Venerem ipsam e fano *fugent*. III, 1, 67: Quin etiam deciderint vobis femina in talos *velim*. IV, 2, 9: Quodvis genus ibi hominum *videas*: *quasi* Acheruntem *veneris*. v. 14: Ibi tu *videas* literatas fictilis epistulas. v. 42: illum ut perdant, *ni* mihi *metuam*. v. 52: Verum enim qui homo (sic ΔΘg; ΔΘp bene. Gruterus proponit scribi posse *modo* sive *domo*) eum *norit*, cito homo pervorti potest. v. 55: Animum *inducam* facile ut credam istuc tibi, *ni* te *noverim*. v. 63 sq.: *Si* erus meus med esse locutum quoiquam mortali *sciat*, Continuo is me ex Syncerasto Crurifragium *fecerit*. v. 73: sed qui id *credam*? v. 100: Uni potius intus ero odio quam hic *sim* vobis omnibus. v. 106: Remora *si sit*, qui malam rem mihi det, merito *fecerit*. V, 2, 11: Si ad eam rem testis *habeam*, *faciam*, quod iubes. v. 95: Di dent tibi omnes quae *velis*. 3, 31: Facias modo quam memores *mavelim*. 4, 11: malim (versus est cum Weisio bacchiacus statuendus). v. 49: Patrue mi, ita me di amabunt, ut ego, *si sim* Iuppiter, Iam hercle illanc uxorem *ducam* et Iunonem *extrudam* foras (sic Both. Vulg. Iam hercle ego illam). v. 94: Vix hoc *videamur* credere. 5, 9: Sed mea amica nunc mihi irato obviam veniat *velim*. Pers. I, 1, 45: *Quaeram* equidem, *si* quis *credat*. III, 1, 28: Etiam tum vivit, *quom* esse *credas* mortuam. v. 46 sq.: At, meo *si liceat* modo, Sapienter potius

facias quam stulte. v. 49: Verum lubere hau *lubeat, si liceat,* mihi. Rud. v. 190 sq.: Nam hoc mi hau *sit* labori laborem hunc potiri, *Si* me erga parentis aut deos *inpiarim.* v. 196 sq.: Nam me *si* fecisse aut parentis *sciam* Sceleste, minus [nunc] me *miserer.* II, 2, 15: Cum istius modi virtutibus operisque natus qui *sit,* Eum quidem ad carnuficemst aequius quam ad Venerem conmeare. III, 2, 48: velim. 6, 39: Verum sit *velim.* IV, 3, 30: Non *ferat, si* dominus *veniat?* v. 40: Quippe *quom* extemplo in macellum pisces prolati sient, Nemo *emat:* suam quisque partem piscium *poscat* sibi: *Dicat* in mari conmuni captos. V, 2, 35: Quid dare *velis* qui istaec tibi investiget indicetque? 3, 62 sqq.: spectatores, vos quoque ad cenam *vocem, Ni* daturus nil *sim* neque *sit* quicquam pollucti domi, *Nive* adeo vocatos *credam* vos esse ad cenam foras. Trin. I, 2, 96: Non — redderem? ad q. l. Lindem.: „quid causae fuit, te iudice, cur non redderem? Coniunctivus rem tanquam cogitatam, h. e. ex alicuius sententia hoc vel illo modo se habentem pronunciat. Igitur non redderem est: si te audirem, non redderem?" II, 4, 40: Hic *postulet* frugi esse: nugas *postulet,* ad q. l. Lind.: „Coniunctivus, quia se dubitare subindicat servus." v. 73: *Edim, nisi si* ille *votet.* ST. At pol ego, *etsi votet, Edim* atque ambabus malis expletis *vorem* Et quod illi placeat, *praeripiam* potissumum: Neque illi *concedam* quicquam de vita mea. IV, 2, 119: quem ego qui sit homo nescio Neque oculis ante hunc diem umquam vidi, eine aurum *crederem?* Truc. I, 1, 40, 43: si faximus — faxim. 2, 62: Dum vivit, hominem *noveris;* ubi mortuost, quiescat. II, 1, 11: Vorterunt sese memoriae: stultust, qui id *admiretur.* 2, 5: Aegrotare *malim* cett. v. 44: Sanus *si videare, dicam,* ad q. l. Taubm.: „Id est, si putarem, te sanum esse, dicerem, te contumeliam dicere, sed quia pro stulto te habeo, non curo. ita alibi: Si habeam dem, pro nihil habeo quod dare queam." v. 60: *Si* ecastor hic homo sinapi *victitet,* non *censeam* Tam tristem esse posse. 3, 3.

Si proinde *amentur* mulieres, diu quam lavant,
Omnes amantes balneatores *sient.*

v. 28: Ego istos, qui nunc me *culpent, confutaverim.* 4, 12: *velim,* si fieri *possit.* v. 25: *si*quid tibi Conpendi facere *possim,* factum edepol *velim.* v. 68: immo hercle vero adcubuo *mavelim.* 6, 46 sq.: *si* plane ex medio mari Savium tuom petere *iubeas,* petere hau *pigeat,* mel meum (vulg. petere tuum et pigeat me.

Correxit Bothius propter metrum. *Δp heu* pro *haud*, i. e. *hau*). 7, 16: quod *des*, devorat. IV, 1, 2: Cui ego nunc aut dictum aut factum melius quam Veneri *velim?* v. 9: *si* non *peream*, plane *perierim* (sic Goeller. maxime ad vestigia codicum. Nam *Δpg* paneuriem. *Θpg* paneurient. Vulg. interream). 2, 29: Mortuom hercle me, quam id *patiar*, *mavelim*. v. 30 Malim. v. 33: quia pol *mavelim*. v. 54: Conceptis, me non facturum, verbis *iurem*, *si velit*. 3, 1: Egone tibi male *dicam* aut adeo male *velim*? V, v. 32: Quidvis face: ego *gaudeam* (sic Both., vulg. ego omitt.) Plaut. Fragm. Cistell p. 477, v. 31: Adhinnire equulam *possim* ego hanc, *si detur* sola soli. Plaut. Fragm. Caec. p. 478, v. 7: Plure altero tanto, quanto eius fundus est, *velim*. v. 9: *Velim* te arbitrari factum. Caecil. Stat. Demandati: Si umquam quisquam vidit, quem catapulta aut balista *icerit*. Caec. Stat. Epicleros fr. 2: An ubi vos sitis, ibi consilium *claudeat?* Caec. St. Fallacia fr. 7, v. 51: *velim* paulisper te opperiri. Caec. St. Hypobolimeaus fr. 5: Nam hi sunt inimici pessumi fronte hilaro, corde tristi, Quos neque ut adprendas neque uti dimittas *scias*. Caecil. Stat. Nauclerus fr. 5: *si* linguas decem *Habeam*, vix *habeam*, satis te qui laudem. Caecil. Stat. Plocium fr. 1, v. 144 sq.: Quae nisi dotem omnia, Quae *nolis*, habet. v. 148: An quae mihi quidquid placet, eo privat, servatam *velim?* Plocium fr. 11: Vivas ut *possis*, quando non quis ut *velis*. Synephebi fr. 1:

In amore suave est summo summaque inopia,
Parentem habere avarum inlepidum, in liberos
Difficilem, qui te nec amet nec studeat tui.
Aut tu illum fructu *fallas* aut per literas
Avertas aliquod nomen aut per servolum
Percutias pavidum, postremo a parco patre
Quod *sumas*, quanto *dissipes* libentius!

ubi coniunctivi fallas, avertas, percutias, sumas coniunctivi sunt hypothetici, v. Putschium in Iahnii annal. 1855, vol. 71 et 72, sect. 4. Caecil. Stat. inc. fab. fr. 15: deum (Amorem) qui non summum *putet*, Aut stultum aut rerum esse imperitum *existumem*. Iuventius fr. 1 inc. fab.: gaudia Sua *si* omnes homines *conferant* in unum locum, Tamen mea *exsuperet* laetitia. Terent. Andr. I, 1, 39: ita facillume Sine invidia laudem *invenias* et amicos *pares*. v. 131: Vera obiurgandi causa *sit*, *si deneget*. 5, 24: Aliquid *facerem*, ut hoc ne facerem. II, 1, 10: Tu *si* hic *sis*, aliter

sentias. 3, 2 sqq.: *Si* id *suscenseat* nunc, — *videatur.* v. 7: dictum ac factum *invenerit* Aliquam causam, quam obrem eiciat oppido. 5, 13: I nunciam intro, ne in mora, *quom* opus *sit*, sies. IV, 1, 28: Haut istuc *dicas*, *si cognoris* vel me vel amorem meum. V, 4, 12: Hic vir *sit* bonus? Eun. I, 2, 73: Egon quicquam cum istis factis tibi *respondeam?* v. 94: *Potius quam* te inimicum *habeam*, faciam ut iusseris. III, 3, 5: *Roget* quis 'quid tibi cum illa?' = possit rogare. 5, 43: Ego homuncio hoc non *facerem?* IV, 4, 7: Quidni *habeam?* v. 20: Ad nos deductus hodiest adulescentulus, Quem tu videre vero *velles*, Phaedria. 7, 25: Quid cum illo *agas*? v. 38: Tun me *prohibeas* Meam ne tangam? h. e. tu dicis te velle me prohibere —? V, 1, 22: quom aspicias. Heaut. I, 1, 22: *Si sumas* in illis exercendis, plus *agas.* v. 76 sqq.: hem, tot mea Solius solliciti *sint* causa, ut me unum expleant? Ancillae tot me *vestiant?* sumptus domi Tantos ego solus *faciam?* 2, 27 sq.: Fortasse aliquantum iniquior erat praeter eius lubidinem: *Pateretur*: nam quem ferret, si parentem non ferret suom? III, 1, 43: satrapa *si siet* Amator, nunquam sufferre eius sumptus *queat.* 2, 45: Et ne ego te, *si* usus *veniat*, Chremes, Tractare *possim.* V, 1, 43: Quot res dedere, ubi *possem* persentiscere, *Ni essem* lapis. 3, 6: *si rogem* iam, quid est quod peccem, aut quam obrem hoc faciam, *nescias.* v. 14: Egon *confitear* meum non esse filium, qui sit meus? 4, 1: Si umquam ullum fuit tempus, mater, *quom* ego voluptati tibi *Fuerim.* Phorm. I, 2, 54: quo magis *diceres.* v. 69:

Non, *si redisset*, ei pater veniam *daret?*
GE. Ille indotatam virginem atque ignobilem
Daret illi? numquam *faceret.*

4, 9: *purgem* me? laterem *lavem.* II, 1, 30: Egon illi non *suscenseam*? 3, 22: *ni* ita eum *existumassem*, numquam tam gravis Ob hanc inimicitias *caperem* III, 3, 7: Quid *faciam?* V, 1, 31: quam saepe forte temere Eveniunt quae non *audeas* optare! Hec. II, 1, 33: in te omnis haeret culpa sola, Sostrata. Quae hic erant, *curares.* III, 4, 10 sq.: Denique hercle *aufugerim* Potius quam *redeam.* IV, 2, 13: ex urbe tu rus habitatum *migres?* V, 1, 16: Nam qui post factam iniuriam se *expurget*, parum mi *prosit.* Adelph. I, 1, 40 sqq.: Et errat longe mea quidem sententia, Qui inperium *credat* gravius esse aut stabilius, Vi quod fit, quam illud quod amicitia adiungitur. v. 47: Ille,

quem beneficio *adiungas*, ex animo facit. 2, 26 sq.: nam *si esset* unde id *fieret*, *Faceremus*. II, 2, 32: vide, si satis placet: Potius quam *venias* in periclum, — Servesne an perdas totum, dividuom face. v. 40: potius quam litis *sequar*, Meum mihi reddatur. III, 4, 52: Animam relinquam potius quam illas *deseram*. III. 2. 1: *si* omnia omnes sua consilia *conferant* Atque huic malo salutem *quaerant*, auxili nil *adferant*.

15. c. *Coniunctivus imperatorius*. Hic item, ut potentialis, postulationem et necessitatem quandam exprimit, sed quae non, ut illic, a rerum conditione proficiscatur, sed ab eo ipso, qui loquitur (Etzler. p. 134). Negationem coni. imperatorius plerumque adiunctam habet *ne*, potentialis *non*. Nonnumquam pro sumptione usurpatur, saepe etiam prope accedit ad significationem rogandi optandique, quapropter ea quoque genera coniunctivi huc pertinent, quae grammatici nominant permissivum, concessivum, optativum. Q. Fabius Pictor ap. Egger. p. 107: Capillum Dialis, nisi qui liber homo est, *non detonset*. Marcius ap. Egger. p. 112 (anon. gramm. ap. Heusing. Mall. Theod. de metris p. 94): Postremus *loquaris*, primus *taceas*. Cato R. R. c. 1: sua virtute *valeat*. Ib.: sub radice montis *siet*, in meridiem *spectet*, loco salubri, operariorum copia *siet*. Ib.: *Siet* in iis agris cett. C. 2: Circumeat. Ib.: postridie eius diei vilicum *vocet*, *roget* cett. Ib.: quae opus sient locato, *locentur*, ubi offendit hanc solam esse enunciationem eiusmodi sine *ut* elatam, quum antecedant et sequantur complures enunciationes eadem significatione positae, quae *ut* habent adiunctum. Paulo infra: pecus *consideret*. Ib.: *Vendat* oleum cett. Ib.: *Vendat* boves vetulos cett. C. 3: *Ita* aedifices. C. 5: Disciplina bona *utatur*. Feriae *serventur*. Alieno manum *abstineat*. Sua *servet* deligenter. Litibus familiae *supersedeat*. Si quis quid deliquerit, pro noxa bono modo *vindicet*. Familiae male *ne sit*, *ne esuriat*; opere bene *exerceat*. Ib.: Si passus erit, dominus impune *ne sinat* esse. Pro beneficio gratiam *referat*. Ib.: Vilicus *ne sit* ambulator, sobrius *siet* semper, ad coenam *ne* quo *eat*. Familiam *exerceat*: *consideret*, quae dominus imperaverit, fiant. *Ne* plus *censeat* sapere se, quam dominum. Amicos domini, eos *habeat* sibi amicos. Cui iussus siet, *auscultet*. Rem divinam nisi compitalibus in compito aut in foco *ne faciat*. Iniussu domini *credat* nemini. Quod dominus crediderit, *exigat*. Satui semen — mutuum *dederit* nemini. Duas aut tres familias *habeat* cett. Ib.: Rationem

cum domino crebro *putet*. Operarium — diutius eundem *ne habeat* die. *Ne* quid emisse *velit* insciente domino, *ne* quid dominum celavisse *velit*. Parasitum *ne* quem *habeat*. Haruspicem — *ne* quem consuluisse *velit*. Segetem *ne defrudet*. Ib.: Opus rusticum omne *curet* uti sciat facere, et id *faciat* saepe. Ib.: Primus cubitu *surgat:* postremus cubitum *eat*. prius villam *videat* clausa uti siet. Ib.: Pecori et bubus diligenter *substernatur*: ungulae *curentur*. Ennii annal. l. VI, fr. 13, v. 200: Nec mi aurum posco nec mi pretium *dederitis*. Medeae exulis fr. 21, v. 323: Inspice hoc facinus prius quam fiat: *prohibesseis* scelus! Ennii epigramm. 1, v. 3: Nemo me lacrumis *decoret* nec funera fletu *Faxit*. Plaut. Amph. II, 2, 40: Numquam edepol tu mihi divini *creduis*. III, 3, 5 sq. Asin. I, 1, 32: Di tibi *dent* quaequomque optes. IV, 1, 11: Alienum hominem intro *mittat* [ad se] neminem. Aul. II, 2, 79 et 3, 5: Di bene *vortant*. III, 5, 17: Quo lubeat, *nubant*. IV, 9, 5: obsecro vos ego, mi auxilio, Oro, obtestor, *sitis* et hominem *demonstretis*, qui eam abstulerit. Cas. II, 8, 16: ita me di bene *ament*. Epid. III, 4, 19: Hic non est locus, Quin tu alium *quaeras*, quoi centones sarcias. Most. V, 2, 8: hic apud nos hodie *cenes*. Men. II, 2, 21: Seu tu Culiendru's seu Caliendrus, *perieris*. Mil. III, 1, 210: Ergo *adcures*: properato opus est. Poen. IV, 2, 89: Ita di *faxint*. V, 4, 88: at me ita di *servent*. v. 99: *Condamus* alter alterum. Truc. II, 1, 23: Dum habeat, tum *amet*: ubi nil habeat, alium quaestum *coepiat*. v. 24: Aequo animo, ipse si nil habeat, aliis, qui habent, *det* locum. 2, 7: tu, quae solita's, *comprimas*. v. 17: ar (= ad) med *advenias*. 7, 17: huic *des* quantumvis. Caecil Stat. Plocium fr. 11: *Vivas* ut possis. Terent. Andr. III, 4, 19: Quiescas. IV, 2, 13: *valeant* Qui inter nos discidium volunt. V, 3, 18: *habeat*, *valeat*, *vivat* cum illa. v. 21: Adducti, qui illam civem hinc dicant: *viceris* (Ruhnk. ad h. l. „Viceris est vox per iram aliquid concedentis.") v. 24: At tandem *dicat*. Eun. II, 3, 97: si certumst facere, *facias*: verum *ne* post *conferas* Culpam in me. IV, 7, 41: Quid nunc agimus? GN. Quin *redeamus*. Heaut. II, 3, 104: quod boni — datur, *fruare* dum licet. III, 3, 28: Di te *eradicent*. IV, 4, 23: *ecferant* quae secum huc attulerunt. Phorm. II, 1, 12—16:

Meditari secum oportet, quo pacto advorsam aerumnam ferant.
Pericla, damna peregre rediens semper secum *cogitet*
Aut fili peccatum aut uxoris mortem aut morbum filiae,

Communia esse haec, nequid horum umquam accidat animo novom: Quidquid praeter spem eveniat, omne id deputare esse in lucro. H. l. inf. deputare pendet ex praegresso oportet. Dubium autem est, utrum nequid — accidat coniunctivo cogitet ἐκ παραλλήλου positum et item pro coniunctivo imperatorio accipiendum sit, an voci *cogitet* sit suppositum, hac sententia: propterea sic cogitet, nequid . . . eveniat. Hoc alterum mihi quidem verisimilius est. Phorm. III, 3, 7: Quid faciam? AN. *Invenias* pecuniam. Hec. III, 4, 27: Di illum *perduint*. V, 3, 12: Tua quod nil re fert, percontari *desinas*. Adelph. I, 1, 52: hoc qui nequit, *Fateatur* nescire inperare liberis. III, 3, 44: sic *siet* Modo, ut nunc est. IV, 4, 14: *valeas, habeas* illam quae placet.

16. Alterum genus coniunctivi id est, quum aliunde aptus est. Incipiamus ab eo, qui pendet a particula *utinam*, quae est optantis. Naevii Corollaria fr. 4: *utinam* nasum *abstulisset* mordicus! Ennii Hecubae fr. 7: *utinam* mortem *obpetam*. Medeae exulis fr. 1, v. 280—283:

Utinam ne in nemore Pelio securibus
Caesa *accedisset* abiegna ad terram trabes,
Neve inde navis inchoandae exordium
Coepisset.

fr. 14: *Utinam ne* umquam Mede Colchis cupido corde pedem *extulisses*! Plaut. Amph. I, 1, 230: *Utinam* istuc pugni *fecissent* tui. Amph. v. 575: *Utinam essem* ita. II, 1, 85: *Utinam* di *faxint*. Asin. III, 3, 25. *Utinam* sic *ecferamur*. V, 1. 13: *Utinam* male qui mihi volunt sic *redeant*. Capt. III, 4, 5: *Utinam* te di prius *perderent*. Cist. II, 3, 13: *Utinam* audire non *queas*. Pseud. I, 1, 106: *Utinam* quae dicis dictis facta *suppetant*. Poen. III, 6, 4: *utinam* hinc *abierit* in malam crucem. Poen. sc. ult. v. 18: *Utinam* mihi argentum *reddas*, priusquam hinc in nervom abducere. Rud. I, 2, 69: *Utinam* is *sit* quem ego quaero, vir sacerrumus! II, 6, 49: *Utinam* fortunam nunc [ego] anatinam *uterer*. Truc. II, 4, 24: *Utinam* a principio rei item *parsissem* meae, Ut nunc reparcis saviis. Caecil. Stat. Harpazomene fr. 3: *Utinam* te, sciole istoc schema, sine cruribus *Videam!* Terent. Andr. III, 1, 5: *Utinam* aut hic surdus aut haec muta *facta sit*. V, 4, 28: *Utinam* id *sit*, quod spero. Eun. I, 2, 95: *Utinam* istuc verbum ex animo ac vere *diceres*. IV, 3, 13: *Utinam* sic *sint* qui mihi male volunt. Phorm. I, 3, 5: Quod *utinam ne*

Phormioni id suadere in mentem *incidisset*. Adelph III, 4, 62: *utinam* hic *sit* modo *Defunctum*. IV, 1, 2: *Utinam* quidem, Quod cum salute eius fiat, ita se *defetigarit* velim, quod Perizon. ad Sanct. Min. p. 89 ita explicat: „h. e. est, quod velim, *utinam* (seu *uti*) ita se defatigarit."

17. *Coniunctivus in interrogationibus obliquis earumque similibus enunciationibus obiectivis.* Diomedes I, p. 379 ex Liv. Andronic. Od. l. VI: *utrum* genua amplectens virginem *oraret*. Naev. fr. inc. com. 8: *utrum* scapulae plus *an* collus calli iam *habeat*, nescio. fr. 23: sciat *Quid scriptum sit*. Naev. bell. Pun. l. I, fr. 4 Vahlen. ap. Non. p. 335 et 474: blande et docte percontat — Aeneas *quo pacto* Troiam urbem *liquerit*. Cato R. R. praef.: Quanto peiorem civem *existimarint* foeneratorem quam furem, hinc licet existimari. Inscriptio c. 1: *quomodo* agrum emi pararique *oporteat*. C. 1: Vicini *quo pacto niteant*, id animum advertito. Ib.: videto vasa torcula et dolia *multane sient*. Ib: Praedium *quod* primum *siet* si me rogabis, sic dicam. C. 2: ubi cognovit *quomodo* fundus *cultus siet* operaque *quae* facta infectave *sient*, postridie eius diei vilicum vocet, *roget quid* operis *siet factum*, *quid restet*. satis*ne* tempori opera *sient confecta, possitne* quae reliqua sient conficere: et *quid factum* vini, frumenti, aliarum rerum omnium. Ib.: Cum tempestates pluviae fuerint, *videto quot* dies *quae*ve opera per imbrem fieri *potuerint*. Ib.: Ubi haec cognita aequo animo sient *quae*ve reliqua opera *sient*. Ib: putare — rationem vinariam, oleariam, *quid venierit*, *quid exactum siet*, *quid* reliquum *siet*, *quid siet* quod veneat. C. 5: scibit in mente familiae *quid siet*. C. 6: Agrum *quibus* locis *conseras*, sic observari oportet. C. 39: Per imbrem in villam *quaerito quid* fieri *possit*. M. Catonis praecepta ad filium ap. Plin. hist. nat. XXIX, 7, 14 sq.: Dicam de istis Graecis suo loco, Marce fili, *quid* Athenis exquisitum *habeam* et *quod* bonum *sit* illorum litteras inspicere, non perdiscere. Catonis apophthegmata (Lion. 96): *Interrogo* vos — *quando* hanc pomum demtam *putetis* ex arbore. Ennii annal. l. I, fr. 57, v. 91: ora tenebat Rebus, *utri* magni victoria *sit data* regni. Erechthei fr. 8: *vivam an moriar*, nulla in me est metus. Hecubae fr. 10: Set numquam scripstis, qui parentem aut hospitem Necasset, is *quo* cruciatu *perbiteret*. Iphigeniae fr. 4, v. 256: Otioso in otio animus nescit *quid velit*. Thyestis fr. 3: Ibi *quid agat* secum cogitat. fr. 5. v. 395 sq.: ut scias, quanto e loco, Quantis opibus, quibus de rebus

lapsa fortuna *accidat*. Plaut. Amph. prol. v. 104. 105. I, 1, 114. 180. 190. 198. 2, 23. 3, 10 (= v. 508). II, 2, 39. v. 112: Quis igitur nisi vos narravit mi illi *ut fuerit* proelium? v. 134. 155. 195. 214. IV, 2, 5. V, 1, 77. Asin. I, 1, 12: Proinde actutum istuc *quid sit* quod scire expetis Eloquere. v. 23: Modo pol percepi — *quid* istuc *sit* loci. v. 45: Verum meam uxorem — scis *qualis siet*. I, 3, 76: Nunc neque *quid velim* neque *nolim* facitis magni. II, 2, 86: Ego pol Saurcam non novi neque *qua facie sit* scio. III, 3, 113: scin *ut dicam?* v. 154: De argento si mater tua sciat, *ut sit factum*. Aul. prol. v. 1: Ne quis miretur *qui sim*, paucis eloquar. v. 16 sq.: Coepi observare, *ecqui* maiorem filius Mihi honorem *haberet*, quam eius habuisset pater. I, 15: Ne me observare possis, *quid* rerum *geram*. v. 28: Nenum mecastor *quid* ero ego *dicam* meo Malae rei evenisse, quamve insaniam, Queo comminisci. v. 35: Neque iam *quo pacto celem* erilis filiae Probrum, propinqua partitudo quoi appetit, Queo comminisci. v. 39: Rogitant me, *ut valeam, quid agam, quid rerum geram*. II, 2, 81: at scio, *quo* vos *soleatis pacto* perplexarier. III, 2, 12: pol ego haut scio *quid* post *fuat*. v. 15 sq.: quid, malum, curas Tu, *utrum crudum an coctum edam?* (sic Herm. elem. d. m. p. 456). 10, 70: exquire, *sitne* ita ut ego praedico. IV, 6, 13: Inde observabo ego, aurum *ubi abstrudat* senex. Sic bene emendavit Bothius hiantem versum, qui vulgo ita scribitur: Indeque observabo, aurum cett. 10, 35: nam neque ego aurum, neque istaec (sic *Δ*p et etiam Both.) aula *quae siet* Scio neque novi. v. 48: Si me novisti minus, Genere *qui sim* gnatus. V, 18: scio, Ere, *quam rem geras*. Cas. II, 3, 56: Nunc experiamur, nostrum *uter sit* blandior. 6, 28: Vide, *nequa* (*ne* dubitativum, v. Hand. Tursell. IV, p. 88 sqq.: illic *insit* alia sortis sub aqua, ubi sec. Priscianum (v. Schneider. Formenl. p. 184 et Pareum) *sortis* est nominativus pro *sors* positum. Cist. II, 1, 20: scies *qua doleat gratia*. 3, 7: dico ei *quo pacto* eam ab hippodromo *viderim*. v. 12 sq.: animus audire expetit, *Ut res sit gesta*. (sic Ling. p. 39. Vulg.: ut res gesta sit). IV, 2, 10: siquis vidit, *siquis* eam *abstulerit*, *quis*ve *Sustulerit*, et *utrum hac an illac iter institerit*. v. 68: Age tu, loquere, *quid* ibi *infuerit* (sic Both. Vulg.: age, loquere tu). v. 69: qui illam ait se scire, *ubi sit*. Epid. III, 4, 22: Nunc demum scio ego hunc, *qui sit*. v. 25 sq.: Molestum an non est, nisi si dicis, *quid velis*. *Δ*g nisi dicis, quid velis. *si* addidit Bothius. v. 69 sq.

Quis eam *liberaverit*, Volo scire. IV, 1, 16: Haud scio, *an congrediar*. 2, 8: scio, *quid erres*. v. 10. Nego eam me novisse, *quae sit*. Bacch. I, 2, 2: Inspectans quas tu res hoc ornatu *geras*. II, 3, 1: vissam ecquaenam *advenerit* — navis. v. 82: verum *quantum attulerit* nescio. v. 85 sq.: ego nescio *Quantum* illim *attulerit*. v. 110: Id [iam] mi *utrum velim* hau licere intellego. III, 2, 20: auscultabo hinc *quam rem agant*. III, 5, 4: Nam illut animus meus miratur, — *Quid remoretur*. 6, 26: Dic modo hominem *qui sit*. IV, 2, 12: At scin *quam iracundus siem?* 4, 71: Nescis *quid ego acturus sim* neque *facinus quantum exordiar*. 10, 1. 2: Quam magis in pectore meo foveo, *quas* meus filius *turbas turbet, Quam se ad vitam capessat* cett. Bacch. v. 1133: Hauscio *quid* eo *opus sit*. v. 1138: non vides *ut* palantes — *Grassentur?* V, 2, 59: At scin *quo pacto* me ad te intro *abducas*? Bacch. v. 1204: Filii vos expectant intus. NI. Quam quidem actutum emoriamur? ubi coniunctivus secundum Acidalium pendet ab expectant. Most. III, 2, 38: Vita *quam sit* brevis cogita. Most. v. 783: Nunc hunc hauscio *an conloquar*. V, 2, 15: loquere nunc, *quid fecerim*, v. Lindem. ad Amph. I, 1, 226. Mil. III, 1, 115: rogitant noctu *ut* somnum *ceperim*. Pseud. I, 1, 2: Si ex te tacente fieri possem certior, Ere, *quae* miseriae te tam misere *macerent* cett. 2, 41 sq.: nunc ego scibo atque hodie experiar, *Quae* capiti, quae ventri *operam det*, *quae* suae rei, *quae* somno *studeat*. IV, 2, 7: Quotumas aedis *dixerit*, id ego ad modum incerto scio. Poen. I, 1, 67: Hanc perdoceamus *ut serat* fallaciam (sic Gul.; libri *ferat*, sed loco gemino Pseud. II, 4, 75 etiam Ritschelius et Fleckeisenus pro *ferat* scripserunt *serat*). Poen. I, 2, 72: poenitet, Exornatae *ut simus*. III, 1, 71: *Quid velim* vos, scitis. IV, 2, 10: furem an fugitivom velis. V, 2, 32: Adi atque adpella, *quid velit, quid venerit, Qui sit*, quoiatis, unde *sit*. v. 48: Roga, *numquid opus sit*. v. 151: Sed earum nutrix *qua sit facie*, mi expedi. 4, 38: Id ego, nisi quid di aut parentes faxint, *quid sperem*, haud scio. v. 79 sq.: misera timeo, *Quid* hoc *sit* negoti. Pers. I, 3, 64: quin dicis *quid facturus sis?* v. 68 sqq.: praecipe astu filiae, *Quid fabuletur: ubi* se natam *praedicet*, *Qui* sibi parentes *fuerint*, *unde surpta sit*. v. 74: set scin *quid facias?* II, 2, 11 sq.: Scio fide hercle erili *ut soleat* inpudicitia opprobrari, Nec subigi *queantur* umquam, ut cett. III, 1, 52: (Scis nam) *ut* vi surpta *fueris?* — Et *qui* parentes *fuerint?* Rud.

prol. v. 16: Cotidie ille scit *quis* hic *quaerat* malum. I, 2, 36 sq.: Dic quod te rogo: *Ecquem* tu hic hominem crispum, incanum *videris*. II, 3, 23: Set istuc periclum perlubet *quod fuerit* vobis scire. v. 54: custos *qui fur sit* nescit. 4, 15: Sapienti ornatus *quid velim* indicium facit. IV, 1, 6 sq.: Gripus servos noster *quid* rerum *gerat*, Miror. 4, 25: *Quo modo habeas*, illut refert, iurene an iniuria. v. 113: Dicedum, In eo ensiculo literarum *quid sit*. v. 116: Dic, in ensiculo *quid* nomen *sit* paternum. V, 2, 23: Ecquid meministi in vidulo qui periit *quid* ibi *infuerit?* Rud. v. 1312: Quid, si ego sciam *qui invenerit?* Stich. v. 82: quom nil *quam ob rem* id *faciam* meruisse arbitror. Trin. II, 2, 39: Is probust, quem paenitet *quam probus sit* et frugi bonae. IV, 2, 150: si te flocci facio *an periisses*. H. l. coniunctivus etiam sine interrogatione obliqua ponendus fuisset, quoniam est hypotheticus. Truc. I, 1, 42: *Unde* anteparta *demus* postpartoribus. (non intelligo Balbachium p. 54 sq. censentem *unde* coniungendum esse cum *anteparta* et *ut* apud coniunctivum omissum esse). II, 2, 12: dicis, *quid quaeras*, cito. 3, 17: Prius praedivinant, *quo die esuri sient*. 6, 17: viso — *quid* ea *agat*. v. 68: certumst *quo ferant* Observare. 7, 5: Nam hoc *qui sciam*, ne quis id quaerat ex me. IV, 1, 10 sq.: Nunc speculabor, *quid* ibi *agatur*, *quis eat* intro, *qui* foras *Veniat;* procul hinc observabo, meis *quid* fortunis *fuat*. 3, 2. v. 4: Conmemini, *quo* quidque *pacto sitis confessae*. v. 11: Etiam nunc, *quid sit* negoti, falsus incertusque sum. v. 35: Iam metuo, patres *quot fuerint*. v. 46: Timeo, *quam mox nominer*. v. 47: Loquere, filiam meam *quis* integram *stupraverit*. 4, 15: Cogitato, meus pusillus *quam sit* sapiens bestia. Plaut. fragm. Caec. p. 478, v. 10: Si non strenue fatetur, *ubi sit* aurum, membra eius exsecemus serra. Vidul. p. 483, v. 4: at ego dicam signi *quid sit*. Plaut. fragm. p. 485, v. 27: Floccipendo *quid* rerum *geras*. Trabea fr. inc. fab. 1, v. 2: Lena delenita argento nutum observabit meum, *Quid velim, quid studeam*. Caecil. Stat. Synephebi fr. 1:

Quem neque *quo pacto fallam* neque *ut* inde *auferam*,
Neque *quem dolum* ad eum aut machinam *commoliar*,
Scio quicquam.

Caecil. inc. fab. fr. 15: deum (Amorem) qui non summum putet, — stultum — existumem: Cuius in manu sit, *quem* esse dementem *velit*. Terent. Andr. prol. v. 25 sqq.: Ut pernoscatis, *ecquid* spei *sit* relicuom — *Spectandae an exigendae sint* vobis. I, 1,

7.: Expecto *quid velis*. 2, 5: eri semper lenitas Verebar *quorsum evaderet*. 4, 7: vereor, *quid siet*. III, 2, 45: hauscio *an* quae dixit *sint vera* omnia. 3. 5: loquere, *quid velis*. IV, 3, 22: Ego, *quid agas*, nil intellego. Eun. I. 1, 21: sentiat *qui vir siem*. II, 3, 58: Nostin *quae sit?* v. 59: scis *ubi siet?* IV, 5, 12: miror *ubi* (Donat.: „= in qua parte viae") ego huic *antevorterim*. 6, 20: metuo *qualem* tu *me esse hominem existumes*. Heaut. I, 1, 20: *quantum hic operis fiat*, paenitet. II, 3, 130: Ego te autem novi, *quam esse soleas inpotens*. IV, 8, 30: vide *quid postulet*. V, 2, 18: disce *quid sit* vivere. V, 2, 46: Etiam hauscio, *anne* uxorem *ducat* ac Syro nil gratiae. Sebaldus: Sententia est, Haud scio an Syro nil gratiae, i. e. credo Syro aliquid fore gratiae, sive speravit reddendum beneficium, sive *gratiae* nomine veniam intelligit sibi deprecante Clitiphone dandam, uti evenisse exitus fabulae docet." Phorm. II, 4, 6: Videtis *quo in loco* res haec *siet*. V, 1, 35: Nunc *quid opus facto sit*, vide. 2, 9: Hauscio hercle, ut homost, *an mutet* animum. 5, 12: Vide, *qui egrediatur*. Hec. IV, 1, 31: Id nunc res indicium haec facit, *quo pacto* factum *volueris*. v. 54: Nec *qua via* sententia eius *possit* mutari scio. sc. 3, v. 1: *Quem* cum istoc *sermonem habueris*, procul hinc stans accepi, uxor. v. 8: Quia de uxore incertus sum etiam *quid sim facturus*. IV, 4, 53: Ignarum censes tuarum lacrumarum esse me? Aut *quid sit* id, quod sollicitere ad hunc modum? Adelph. I, 2, 4: quid ille fecerit? sc. tu me rogas? II, 3, 8: Quid est? CTES. *Quid sit?* III, 1, 1: *Quid fiat* rogas? 2, 45: vide *quam rem agas*. 4, 39: nec *quid agam* neque *quid* huic *respondeam* Scio. IV, 2, 30: *Ubi* illum *inveniam*, cogito. v. 31: Scio *ubi sit*. Nonnunquam in una enunciatione indicativus et coniunctivus coniuncti sunt, v. § 3 extr. Plaut. Amph. prol. v. 17: Nunc quoius iussu *venio* et quam ob rem *venerim*, Dicam. Most. I, 3, 42: vide, ego quae *sim* et quae *fui* ante. IV, 2, 53: Scio *qua* me ire *oportet*, et *quo venerim*, novi locum. Terent. Andr. IV, 1, 25 sq.: nescis, quantis in malis *vorser* miser, Quantasque hic consiliis mihi *conflavit* sollicitudines.

18. Transeamus ad enunciationes sumptivas in sumptione ficti (v. § 2), pendentes illas plerumque a particulis *si*, *nisi*, *ni*, *quasi*, *sive*, quum rarius tantum *tanquam*, *quom*, *ubi* in sumptione ponantur. Permulta exempla sumptionis ficti iam § 13 et 14 in coniunctivo conditionali et poten-

tiali allata sunt, quorum protasis plerumque est enunciatio sumptiva, quibus exemplis nunc haec addo. Naev. fr. inc. com. 23: quid *si taceas?* Cato de re rust. praef.: Est interdum praestare mercaturis rem quaerere, *ni* tam periculosum *siet*, et item foenerari, *si* tam honestum *siet*. C. 1: De omnibus agris optimoque loco si emeris iugera agri centum, vinea est prima, *si* vino multo *siet*. C. 2: Vendat oleum, *si* precium *habeat*. Ib.: et *si* quid aliud *supersit*, vendat, wenn etwas anderes übrig sein sollte. C. 3: ubi aetas accesit ad annos XXXVI, tum aedificare oportet, *si* agrum consitum *habeas*. Ib.: ex quavis olea oleum viridius et bonum fieri *potest*, *si* tempori *facias*. Ib.: *si* orbes contriti *sient*, ut commutare possis. C. 5: *Si* quis quid *deliquerit*, pro noxa bono modo vindicet. C. 6: et materia, *si* quae opus *sit*, parata erit. C. 15: si locet. Or. pro Turio contra Cn. Gellium ap. Gell. XIV, 2: Nunc *si* sponsionem *fecissent* Gellius cum Turio. Ex orig. l. V (orat. pro Rhod.): *Si*quis plus quingenta iugera habere *voluerit*. Plaut. Amph. prol. v. 72: *Sive* adeo aediles perfidiose quoi *duint*: Sirempse legem iussit esse Iuppiter. Asin. III, 1, 25: An te id expectare oportet, *si*quis *promittat* tibi. III, 2, 44: *si* forte *occeperint*. IV, 1, 40: Post *si* lucerna extincta *sit*, nequid sui Membri conmoveat quicquam in tenebris, de quo loco Ling. quaest. Plaut. p. 15: „*Si* quando est pro *si forte*, tum debet sequi coniunctivus, postulante usu iam Plautinae aetatis." V, 2, 28: si — conspexeris — si videas. Cist. IV, 2, 10: siquis vidit, *si*quis eam *abstulerit*, wenn jemand sollte. Epid. V, 1, 13: edepol me illi melius (sc. servare poterunt), *si nancti* (sic Δp) *fuant*. Bacch. v. 564 sq.: nisi — occuperes. IV, 4, 47: Immo *si audias*. v. 48: Si — dixeris. v. 80: Quid *si* potius morbum, mortem *scribat?* wie wäre es, wenn er lieber — schriebe. Mil. I, 1. 53: *Ni* hebes machaera *foret*. IV, 5, 8: *si possem* — operam dedi, ad q. l. Lindem.: „*Si* h. l. non simpliciter pro *an* ponitur, sed est ellipticum dicendi genus. Plena esset oratio: operam dedi, si — possem, ut id efficerem. Sed quum facile sponte intelligatur illud ut id efficerem, omissum est." Merc. II, 3, 108: Multo hercle ille magis senex, *si* tu *scias*. Poen. prol. v. 12: Iamdudum expecto, *si* tuom officium *scias*. v. 27: *Si minus curassint*, cum eri reveniant domum. III, 4, 18: Quid, *si* recenti re aedis *pultem?* V, 4, 72: Da pignus, *ni* nunc *peieres*, in savium uter utri det. v. 81: Advortite animum, mulieres. Pri-

mum, *si* id fieri *posset* cett. (vulg. *possit*, sed illud postulat consecutio temporum). Pers. II, 4, 25 sq.: scis quid porro dicturus fuerim, *Ni* linguae moderari *queam*. Rud. III, 5, 54: Adeas, *si velis*. V, 2, 24: Quid refert, qui periit tamen, *si* nunc hoc *fabulemur?* ad q. l. Acidal.: „potentialis modus est, ne suasionis in eo vim perperam arbitreris.“ Trin. I, 1, 3 sq.: nam ego amicum hodie meum Concastigabo pro conmerita noxia: Invitus, *ni* id me *invitet* ut faciam fides. 2, 61: Expecto *siquid dicas*, ad q. l. Lindem.: „Graecorum εἴτι pro eo quod est ὅ τι. Simile v. 111: Ausculto *siquid dicas*.“ II, 4, 73: Edim, nisi *si* ille *votet*. ST. At pol ego (edim), *et si votet*, de quo loco vide Wagner. in Muetzell. Zeitschrift für das Gymnasialwesen, 12. Jahrg. 1858, p. 418 sq. Truc. II, 1, 24: Aequo animo, ipse *si* nil *habeat*, aliis, qui habent, det locum. III, 2, 25: Strabacem hic opperiar modo, *Si* ruri *veniat*. IV, 2, 23: Discant, dum mihi argutari liceat, *ni* oblitus *siem*. v. 53: quid, *si* me *iubeat* intromittier? Plaut. fragm. Cistellar. p. 477, v. 14: Quae *nisi* sic *biteris*, nimium is vegrandi gradu. v. 29: *Si* quidem *imperes* pro copia, pro recula. Caecil. Stat. Nauclerus fr. 1: Nunc abeo, audibis praeterea, *si* eius *redeat* filia. Plocium fr. 9: Edepol, senectus, *si* nil quicquam aliud viti *Adportes* tecum, cum advenis, unum id sat est cett. Caecil. Stat. inc. fab. fragm. 16: Homo homini deus est, *si* suum officium *sciat*. Terent. Andr. IV, 2, 12: Non, *si* capiundos mihi *sciam* esse inimicos omnis homines, ubi *si* = quamvis, item Eun. I, 1, 4: redeam? non *si* me *obsecret*, v. Rudd. p. 356, adnot. 28. Andr. V, 4, 15: *Ni metuam* patrem, habeo pro illa re illum quod moneam probe. Heaut. III, 3, 38: Pessuma haec est meretrix. CH. Ita videtur. SY. Immo *si scias*. Phorm. III, 2, 5: Mirabar *si* tu mihi quicquam *adferres* novi, = θαυμάζω εἰ, ob etwa, wenn etwa. Hec. III, 4, 15: ego hunc adibo, *si*quid me *velit*. De coniunctivo cum *nisi* coniuncto vide in universum Hand. Tursell. IV, p. 224.

Ennii Telephi fr. 13, v. 388: *Quasi* lumen de suo lumine *accendat*, facit. Ennii Euhemerus fr. 11, lin. 50: *quasi* ita *posset* amicitiae — memoria conservari. Plaut. Asin. IV, 1, 51: simulet *quasi* gravedo *profluat*. Epid. II, 2, 92: *Quasi* tu *cupias* liberare fidicinam animi gratia, *Quasi*que *ames* vehementer illam. Poen. IV, 2, 9: Quodvis genus ibi hominum videas: *quasi* Acheruntem *veneris*. v. 53: *Quasi* tacere quidquam tu potis *sis*. (sic Both. Vulgo ἀμέτρως quasi tu tacere quicquam potis

sis). Rud. II, 3, 10: Heia vero, *Quasi* non *sit* intus. Truc. II, 6, 27: alloquar, *quasi nesciam*. 8, 11: Nunc *quasi* mihi *dicat*. Plaut. Vidularia p. 483, v. 6: Ego servabo, *quasi* sequestro *detis*. Terent. Eun. IV, 4, 18: *quasi* vero paulum inter *siet*. Hec. I, 2, 35: *Quasi* tu non multo *malis* narrare hoc mihi, Quam ego quae percontor scire. Adelph. II, 4, 7: Age, inepte, *quasi* nunc non *norimus* nos inter nos. III, 1, 3: Iam nunc times, *quasi* numquam *adfueris*, numquam tute *pepereris?*

Cato R. R. c. 77: Inde *tanquam* restim *tractes* facito. C. 90: *Cum* far *insipiat* (wenn werden — sollte), puriter facito et coquito bene. Plaut. Pseud. I, 2, 9: At faciem *quom aspicias* eorum, hau mali videntur. Terent. Andr. V. 2. 15: *Quom* faciem *videas*, videtur esse quantivis preti. Adelph. IV, 7, 21: Ita vitast hominum, quasi *quom ludas* tesseris. Plaut. Bacch. I. 1, 29: Eadem in usu atque *ubi* periclum *facias* (wenn du einen Versuch machen solltest) aculeata sunt. Truc. II, 1, 23: *ubi* nil *habeat*, (wenn er nichts haben sollte), alium quaestum coepiat. Terent. Eun. IV, 7, 43: Nolunt *ubi velis: ubi nolis* cupiunt ultro.

Referenda est ad enunciationes sumptivas etiam notissima illa comicorum formula: *absque hoc esset*, quae semper sine *si* effertur, ut Plaut. Capt. III, 5, 96 sq.: Quod *absque hoc esset*, qui mihi hoc fecit palam, Usque offrenatum suis me ductarent dolis. Terent. Hec. IV, 2, 25: Quam fortunatus ceteris sum rebus, *absque una hac foret*.

19. *Ut coniunctio cum coniunctivo iuncta.* a) *Ut* ponitur in enunciationibus obiectivis, quales c. XI, § 15 b. descripsimus, quae exprimunt fieri aliquid, effici, prodire ex eo quod verbum regens significat. Cato R. R. c. 5: Aratra vomeresque *facito uti* bonos *habeas*. C. 8: Sub urbe hortum omne genus, coronamenta omne genus, bulbos megaricos, — haec *facito uti serantur*. C. 23: *Face* ad vindemiam quae opus sunt *uti parentur*. Ib.: *facito uti* in dolio musti *pendeat*. C. 25: Quum vinum coctum erit et quum legetur, *facito uti servetur* familiae primum. C. 31: *face uti* in stercus — *coniiciantur*. C. 32: Vineas arboresque mature *face ut incipias* putare. Ib.: Vites propages suleos, sursum vorsum, quod eius facere poteris, vitis *facito uti ducas*. Ib.: Arbores *facito uti* bene maritae *sint* vitesque *uti* satis multae *asserantur* et sicubi opus erit, de arbore *deiiciantur*. C. 33: Vineam sic *facito uti curetur*. C. 42: *facito*que *uti conveniat*.

C. 48: *uti* subtus homo ambulare *possit*, *facito*. C. 69: *Facito ut* amurcam quotidie *suppleas*. C. 70: Bosque ipsus et qui dabit, *facito ut* uterque sublimiter *stent*. C. 85: *facito ut* bene *madeat*. C. 151: *facito uti* aquam *addas*. Ib.: *facito uti* ab herbis *purges*. Plaut. Amph. prol. v. 55. I, 1, 142: nunc propterea quod me meus erus *Fecit ut vigilarem*, hic pugnis *faciet* hodie *uti dormiam*. v. 189. v. 276: *Factumst* illut, *ut* ego illic vini hirneam *ebiberim* meri. I, 2, 33. 3, 51: Tanto brevior dies *ut fiat faciam*. II, 1, 66: Praeter me alterum — *faciam ut offendas* domi. III, 1, 16 sqq.: Post igitur demum *faciam* [*ut*] res *fiat* palam Atque Alcumenae in tempore auxilium *feram Faciam*que *ut* uno fetu — *pariat*. 3, 23 sq.: *Fac* Amphitruonem iam advenientem — *Ut abigas*. 4, 18: *faciam ut sit* madidus sobrius. V, 1, 33: At ego *faciam* tu idem *ut* aliter *praedices*. Asin. I, 1, 13: ut ipse scibo, te *faciam ut scias*. v. 77: *Face* id *ut* paratum iam *sit*. 2, 14: Ego edepol te *faciam ut* quae sis nunc et quae fueris *scias*. III, 3, 149: Haec *faciet* facile *ut patiar*. Aul. II, 2, 79: illud *facito*, *ut memineris*. Capt. prol. v. 65: ego *faciam ut* pugnam *inspectet* non bonam. III, 5, 31: *Facito* ergo *ut* Acherunti *clueas* gloria. Cas. II, 1, 11: *Faciam ut*, proinde est dignus, vitam *colat* (sic Ladew. de Cas. p. 193). Cist. I, 1, 64: Ibidem, unde oritur, *facito ut facias* stultitiam sepelibilem. Bacch. II, 3, 94: *Facito ut memineris* ferre. V, 2, 34: Facito ut facias. Men. V, 5, 45: Ad me *face uti deferatur*. Merc. III, 3, 4: facito ut cogites. Pseud. I, 2, 44: *Facite* mi hodie *ut* munera multa huc ab amatoribus *conveniant*. v. 76: *fuce ut* animum *advortas*. v. 79: Te ipsam culleo ego cras *faciam ut deportere*. 5, 100: Facito ut memineris. IV, 1, 16: ita ille *faxit* Iuppiter, *Ut* ille palam ibidem *adsiet*. Poen. I, 1, 37: Ego *faciam ut facias*. v. 69: *faciam*, *ut* facto *gaudeas*. III, 2, 3: *Fac* modo, *ut* condocta tibi *sint* dicta ad hanc fallaciam. 3, 89: *faciam*, ubi tu laveris, Ibi *ut* balneator *faciat* unguentariam. V, 5, 10: Iam pol ego illam pugnis totam *faciam ut sit* morula. Pers. V, 2. 42: Di *faciant*, *ut* id *bibatis*, quod vos numquam transeat. Rud. IV, 4, 44: *Fac* sis aurum *ut videam*. Truc. II, 5, 25: Face ut adcumbam. V, v. 74: *fac* iam *uti sciam*. Caecil. Stat. inc. fab. fr. 2, v. 233: quae tu omnia Tuis foedis factis *facis ut* nequiquam *velim*. Terent. Andr. prol. v. 17: *Faciunt*ne intellegendo, *ut* nil *intellegant?* Caecil. Stat. Plocium fr. 1, v. 156: *Effeci*, pelice *ut* meum *privarem* virum. Plaut. Poen. V, 2, 96 sq.: qui potuit

fieri, *ut* Carthagini Gnatus *sis*. Pers. II, 1, 6: potuisset *fieri ut* probe litteras *sciret*. Trin. II, 4, 28: *ut* quidem illut *perierit*, ad q. l. Lindem.: „coniunctivus pendere videtur ab antecedente voce *factumst*,, quam Lesbonicus pronunciaverat.“ Terent. Andr. IV, 2, 16: Si poterit *fieri*, *ut* ne pater per me stetisse *credat*. Plaut. Bacch. IV, 9, 146: mihi *Ut* ovans praeda onustus *incedam evenit*. Terent. Phorm. II, 1, 40: Si *est*, patrue, culpam *ut* Antipho in se *admiserit*. Hec. III, 5, 51: Si *est ut velit* reducere uxorem. IV, 1, 43 sq.: Roga — si *est ut dicat* velle se, Redde: sin *est* autem *ut nolit*, recte ego consului meae. Adelph. III, 5, 4: Si *est*, is facturus *ut sit* officium suom. Plaut. Aul. II, 3, 9: nam probrum atque partitudo prope *adest*, *ut fiat* palam. Rud. IV, 7, 4: *Aequom videtur* tibi *ut* ego alienum quod est Meum esse *dicam?* Bacch. I, 2, 34: Non *par videtur* neque *sit consentaneum* — Praesente ibus una paedagogus *ut siet*. Terent. Andr. IV, 1, 11: Hocine *credibile* aut *memorabile*, Tanta vecordia innata quoiquam *ut siet*. Plaut. Merc. II, 1, 14 sqq.: Dicit capram — Suae dotem uxoris ambadedisse. oppido Mihi illud *videri mirum*, *ut* una illaec capra Uxoris dotem simiae *ambadederit*. Terent. Heaut. I, 1, 26 sq.: Vel me monere hoc vel percontari puta: *Rectumst*, ego *ut faciam;* non est, te *ut deterream*. Plaut. Most. I, 1, 12 sq.: Nec *veri simile loquere* nec *verum*, rupex, Comesse quemquam *ut* quisquam absentem *possiet*. Aul. I, 1, 38: neque quicquam *meliust* mihi, Ut opinor, quam ex me *ut* unam *faciam* literam Longam. Rud. II, 2, 22: Nunc quid mihi *meliust*, quam ilico hic [*ut*] erum *opperiar* dum veniat? I, 4, 1: Quid mihi *meliust*, quid magis *in remst*, quam corpore vitam *ut secludam*? Aul. II, 1, 34: *in rem* hoc tuamst. M. *ut* quidem *emoriar*, priusquam ducam. Most. I, 3, 121: Quid olant, nescias, nisi *id unum*, male *ut* olere *intellegas*. Bacch. III, 3, 87: *Satin ut* quem tu habeas fidelem tibi aut quoi credas *nescias?* Amph. III, 2. 22: *Potin ut apstineas* manum? Epid. I, 1, 60: *Potin'*, *ut* molestus *ne sies?* Bacch. v. 751: *potin ut cures* te atque *ut ne parcas* mihi? Merc. IV, 4, 39: *Potine ut* molestus *ne sis*? Pseud. IV, 1, 29 et Poen. IV, 2, 94: Potin ut taceas? Pers. II, 4, 16: *Potin ut* molestus *ne sies?* Truc. V, v. 5: *Potin'*, *ut* mihi molestus *ne sis*? Bacch. I, 1, 1: Quid si hoc *potis est ut* tu *taceas*, ego *loquar*? Pseud. II. 2, 38: *Potest ut* alii ita *arbitrentur* et ego *ut ne credam* tibi. Capt. III, 4, 51: *Est miserorum*, *ut* malevolentes *sint* atque *invideant* bonis. Mil. v. 800 sq.: mi *dicam*

delatum et *datum*, *Ut* sese ad eum *conciliarem*. II, 3, 24: Nam tibi iam *ut pereas paratumst* dupliciter. Terent. Phorm. IV, 3, 14: *Visumst* mi, *ut* eius *temptarem* sententiam. Eun. III, 3, 6: Ubi veni, *causam*, *ut* ubi *manerem*, *repperit*. Hec. I, 2, 30: Nempe ea causa, *ut ne* id *fiat* palam? Plaut. Bacch. III, 3, 19: Nego tibi hoc annis viginti *fuisse* primis *copiae*, Digitum longe a paedagogo pedem *ut ecferres* aedibus. Terent. Hec. II, 2, 1: meum *ius esse*, *ut* te *cogam*. Plaut. Most. I, 1, 26 sq.: Hocine boni *esse officium* servi existumas, *Ut* eri sui *corrumpat* et rem et filium? Pseud. IV, 1, 9: *Fuit* meum *officium ut faterer*. Terent. Andr. I, 1, 141: Nunc tuom*st officium*, bas bene *ut adsimules* nuptias. Plaut. Mil. I, 1, 72: Videtur *tempus esse ut eamus* ad forum. IV, 3, 8: Dicasque *tempus* maxume *esse ut eat* domum. Poen. sc. ult. v. 36: hic *opus est* aliquot *ut maneas* dies. Truc. II, 6, 19: nunc tibi *opust*, aegram *ut* te *adsimules*. (Vulg. tu te. *tu* delevit Both. sec. vett.) V, v. 10. 11: Puero opust cibum — *Opus* nutrici autem, utrem *ut habeat* veteris vini largiter. Epid. II, 1, 2: quom *usust*, *ut pudeat*. Mil. IV, 3, 39: Nunc ad me *ut veniat usust* Acroteleutium. Terent. Heaut. I, 1, 29: An quoiquam*st usus* homini, se *ut cruciet*? Hec. IV, 2, 19 sq.: haec mihi nunc *curast* maxuma, *ut ne*quoi mea Longinquitas aetatis *obstet*, mortemve *expectet* meam. Cato R. R. c. 2: curare ut perficiantur. C. 5: Opus rusticum omne *curet uti sciat* facere. C. 73: semper *curato*, *ut valeant*. Plaut. Poen. IV, 2, 91: Vale et haec *cura* clanculum *ut sint* dicta. Epid. V, 1, 38: Non habeo ullam *occasionem*, *ut* apud te falsa *fabuler*. Stich. v. 73: Neque tu *ut facias consilium dabo*, Verum *ut exoremus*. Ennii Euhemerus fr. 3: Ibi Vesta mater eorum et sorores Ceres atque Opes *suadent* Saturno, *ut* de regno *non concedat* fratri. — et quod videbat matrem atque sorores suas *operam dare ut* Saturnus *regnaret*, *concessit* ei *ut* is *regnaret*. Itaque *pactus est* cum Saturno, *uti* si quid liberum virilis sexus ei natum esset, *ne educaret*. Plaut. Truc. II, 3, 9: et *suade*, iam *ut* satis *laverit*. Caecil. Stat. Imbrii fr. 3: Mihi surdo dormitum *suadet ut eam*, Plaut. Truc. I, 2, 98: metuebatque te, sibi ne aut persuaderes. *Ut* abortioni operam *daret*, puerumve *ut enecaret*. Stich. I, 2, 71: Ita mi *auctores sunt amici*, *ut* vos hinc *abducam* domum. Merc. II, 4, 15: Responde, quo leto *censes* me *ut peream* potissumum? Cato R. R. c. 142: eadem *uti curet faciat*que *moneo*, dominorumque dicto audiens *sit*. Terent. Andr. prol. v. 22: *ut quiescant* porro *moneo* et *desinant*. Plaut. Rud. III, 1, 7: Ad hirundini-

num nidum visast simia Ascensionem *ut faceret admolitier*. Cato R. R. c. 1: sic *in animo habeto, uti ne* cupide *emas*. Plaut. Bacch. v. 1186: Atque [*induceas animum* haec] *ut* eis delicta *ignoscas?* Poen. IV, 2, 55: *Animum inducam* facile *ut credam* istuc tibi. Stich. II, 2, 22: *Animum inducam ut* [*ne*] istuc verum te elocutum esse *arbitrer*. Bacch. I, 2, 22 sq.: Magis unum *in mentemst* mihi nunc, satis *ut* commode Pro dignitate opsoni haec *concuret* coquos. Curc. IV, 4, 2 sq. Mil. IV, 8, 48: quom *venit* mi *in mentem, ut* mores mutandi *sient*. Aul. V, v. 18: *Ut* iam *eriperes, apparabas*. Most. v. 893: Non [pol] potes tu *cogere* me — *ut* tibi male *dicam*. Men. V, 3, 2: Qui vi me *cogunt, ut* validus *insaniam*. Terent. Andr. IV, 1, 30: nec te quivit hodie *cogere*, illam *ut duceres*. Hec. II, 2, 26: coepi *cogere ut rediret*. IV, 1, 56: Si puerum *ut tollam cogit*. IV, 4, 52: Nam *cogis* ea quae nolo *ut* praesente hoc *loquar*. Adelph. V, 3, 65: *cogam ut* cum illa una *cubet*. Plaut. Mil. IV, 2, 15: me *adiget* se *ut amem*. Most. III, 3, 14: Qui *subegi* faenore argentum ab danista *ut sumeret*. V, 2, 52: ego illum, *ut sit* quietus verberibus *subegero*. Pseud. I, 1, 6: Si necessitas Me *subigit* ut te *rogitem*. Pers. II, 2, 12: Nec *subigi* queantur umquam, *ut* pro ea fide *habeant* iudicem. Fabius Pictor ap. Gell. X, 15 (Egger. p. 107): sub tecto *uti liceret*, non pridem a pontificibus *constitutum*. Plaut. Pseud. I, 5, 136: Quin rus *ut irem* iam heri *constitueram*. Aul. II, 2, 80: *Convenisse, ut ne*quid dotis mea ad te *adferret* filia. Most. I, 2, 37 sq.: nunc etiam volo *Dicere, ut* homines aedium esse similis *arbitremini*. Terent. Andr. III, 4, 15: ut adparetur dicam. Heaut. II, 3, 99: *dicam ut revortatur* domum. Plaut. Poen. V, 2, 158: Nuntiate ut prodeat. Aul. II, 2, 73: *Auctor sum impero*que, *ut* tu me cuivis castrandum *loces*. Amph. I, 1, 50: Telebois *iubet* sententiam *ut dicant* suam. Acc. c. inf. et *ut* coniuncta sunt Pseud. IV, 7, 51: Hoc tibi erus *me iussit ferre* Polumachaeroplagides, Quod dehiberet, atque *ut* mecum *mitteres* Phoenicium, item Poen. prol. v. 4. 5: *Audire iubet vos* imperator histricus, Bonoque *ut* animo *sedeant* in subselliis Et qui esurientes et qui saturi venerint. Ennii Euhemerus fr. 3, 5: *postulat ut* ipse *regnaret*. Plaut. Merc. II, 3, 91, *mandavit* mihi *Ut emerem*, quum in sequente versu Mandavit — emerem omisso *ut* positum sit. Aul. II, 2, 45: Nam de te neque re — *merui, ut faceres*, quod facis. Epid. V, 2, 47: merui, ut fierem. Terent. Andr. I, 5, 46: Unum hoc scio, *esse meritum, ut* memor *esses*

sui. Plaut. Bacch. IV, 5, 2: *Metuo*que *ut* hodie *possiem* emolirier. Pers. II, 5, 18: *metuo ut possim* reicere in bubile. Terent. Adelph IV, 4, 19: Ipsum id *metuo ut credant*. Andr. I, 5, 41 sq.: Haud *vereor*, si in te sit solo situm: Sed *ut* vim *queas* ferre. IV, 2, 22: Dies hic mi *ut* satis *sit, vereor*. Omissum est vereor Plaut. Curc. II, 2, 7: Operam ut *det*. Gronovius: „Reticetur nihil aliud quam vereor. Nam vereor ut det est vereor ne non det, ut recte interpretantur." Epid. V, 2, 63 sq.: *oro* te, Epidice, mihi *ut ignoscas*. Bacch. IV, 6, 18: *Orabat* quod istic esset scriptum *ut fieret*. Bacch. v. 1177: Immo ego te *oro ut* me intro *abducas*. Most. III, 2, 111: *Orat ut suadeam* Philolacheti. Merc. II, 4, 20: Achillem *orabo, ut* aurum mihi *det*. Poen. III, 2, 25: Et quidem, quasi tu nobiscum adveniens hodie *orareris*, Liberum *ut conmonstraremus* tibi locum et voluptarium. V, 2, 55: Nunc *orat, operam ut des* sibi *ut* ea *veneant*. Truc. IV, 3, 24: Era med *oravit* minor, Puer *ut ecferretur*, eaque *ut celarentur* omnia. Terent. Andr. III, 3, 150: patrem huc *orato ut veniat*. IV, 2, 4: *Orare* iussit, si se ames, era, iam *ut* ad sese *venias*. Plaut. Bacch. IV, 4, 38: Ego patrem *exoravi*. CH. Nempe ergo hoc *ut faceret* quod loquor. Rud. III, 2, 26: te digna *ut eveniant precor*. Naev. Andromacha: Quod tu, mi gnate, *quaeso ut* in pectus tuum *Demittas*. Naevii Tribacelus: Deos *quaeso ut adimant* et patrem et matrem meos. Plaut. Amph. I, 1, 168. II, 2, 88. Bacch. IV, 9, 96: *Quaeso ut* sat *habeas* id, pater. Rud. III, 2, 15 sqq.: teque *oro* et *quaeso*, si speras tibi Hoc anno multum futurum sirpe et laserpicium — Atque ab lippitudine usque siccitas *ut sit* tibi. Trin. I, 2, 152: Nunc ego te *quaeso ut* me opera et consilio *iuves Conmunices*que hanc mecum meam provinciam. Terent. Adelph. II, 4, 11: deos *quaeso ut* istaec *prohibeant*. Plaut. Cist. IV, 2, 101: obsecro ut reddas. Truc. IV, 3, 67: Verum te *obsecro, ut* tuam gnatam *des* mi uxorem, Callicles. Rud. III, 2, 21. 24: At ego te per crura et talos tergumque *optestor* tuum, — *Ut* mi istuc *dicas* negoti quid sit. Poen. V, 1, 8: Deos deasque *veneror*, qui hanc urbem colunt, *ut* quod de mea re huc veni, rite *venerim*. Truc. IV, 4, 19: imo *amabo, ut* hos dies aliquos *sinas* Eum esse apud me. Lindem. ad Mil. III, 3, 26: „Precandi formula notissima *amabo* ita explicanda videtur: amabo te, si dicas, quod quaero, facias quod volo. Inde usu longo factum, ut etiam sic simpliciter ponatur, ut *quaeso, precor, oro*." Most. III, 2, 102: Antiquom *optines* hoc tuum

tardus *ut sis*. Naev. bell. Pun. l. VII ap. Non. p. 474, 16: plurimos idem Sicilienses *paciscit* obsides *ut reddant*, ubi antetecedit: Id quodque *paciscunt*, moenia *sint*, omisso *ut*. Terent. Andr. I, 2, 7: Dum tempus ad eam rem tulit, *sini* animum *ut expleret* suom. Hec. IV, 2, 14 sq.: neque *sinam ut* qui nobis, mater, male dictum velit, Mea pertinacia esse *dicat* factum. Cato R. R. c. 5: Sterquilinium magnum *stude ut habeas*. Plaut. Poen. III, 1, 72: Lenonem *ut* periurum *perdas*, id *studes*. Cas. prol. v. 16: Verum *ut cognoscant, dabimus operam* sedulo. Cato R. R. c. 5: prius villam *videat clausa uti siet* et *uti* suo quisque loco *cubet* et *uti* iumenta pabulum *habeant*. C. 9: Et id *videto, uti* aut domum opus *sient*, aut *ut* venire *possint*. C. 60: Praeterea generatim *videto, uti* satis viciae *seras*. C. 76: *Videto ut* bene et otiose *percoquas*. C. 84: *Videto ut* bene *percoquas* medium. Terent. Hec. V, 4, 1: *Vide*, mi Parmeno, etiam sodes, *ut* mi haec certa et clara *attuleris*. Plaut. Epid. III, 4, 27: Mi illam *ut trámittas*, argentum *accipias* (pendet *ut* a praegresso *velis*), ex emend. Bothii. v. 76: Numquid me *vis* ceterum? PE. Malo cruciatu *ut pereas* atque *abeas* cito. Bacch. I, 1, 44: *Ut* ille te *videat, volo*. Merc. III, 2, 17: *ut* mihi aedis aliquas *conducat volo*. Pseud. I, 3, 87: Quid nunc *vis*? CA. *ut opperiare* hos sex dies festos modo. Rud. IV, 6, 13: Quod promisisti *ut memineris* (*ut* pendet ex praegresso *volo*). Truc. II, 4, 78: Num quidpiam me *vis* aliud? PH. *Ut*, quando otium Tibi sit, ad me *revisas*. Caecil. Stat. Plocium fr. 2, v. 162: *Ut devomas volt*, quod foris potaveris. Plaut. Bacch. IV, 8, 34: Nihil est quod *malim*. CH. Atque *ut* tibi mala multa *ingeram?*

b) *Enunciatio per ut prolata e nullo verbo apta absolute ponitur in cohortationibus.* Cato R. R. c. 1: *uti* eo cum introeas, *circumspicias* — *uti* bonum caelum *habeat*. Ib.: *uti* bene aedificatum *siet*, ubi paulo ante dictum est: *siet* in iis agris, sine *ut* coniunctione. C. 2: Reliqua quae sient, *ut compareant*. Si quid désit in annum, *uti paretur*; quae supersint, *uti veneant*. — quae opera fieri velit, et quae locare velit, *uti imperet*, et ea scripta *relinquat*. — Auctionem *uti faciat*. C. 13: lectum stratum, ubi duo custodes liberi cubent et tertius servus una cum factoribus *uti cubet*, ubi tamen Schneiderus in adnotatione lectionem Pontederae *ubi* praefert. C. 14, 3: Si de coelo villa tacta siet, de ea re verba divina *uti fiant*. C. 15: Macerias — *uti* dominus omnia ad opus *praebeat*. Plaut. Capt. I, 2, 6: Set *uti ad-*

serventur magna diligentia, ad q. l. Lindem.: „In enunciatis acriorem cohortationem continentibus vel cautionem diligentiorem praescribentibus vel mandata altius infigentibus part. *ut* ponitur omisso verbo, a quo pendeat.“ Similiter Pers. V, 2, 9: Quem pol ego *ut* hominem in cruciatum, in compedis *cogam*. Terent. Adelph. II, 4, 16: At *ut* omne *reddat*, aber daß er nur cett.

c) *Ut ponitur in votis sive optatis* significatione v. *utinam* Plaut. Poen. IV, 2, 90: *Valeas* beneque *ut sit* tibi. Aquilius Boeotia fr. 1; *ut* illum di *perdant*, primus qui horas repperit. Caecil. Stat. Nauclerus fr. 2: *Ut* te di omnes *infelicent* cum male monita memoria! Terent. Eun. II, 3, 11: *Ut* illum di deaeque senium *perdant*. Heaut. IV, 6, 6 sq.: *Ut* te quidem di deaeque omnes — *perduint*. Additur *modo* Phorm. I, 2, 9: Scies, *Modo ut* tacere *possis*.

d) *Ut consilium exprimit*, ita ut non pendeat e verbo praegresso, cuius sententiam integram faciat, sed enunciationem per se extantem efficiat. (*ut finale*). Cato R. R c. 3: Torcularia bona habere oportet *ut* opus bene effici *possit*. Ib.: si orbes contriti sient, *ut* commutare *possis*. C. 5: Pro beneficio gratiam referat, *ut* aliis recte facere *libeat*. C. 6: uti — habeas. Ib.: *uti siet* qui vineam alliges. C. 7: *uti* stabilia mala *fiant*. C. 33: Vitem bene enodatam deligato recte, fluxuosa *uti ne siet*. Ennii Eumenides fr. 5, v. 189: *ut ne* res temere *tractent* turbidas. Euhemerus fr. 3: Id eius rei causa fecit, *uti* ad suos gnatos imperium *rediret*. fr. 8: Ubi Iuppiter Neptuno imperium dat maris, *ut* in insulis omnibus — *regnaret*. Plaut. Amph. prol. v. 9. I, 1, 184. 3, 26: Ex me primo [*ut*] prima *scires*, rem ut gessissem puplicam. *Ut* addidit Fleckeisenus. Asin. II, 4, 37: Nam retineri, *ut* quod sit sibi operis locatum *ecficeret*, ubi *ut* non multum differt a *donec*. Aul. IV, 10, 9: Id adeo te oratum advenio, *ut* animo aequo *ignoscas* mihi. Epid. II, 2, 94: *Ut* enim *praestines* argento. III, 3, 4: Bacch. IV, 6, 10. Men. III, 3, 32: *Ut*, si sequentur me, hac abisse *censeant*. Most. I, 3, 86: *Ut videas* eum medullitus me amare. Mil. v. 1192: ego adeo, *ut* tu *scias*, Prosum Athenas protinam abibo tecum, ubi enunciatio per *ut* elata protasin efficit, v. Mueller. in Iahnii annal. 1861, sect. 4, p. 273. Merc. II, 2, 27: Immo *ut scias*, Oculis quoque etiam plus iam video quam prius. Poen. I, 2, 81: Quid eo opust? MI. ego dicam: *ut* illi et tibi *limen* caput. IV, 2, 71. V, 2, 59 *Ut* hortum *fodiat* atque *ut* frumentum *metat*. V, 2, 69: At *ut*

scias, nunc dehinc latine iam loquar. Pers. II, 1, 12: Ire decet me, *ut* erae obnoxia *fuam*, mea libera ope ocius *ut sit*. Stich. II, 1, 40: Nimis vellem hae fores erum fugissent, ea caussa *ut haberent* malum magnum. Caecil. Stat. Plocium fr. 1, v. 150: Ita plorando — me optudit Eam *uti venderem*. Terent. Andr. III, 2, 35: missast ancilla ilico Obstetricem arcessitum ad eam et puerum *ut adferret* simul. Eun. V, 4, 20: Ulciscar, *ut ne* inpune in nos *inluseris*. Hec. IV, 4, 61: Aliquando tandem huc animum *ut adiungas* tuom.

e) *Ut* id describit, quod ex alia re consequitur (*ut consecutivum*). De causa coniunctivi in talibus enunciationibus vide Weissenborn. in Iahnii annal. 1848, vol. 53, sect. 3, p. 297. Saepe in priore enunciatione additur *ita*, *is*, *adeo*. Cato R. R. c. 8 extr.: fundum urbanum — *ita* paret — *uti* quam solertissimum *habeat*. C. 18: *uti* contra ora (Schn. contraria) *sient*. C. 46: Locum quam optimum et apertissimum et stercorosissimum poteris, et quam simillimum genus terrae eae, ubi semina positurus eris, et *uti ne* nimis longe semina ex seminario *ferantur*, eum locum bipalio vortito, = ubi non opus sit ferri s. sed ita tamen, ut non opus sit ferri cett. Cato or. pro L. Turio contra Cn. Gellium ap. Gell. XIV, 2: *uti* testes non *essent*, = ita uti, v. Meyer. orat. Rom. fragm. ed. II, p. 142. Ennii Eumenid. fr. 1: *Ita* sapere opino esse optumum, *ut* pro viribus Tacere ac fabulari tute *noveris*. Plaut. Asin. III, 1, 2: An *ita* tu's animata *ut qui* expers matris inperiis *sies?* Aul. II, I, 13: neque occultum id haberi tibi (*tibi* addidit Herm. elem. d. m. p. 308), neque per metum mussari, *Quin* participem pariter ego te, et tu me *ut facias*, ubi Goellerus: „*Ut* abundat.“ Capt. III, 4, 21: Et eum mihi esse morbum, *ut qui* me opus *sit* insputarier? Curc. V, 3, 13: Delicatum te hodie faciam, cum catello *ut adeubes*. Epid. III, 4, 34: Atque *ita* profecto, *ut* eam ex hoc *exoneres* agro. Bacch. v. 1184 (= V, 2, 65): Quem quidem ego *ut non* [hodie] *excruciem*, alterum tantum auri non meream. Ich möchte nicht das doppelte Gold verdienen, so daß ich (= wenn ich) ihn nicht quälen sollte, wenn mir die Bedingung auferlegt würde ihn nicht zu quälen. Pseud. v. 464: Conficiet iam te hic verbis, *ut* tu *censeas* (so daß du denken könntest) Non Pseudulum — tecum loqui. Poen. IV, 2, 66: ut ne enuntiet (= ea tantum conditione, ut ne). V, 2, 112: Sed si *itast*, *ut* tu *sis* Iachonis filius. Stich. I, 1, 23: neque ille [hau] sibi mereat Persarum Montis, qui esse

aurei perhibentur, *Ut* istaec *faciat* quod tu metuis. Truc. V, v. 27: Quomodo? PH. Hoc modo, *ut* molestus ne *sis*, ubi *ut* simul consilium exprimit, so daß ich wünsche, daß du cett. Aquilius Boeotia fr. 1, v. 9: Itaque adeo iam oppletum oppidumst solariis, Maior pars populi *ut* aridi *reptent* fame. Caecil. Stat. Plocium fr. 1, v. 144 sq.: Ferre *ita* me uxor et forma et factis facit *Ut* si taceam, tamen indicium *sim*. Terent. Eun. V, 2, 2: *ut* nullo modo Intro ire *possem*. Heaut. III, 1, 95: *Ita* comparatam esse hominum naturam —, Aliena *ut* melius *videant* et *diiudicent* Quam sua? Hec. prol. v. 3: novom intervenit vitium et calamitas, *Ut* neque spectari neque cognosci *potuerit*.

f) Coniunguntur *ut* et *ne* significatione finali, cui tamen nonnunquam etiam consecutiva admixta est. Recte autem docuit Handius in Tursell. IV, p. 32, *ne* in his non esse coniunctionem, sed antiquum adverbium, quod maiori cum vi pro *non* dicitur. Exempla huc pertinentia complura iam in antecedentibus allata sunt. Cato R. R. c. 1: sic in animo habeto, *uti ne* cupide *emas*, *neve* opera tua parcas visere, *et ne* satis habeas semel circumire. C. 33: Vitem bene enodatam deligato recte, flexuosa *uti ne siet*. C. 46: et *uti ne* nimis longe semina ex seminario *ferantur*, ubi consecutiva cum finali (prohibitiva) significatione coniuncta est. Ennii Euhemerus p. 170 Vahlen.: Itaque pactus est — *uti*, si quid liberum — ei natum esset, *ne educaret*. Plaut. Poen. IV, 2, 66: ut ne enunciet. Trin. v. 143: Novo modo adeo, *ut* quod meae concreditumst Taciturnitati — *Ne enunciarem* quoiquam *neu facerem* palam. Terent. Andr. I, 2, 11, (= v. 181 Fleckeisen.). Adde haec exempla, quae attulit Reisigius p. 582 sq., qui dicit poni *ut ne* inprimis, si pron. indefinitum *quis* sequatur: Plaut. Asin. III, 3, 128: Licet Fortunam laudem, tamen *ut ne* Salutem *culpem*. Capt. II, 2, 17: vestum *ut ne inquinet*. Most. V, 1, 12: Pergunt turbare usque *ut ne quid possit* conquiescere. Terent. Hec. IV, 2, 19: haec mihi nunc curast maxuma, *ut nequoi* mea Longinquitas aetatis *obstet*. Adelph. IV, 4, 18: fieri potis est *ut nequa exeat*.

g) *Ut* ponitur in *interrogationibus* et addita et omissa interrogationis particula *ne*, si, quod quis alius postulat expetatve, ego vero et nolo neque a me postulari recte posse existimo, significandum est (sic Luebker. de usu inf. Plaut. p. 28). Ennii Med. fr. 10: Nam *ut* ego illis *supplicarem* tanta blandiloquentia —? (Cic. nat. de. III, 25), h. e. num quis hoc a

me exspectare possit?, ich sollte —? Plaut. Amph. II, 2, 62: te *ut deludam* contra —?, ich sollte dich zum Besten haben? Asin. V, 2, 34 sq.: Ego*ne ut* non domo uxori meae *Subrupiam* cett. ich sollte nicht cett. Curc. V, 2, 18: Mea*ne* ancilla libera *ut sit*? Cist. IV, 1, 10: ego illam anum inridere me *ut sinam*? Epid. II, 2, 41: *Utin* inpluvium induta *fuerit?* Quid istuc [tibi] mirabilest? (sic scribit hunc versum Fleckeisen. in Iahnii annal. 1851, vol. 61, sect. 1, p. 43). Bacch. II, 2, 19. 20: Ego*n ut*, quod ab illo [me] attigisset nuntius, Non inpetratum id advenienti ei *redderem*? III, 1, 8: Ego*ne ut* haec conclussa *gestem* clanculum? *ut celem* patrem —? IV, 3, 23 sq.: ego*ne ut* opem ferre *putem* mihi Posse inopem te? 8, 1. 2: Meam*ne* — *ut retineat* —? Most. IV, 3, 25: Mecum *ut* ille hic *gesserit*, Dum tu hinc abes, negoti [quidquam]? ich hätte, sc. meinst du?, de quo loco Luebkerus: „[hic] locus tenerrimo quasi filo seiungitur ab infinitivo: magis tamen se nunquam passum fuisse quam alteri sic censendi idoneam causam non esse moniturus est; similiter Curc. V, 2, 18.“ Mil. IV, 1, 16: Ego*ne ut* ad te ab libertina esse *auderem* internuntius —? Poen. I, 2, 103: *Ut* tu quidem huius oculos inlutis manibus *tractes* ac *teras*? solltest du, h. e. du wirst doch nicht. Pertinet huc etiam Pers. I, 3, 52: Me *ut* quisquam *norit*, nisi ille qui praebet cibum, quod Ritschelius sine interrogationis signo effert. Trin. v. 378: Ego*ne* indotatam te uxorem *ut patiar?* III, 3, 22: *Ut* ego nunc adulescenti thensaurum *indicem*? Truc. IV, 2, 45: ego mihi haec *ut patiar* fieri? h. e. num quis putare potest me passurum haec fieri? Terent. Andr. I, 5, 28: ei*ne* ego *ut advorser*? III, 5, 12: tibi ego *ut credam*, furcifer?, ubi Ruhnkenius mente addendum censet *vis, postulas* vel simile verbum. Eun. IV, 7, 1: Hanci*ne* ego *ut* contumeliam tam insignem in me *accipiam?* Heaut. IV, 5, 36: Ego quoi daturus non sum, *ut* ei *despondeam*? V, 5, 6: mea bona *ut dem* Bacchidi dono sciens? Phorm. II, 1, 74: Ego*n* illam cum illo *ut patiar* nuptam unum diem? IV, 3, 64: inpuratus me ille *ut* etiam *inrideat*? V, 6, 34: *utin* haec *ignoraret* suom patrem? 8, 62: Hici*ne ut* a nobis hoc tantum argenti *auferat* —? 9, 3: Hici*ne ut* tibi *respondeat*? Hec. I, 1, 9: *Utin* eximium neminem *habeam?*

h) *Ut* nonnunquam *repetitur*. Sic Plaut. Aul. IV, 10, 62: nunc te obtestor, Euclio, *ut*, siquid ego erga ted imprudens peccavi aut gnatam tuam, *Ut* mi *ignoscas* eamque uxorem mihi *des*,

ut leges iubent. Cas. II, 8, 75. 76: Ibo intro: *ut* id, quod alius condivit cocus, Ego nunc vicissim *ut* alio pacto *condiam*. Trin. I, 2, 104: *Ut* — *ut* mihi necesse *sit* iam id tibi concedere. Lind.; „repetitum *ut* propter longius enunciatum interpositum." Terent. Phorm. I, 3, 1 sq.: Adeon rem redisse, *ut*, qui mihi consultum optume velit esse, Phaedria, patrem *ut extimescam*.

20. *Ut* coniunctio saepe tamen in enuntiationibus obiectivis omittitur solusque coniunctivus ponitur. Naev. l. VII belli Punici apud Nonium p. 474, 16 v. paciscunt: Id quoque *paciscunt* moenia sint, v. Klussm. p. 76, cum paulo infra legatur: plurimos idem Sicilienses *paciscit* obsides *ut reddant*. Naevius fr. Corollariae 1, v. 37: diu *vivat volo*, Ut mihi prodesse possit. fr. 5: num non *vis moneam* te unum. Cato R. R. c. 43: si *voles* vinea cito *crescat*. C. 46: si *voles* cito semina *crescant*. Plaut. Asin. III, 3, 57: *Vin faciam* ut te Philenium — amplexetur? Aul. IV, 4, 7: quid tibi *vis reddam?* 6, 4: Nimis hercle ego illum servom ad me *veniat velim*. Capt. IV, 2, 78: *Vin* te *faciam* fortunatum? Cas. II, 3, 17: Vera *dicas velim*. v. 54: *vis* tuis Chalinum huc *evocem* verbis foras? Cist. I, v. 84: Hoc *volo agatis*. Bacch. II, 3, 100: Mihi *duit velim*. Bacch. V, v. 692: Quid *vis curem?* v. 707 sq.: Ah placide *volo* Unum quicque *agamus*. Most. I, 4, 9: *Vis*ne ego te ac tu med *amplectare?* III, 1, 51: Quid tibi ego morem *vis geram?* V, 1, 26: Nunc ego huc *veniat velim*. Men. IV, 2, 42: *Vin* hunc *rogem?* Mil. II, 3, 29: Quid tibi *vis dicam?* III, 3, 3: denuo *volo percipiatis* plane. Merc. I, 2, 46: Quid *vis faciam?* II, 4, 18: *Vis*ne *eam* ad portum? — Atque *eximam* Mulierem pretio? IV, 3, 23: Vin *dicam* quoiast? v. 29: etiam *vis* nomen *dicam?* Pseud. I, 3, 90: Immo *vin* etiam te *faciam* ex laeto laetantem magis? 5, 107: *Vin* etiam *dicam* —? Pseud. v. 921 sq.: *volo* tu prior *occupes*. IV, 5, 10: Nunc ego Simonem mi ob viam *veniat velim*. Pseud. v. 1121 sq.: Leno argentum hoc *volo* A me *accipiat* atque *amittat* mulierem secum semul. Poen. III, 1, 67: Quin etiam *deciderint* vobis femina (sic ΔΘg) in talos *velim*. 2, 16: Eum *volo* mihi *demonstretis* hominem. V, 2, 30: *vin' adpellem* hunc Punice? v. 106: Patrem atque matrem *viverent vellem* tibi! 3, 32: Patruo advenienti coena *curetur volo*. 4, 26: At enim *volo* hoc *agas*. v. 86: *velim* de me aliquid *dixerit*. 5, 9: Sed mea amica nunc mihi irato obviam *veniat velim*. Pers. II, 4, 23: Amicus sum: *eveniant volo* tibi quae optas. IV, 4, 26: *Vin* hunc *vocem?* V,

2, 51: tibi id *obsit volo.* Rud. III, 2, 48: Nimis *velim* inprobissumo homini malas *edentaverint.* 6, 39: Verum *sit velim.* Stich. I, 2, 58: quid *vis* tibi *dicam,* pater? Truc. II, 5, 20: Eam nunc malitiam accuratam miles *inveniat volo.* Terent. Andr. II, 3, 14: *Ducas volo* hodie uxorem. Eun. V, 8, 24 et Heaut. IV, 8, 5: Quid *vis faciam?* Heaut. III, 4, 22: Quid *vis dicam?* IV, 6, 14: Quid igitur *dicam* tibi *vis?* V, 5, 22: Syro *ignoscas volo.* Phorm. II, 4, 9: velim facias. Hec. V, 1, 27: scin quid *volo* potius sodes *facias?* Adelph. I, 2, 58: Unum *vis curem.* IV, 1, 3: ita se *defetigarit velim.* Plaut. Cas. II, 3, 16 et Pers. II, 2, 63: nolo ames. Most. V, 2, 54: Nolo ores. ib.: *Nolo* inquam *ores.* Merc. I, 1, 106: Eam me advexisse *nolo resciscat* pater. Pseud. I, 5, 21: Vetus *nolo faciat.* Truc. II, 7, 29: vasa *nolo auferant.* C. Licinius Imbrex fr. Neaerae ap. Gell. XIII, 22, 16: *Nolo* ego Neaeram te *vocent.* Terent. Andr. IV, 5, 24: me *nolo* in tempore hoc *videat.* Heaut. IV, 3, 23: Quin *nolo mentiare.* Plaut. Bacch. IV, 9, 124: Ne ille edepol Ephesi multo *mavellem foret,* Dum salvos esset, quam *revenisset* domum. Pseud. I, 2, 75: At *taceas malo* multo quam tacere *dicas.* Poen. V, 3, 31: *facias* modo, quam *memores, mavelim.* Terent. Heaut. V, 1, 55: *abeat* potius *malo* quovis gentium, Quam cett. Cato R. R. c. 5: *consideret,* quae dominus imperaverit, *fiant.* C. 73: Per aestatem boves aquam bonam et liquidam *bibant* semper *curato.* C. 143: Vilicae quae sunt officia, *curato faciat.* Plaut. Bacch. III, 6, 21 sq.: Ille quod in se fuit *adcuratum habuit* quod posset mali *faceret* in me, *inconciliaret* copias omnis meas. Cato R. R. c. 73: Eam pellem et far et salem et serpullum haec omnia una conterito, cum vino *dato* bubus *bibant* omnibus. C. 157: *dato edit* si poterit, sine pane. ib.: *dato* vinum atrum *bibat.* Plaut. Amph. prol. v. 12: *datum* Mi *esse* ab dis aliis, nuntiis *praesim* et lucro. Poen. prol. v. 108: *Dat* surum, *ducat* noctem. Cato R. R. c. 5: Opera omnia mature *conficias fac.* C. 18: superiorem partem arborum digitos sex altam *facito siet.* C. 25: sicque *facito studeat* bene percoctum siccumque legere. C. 26: Dolia cum vino bis in die *fac extergeantur.* Privasque scopulas in dolia *facito habeas* cett. C. 37: Frumenta *face* bis *sarias* runcesque avenamque *destringas.* C. 38: *facito* fortax totam fornacem infimam *complectatur.* C. 41: *facito* iis medullam cum medulla *coniungas.* Ib.: Eos surculos *facito sint* longi pedes binos. C. 48: *facito* de scrobe aqua in sulcum *defluat.* C. 46: Digitum

supra terram *facito* semina *emineant*. C. 55: radices in acervo sub dio *metas facito*. C. 69: Lenibus lignis *facito calescat*. C. 71: integrum *facito devoret*. Ib.: *facito*que *ebibat*. C. 76: caseumque per cribrum *facito transeat* in mortarium. C. 87: *facito* tanquam faex *fiat*. Ib.: inde *facito* cum lacte *coquat*. C. 101: supra *stet* amurca *facito*. C. 108: *facito* bis aut ter *inferveat*. C. 161: Stercus ovillum quamplurimum *fac ingeras*. Ennii heduphagetica v. 6: Surrenti elopem *fac emas* (sic Bergkius in Iahnii annal. 1861, vol. 83 et 84, sect. 9.). Plaut. Amph. prol. v. 63: *Faciam sit*, proinde ut dixi, tragicomoedia. I, 3, 13: Ego *faxim* ted Amphitruonem *malis* esse quam Iovem. II, 1, 42: Quoius ego hodie in tergum *faxo* ista *expetant* mendacia. v. 85. III, 3, 16: quantum potest parata *fac sint* omnia. v. 17: *faxo* haut quicquam *sit* morae. v. 21: Nunc tu divine [mi] huc *fac adsis* Sosia. III, 3, 26 sq.: haec *curata sint Fac* sis. Asin. I, 3, 85: sungraphum *facito adferas*. III, 3, 136: animo *sis* bono *face*. IV, 2, 15: Tu ergo *face* illi turbas, litis *concias*. V, 2, 26: iam *faxo* ipsum hominem manufesto *opprimas*. Aul. II, 9, 3: Atque omnia, dum absum hinc, exossata *fac sient*, quem versum Gruterus, Bothius, Goellerus non germanum esse putant. III, 1, 2: *facite* totae plateae *pateant*. III, 5, 21:

Ego *faxim*, muli, pretio qui superant equos,
Sint viliores Gallicis cantheriis.

III, 6, 42: Ego *faxo*, et operam et vinum *perdiderit* simul. Curc. V, 2, 19: fac sciam. Cas. II, 1, 3: *facite* hinc me *arcessatis*. II, 6, 69: fac accures. III, 1, 7: *Fac vacent* aedes. v. 9: Sed *facito*dum, ut merula pueri, *vorses*, quod cantat Colax (sic Both. Vide de h. l. depravatissimo Par. et Grut.). v. 13: *Fac habeant* linguam tuae aedes. Epid. IV, 1, 40: Fac videam. Bacch. I, 1, 64: *facito* opsonatum nobis *sit* opulentum opsonium. Bacch. v. 754 sq.: iam *facite* in biclinio Cum amica sua uterque adcubitum *eatis*. IV, 8, 23: *Faxo* se hau *dicat* nanctam quem derideat. Most. I, 1, 65: Ervom tibi aliquis cras *faxo* ad villam *adferat*. 3, 59: At hoc unum *facito cogites*. II, 1, 53: Omnium primum dum haec aedes iam *face occlusae sient*. V, 2, 12: ego *ferare faxo*. Men. III, 2, 55: *Faxo* haut inultus prandium *comederis*. 3, 16: Et palla et spinter *faxo referantur* simul. IV, 2, 81: *faxo scias*. V, 7, 3: *Facite* illic homo iam in medicinam *ablatus* sublimen *siet*. Merc. II, 4, 30: Ergo actutum *face* cum praeda *recipias*. IV, 6, 10 sq.: Ecastor *faxim*, si itidem plectan-

tur viri — Plures viri *sint* viduí, quam nunc mulieres. V, 2, 54: Ergo ego quin *videam facis?* Pseud. I, 2, 24: *Face* plenum ahenum *sit* cito. v. 33: *face* in aqua *iaceant.* v. 48: Manipupulatim munerigeruli mihi iam ante aedis *facite* hic *adsint.* v. 56: *Face* sis *sit delatum* huc mihi frumentum. 3, 7: face possis. 5, 66: Et *face sis* promissi memor. IV, 1, 39: Immo si ecfexis, tum *faxo* magis [id] *dicas.* Poen. I, 2, 133: *faxo* actutum *constiterit* lymphaticum. IV, 2, 71: *fac* ergo id facile *noscam*, ut ille possit noscere. V, 2, 75: linguam *compescas face.* v. 124: *Facito* sis *reddas*, etsi hic habitabit tamen. 4, 108: *facito* in memoriam *habeas.* Poen. sc. ult. v. 30: tu aut amicam mihi *des facito.* v. 33: *Facito* in memoria *habeas.* Pers. II, 1, 9 (= v. 178): Ego istuc pelagus tibi *sit faciam.* II, 2, 14: Ipsi Lemniseleni *fac des.* v. 16: *face* rem hanc cum cura *geras.* III, 3, 33: *fac sit* mulier libera. v. 40: Eadem istaec *facito* mulier ad me *transeat.* Rud. IV, 3, 84: *facdum* ex te *sciam*, quod etiam futurum esse potest. Rud. v. 1219 Roeperus in philol. XVIII, 2, p. 240 scribit et tua filia *facito oret*, ubi non opus est cum Fleckeiseno post *facito* inserere *ut.* Stich. v. 47: At *memineris facito.* Trin. I, 2, 22: *Faxo* hau tantillum *dederis* verborum mihi. v. 184: Pauci *sint faxim* qui sciant quod nesciunt. IV, 2, 40: faxo scias. Truc. II, 3, 27: Ut — nulla *faxim* cis dies paucos *siet.* 8, 13: Ego *faxo dicat* me in diebus pauculis Crudum virum esse. Fragm. Cornicularíae v. 1, p. 479: *Facite olant* aedes Arabice. Terent. Heaut. V, 1, 52: *Fac* te patrem esse *sentiat.* Ad. III, 4, 55: hoc tu *facito* cum animo *cogites.* 5, 1 sq.: Bono animo *fac sis*, Sostrata, et istam, quod potes, *Fac consolere.* Mirum igitur, quo iure Lindemannus ad Amph. I, 1, 147 dicere possit: *Facere* — ubi fere idem est atque *efficere* bewirken, nonnumquam quidem sine coniunctione *ut* struitur, sed raro." Cato R. R. c. 24: Eum in fiscella suspendito *sinito*que cum musto *distabescat.* C. 91: *sinito*que *combibat.* ib.: *sinito*que *arescat.* C. 92: sinito macerescant. C. 95: sinito frigescat. C. 96: *sinito* biduum aut triduum *consudent.* C. 109: *Sinito combibant* noctem et diem. C. 112: *sinito* bene *coquantur.* C. 116: sinito arescat. C. 128: *sinito* quatriduum *fracescat.* Plaut. Amph. II, 2, 174. As. II, 4, 54: sic *sine astet.* Cas. I, 48: *Sine* tuos ocellos *deosculer.* II, 2, 32: *sine amet, sine*, quod libet, id *faciat.* 8, 1: *Sine* modo rus *veniat.* Cist. IV, 2, 68: Sine dicat. Epid. II, 2, 20: *sine respirem*, quaeso.

Bacch. IV, 9, 104 et Pseud. I, 1, 59: Sine pellegam. Bacch. v. 1134: *sine* sic *astent*. V, 2, 9: *Sine*, mea pietas, te *exorem*. Bacch. v. 1198: Hanc veniam illis *sine* te *exorem*. Most. I, 1, 10: *sine* modo *adveniat* sanex. V, 2, 58: *Sine* te *exorem*. Mil. I, 1, 54: Satietas belli quia erat, *sivi viverent*. IV, 6, 29: *Sine* ultro *veniat*. Pseud. I, 2, 26: Sine siet. 3, 10: *sine sim* nihili. Pseud. v. 477 sq.: Iam sic *sino* Iratus *sit*. Poen. I, 1, 14: *sine* te *verberem*. 2, 49: sine amem. v. 163: *Sine* te *exorem*, *sine* te *prendam* auriculis, *sine dem* savium. Pers. IV, 9, 13: Sine dicam. Plaut. fr. Most. p. 488: *Sine* iuxta aram *sedeam*, et dabo meliora consilia. Caec. Stat. Hymnis fr. 6: Garruli *sine* dentes *iactent; sine nictentur* perticis. fr. 7: *Sine* suam senectutem *ducat* usque ad senium sorbilo. Terent. Andr. V, 3, 24: Age, *dicat sino*. v. 30: *Sine* te hoc *exorem*. Eun. I, 2, 105: hoc modo *sine* te *exorem*. Heaut. V, 5, 6: *Sine* te *exoret*. Hec. v. 10: *Sinite* exorator *sim*. Adelph. V, 8, 13: *Sine* te *exorem*, mi pater. Cato R. R. c. 1: *Videto quam minimi instrumenti* sumptuosusque ager *ne siet*. Plaut. Amph. II, 1, 82. Poen. III, 2, 1: *vide* sis *calleas*. prol. v. 22: *decet* Animo aequo nunc *stent* vel dormire *temperent*. Cato R. R. c. 83: Eam rem divinam vel servus vel liber *licebit faciat*. C. 158: licebit bibas. C. 161: Usque *licebit vellas*, donicum in semen videris ire. Plaut. Epid. III, 4, 35: habeas licet. Caecil. Stat. Fallacia fr. 6: Ossiculatim Parmenonem de via *liceat legant*. Terent. Phorm. II, 2, 33: postilla iam, ut lubet, *ludas licet*. Plaut. Poen. V, 4, 74: pro hoc mihi patronus *sim necessest*. Truc. IV, 3, 43: necessest indicem. Cato R. R. c. 14: faber haec *faciat oportet*. C. 21: Idem trapetum *oportet accommodet*. C. 15: et ad opus *praebeat* calcis in p. singulos longitudinem *opus est* modium unum, arenae modios duos. Schneiderus cum nonnullis editionibus *longitudini* scribere mavult. Plaut. Merc. V, 4, 44: Nihil *opust resciscat* (Gron. ad Mil. III, 1, 210). Ennii Alexandri fr. 1, v. 66 et 67: Ibi ex oraclo voce divina *edidit* Apollo, puerum primus Priamo qui foret Post illa natus, *temperaret* tollere. Plaut. Rud. III, 3, 19: Vim mi *adigèt adferam* ipsa. Ep. II, 3, 11: Conducere aliquam fidicinam — Dum rem divinam faceret, *cantaret* sibi. Merc. III, 1, 38 sq.: Inter nos *coniuravimus*, nisi cum illo ego et ille mecum, Neuter stapri caput *limaret*. Poen. II, v. 53: Profestos festos *habeam decretumst* mihi. Stich. IV, 2, 44: *Dixi* equidem in carcerem *ires*. Cas. II, 3, 53: *impetro*, Illi eam *permittat*, ubi antecedunt haec:

impetro atque *exoro* — *Ut* eam illi *permittat*. Trin. II, 4, 191 (= v. 591): Tandem *impetravi abiret*. Most. III, 3, 26: Curriculo *iube* in urbem *veniat* iam simul tecum. Men. V, 5, 52 sq.: tuos servos *iube* Hunc ad me *ferant*. Pers. IV, 4, 55: *Iube* dum ea hoc *accedat* ad me. Rud. III, 4, 3: *iube* modo *accedat* prope. Stich. II, 2, 71 (v. 396): *iube* famulos rem divinam mi *adparent*. Terent. Eun. IV, 4, 24 sq.: *Iube* mi denuo *Respondeat*. Heaut. IV, 4, 15: Iube maneat. Adelph. V, 7, 16 sq.: *iube* nunciam *Dinumeret* illi Babylo viginti minas. Plaut. Merc. II, 3, 92: At mihi quidam adulescens, pater, *Mandavit*, [aliquam itidem] ancillam, ita ut illast, *emerem* sibi, quum v. 91 haec antecedant: senex est quidam, qui aliquam *mandavit* mihi *Ut emerem* ad istanc faciem. Asin. II, 4, 42: nunc *adeam optumumst*. Aul. III, 6, 31. 32: tum tu idem *optumumst Loces* ecferundum. Epid. I, 1, 57: sed *taceam optumumst*. Amph. I, 1, 101. Pers. IV, 4, 82: Tactust leno, qui *rogarat*, ubi nata esset, *diceret*. Terent. Adelph. II, 2, 39 sqq.: *quaeso* — Meum mihi *reddatur*. Plaut. Cas. III, 6, 10: *potin'* a me *abeas?* Pers. II, 4, 26: potin' abeas? Asin. III, 3, 54: quod *faciamus* nobis *suades*. Trin. III, 2, 55: Meam sororem tibi *dem suades* sine dote. Vide etiam Muellerum in Iahnii annalibus 1861, sect. 4, p. 267. *Ut* finale omissum est Amph. prol. v. 9: Me adficere voltis, ea *adferam*.

21. *Ne coniunctio cum coniunctivo iuncta.* a) *Ne* adiungitur coniunctivo imperatorio, cuius generis exempla nonnulla iam §. 15 attuli. Copiose autem vide de hac re disputantem Muellerum in Iahnii annalibus l. c. p. 272 sqq., qui plurima exempla hanc in rem attulit ex Plauto et Terentio. Cato R. R. c. 1: *ne* calamitosum *siet*, ubi antecedunt enunciationes cohortativae per *ut* elatae. Ib.: Instrumenti *ne* magni *siet*. C. 4: Familiam *ne siveris* peccare. C. 5: Familiae male *ne sit*, *ne algeat*, *ne esuriat*. Ib.: dominus impune *ne sinat* esse. Ib.: Vilicus *ne sit* ambulator, — ad coenam *ne* quo *eat*. — *Ne* plus *censeat* sapere se quam dominum. — Rem divinam — *ne faciat*. Ib.: Operarium, mercenarium politorem diutius eundem *ne habeat* die. — Ib.: *Ne* quid emisse *velit*, — *ne* quid dominum celavisse *velit*. Parasitum *ne* quem *habeat*. Haruspicem — *ne* quem consuluisse *velit*. Segetem *ne defrudet*. C. 45: Palo prius locum *ne feceris*, quo taleam demittas. Ennii satur. inc. libri fr. 4: Hoc erit tibi argumentum semper in promptu situm: Ne quid *exspectes*

amicos quod tute agere possies. Plaut. Epid. IV, 2, 14: *ne fuat*, Si non volt. Bacch. III, 3, 64: *Ne* di *sierint*. Mil. IV, 9, 1: *Ne* me *moneatis*: memini ego officium meum. Pseud. I, 5, 22: Vel tu *ne faceres* tale in adulescentia. Pers. III, 1, 63: *Ne* te indotatam *ducas*, quoi dos sit domi. Stich. II, 1, 48: Tua quod nil refert, *ne cures*. Trin. II, 2, 16: *Ne colas*, *ne inbuas* [eis tuum] ingenium. Caecil. Stat. Chrysion v. 23: quamquam ego mercede huc conductus tua Advenio, *ne* tibi me esse ob eam rem obnoxium *Reare*. Terent. Eun. II, 3, 97: verum *ne* post *conferas* Culpam in me.

b) *Ne* ponitur in enunciationibus obiectivis e verbo praegresso aptis. Naev. Tarentilla fr. 5: *cave ne cadas* amabo. Cato R. R. c. 5: Terram cariosam *caveto ne ares neve* plostrum *neve* pecus *impellas*. C. 20: *caveto ne* laxi *sient*. C. 31: Vento austro *caveto ne* quam materiem *neve* vinum *tractes*, nisi necessario. C. 32: diligenter *caveto ne* vitem *praecipites* et *ne* nimium *praestringas*. C. 37: Omnino *caveto*, *ne* quam materiem *doles neu caedas neu tangas*. C. 38: Ignem *caveto ne intermittas*, quin semper siet, *neve* noctu *neve* ullo tempore *intermittatur*, *caveto*. Ib.: Ventus ad praefurnium *caveto ne accedat*. C. 40: *Caveto ne* librum *convellas*. C. 45: *Cavetoque ne* librum *scindas* cum adiges. C. 49: *caveto ne* radices *saucies*. C. 53: *caveto — ne* sero *seces*. C. 66: Amurcam *caveat ne tollat*. C. 67: In torcularia et in cella *caveat* diligenter, *ne* quid olei *surripiatur*. C. 161: *cavetoque ne* asparagus una cum herba *vellatur*. Ib.: caveto ne frangatur. C. 162: *Caveto ne* caro carnem *tangat*. Plaut. Amph. II, 2, 215: *cave* sis *ne* tu te usu *perduis*. Asin. II, 2, 105. 106. Pseud. I, 5, 63: ego *ne*quid *noceat cavero*. Cato R. R. c. 143: *Facito ne* nimium luxuriosa *siet*. Plaut. Poen. IV, 2, 87: Ita di *faxint ne* apud lenonem hunc *serviam*. Terent. Hec. V, 3, 41: At pol me *fecisse* arbitror, *ne* id merito mi *eveniret*. Cato R. R. c. 107: videto ne aduras. Plaut. Pseud. IV, 1, 32: At *vide ne titubes*. Truc. V, v. 37: Auro, hau ferro *deterrere* potes, *ne* me *amet*, Stratophanes[9]) (sic Weis.). Amph. I, 1, 149: *Formido* male *Ne* ego hic nomen meum *conmutem* et Quinctus *fiam* e Sosia. Asin. II, 4, 55 sq.: *formido* miser *ne* hic me tibi *arbitretur Suassisse* sibi *ne crederes*. Pseud. v. 1019 sq.: Nimisque ego illunc hominem *metuo* et *formido* male, *Ne* malus item erga me

[9]) Vulg. *haud*, sed Δp *aufero*, itaque scribendum *hau*.

sit. Bacch. IV, 10, 3: *adformido, ne* is *pereat neu conrumpatur.* Amph. I, 1, 151: *Metuo ne* numerum *augeam* illum. v. 178: *Metuo* vocis *ne* vicem hodie hic *vapulem.* Aul. II, 3, 12: Nam ecastor malum moerorem *metuo, ne* mistum *bibam.* Cas. II, 4, 25: *Metuo* iam, *ne* Olympionem mea uxor *exoraverit, Ne* Casinam *ducat.* Bacch. v. 156: Pol *metuo* magis *ne* Phoenix tuis factis *fuam* Teque ad patrem esse mortuom *renuntiem.* V, 2, 54: Non *metuo ne*quid mihi *doleat* quod ferias. Pseud. I, 3, 50: Nam id hic *metuit ne* illam *vendas* ob simultatem suam. Poen. IV, 2, 62: Quid est quod *metuas?* S. dum ero insidias parem, *ne* a te *perdeam* (ita vulgo; vide de h. l. Kampm. de AB praep. usu Plaut. p. 17, adnot. 1). Poen. sc. ult. v. 7: Illud ego *metui* semper, *ne cognosceret* Eas aliquis. Pers. II, 5, 14: *Metuo ne* inmaturam *secem: ne exhibeat* plus negoti. IV, 3, 9: Nec *metuo,* quibus credidi hodie, *ne* quis mi in iure *abiurassit.* 4, 72: Nunc *metuo ne peccet.* 6, 4 sq.: *Ne non* satis *esses* leno, id *metuebas* miser, Inpure, avare, *ne* crumillam *amitteres?* Truc. I, 2, 98: *metuebat*que te, sibi *ne* aut *persuaderes* cett. Terent. Eun. III, 1, 60: *metuit* semper, quem ipsa nunc capit Fructum, *ne*quando iratus tu alio *conferas.* Adelph. III, 3, 49: *Metui ne haereret* hic. Andr. II, 2, 12: Id *paves, ne ducas* illam: tu autem, *ut ducas*, h. e. tu metuis, ne illam uxorem ducere cogare, tu autem, ne non ducas, vel ne alius eam ducat. Plaut. Truc. IV, 2, 61: *Timeo, ne* malefacta antiqua mea *sint inventa* omnia. Plaut. fr. Cistell.: Quid tuam amicam *times*, *ne* te manulea (al. manuleo) *caiet?* Terent. Andr. I, 5, 35: *timet*, *Ne deseras* se. III, 4, 3. *veritus sum* — *ne faceres* idem, Quod volgus servorum solet. Heaut. II, 2, 2: *vereor, ne* mulier me absente hic *conrupta sit.* Phorm. V, 8, 8 sq.: *verebamini Ne non* id *facerem* quod recepissem semel? Plaut. Pers. IV, 4, 69: Servitus mea mi *interdixit, ne* quid *mirer* meum malum („implicitam habet significationem impediendi aliquid verbis seu prohibendi, ne quid fiat."). Terent. Hec. IV, 1, 48: *Interdico, ne* extulisse extra aedis puerum usquam *velis.* Plaut. Pers. II, 1, 8: Potin ne moneas? Stich. I, 2, 60: quom *ne* id *faciat temperat.* Mil. II, 2, 33: Ut eum qui se hic vidit verbis *vincat* ne is se *viderit,* quod secundum Haasium ad Reisig. adnot. 493 elliptice dictum est, cf. plenius expressum v. 568 sq.: *Vincam* animum meum, *Ne* malitiose factum id aps te esse *arbitrer*, pro quo secundum illam analogiam dictum esse posset: ne id malitiose factum sit.

Caecil. Stat. Pausimachus fr. 4: hoc a te *postulo*, *Ne* cum meo gnato posthac *limassis* caput. Terent. Hec. III, 2, 3: Quod te, Aesculapi, et te, Salus, *ne*quid *sit* huius *oro*. Ad. V, 5, 1: *orat* frater *ne abeas* longius. Caecil. Stat. Hypobolimaeus fr. 4: Quaeso, *ne* temere hanc rem *agas*, *ne* iracunditer. Caecil. St. Obolostates fr. 4, v. 125: *quaeso ne* ad malum hoc *addas* malum. Terent. Eun. prol. v. 16: Is *ne erret*, *moneo*, et *desinat* lacessere.

c) *Ne* ita ponitur, ut non pendeat ex verbo praegresso, sed per se extantem enunciationem efficiat, quae plerumque finalem habet sententiam, cui tamen nonnunquam etiam consecutiva significatio adiuncta est, cuius generis exempla permulta congessit ex Plauto et Terentio Muellerus l. c. Quibus adde Cato R. R. c. 3: Ita aedifices, *ne* villa fundum *quaerat*, *neve* fundus villam, ubi cum finali significatione coniuncta est consecutiva. Ib.: Olea ubi lecta siet, oleum fiat continuo, *ne corrumpatur*. C. 32: Arbores hoc modo putentur, rami uti divaricentur, quos relinques, et uti recte caedantur, et *ne* nimium crebri *relinquantur*, ubi vides praeter finalem significationem in v. *ne* iterum inesse etiam consecutivam. Ennii Thyestis fr. 11, v. 405: *Ne* contagio mea bonis umbrave *obsit*. Plaut. Mil. V, v. 577: quam benigne gratiam Fecit, *ne* iratus *esset*. Merc. I, 2, 35: Dic mihi, an boni quid usquamst, quod quisquam uti possiet Sine malo omni, aut *ne* laborem *capias* quom illo uti voles? h. e. aut ita comparatum, ut laborem non capias cett. Trin. v. 143: quod meae concreditumst Taciturnitati — *Ne enuntiarem*.

d) Exemplis v. *neve* in praegressis allatis adde Ennii Phoenicis fr. 7: *Neve* tu umquam in gremium *extollas* liberorum ex te genus.

e) *Nedum*, de cuius significatione vide praeter Handium Reisig. p. 587, semel legitur apud Terentium, Heaut. III, 1, 45: Satrapa si siet Amator, numquam sufferre eius sumptus queat *Nedum* tu *possis*. Locus autem Plaut. Cas. V, 4, 23: Ne ut amasso, ubi simplex *ne* eandem significationem habere dicitur, haud dubie est subditicius.

22. *Ne* tamen coniunctio apud verbum *cavere* saepe omittitur et solus coniunctivus ponitur. Orac. Delphicum ap. Liv. V, 16: cave — siris (sic emend. Herm. et Grotef. metro cogente *sinas*, quod est apud Livium). Naevius fr. Corollariae 7: St, tace, *Cave* verbum *faxis*. fr. Lycurg. 13: *Cave* sis tuam

contendas iram contra cum ira Liberi (N. v. contendere, p. 259). Cato R. R. c. 1: *Caveto* alienam disciplinam temere *contemnas*. C. 28: *Caveto* cum ventus siet aut imber, *effodias* aut *seras*. C. 31: *Cavetoque* per rorem *trahas* aut *doles*, ad q. l. Schneiderus: „Addi vult ex edd. antiquis *ne* Pontedera. Ita enim solet Cato. Vide cap. 32. 37. 40 et 5. Solus est locus cap. 34. terram *cave* cariosam *tractes*. quem similiter corrigit Pontedera." C. 66: *Caveat* quam minimum in torcularium et in cellam *introeatur*. Plaut. Amph. II, 1, 61: *Cave* quicquam, nisi quod rogabo te, [iam] mihi *responderis*. Asin. II, 1, 8. 4, 61. III, 3, 35: Verbum *cave faxis*. Aul. I, 2, 12: *Cave* quemquam alienum in aedis *intromiseris*. IV, 2, 1: Tu modo *cave* cuiquam *indicassis*. v. 11: *Cave* tu illi fidelis, quaeso, potius *fueris*, quam mihi. 4, 33: Cave revideam. Capt. II, 3, 71: *cave* tu mi iratus *fuas*. v. 79: *cave* fidem Fluxam *geras*, ad q. l. Lindemannus: „*Cavere* vario modo strui solet. *Cavere* proprie est Graecorum κήδεσθαι, a quo descendit, notatque *curam habere, sollicitum esse*, in Sorge sein, in Kummer sein um eine Sache, cum notione metuendi damni. Igitur *cave facere* est: sollicitudo tibi sit facere; damnum enim metuendum est, cave tibi a faciendo. *Cave facias* est: *cave tibi, facias enim*. Hüte dich, du könntest es sonst leicht thun; nisi caveas, facias. *Cave ne facias* est cave tibi, non facias; thu es nicht, davor hüte dich. *Cave ut facias* contrarium est, da operam, perspice, quomodo facias, habeas sollicitudinem, qua ratione illud effectum reddas. Triff Anstalt, suche es zu thun." Quae non ex omni parte recte disputata esse nemo non videt. Cas. II, 5, 24: *cave* deos *floccifeceris*. III, 1, 16: Sed *cave* tu inquisitioni mihi *sis*. Bacch. IV, 8, 69: Cave parsis. 9, 110: *Cave* tibi ducenti nummi dividiae *fuant*. Bacch. v. 1188: cave — amissis (= amiseris). Men. V, 7, 5: *Cave* quisquam, quod illic minitetur, vostrum Flocci *fecerit*. Merc. I, 2, 3: *cave praevortare* pigritiae. II, 4, 16: *cave* tu istuc *dixis*. Poen. prol. v. 117: cave dirumpatis (= cavete). Pers. I, 1, 52: *cave fuas* mi in quaestione. III, 1, 61: *cave* sis tu istuc *dixeris*. V, 2, 35: *Cave* sis, me *attigas*. Truc. v. 5, 51: *Cave faxis* volnus. Plaut. fragm. Capt. p. 487, v. 1: *cave* fluxam fidem *feras*. Fragm. Cist. Ang. Mai. p. 486: *Cave* sis cum amore tu unquam bellum *sumpseris*. Caecil. Stat. fr. Nothi Nicasionis 1: decolles cave. Terent. Andr. II, 3, 29: *cave* te esse tristem *sentiat*. Heaut. V, 4, 8: *cave* posthac — istuc verbum ex te *audiam*. Ad. III, 4, 12: Cave dixeris.

23. Coniunctio *quin*, quae ex abl. *qui* et negatione *ne* originem ducit, item semper adiunctum habet coniunctivum. Enunciatio praegressa, sola formula *mirum quin* excepta, semper esse debet negativa, cuius rei causam explicuit Weissenbornius in Iahnii annal. 1848, vol. 53, sect. 3, p. 298. Discedit tamen ab hac regula locus Catonis ap. Iordan. 66, 7: Nunc ergo arbitror oportere restitui, *quin* minus duobus milibus ducentis *sit* aerum equestrium. (*quin* scripsit Hertzius). Naevii equus Troianus: *numquam* hodie *effugies quin* mea manu *Moriare*. Cato ap. Gell. XVII, 13: *neque satis habuit* quod eam in occulto vitiaverat, *quin* eius famam *prostitueret*. Cato R. R. c. 38: Ignem caveto *ne intermittas*, *quin* semper *siet*. Plaut. Bacch. II, 2, 32: *non* tantulum Umquam *intermittit* tempus *quin* eum *nominet*. Terent. Adelph. III, 1, 7: nam *numquam* unum *intermittit* diem, *Quin* semper *veniat*. Plaut. Rud. I, 4, 9: *Neque* si vivit eam viva umquam *quin* [vivam] *inveniam desistam*. Cato origg. l. III ap. Iord. 16, 9: *Haut* eos eo postremum scribo, *quin* populi et boni et strenui *sient*. Ennii Alcumaeo fr. 2, v. 46: Quae nemo est tam firmo ingenio et tanta confidentia, *Quin refugiat* timido sanguen atque *exalbescat* metu. Plaut. Amph. I, 1, 6. Cist. I, 1, 16 sq.: *Nec* nisi disciplina, apud te *fuit* quidquam Ibi, *quin* mihi *placeret*. Bacch. II, 3, 102: *nullust* Ephesi *quin sciat*. IV, 9, 89: *Nihil est* illorum, *quin* ego illi *dixerim*. Pers. III, 1, 37: Virgo atque mulier *nulla erit*, *quin sit* mala cet. Eadem leguntur v. 39. Terent. Phorm. IV, 4, 16: *Nil est*, Antipho, *Quin* male narrando *possit* depravarier. Hec. II, 1, 43: vostrarum *nulla est*, *quin* gnatum *velit* Ducere uxorem. Plaut. Amph. IV, 3, 18: *Neque* me Iuppiter neque di omnes id *prohibebunt*, si volent, *Quin* sic *faciam* uti constitui, v. Acidal. Merc. V, 4, 61: *Neu* quisquam posthac *prohibeto* adulescentem filium, *Quin amet* et scortum *ducat*. Curc. I, 1, 33 sq.: *Nemo* hinc *prohibet nec votat Quin* quod palamst venale, si argentumst, *emas*. Amph. II, 1, 9. Mil. II, 3, 61: Me homo *nemo deterruerit quin* ea ea *sit* in hisce aedibus. 4, 16 sq.: *Numquam* hercle *deterrebor Quin viderim* id quod viderim. Most. I, 3, 46: *Vix comprimor*, *quin involem* illi in oculos. Mil. IV, 8, 58: *Vix reprimor quin* te manere *iubeam*. Amph. I, 1, 243: Certe edepol tu me *alienabis numquam quin* noster *siem*. Cas. II, 3, 22: Eho tu, Nihili cana culex, *vix teneor*, *quin*, quae decent te, *dicam*. Bacch. IV, 8, 74: Si est, *apstinere quin attingas non queas*. Pers. I, 1, 12: Set

quasi lippo oculo me erus meus manum *abstinere hau quit* tamen, *Quin* mi *imperet*, *quin* me suis negotiis *praefulciat*. Men. II, 1, 28: nequeo contineri quin loquar. V, 9, 65: contineri quin complectar non queo. Terent. Eun. V, 2, 20: *Vix* me *contineo*, *quin involem* Monstro in capillum. Plaut. Asin. II, 2, 88. III, 2, 85: Numquam morarem quin darem. Aul. IV, 2, 6: *Quin*, ubi arcessat, meam extemplo filiam *ducat* domum. Bacch. II, 3, 107: tantisper *numquam* te *morabitur*, *Quin habeas* illut quo die illuc veneris. Terent. Andr. V, 6, 7: *Nec mora ullast*, *quin* iam uxorem *ducam*. Hec. I, 2, 52: *nec morum* ullam *quin ducat dari*. Adelph. II, 1, 17: *Ne mora sit*, si innuerim, *quin* pugnus continuo in mala *haereat*. Plaut. Aul. III, 4, 5: Iam hunc *non ausim praeterire*, *quin consistam*. Pseud. III, 2, 65: *An* tu coquitatum te ire quoquam *postulas*, *Quin* ibi constrictis ungulis cenam *coquas?* Truc. I, 2, 40:

An tute bene rem publicam aut amoris alia lege
Habere posse *postulas*, *quin* tu otiosus *fias?*

Amph. I, 1, 84. 152. 242. Mil. II, 5, 63: *numquam* quisquam *faciet quin* soror Ista *sit* germana huius. 3, 12: *Non* enim *faciam quin scias*. Stich. V, 5, 13: *numquam* enim *fiet* hodie *quin saltet* tamen. Terent. Hec. III, 3, 37. Plaut. Men. V, 1, 26: *non*, inquam, *patiar* praeterhac, *Quin* vidua *vivam*, quam istos mores *perferam*. Amph. III, 2, 7. Curc. I, 3, 52 sq.: Ita me Venus amet, ut ego te hoc triduom *numquam sinam* In domo esse istac, *quin* ego te liberalem *liberem*. Mil. IV, 4, 57: Triduom servire *numquam* te *quin* liber *sis sinam*. Amph. V, 1, 2. Asin. I, 1, 11: Ita — adgressus, ut *non audeam* Profecto percontanti *quin promam* omnia. II, 2, 39: Amph. V, 1, 54: *Non metuo* meae *quin* uxori latae *sient*, v. Lindem. Stich. I, 3, 33: non amittam quin eas. V, 5, 15: *Numquam* — med istec *vinces*, *quin* ego *pruriam*. Aul. II, 1, 11—13:

(cogitato) — mihi te et tibi me consulere et monere,
Neque occultum id *haberi* tibi, *neque* per metum *mussari*,
Quin participem pariter ego te, et tu me *ut facias*,

ubi, quemadmodum recte dicit Goellerus, *ut* abundat. Truc. V, v. 15: *Nunquam* hoc uno die *ecficiatur* opus, *quin* opus semper *siet*. Epid. III, 4, 1: *Cave* praeterbitas ullas aedis, *quin roges*. Pers. II, 3, 19. *nil* iam mihi novi Offerri *pote*, *quin sim* peritus. Cas. II, 8, 69. 70: Tribus *non* conduci *possum* libertatibus, *Quin* ego illis hodie *conparem* magnum malum, *Quin*que hanc rem omnem meae erae iam *faciam* palam. Truc. II, 1, 18 sq.:

Nunquam amatoris meretricem *oportet* causam noscere,
Quin, ubi nil det, pro infrequente eum *mittas* militia domum.

Sic vulg. Goell. et Both. *mittat*. Lips.: „= Nunquam debet meretrix audire amatorem caussas afferentem, quare, si non largiatur, non debeat eum eiicere et domum remittere, ut militem infrequentem.“ Aul. I, 2, 34: Nam *verisimile non est*, hominem pauperem Pauxillum parvi facere *quin* numum *petat*. Capt. III, 3, 10: *neque* de hac re *negotiumst*, *Quin* male *occidam oppetam*que pestem eri vicem malam. Men. III, 2, 52: *Numquam* edepol quisquam me *exorabit*, *quin* tuae Uxori rem omnem iam — *eloquar*. Bacch. III, 6, 30: Video *non potesse quin* tibi eius nomen *eloquar*. Mil. II, 2, 107 sq.: ille *non potuit quin* sermone suo aliquem familiarium *Participaverit*. III, 1, 9: *Neque potest quin*, si inimicis usuist, *opsit* tibi. v. 100: tum piatricem clementer *non potest quin munerem*. Stich. II, 1, 30 sqq.: *Non* enim *possum quin revortar*, *quin loquar*, *quin edissertem* cett. Trin. III, 2, 79: *Non* enim *possum quin exclamem*. Pers. IV, 4, 60: *Hau possum*, *quin* huic operam *dem* hospiti. Mil. IV, 8, 32: Heu [heu], *nequeo quin fleam*. Men. I, 3, 8: Interim *nequis quin* eius aliquid *indutus sies*. Terent. Hec. III, 3, 25: *nequeo quin lacrumem* miser. Plaut. Pers. IV, 6, 8: *Nil* mihi tam parvist, *quin* me id *pigeat* perdere. Amph. II, 2, 222. Aul. II, 2, 85: sed nuptias Hodie *quin faciamus num*qua *causast?* IV, 10, 25: *Haud causificor quin* eam Ego *habeam* potissumum. Capt. II, 2, 103 sq.: *Num*quae *causast quin* — viginti minas Mihi *des* pro illo? III, 4, 92 sq.: *nullam causam* dico *quin* mihi et parentum cett. — *siet*. Cas. V, 4, 24: *Nullà causast*, *quin* pendentem me, uxor, virgis *verberes*. Most. II, 2, 4 sq.: *hau causast* — *quin facias* mihi. Pseud. I, 5, 120: Set si [id] non faxis, *num*quid *caussaest* ilico *Quin* te in pistrinum *condam?* Rud. III, 4, 53: *Quid causaest quin* virgis te usque ad saturitatem *sauciem?* Rud. IV, 4, 26: Ni istum cepi, *nulla causast quin* me *condones* cruci. V, 3, 41: de talento *nulla causast quin feras*, Quod isti sum iuratus. Terent. Andr. III, 4, 21: *Quid causaest*, *quin* hinc in pistrinum recta *proficiscar* via? Phorm. II, 1, 42: *Non causam* dico *quin* quod meritus sit *ferat*. Hec. IV, 2, 12: *neu causa* ulla *restet* relicua, *Quin* tua Philumena ad te *redeat*. Ennii Melanippae fr. 1: Certe hic *est nullum* [*dubium*], *quin* monstrum *siet*. Plaut. Aul. II, 1, 42: *Quid dubitas*, *quin sit paratum* nomen puero Postumus? Poen. I, 1, 55: *quid* tum (*tum* Both. pro vulg.

tu) *dubitas*, *quin* extempulo Dupli tibi, auri et hominis fur leno *siet*? IV, 2, 59: *Quid* ergo *dubitas*, *quin* lubenter tuo ero meus, quod possiet Facere, *faciat* male. Terent. Andr. I, 2, 1: *Non dubiumst*, *quin* uxorem *nolit* filius. II, 3, 17 sq.: nam hoc *haud dubiumst*, *quin* Chremes Tibi non *det* gnatam. 4, 2. III, 2, 51. Plaut. Amph. III, 3, 15. Cist. I, 1, 119: *Num*quid me *vis*, mater intro *quin eam*? Terent. Adelph. II, 2, 39: *Num*quid *vis quin abeam*? Heaut. IV, 2, 8: *Nil* tam difficile*st*, *quin* quaerendo investigari *possiet*. 6, 1: *Nullast* tam facilis res, *quin* difficilis *siet*, Quom invitus facias. Eun. V, 2, 3: ut *nullo* modo Intro ire possem *quin viderent* me. Hec. I, 1, 7 sq.: Et moneo et hortor, *ne* quoiusquam *misereat*, *Quin spolies mutiles laceres*, quemquem nacta sis, ubi Ursinus vult *quin* hortandi vim habere; videtur igitur in hac enunciatione coniunctivum pro imperatorio accepisse, non recte. Eun. IV, 7, 21: *numquam accedo quin* abs te *abeam* doctior. Hec. I, 2, 75: eam ludibrio haberi, — *Quin* integram itidem reddam, ut accepi ab suis, *Neque honestum* mihi *neque utile* ipsi virgini*st*. III, 3, 39: scio *nemini* aliter *suspectum fore*, *Quin*, quod veri similest, ex te recte eum natum *putent*. Eun. V, 8, 62: *Numquam* etiam *fui* usquam, *quin* me *amarent* omnes plurimum. I, 2, 100: *quam* ioco Rem voluisti a me tandem, *quin perfeceris*? V, 2, 3. Heaut. I, 2, 19: *Quid* relicui*st quin habeat*. Adelph. II, 2, 14. 3, 4. V, 4, 2. Phorm. V, 4, 6. 9, 26: ea *quin sit ignoscenda*, ubi secundum Schmiederum ex praegressis *non nego* mente addendum est *non negabis*. Hec. V, 1, 2: *Nec* pol me multum *fallit*, *quin* quod suspicor *sit* quod velit. 2, 2: *Nil* apud me tibi *Defieri patiar*, *quin* quod opus sit benigne *praebeatur*. De formula *mirum quin* vide Duentzer. ad Liv. Andr. fr. Aiac. p. 39. Rost. comment. Plaut. p. 177 sq. Lindem. ad Amph. I, 1, 132. Plaut. Amph. II, 2, 118: *Mirum quin* te advorsus *dicat*. Aul. I, 2, 7: *Mirum quin* tua me causa *faciat* Iuppiter Philippum regem. Cist. IV, 2, 67: *Mirum*, *quin* grex venalium in cistella *infuerit* una. Most. II, 2, 62: *Mirum*, *quin* vigilanti *diceret*. Merc. I, 2, 91: *Mirum quin* me *subigitaret*. Pers. III, 1, 11 sq.: *Mirum quin* regis Philippi causa aut Attali Te potius *vendam* quam mea, quae sis mea. 3, 28: *Mirum quin* tibi ego *crederem*, = non est mirum, quod tibi non credo. Rud. V, 3, 37: *Mirum quin* tuum ius meo periclo aps te *expetam*. Trin. II, 4, 94: *Mirum quin* tu illo tecum divitias *feras*. IV, 2, 125: *Mirum*

quin ab avo eius aut proavo *acciperem*, qui sunt mortui, v. Gronov.

24. *Coniunctio* **quum** *cum coniunctivo iuncta.* a) *Quum temporale* coniungitur cum coniunctivo imperfecti et plusquamperfecti, uno tantum loco, quod sciam, cum coni. praesentis, Plaut. Pseud. I, 2, 51: Eo vos vostrosque adeo pantices madefacitis, *quom* ego *sim* hic siccus, ubi tamen etiam concessiva statui potest significatio. Non pertinent autem huc neque ii loci, ubi *quum* cum coniunctivo iungitur propter orationem obliquam (de quo vide infra § 32), neque ii, ubi coniunctivus non pendet a part. *quum*, sed per se constat et potentialem habet significationem, cuius generis multa exempla iam § 14 attuli. Sic Plaut. Capt. III, 3, 1: Nunc illut est, *quom* me fuisse quam esse nimio *mavelim*. Bacch. III, 3, 38: *Quom* patrem *adeas* postulatum. 6, 11: quos *quom censeas* Esse amicos. Merc. III, 2, 7: Adulescens *quom seis*, tum quomst sanguis integer, Rei te quaerundae convenit operam dare. v. 9: Demum igitur, *quom seis* iam senex, tum in otium Te conloces. IV, 23: Odiosast oratio, *quom* rem *agas*, longinquom loqui. Pers. III, 1, 28: Etiam tum vivit, *quom* esse *credas* mortuom (wenn du glauben könntest.) Terent. Andr. V, 2, 15: *Quom* faciem *videas*, videtur esse quantivis preti. Eun. IV, 3, 17: neque *quom rogites*, quid sit audet dicere. V, 1, 22: Vide, amabo, si non, *quom aspicias*, os inpudens Videtur.

Prisc. VIII, p. 817 ex Liv. Andron. Od. l. XX: *quom* socios nostros *mandidisset*. Ennii annal. l. VII, fr. 10, v. 241: magnam cum lassus diei Partem *fuisset*. Ennii Euhemerus fr. 11, 47: *cum* terras *circuiret*. Plaut. Merc. V, 4, 19: quom iret. Truc. I, 2, 61: *quom* illuc, quod apud vos nunc est, apud me *haberem*. .II, 4, 29 sq.: Verum tempestas memini quom quondam fuit, *Quom* inter nos *sorderemus* alter alteri. Terent. Eun. prol. v. 22: Magistratus *quom* ibi *adesset*, occeptast agi. Indicativus et coniunctivus coniuncti sunt II, 3, 41: mensibus Sex septem prorsus non vidisse proxumis, Nisi nunc, *quom* minume *vellem* minumeque opus *fuit*. Etiam in iterata actione ponitur coniunctivus. Sic Ennii Euhemerus fr. 11, lin. 49: *cum* a quoque *digrederetur*. Plaut. Bacch. III, 3, 29: *Quom* librum *legeres*, si [in] una peccavisses sullaba, Fieret cett.

b) *Quum causale.* Plaut. Asin. v. 80. Capt. I, 2, 43: Alienus *quom* eius incommodum tam aegre *feras*. Bacch. v.

284 sq.: Quom — clamaret. IV, 8, 67: *quom* haec hic facta ad hunc *faciat* modum. Mil. IV, 8, 16 sq.: Nam nil miror, si lubenter — hic eras, *Quom* ego servos, quando aspicio hunc, *lacrumem* quia disiungimur. Pers. II, 4, 20: Tandem ut liceat, *Quom* servos *sis*, servom tibi male dicere. Truc. I, 2, 16: *cum* peregre *advenias*, coena detur. Sic Goellerus. Θp quoniam. Δp q̃m. ΔΘp centur. Vulg. et Pareus: peregre cum advenis. Goelleri, qui coniunctivum posuit, correctio admodum incerta est vel propter reliquas discrepantias scripturae. Terent. Andr. V, 4, 41: Egon huius memoriam patiar meae Voluptati obstare, *quom* ego *possim* in hac re medicari mihi? Eun. III, 5, 18: *Quom* ipsus me *noris* quam elegans formarum spectator siem.

c) Cognatum causali est *quum*, quod dicitur *concessivum*. Naevii Gymnasticus fr. 3: Edepol, Cupido, *cum* tam pausillus *sis*, nimis multum vales. Plaut. Capt. IV, 2, 112: dubium habebis etiam, sancte *quom* ego *iurem* tibi? Terent. Andr. II, 3, 20: ut, *quom velit*, tibi iure irasci non queat.

25. Coniunctio causalis *quod* cum coniunctivo coniungitur, si causa exprimitur non obiectiva, sed pendens ex cogitatione subiecti enunciationis, quod ab eo, qui loquitur, diversum est. Sic Plaut Asin. III, 2, 37: ubi hospitem inclamavit, *Quod* sese apsente mihi fidem habere *noluisset*. Similiter est explicandus coniunctivus post *quod* positus praegresso verbo sciendi Asin. I, 1, 37: Equidem *scio* iam filius *quod amet* meus Istanc meretricem, de quo vide Reisig. p. 602 sq. Praegressa negatione significat coniunctivus causam illam non ex veritate, sed ex cogitatione tantum suspensum esse. Amph. I, 3, 4 sq.: Quid istuc est, mi vir, negoti, *quod* tu tam subito domo Abeas? IU. Edepol *haut quod* tui me neque domi *distaedeat*.

26. De quadruplici significatione coniunctionis *dum* vide quae § 7 exposuimus. Omnibus autem his significationibus etiam cum coniunctivo coniungi potest. a) Si significat initium aequalis actionis (während, indem), tantum praegressus imperativus efficere potest, ut *dum* cum coniunctivo iungatur. Sic Cato R. R. c. 76: *aperito, dum inspicias*, bis aut ter.

b) Si *dum* terminum significat, ad quem temporis spatium duabus rebus commune producitur (= tamdiu quam, so lange als). De coniunctivo in hac significatione posito vide Handium Tursell. p. II, 317: „Possunt duae res aequales ita conferri, ut simul nexus appareat interior, quo altera res aut conditionem

adiiciat alteri, aut caussam rei actae in tempore designet. Unde saepe fit, ut *dum* indicet rem non diutius permanere aut non longius promoveri. Hac vero significatione ea ratio constituitur, quae in consequutivis fine et consilio constructionem verborum moderatur. Atque haec coniunctivum sibi vindicant." Non pertinent autem huc ea exempla, ubi non *dum* coniunctio causa coniunctivi est, sed potius quod enunciatio per *dum* elata enunciatio secundaria est alterius, quae habet coniunctivum, de qua re vide Charisium II, p. 201: „dum etiamsi alius praeponitur sermo declinationis, ad illum reformatur, ut Petebas, ut, dum venires, facerem: sic quoque recipit subiunctiva." [Sic Plaut. Bacch. v. 1193: dum vivas]. Plaut. Asin. V, 2, 85: Non licet manere — *dum cenem* modo? Terent. Eun. IV, 6, 4: *Usque adeo* ego illius ferre possum ineptiam et magnifica verba, Verba *dum sint.*

c) Significatione *usque dum*, so lange bis daß. Cato R. R. c. 95: igni leni coquito — *usque adeo dum fiat* tam crassum, quam mel. C. 103: dum consuescant. C. 107: *usque* coquito, *dum* dimidium *excoquas.* C. 156: paulisper demittito *usque admodum dum* quinquies quinque *numeres.* C. 160: usque dum coeant. Cato ex lib. V. origg. et quidem ex orat. pro Rhodiensibus: Quo maiore opere dico suadeoque, uti haec res aliquot dies proferatur, *dum* ex tanto gaudio in potestatem nostram *redeamus.* Plaut. Amph. II, 2, 65. Asin. II, 4, 23: dum reperiam, bis ich fände; um jemanden zu finden. Bacch. I, 1, 14: Is *dum veniat* sedens ibi opperibitur. IV, 9, 8: Nunc huc priusquam senex venit, lubet lamentari, *dum exeat.* Pseud. IV, 7, 136: ne expectetis, *dum* hac domum *redeam* via. Poen. III, 5, 41: Quaeso hercle, operam date, *Dum* me *videatis* servom ab hoc abducere. V, 2, 107: Nunc intro ibo: *dum* erus *adveniat* a foro, *opperiar* domi. Rud. II, 2, 22: Nunc quid mihi meliust, quam ilico hic [ut] erum opperiar *dum veniat?* Rud. v. 922: Non enim illum expectare oportet, *dum* erus se *suscitet* ad suum officium. Trin. v. 170: opservavit *dum dormitaret* canes. Truc. I, 1, 2: *dum* id *perdiscat.* II, 6, 1: Ne expectetis, spectatores, meas *dum* pugnas *praedicem.* IV, 2, 5: iste *dum* sic *faciat* domum ad te exagogam. 3, 69: Nam haud mansisti, *dum* ego *darem* illam. Terent. Andr. V, 6, 13: longumst illum me expectare, *dum exeat.* Eun. III, 3, 29: At tu apud nos hic mane, *Dum redeat* ipsa. Heaut. III, 2, 32: Et nunc quid expectat —? an *dum* hinc de-

nuo *Abeat* — ? Phorm. III, 1, 16 coni. praes. antecedente fut. ind.

d) Significatione wenn nur saepius ponitur cum negatione *ne*, ut terminus significetur, ultra quem sententia non possit extendi. Atque haec est exceptionis forma, qua res aliqua conceditur ex reliqua parte (Hand. l. c. p. 325). Plenius haec sententia traditur addito vocabulo *modo*: unde fit unum verbum *dummodo*. Ceterum etiam interposito alio verbo dicitur *dum — modo* separatim (Hand. p. 327). Cato R. R. c. 5: Opus rusticum omne curet uti sciat facere, et id faciat saepe, *dum ne* lassus *fiat*. C. 33: Quam altissimam vineam facito alligatoque recte, *dum ne* nimium *constringas*. C. 50: Quae crassissima et aquosissima erunt, ea postremum arato, *dum ne* prius *obdurescant*. Plaut. Amph. II, 2, 13: *dum modo* laude parta domum se *Recipiat*. III, 4, 13: *dum modo* id *fiat* bono. As. I, 3, 14: Semper tibi promissum habeto hac lege, *dum superes* datis. Aul. II, 2, 34: *Dum* quidem *ne perconteris*, quod non lubeat proloqui. v. 62: *Dummodo* morata recte *veniat*, dotatast satis. III, 5, 17: Quo lubeat, nubant, *dum ne* dos *fiat* comes. Capt. prol. v. 32: Nil pretio parsit, filio *dum parceret* = dummodo filio suo consuleret cett. (Lamb.) III, 4, 76: *Dum* istic itidem *vinciatur*. Curc. I, 1, 36: Nemo ire quemquam puplica prohibet via, *Dum ne* per fundum saeptum *faciat* semitam. Cas. II, 5, 23: Unus tibi hic *dum* propitius *sit* Iuppiter. Epid. II, 2, 87: facere cupio quidvis, *dum* id *fiat modo*. III, 2, 12: *Dum* tibi ego *placeam* atque *obsequar*. Bacch. III, 3, 14: *Dum caveatur* praeter aequom nequid delinquat, sine. IV, 8, 26: *Dum ne* manufesto hominem *opprimat neve enicet*. 9, 125: Ne ille edepol Ephesi multo mavellem foret, *Dum* salvos *esset*. Mil. III, 3, 20: *Dum ne* scientes quid bonum *faciamus*, ne formida. Merc. II, 3, 89: *Dum* quidem hercle *ne* minoris *vendas* quam ego emi. Pers. I, 3, 66: Quaeso hercle me quoque etiam vendas, si lubet, *Dum* saturum *vendas*. IV, 4, 105: *Dum* quidem *ne* nimis diu tua *sim*, volo. Rud. IV, 4, 56: Omnia ego istaec facile patior, *dum* hic hinc a me *sentiat*. Trin. I, 2, 30: *Dum* quidem hercle tecum nupta *sit*, sane velim. IV, 2, 137: *Dum* ille *ne sis* quem ego esse nolo, sis mea causa qui lubet. Truc. IV, 2, 33: Discant, *dum* mihi argutari (sic Both.; ΔΘp argentari, vulg. argumentari) *liceat*, ni oblitus siem. Terent. Andr. IV, 1, 53: debeo — Capitis periclum adire, *dum prosim* tibi. V, 1, 6: *Dum* id *efficias*, quod cupis, Neque modum

benignitatis neque quid me ores cogitas. 3, 31: Quidvis cupio, *dum ne* ab hoc me falli *comperiar*. Eun. II, 3, 29: mea nil re fert, *dum potiar modo*. V, 2, 51: Civis *modo* haec sit, ubi *dum* omisso solum *modo* significationem habet part. *dummodo*. Heaut. III, 1, 57: *Dum* illum *modo habeam* mecum. Hec. IV, 4, 12: Dum ne redducam.

Coniunctivi cum *donec* coniuncti unum tantum apud priscos scriptores exemplum mihi suppetit, ap. Catonem R. R. c. 54: Usque ocinum dato, *donec arescat*. De coniunctivo cum *donec* coniuncto Handius Tursell. II, p. 295 sic disputat: „Coniunctivo locus est, ubi intercedit nexus partium temporis, et res perpetua dicitur in aliam traducta esse, sive hoc fiat consilio, sive caussa. Quod sic evenit, pendet ab altera re. Quare coniunctivus poni potest, quando dicitur vel intelligitur *non diutius*, et *non priusquam*."

27. De *antequam* et *priusquam* cum coniunctivo iunctis audiamus primum Handium Tursell. I, p. 398 sqq.: „Res, cui alia praecedit, aut ipsa apparet in tempore, quo fit, ut res cum re comparetur, aut intelligitur tamquam exspectanda ita, ut conditionem aliquam addat, et tempus cum alterius temporis ratione componatur. Illud in rebus ipsis observatum per indicativum, hoc cogitatione positum per coniunctivum, qui ratiocinationi inservit, exprimitur. Idque in quacunque comparatione cognoscitur, quae aut rem componit cum re iam cognita et indicanda, aut rem confert cum eo, quod esse possit et esse cogitatione ponitur. — Nos utrumque distinguimus vocabulis ehe et bevor. In praesenti tempore quum unum tantum, quod apparet, conspiciatur, alterum non nisi exspectari et supponi possit, proprium locum habet coniunctivus. — Conditionem respicere oportet, quae non tantum a consilio et voluntate proficiscitur, sed et ratiocinatione supponitur. Id proprie fit in hoc usu praesentis. — Loquenti permissum est, utrum rem velit futuram ac possibilem cogitare eamque superstruere conditioni, an certam et absolutam ponere. — In praeteritis utraque ratio valet. Nam aut res facta comparatur cum re post facta, certaque haec ratio exprimitur indicativo perfecti, aut res facta componitur cum alia etiamtum exspectanda et temporis conditione cohaerente, idque, quum intercedat cogitatio, per imperfecti et plusquamperfecti coniunctivum significatur. Atque in his quoque liberum est scriptoribus

concessum arbitrium. Sed in narratione, qua quomodo res cohaereant exponitur, necessario, nisi negligentia peccat, imperfectum requiritur. — Quum non simplex est rerum indicium, sed intercedit cogitatio, consilium, voluntas, necessario ponitur coniunctivus. — Ita fit, ut coniunctivo id exprimatur, quod ne fiat, aliud quid praemittitur. — Ille imperfecti coniunctivus respondet optativo Graecorum. — Perfecti coniunctivum probati scriptores non usurpabant, nisi ubi alia causa accedebat in oratione vel ex aliena sententia dependente, vel alio modo obliquata." Idem de *priusquam* IV, p. 568 sqq.: „Totius quaestionis fundamentum in eo cernitur, quod aut duae res certo in tempore componuntur apparentes, aut inter se ita comparantur, ut altera pro conditione alterius habeatur et exspectetur fieri. Hoc quum in cogitatione versetur sive loquentis, sive eius, de quo narratur, coniunctivo exprimitur. Reisigius in gramm. p. 526 omnia, quae ad futurum tempus spectare videbantur, retulit ad differentiam inter negativam et affirmativam sententiam intercedentem, non reputans, negationem non esse caussam, quapropter coniunctivus ponatur, sed id ideo fieri, quoniam res negata non in conspectum veniat, sed cogitatione supponatur. Neque alia est caussa, quando coniunctivus in iis sententiis usurpatur, quibus res exprimitur saepe facta vel fieri solita. Ratio enim duarum rerum in tempore aut externa est per indicativum significanda, aut interna, quae cogitatione efficitur ita, ut res caussali vel conditionali nexu cohaerere aut altera earum negatione tolli, aut sententia non de re apparente, sed in universum de rebus, quae fieri possint, concepta videatur (quod logici problematicum iudicium vocant). Scriptoribus autem optio saepe est data iudicii: nec usus temere admittit quae rationi repugnent. — Coniunctivus praesentis ponitur, ubi sententia e cogitatione proficiscitur, sive conditione posita, sive de eo, quod fieri possit debeatve. Quare dicitur ita de rebus nondum factis et in sententiis non unam rem factam, sed consuetudinem aut id quod possibile est declarantibus. — Praeteritum perfectum non differt a praesenti. — Coniunctivi imperfecti non alia ratio est quam qua coniunctioni *quum* apponitur coniunctivus imperfecti, nexus caussalis, etiam in consilio agendi apparens." Cato R. R. c. 53: *priusquam* semen maturum *siet*, secato. Ib.: per ver cum arabitur, *antequam* ocinum *nascatur*, des quod eduat

bubus. Cato apophthegm. ap. Gell. XI, 8 (Lion. 98): Tibi — quis perpulit, ut id committeres, quod *priusquam faceres*, peteres, ut ignosceretur. Ennii Hecubae fr. 7: utinam mortem obpetam, *priusquam evenat*. Medeae exulis fr. 21, v. 323: Inspice hoc facinus *prius quam fiat*. Plaut. Amph. I, 1, 85: Animam omittunt *prius quam* loco *demigrent*. 3, 35: exire ex urbe *prius quam lucescat* volo. Epid. I, 1, 66—68: Quia patrem *prius* convenire non volt neque se conspicari, *Quam* id argentum, quod debetur pro illa, *dinumeraverit*. Bacch. II, 1, 6: Ne Nicobulum me sinas nostrum senem *Prius* convenire *quam* sodalem *viderim*. Mil. IV, 3, 8: nullo haec pacto potest *Prius* [a me] in aedis recipi, *quam* illam *amiserim*. Merc. I, 2, 44: Quin iam, *priusquam sim eloquutus*, scias si mentiri velim. III, 4, 16: *Prius quam recipias* anhelitum, Uno verbo eloquere cett. Pseud. I, 3, 13: Quid properas? placide. CA. At *prius quam abeat*. Poen. I, 2, 108: *Prius quam* Venus *expergiscatur*, prius deproperant sedulo Sacruficare. IV, 2, 86: Quin *prius* disperibit faxo, *quam* unam calcem *civerit*.

28. Particula temporis *ubi* cum coniunctivo coniuncta est Plaut. Bacch. III, 3, 27: ubi revenisses, ubi de iterata actione loquitur Ludus. Amph. I, 1, 283: Ubi — nolim coniunctivus est potentialis, Rud. IV, 6, 10: Atque (facito) ut mi Ampelisca nubat, *ubi* ego *sim* liber propter orationem obliquam positus. Terent. Eun. III, 1, 16 autem: Quasi *ubi* illam *expueret* miseriam ex animo, *ubi* non est particula temporis, sed est haec enunciatio relativa consilium significans, ita ut non intelligam quid sibi velit Donatus explicans illud per *quando*. *Quoad* particula cum coniunctivo posita est Plaut. Pseud. II, 2, 29: argento haec dies Praestitutast, *quoad referret* nobis, ubi coniunctivus consilium exprimit. Difficilior est ad explicandum coniunctivus post temporis part. *ut* positus Terent. Hec. III, 3, 18: iam *ut* limen *exirem*, quem Schmiederus ita explicare studet, ut sic haec circumscribat: cum iam in eo essem, ut limen exirem. Puto ad analogiam v. *quum* poetam etiam *ut* h. l. imperfecto coniunctivi iunxisse.

29. *Coniunctivus cum concessivis coniunctionibus iunctus.* Cato R. R. c. 1: *quamvis* quaestuosus *siet*. Plaut. Bacch. I, 1, 49: *quamvis* subito *venias*. De *etsi* cum coniunctivo iuncto vide Hand. Tursell. II, p. 607 sq. Plaut. Trin. III, 2, 53: dabitur ignis, *tam etsi* ab inimico *petas*. Terent. Eun. II, 1, 10: Memini, *tam etsi* nullus *moneas*. Utrobique coniunctivus est potentialis.

30. In *relativis enunciationibus*, si nulla alia causa poscit coniunctivum, sive is est potentialis, sive conditionalis, sive imperatorius, sive ex oratione obliqua aptus, coniunctivus ponitur aut in finali enunciatione, ut consilium exprimat, aut in consecutiva, aut in causali, aut in concessiva. Negari tamen non potest, interdum limites atque fines, neque qui intercedunt inter finalem et consecutivam neque qui inter causalem et concessivam enunciationem, posse tam accurate circumscribi, quin nonnunquam dubium sit ad utram quisque locus sit referendus.

a) *Coniunctivus de consilio positus* (*enunciatio finalis*). Naevii Triphallus v. 98: Extemplo te illo ducam, *ubi* non *despuas*. Marcii vatis carmen alterum (Egger. p. 111): Apollini censeo vovendos ludos, *qui* quotannis communiter *fiant*. Cato R. R. c. 6: *unde* asparagi *fiant*. Ib: Salicem Graecam circum arundinetum serito, uti siet *qui* vineam *alliges*. C. 10: dolia *quo* vinaceos *condat*. C. 11: dolia *ubi* vinaceos *condat*. C. 12: *ubi* prela sita *sient*. Ib: confibulas ligneas, *qui* arbores *conprimat*. C. 13: lectum stratum, *ubi* duo custodes liberi *cubent*. C. 59: *unde* centones *fiant*, = ut inde. C. 76: Farinae siligineae L. II. *unde* solum *facias*. Ennii Alexandri fr. 11: Nam maximo saltu superabit gravidus armatis equus, Suo *qui* partu [prodigioso] *perdat* Pergama ardua. Plaut. As. I, 1, 70: Cupio esse amicae *quod det* argentum suae. Cist. IV, 2, 48: qui — posset = ut eo. Epid. III, 3, 1 sqq.:

Non oris causa mpdo homines aequom fuit
Sibi habere speculum, *ubi* os *contemplarent* suom
Sed *qui* perspicere *possent* cor sapientiae.

Bacch. III, 6, 35: tibi non meretricum aliarum erat — copia, *Quibus*cum *haberes* rem. IV, 9, 138: proin tu quaeras *qui ferat*. ib. v. 142: Vel da aliquem *qui* me *servet*. Bacch. v. 1181: I hac mecum intro, *ubi* tibi *sit* lepide, = ut ibi. Poen. V, 4, 94: magis *qui credatis*, dicam. Pers. V, 2, 63: Certo illi homines mihi nescio quid consulunt mali *quod faciant*. Rud. II, 7, 13: da mihi aliquid *ubi condormiscam* loci. Truc. V, v. 17: hoc accipe, *qui* istuc *efficias* opus. Caecil. Stat. Synephebi fr. 2: Serit arbores, *quae* alteri saeclo *prosint*. Terent. Andr. prol. v. 5 sqq.: Nam in prologis scribundis operam abutitur, Non *qui* argumentum *narret*, sed *qui* malivoli Veteris poetae maledictis *respondeat*, quod non recte Westerhovius per *utpote qui* explicat, v. vol. I, p. 381. Andr. II, 1, 34: efficite *qui detur* tibi: Ego id agam,

mihi *qui* ne *detur*. Eun. III, 1, 16: Quasi *ubi* illam *expueret* miseriam ex animo, ubi falso Donatus *ubi* accepit pro *quando*, v. § 28. Pertinent huc etiam ii loci, ubi *qui* significatione v. *utinam* positum est, ut Plaut. Men. V, 5, 31: *Qui* te Iuppiter dique omnes, percontator, *perduint*.

b) *Enunciatio relativa cum coniunctivo pro enunc. consecutiva posita.* Praeter cetera spectat huc coniunctivus in enunc. relativis antecedentibus verbis *esse*, *reperiri*, *inveniri* positus. Naev. Corollaria fr. 2, v. 39: Ultro meretur, *quam obrem ametur*. Naev. fr. inc. com. 21: Sonticam esse oportet causam, *quam obrem perdas* mulierem. Cato R. R. c. 3: trochleas — *quae* funibus sparteis *ducantur*. C. 5: Duas aut tres familias habeat, *unde* utenda *roget* et *quibus det*. C. 7: domino *erit qui utatur*. C. 11: dolia V. *ubi* vindemiae esse *possint*. C. 33: *quod* granum *capiat*, ne serito. C. 151: per ver serito in loco *ubi* terra tenerrima *erit* — *ubi* aqua propter *siet*. Ennii epigr. 3, v. 8: *Nemo est qui* factis me aequiperare *queat*. Euhemerus fr. 9: Item si quis quid novi invenerat, *quod* ad vitam humanam utile *esset*, eo veniebat. Plaut. Amph. I, 3, 4 sq.: Quid istuc est, mi vir, negoti, *quod* (acc.) tu tam subito domo *Abeas*? Aul. II, 2, 26: *Est quod visam* donum. Capt. II, 2, 77: *Est* etiam *ubi* profecto damnum *praestet* facere quam lucrum. III, 1, 3: Miserrumus est, qui, quom esse cupiit, *quod edit* non habet, ubi *edit* est coniunctivus. 4, 36: Tu enim *repertu's*, Philocratem *qui superes* veriverbio. v. 37 sq.: tu *inventu's*, vera vanitudine *Qui convincas*. Cist. II, 1, 26: Abi quaerere *ubi* iuriiurando tuo satis *sit* subsidi. 3, 3: quod gaudeas. Bacch. v. 68—72:

Ubi ego *capiam* pro machaera turturem.
*Ubi*que *inponat* in manum alius mihi pro cestu cantharum:
Pro galea scaphium, pro insigni *sit* corolla plectilis,
Pro hasta talus: pro lorica malacum *capiam* pallium:
Ubi mi pro equo lectus *detur*, scortum pro scuto *adcubet?*

quae enunciationes relativae pendent ex verbis Penetrare huius modi in palaestram v. 66. V, 2, 37: Quid est quod pudeat? v. 50: Non homo tu quidem es, *qui* istoc pacto tam lepidam inlepide *appelles*, h. e. talis, ut appellare possis. Pseud. I, 2, 80 Ibi tibi adeo lectus dabitur, *ubi* tu hau somnum *capias*. 3, 151 Ad eam rem ussust homine astuto docto scito et callido, *Qui* inperata ecfecta *reddat*, non *qui* vigilans *dormiat*. IV, 6, 25: *Quid est quod* non *metuas* ab eo? Poen. prol. v. 9: Nam quoi

paratumst, *quod edit* (= edat, antiquus coniunctivus). III, 3, 2: convivas volo Reperire nobis commodos, *qui* una *sient*. Rud. II, 2, 4: Set *quos perconter* commode eccos video astare, h. e. quos percontari possim. Trin. II, 2, 29: Tu si animum vicisti potius quam animus te, *'st quod gaudeas*. Truc. I, 2, 38: Si rem servassem, *fuit*, *ubi* negotiosus *essem*. II, 4, 2: Num tibi nam, amabo, ianuast mordax mea, *Quo* introire *metuas*, mea voluptas? Caecil. Stat. Aethrio fr. 3: Oram reperire nullam, *quam expediam*, queo. Caec. St. Asotus fr. 6: Nihilne, nil tibi esse *quod edim?* Caec. St. Nauclerus fr. 5: vix habeam, satis te *qui laudem*. Caec. St. Plocium fr. 1, v. 155 sqq.: Quis vostrarum fuit integra aetatula *Quae* hoc idem a viro *Inpetrarit* suo. Synephebi fr. 1:

In amore suavest summo summaque inopia,
Parentem habere avarum inlepidum, in liberos
Difficilem, *qui* te nec *amet* nec *studeat* tui.

Caec. Stat. inc. fab. fr. 2, v. 242: mihi sat est, *Qui* (womit) aetatis quod reliqüom est *oblectem* meae. Terent. Andr. I, 1, 18: dic, *quid est quod* me *velis*. v. 34: *Quid est*, *Quod* tibi mea ars efficere hoc *possit* amplius? v. 76: Quid igitur obstat, *quor* non *fiant?* III, 2, 12 sq.: itane tandem *idoneus* Tibi videor esse, *quem* tam aperte fallere *incipias* dolis? Eun. II, 3, 21: Sic adeo *digna* res est, *ubi* tu nervos *intendas* tuos. Hec. II, 1, 15: Qui illum decrerunt *dignum*, suos *quoi* liberos *committerent*. Eun. V, 2, 27: at tu *indignus qui faceres* tamen. Andr. V, 6, 9: Solus es, *quem diligant* di. v. 17: siquid est, *quod restet*. Eun. prol. v. 1: Si quisquamst, *qui* placere se *studeat* bonis. (v. 4 sq. indicativus positus est: siquis est, *qui* dictum in se inclementius *Existumabit* esse). v. 15: nil est *quod dicat* mihi. v. 41: Nullumst iam dictum, *quod* non *sit* dictum prius. III, 5, 13: Nemost, *quem* ego nunciam magis *cuperem* videre quam te, ubi *cuperem* coniunctivus est conditionalis, qui etiam sine enunciatione relativa ponendus erat. Heaut. II, 2, 3: Concurrunt multa, eam opinionem quae mihi animo *exaugeant*. Hec. III, 3, 31: Ceterum de redducenda id facias, *quod* in rem *sit* tuam. IV, 1, 34: Tun prospicere aut iudicare nostram in rem *quod sit*, potes? v. 35: Audisti ex aliquo fortasse, *qui* vidisse eum *diceret*. 2, 4 sq.: *Quod* de argento *sperem* — Nil est. 4, 54: Aut quid sit id, *quod sollicitere* ad hunc modum?

c) *Enunciatio relativa cum coni. causam exprimit.* In hac

significatione pronomini relativo saepe adduntur voces *ut* et *utpote*. Ennii Euhemerus fr. 3: Titan *qui* facie deterior *esset* — concessit ei ut regnaret. Plaut. Amph. I, 3, 8: Nimis hic scitust sucophanta, *qui quidem* meus *sit* pater, ad q. l. Lindem: „Ceterum *qui quidem* fere idem significat, ac si dixisset: non mirum est, scitum esse hunc sycophantam, quum is sit pater meus, da er nämlich mein Vater ist." IV, 2, 2: Dique omnes irati certo sunt, *qui* sic *frangas* foris, ad q. l. Lindem.: „Quando relativum pronomen caussam assignificat, coniunctivo adiungitur, propterea quod caussa ex mente dicentis supponitur." Epid. III, 1, 6: Absurde facis, *Qui* te *angas* animi. IV, 2, 5: Cur non, *quae* ex te nata *sit*?, da sie doch von dir geboren ist? Bacch. I, 1, 58: Sumne autem nihili *qui nequeam* ingenio moderari meo?, ad q. l. Lamb.: „Hic succumbit adolescens victus callida meretricis oratione: quod intelligens ipse se reprehendit et accusat." V, 2, 15 (v. 1132): Merito hoc nobis fit, *qui* quidem huc *venerimus*. Mil. I, 1, 59: Amant ted omnes mulieres neque iniuria, *Qui sis* tam pulcer. v. 66: Itane aibant tandem? AR. Quae me ambae *opsecraverint* cett. II, 4, 18: Immo ecastor stulta multum, *quae* vobiscum *fabulem*. Pseud. I, 5, 153: Non demutabo, *ut quod* [ego pro] certo *sciam*. Poen. V, 2, 6: Nam tuom flagitiumst tuâs te popularis pati Servire ante oculos, domi *quae fuerint* liberae. v. 70 sq.: Servom hercle te esse oportet et nequam et malum, Hominem peregrinum atque advenam *qui inrideas*. Rud. II, 5, 5: Satin nequam sum, *utpote qui* hodie amare *inceperim*? Caecil. Stat. inc. fab. fr. 15: deum (Amorem) qui non summum putet, — rerum esse inperitum existumem: *Cuius* in manu *sit*, quem esse dementem velit. Terent. Andr. IV, 4, 10: Satin sanu's, *qui* me id *rogites?* Eun. IV, 7, 32: Miseret tui me, *qui* hunc tantum hominem *facias* inimicum tibi.

d) Cognatum est, si enunciatio relativa est pro *concessiva*. Plaut. Bacch. II, 3, 98: *Qui*ne *habeat* auro soccis suppactum solum? Caecil. Stat. Plocium fr. 15: Tu nurum non vis odiosam tibi esse, *quam* rarenter *videas?* Terent. Andr. I, 5, 37 sq. variant inter se ind. et coniunctivus:

Quae mihi suom animum atque omnem vitam *credidit*,
Quam ego animo egregie caram pro uxore *habuerim?*

31. Separatim afferendus est ablativus pronominis relativi *quo*, qui coniunctionis instar est et coniunctivum habet

adiunctum. Cato R. R. c. 5: partim *quo* libentius boves *curent*. Plaut. Pseud. I, 5, 151: Me idcirco haec tanta facinora [his] promittere, *Quo* vos *oblectem*. Terent. Eun. I, 2, 16: Non pol, *quo* quemquam plus *amem* aut plus *diligam*, *Eo* feci, ad q. l. Ruhnkenius affert Heaut. III, 2, 43: Neque eo nunc dico, *quo* quicquam illum *senserim*, v. Herz. ad Sall. p. 202. Eun. I, 2, 70: adiuta me, *quo* id *fiat* facilius.

32. *Coniunctivus in enunciationibus secundariis, quae pendent ex oratione obliqua vel aliis enunciationibus, quae habent coniunctivum.* Q. Fabius Pictor ap. Egger. p. 107: Vinctum, *si* aedes eius *introierit*, solvi necessum est. — *Si* quis ad verberandum *ducatur*, *si* ad pedes eius supplex *procubuerit*, eo die verberari piaculum est. Cato R. R. c. 1: uti eo *cum introeas*, circumspicias. C. 2: possitne *quae* reliqua *sient* conficere. Ib.: *Cum* servi *aegrotarint*, cibaria tanta dari non oportuisse, ubi *cum* est temporale. Ib.: *Ubi* haec cognita aequo animo *sient*, — curare uti perficiantur, ubi enunciatio per *ubi* elata secundaria est enunciationis per infinitivum expressae. Ib.: quid siet *quod veneat*; quae satis accipiunda *sient*, satis accipiantur. Reliqua *quae sient*, ut compareant. *Si* quid *desit* in annum, uti paretur; *quae supersint*, uti veneant; *quae* opus *sient* locato, locentur. C. 3: Olea *ubi* lecta *siet*, oleum fiat continuo. Ib.: *si* orbes contriti *sient*, ut commutare possis. C. 5: consideret, quae dominus *imperaverit*, fiant. Ib. Cui iussus *siet*, auscultet. Ib.: Quod dominus *crediderit*, exigat C. 28: Caveto *cum* ventus *siet* aut imber, effodias aut seras. C. 73: Ne quaeras *cum* opus *siet*. C. 89: ex gula *consideret* quod satis *siet*. Cato or. pro L. Turio contra Cn. Gellium ap. Gell. XIV, 2: *si*quis quid alter ab altero *peterent*. Cato de re militari (Lion. p. 43) ap. Plin. hist. nat. praef. sub fin.: Scio ego quae scripta sunt *si* palam *proferantur*, multos fore qui vitilitigent. Ennii annal. l. VII, fr. 6, v. 234: *Cum* dare *coepisset*. Ennii Alexandri fr. 1, v. 66: ex oraclo — edidit Apollo, puerum primus *qui foret* Post illa natus, temperaret tollere. Hecubae fr. 10: Set nunquam scripstis, *qui* parentem aut hospitem *Necasset*, is quo cruciatu perbiteret. Ennii satur. l. VI, v. 29 sq.: Mox *cum* alterius *abligurias* bona, Quid censes domino esse animi? Euhemerus fr. 3, 9 sq.: pactus est cum Saturno, uti *si* quid virilis sexus ei natum *esset*, ne educaret. fr. 8: ut in insulis — et *quae* secundum mare loca *essent* — regnaret. Plaut. Amph. prol. v. 128. I, 3, 44. III, 3, 28. Asin. I, 1, 32: Di tibi dent

quaequomquae optes. 3, 33. II, 2, 102: dum — adferat. IV, 1, 31: Quom surgat, v. 32: quom descendat, v. 35: Quom iaciat, quae enunciationes omnes sunt secundariae aptae ex coniunctivis imperatoriis. V, 2, 63: mandata dicam facta *ut voluerit.* Aul. prol. v. 12: Inopemque optavit potius eum relinquere, *Quam* eum thensaurum *commonstraret* (sic vulg. et *Δg. Δp* commonstrare) filio. Similiter Capt. III, 5, 29 sq.: Meumque potius me caput periculo [Hic] praeoptavisse *quam* is *periret* ponere. Aul. prol. v. 17: Coepi observare, ecqui maiorem filius Mihi honorem haberet, quam eius *habuisset* pater. II, 1, 32: ut quidem emoriar, *priusquam ducam.* 2, 34: Dum quidem ne perconteris, *quod* non *lubeat* proloqui. 3, 6: Curata fac sint, *quom* a foro *redeam* domum. v. 11: Ibo intro, ut erus quae imperavit facta, *quom veniat*, sient. III, 5, 17: *Quo lubeat*, nubant. Capt. III, 1, 7: nec quoi minus procedat *quidquid* facere *occeperit.* v. 35: ut mihi cenas decem Meo arbitratu dent, *quom* cara annona *sit.* III, 4, 16: Ne tu *quod* istic *fabuletur* auris inmittas tuas. Cas. II, 3, 49: Ne quaestioni mihi sit, *si*quid eum *velim.* III, 5, 37: deiuravit, Occisurum eum, hac nocte *quicum cubaret.* Cist. I, 1, 26: *Ubi* istas *videas* summo genere natas. v. 104: iratast — *Quia* non *redierim* —, *postquam* eam rem *resciverim.* 3, 35: Iubet illum eundem persequi, *siqua queat* Reperire. II, 1, 21: *quodcunque optes*, tibi velim contingere. Epid. II, 2, 94: Ut enim praestines argento, *priusquam veniat* filius. 4, 65: Conducta veni, ut fidibus cantarem seni, *Dum* rem divinam *faceret.* III, 2, 20: Ut *quom redisses*, ne tibi eius copia esset. 3, 35: Te pro filio Facturum dixit rem esse divinam domi, *Quia* Thebis salvos *redierit.* IV, 2, 18: Non patrem ego te nominem, *ubi* tu tuam me *appelles* filiam? Bacch. I, 1, 24: set ego aput me te esse ob eam rem, miles *quom veniat*, volo. v. 43: miles *quom* huc *adveniat*, te volo Me amplexari. Bacch. v. 139 sqq.:

Non par videtur neque sit consentaneum,
Quom hic intus *sit* et [una] cum amica *adcubet*
*Quom*que *ausculetur* et convivae alii *adcubent*,
Praesente ibus una paedagogus ut siet.

II, 1, 6: Ne Nicobulum me sinas nostrum senem *Prius* convenire *quam* sodalem *viderim.* 3, 51: Quom mi ipsum nomen eius Archidemides Clamaret dempturum esse *siquid crederem.* Bacch. v. 653: [ut copias] *Ubiquomque* ussus *siet.* pectore *promat* suo. v. 550: Ille quod in se fuit adcuratum habuit *quod posset* mali

Faceret in me. v. 554: Nam ni ita esset, tecum orarem ut *quod potesses* ei mali Facere faceres. v. 564: nisi cum illa *quam* ego *mandassem* tibi Occuperes tute [ipse] amare. IV, 4, 78: ut pater cognoscat literas *quando legat*. v. 90 sq.: Atque id pollicetur se daturum aurum mihi, *Quod dem* scortis *quod*que in lustris *comedim* et *congraecem*. 9, 31: quom — scinderetur. v. 107: Ego ius iurandum verbis conceptis dedi, Daturum id me hodie mulieri — *Prius quam* a me *abiret*. v. 114: Neque ego haut conmittam ut, *siquid* peccatum *siet*, Fecisse dicas de mea sententia. V, 1, 12: (memoravit) Relicuom id auri factum *quod* ego ei stultissumus homo *promisissem*. Bacch. v. 1190: Egone *ubi* filius *conrumpatur* meus, ibi potem? v. 1191: Egon *quom* haec cum illo *adcubet* inspectem? v. 1193: dum vivas. Most. IV, 2, 59: Et *postquam* eius hinc pater *Sit* profectus peregre, tum perpotasse adsiduo hic simul Tuo cum domino (sc. ais?). Mil. IV, 4, 49: Philocomasium arcessito, Ut, *si* itura *sit* Athenas, eat tecum ad portum. Merc. III, 2, 7: Adulescens *quom seis*, tum quomst sanguis integer, Rei te quaerundae convenit Operam dare. Pseud. I, 2, 35: ne mora quae sit, coquos *quom veniat*. 5, 23 sq.: Probum patrem esse oportet, qui gnatum suum Esse probiorem quam ipsus *fuerit* postulat. v. 68: ecquam scis filium tibicinam Meum amare? PS. *Ναὶ γάρ*. SI. Liberare *quam velit*? v. 151: Quo vos oblectem, hanc fabulam *dum transigam*. IV, 3, 14: [Iuxta cum his] metuo ne ille huc Harpax advenat *Priusquam* hinc hic Harpax *abierit* cum muliere. v. 17: Cor conligatis vasis expectat suum, *Si non educat* mulierem secum semul, Ut exulatum ex pectore aufugiat meo. 7, 12 sq.: Nunc ego illum metuo quom hic non adest, ne metuam *quom adsiet*. v. 16: Leno *ubi esset* domi, me aibat arcessere. v. 51 sq.: Hoc tibi erus me iussit ferre Polumachaeroplagides, *Quod dehiberet*. Poen. prol. v. 19: Neu sessum ducat, *dum* histrio in scena *siet*. III, 1, 31: quam velis. 3, 68: Videre equidem vos vellem, *quom* hic aurum *darem*, ubi *quom* est temporale et propterea tantum cum coniunctivo est coniunctum, quod subiecta est haec enunciatio alteri per coniunctivum *vellem* elatae. IV, 2, 59: Quid ergo dubitas, quin lubenter tuo ero meus, *quod possiet* Facere, faciat male? Pers. I, 1, 27: cum eis belligerem, *Quibus* sat esse non *queam?* 3, 72: Et ut adfleat, *quom* ea *memoret*. II, 2, 8: Set te volo curare, ut domi sis, *quom* ego te esse illi *censeam*. v. 9: uti domi sim, *quom* illi *censeas*. IV, 3, 24: mei

memineris, *dum* vitam *vivas*, quod exemplum tamen valde incertum est, quum mihi quidem *memineris* potius futurum exactum quam perf. coni. esse videatur. 4, 64: Scio ego officium meum, ut *quae rogitet*, vera ut accepi eloquar. Rud. II, 2, 7—10: Ecquemnam [Hodie] adulescentem strenua facie, rubicundum, fortem — vidistis huc venire, *Qui* tris secum homines *duceret*. v. 14: Cum istius modi virtutibus operisque natus *qui sit*, Eum quidem ad carnuficemst aequius quam ad Venerem conmeare. 3, 70: At ego etiam (scio), *qui speraverint* spem decepisse multos. v. 74: Nam extempulo, *si* verbis suis *peterem*, daturos dixit. 6. 10: Utinam [tu] *prius quam* te oculis *vidissem* meis Malo cruciatu in Sicilia perbiteres. v. 15: Deosque inmortalis quaeso, *dum vivas*, uti Omnis tui similis hospites habeas tibi. IV, 2, 20: Nam ego nunc, qui inpiger fui, repperi mi piger ut *si velim* sim. Stich. I, 2, 12: Pati Nos oportet *quod* ille *faciat*. Trin. II, 2, 67: bene *si* amico *feceris*, Ne pigeat fecisse: ut potius pudeat, *si non feceris*. Truc. II, 1, 15: Quisquis venat (sic Both. Vulg. *veniat*. vid. Ritschl. prolegom. in Trinumm. p. 162). II, 1, 16 sq.:

Meretricem ĕsse similem sentis condecet:
Quemquem hominem *attigerit*, profecto aut malum aut damnum dari.

v. 19: Quin, *ubi* nil det, pro infrequente mittat militiae domum. v. 21: Nugae sunt, nisi, modo *quom dederit*, dare iam lubeat denuo. v. 23: *Dum habeat*, tum amet (ſo lange als). 4, 32:

Sed quod ego facinus audivi adveniens tuom,
Quod tu hic me absente novi negoti *gesseris*?

v. 45: *Si, quod peperissem*, id *educarem* ac *tollerem:* Bona sua habiturum me omnia. v. 79: Ut, *quando* otium Tibi *sit*, ad me revisas. 6, 43: Ne, ille *priusquam* spolia *capiat*, hic nos extinxit fames. 7, 33:

Dic, ob ista dona, *quae*
Ad me *miserit*, me illum hominem amare plurimum omnium.

Sic Goeller. Vulg. ob haec et me illum amare plurimum omnium hominum. V, v. 9: Mănus vetat, *priusquam* penes sese *habeat*, quidquam credere. Caecil. Stat. Plocium fr. 1, v. 144 sq.: Ferre ita me uxor et forma et factis facit Ut *si taceam*, tamen indicium sim. fr. 2, v. 162: Ut devomas volt, *quod* foris *potaveris*. Terent. Andr. I, 1, 133: operam do — sceleratus Davus siquid consili Habet, ut consumat nunc, *quom* nil *obsint* doli. 2, 29:

te in pistrinum — dedam — Ea lege — ut, *si* te inde *exemerim*, ego pro te molam. 3, 14: *Quidquid peperisset*, decreverunt tollere. II, 1, 6: Quaeso edepol, — quoniam non potest id fieri, quod vis, Id velis, *quod possit*. v. 8: Quanto satiust te id dare operam, qui istum amorem ex animo amoveas, Quam id loqui, *quo* magis lubido frustra *incendatur* tua. v. 30: Ego — ne utiquam officium liberi esse hominis puto, *Quom* is nil *mereat*, postulare id gratiae adponi sibi. 3, 2, sqq.: Si id suscenseat nunc, *quia* non *det* tibi uxorem Chremes, *Prius quam* tuom, ut sese habeat, animum ad nuptias *perspexerit*, Ipsus sibi esse iniurius videatur, neque id iniuria. v. 20: Patri dic velle, ut, *quom velit*, tibi iure irasci non queat. 5, 13: I nunciam intro, ne in mora, *quom* opus *sit*, sies. III, 2, 14: ut metui videar certe, *si resciverim*. IV, 2, 4: Orare iussit, *si* se *ames*, era, iam ut ad sese venias. 3, 21: tu, ut subservias Orationi, *ut quomque* opus *sit*, verbis vide. Eun. I, 2, 60: non id metuat, ne, *ubi acceperim*, Sese relinquam. III, 1, 4: Hoc proviso ut, *ubi* tempus *siet*, Deducam. IV, 6, 13: cave, ne *prius quam* hanc a me *accipias* amittas. v. 23: sed tu *quod* cavere *possis*, stultum admitterest. Heaut. V, 4, 16: quod abest, non quaeris, patri Quo modo obsequare et ut serves, *quod* labore *invenerit*. Phorm. I, 3, 1: Adeon rem redisse, ut *qui* mihi consultum optume *velit* esse, Phaedria, patrem ut extimescam. II, 1, 40 sqq.: Si est, patrue, culpam ut Antipho in se admiserit, *Ex qua re* minus rei *foret* aut famae temperans, Non causam dico, quin *quod* meritus *sit* ferat. 4, 9: Ego *quae* in rem tuam *sint*, ea velim facias.. v. 15: Mihi non videtur, *quod sit* factum legibus, Rescindi posse. V, 6, 36: sed me censen potuisse omnia Intellegere extra ostium, intus *quae* inter sese ipsi *egerint*? Hec. I, 1, 16: Iniurium autemst ulcisci advorsarios? Aut *qua via* te *captent*, eadem ipsos capi? IV, 1, 39 sq.: Nam si is posset ab ea sese derepente avellere, *Quacum* tot *consuesset* annos, non eum hominem ducerem. 3, 2: Istuc est sapere, qui, *ubi quomque* opus *sit*, animum possis flectere. 4, 29 sq.: Hunc videre saepe optabamus diem, *Quom* ex te *esset* aliquis, *qui* te *appellaret* patrem. 4, 72: Ut cum illa vivas, testem hanc *quom* abs te *amoveris*. V, 1, 34: nam meritus de me est, *quod quoam*, illi ut commodem. 3, 42: Multa *ex quo fuerint* commoda, [eius] incommoda aequomst ferre. Adelph. I, 1, 9: cogitat — Et tibi bene esse, soli sibi *quom sit* male. II, 1, 17: Ne mora sit, *si innuerim*, quin pugnus continuo in mala

haereat. 4, 18: ne, *si* magis inritatus *siet*, Aliqua ad patrem hoc permanet. III, 2, 56: ut *quom* opus *sit* ne in mora nobis siet. 3, 29: an laudi putat Fore, *si perdiderit* gnatum?

Cap. XIII.

De numeris et personis verbi.

1. *Numeri verbi. Singularis* verbi saepe usurpatur, si plura subiecta res significantia inter se sunt coniuncta, quo illa in unam quasi notionem comprehendantur. Sic Terent. Hec. prol. v. 2: novom intervenit vitium et calamitas. Adelph. III, 2, 42: *Tua fama* et gnatae *vita* in dubium *veniet*. 4, 24: Persuasit nox amor vinum adulescentia. In plurali adeo positum est alterum subiectum ib. V, 3, 50: *Bonae tuae istae* nos *rationes*, Micio, Et *tuos iste animus aequos subvertat*. In enunciatione disiunctiva per *aut* — *aut* elata ponitur singularis, Andr. III, 1. 5: Utinam *aut* hic surdus *aut* haec muta facta *sit*.

Notandus est usus singularis participii praegresso plurali loco Plaut. Bacch. IV, 4, 88: *Quae* inperasti: *inperatum* bene bonis factum ilicost.

Si subiectum est singularis, praedicatum pluralis, ponitur singularis verbi. Sic Plaut. Amph. prol. v. 97: Haec urps est Thebae. Terent. Andr. V, 4, 47: *Dos*, Pamphile, *est Decem talenta*.

Pro plurali singularis usurpatus est Plaut. Poen. prol. v. 117: Cave dirumpatis, cui simile est, quod Bernh. synt. graec. p. 419 attulit, *εἰπέ μοι, τί πάσχετ' ὦνδρες*;

Maxime autem memorabilis est coniunctio singularis participiorum *absente* et *praesente* cum plurali substantivi vel pronominis, cf. c. VI, § 7. Nonius ap. Funccium ad legg. XII tabb. I, fr. 8, qui affert locum ex Plauto in Syris: Quidam apud forum *praesente testibus* mihi vendidit. Taubm. ad Amph. II, 2, 194. Bacch. v. 152: Praesente ibus. Terent. Eun. IV, 3, 7: Nescio quid profecto *absente nobis* turbatumst domi, ubi vide Donatum, qui *absente* cum praep. *coram* comparat.

2. *Pluralis* verbi ponitur, si de pluribus subiectis aliquid affirmatur, sive illa sine coniunctione posita sunt, sive coniuncta per coniunctiones *et*, *ac* vel duplex *neque*. Sic Terent. Andr. I, 1, 27: Dum *aetas metus magister prohibebant*. Adelph.

II, 2, 5: *Ego* vapulando, *ille* verberando, usque ambo *defessi sumus*, de quo loco dicit Melanchthon gramm. lat. p. 487: „Prolepsis est, quum generi seu toti alicui pluraliter posito partes subiiciuntur in numero singulari, verbo non repetito.“ Plaut. Amph. III, 3, 19: Iam hisce ambo, *et servos et era*, frustra *sunt* duo. Epid. V, 1, 20: Quem *Apelles ac Zeuxis* duo *pingent* pigmentis ulmeis (sic Bothius; vulgo *atque* contra metrum). Terent. Eun. III, 3, 11 sq.: quam pridem *pater* Mihi *et mater mortui essent*. Adelph. I, 2, 23: haec si *neque ego neque tu fecimus*. Et sic etiam post coniunctionem disiunctivam *aut* pluralis positus est Plaut. Truc. II, 4, 47 sqq.: mater ancillas iubet — ire, praemandare et quaerere *Puerum aut puellam*, *qui supponantur* mihi. Deinde si unum subst. cum altero per praep. *cum* coniungitur, sic Cato orat. pro L. Turio contra Cn. Gellium ap. Gell. XIV, 2 (Bolhuis. p. 107, Meyer. ed. II, p. 141): Nunc si sponsionem *fecissent Gellius cum Turio*. Terent. Heaut. III, 1, 63: *Syrus cum illo vostro consusurrant*, *conferunt* Consilia ad adulescentis.

Verba Plautina, quae leguntur Rud. III, 4, 59: Nullum *habemus* ignem: ficis *victitamus* aridis vulgo tribuuntur uni ex lorariis, sed recte ostendit Ladewigius Zeitschr. f. Alt. 1842, p. 1086, potius Labraci esse tribuenda, qui fores domus vicinae pulsaverat ignem petiturus et iam plurali numero utitur, ut fidem faciat possessori domus, non unum, sed multitudinem hominum a se ignem petere, quo citius ille fores aperiat. Alio autem modo verba quae leguntur ib. v. 3: istuc *voluerammus* interpretanda sunt, quae Daemones loquitur tanquam dux lorariorum suorum, se atque hos in unam notionem comprehendens.

Nonnunquam fit, ut verba ad unum convertantur in singulari verbi, quem deinde in altera enunciationis parte sequatur pluralis item secundae personae, quoniam ad plures quasi cum illo coniunctos, qui cum eo in unam notionem comprehenduntur, sermo convertitur. Sic Aul. III, 2, 23 sq.:

Etiam *rogitas*, sceleste homo, qui angulos omnis
Mearum aedium et conclavium mihi perviam *facitis?*[10])

Item Poen. V, 2, 48 sq.:

---

[10]) Vulgo ante *omnis* inseritur *hic*, quod non est in *Δp* et omissum est ab Hermanno elem. d. m. p. 456.

— Tu, qui zonam non *habes*,
Quid in hanc *venistis* urbem, aut quid *quaeritis?*[11])

ubi ad unum quidem tantum fiunt verba, sed is de pluribus interrogatur.

3. Pluralis etiam ponitur *κατὰ σύνεσιν* post notiones collectivas, et primum quidem post substantiva, quo pertinet inprimis *pars*. Cato ap. Gell. III, 7: propter eius virtutes *omnis Graecia* gloriam atque gratiam praecipuam claritudinis inclitissimae *decoravere* monumentis signis statuis — aliisque rebus. Cato or. pro Rhod.: atque haut scio an *partim* eorum *fuerint*, qui non — noluerint, v. Meyer. ed. II, p. 104 et cf. or. de ambitu p. 52, 12 Iord. (in or. de re Floria autem p. 64, 8 Iord. post *partim illorum* singularis verbi positus est). Ennii annal. l. I, fr. 54: *pars* ludicre saxa *Iactant*, inter se *licitantur* (Nonius p. 134, 13 '*licitari*, congredi, pugnare.') Plaut. Capt. II, 1, 36 (= v. 232): Nam *maxuma pars* fere morem hunc *homines habent*. Trin. I, 1, 13: Nimisque hic pluris pauciorum gratiam *Faciunt pars* hominum quam id quo prosint pluribus, ad q. l. Lindem.: „*Pars* plurali numero iunctum saepe et alibi et apud Plautum, velut Mostell. I, 2, 33: set *magna pars* Morem hunc *induxerunt*." Truc. I, 2, 12: et *pars* spectatorum *scitis*. Aquilius Boeotia fr. 1, v. 9: *Maior pars* populi ut aridi *reptent* fame. S. C. de Bacchan. lin. 20: neve interibei virei *plous* duobus, mulieribus *plous* tribus arfuise *velent*. Plaut. Trin. II, 4, 23: Trapessitae drachumarum *mille — redditae*, ad q. l. Lamb.: „*Redditae* positum est, quasi dictum esset, *mille drachmae*, ut spectarit illud quod intelligitur, non, quibus verbis dicatur." Denique huc spectant pronomina, quemadmodum apud Graecos *ἕκαστος*, *ἄλλος*, *ἄλλοθεν*, alia cum plurali verbi coniunguntur, v. Bernh. synt. graec. p. 420. Transitum faciunt ii loci, ubi pronomina in priore enunciationis parte posita sunt et in altera deinde plurali verbi pergitur. Sic Plaut. Men. III, 2, 56: satin', ut *quemque* conspicor, Ita me *ludificant?* Pseud. I, 2, 2: Quorum numquam quicquam *quoiquam* venit in mentem ut recte *faciant*. II, 1, 1: ut mihi *quidquid* ago lepide *omnia* prospereque *eveniunt*. Poen. prol. v. 37 sq.:

---

[11]) Hiatus fortasse tolerandus est propter interpunctionem, vid. Herm. epit. doctr. metr. ed. II, p. 34, coll. Ritschl. prolegom. ad Trinumm. p. 205 sq.

Ne palma detur *quoiquam* artifici iniuria,
Neve ambitionis causa *extrudantur* foras.

II, v. 37 sq.: *quemquem* visco offenderant, Tam *crebri* ad terram *accidebant* quam pira. Pers. I, 2, 3 sq.: Nam numquam *quisquam* meorum maiorum fuit, Quin parasitando *paverint* ventris suos. Terent. Andr. IV, 1, 1 sqq.:

Hocine credibile aut memorabile,
Tanta vecordia innata *quoiquam* ut siet,
Ut malis *gaudeant* atque ex incommodis
Alterius sua ut *comparent* commoda?

cf. Ruhnk. ad h. l. et Herz. ad Caes. p. 441. — Cato orat. pro Rhod.: *Siquis* advorsus rem suam quid fieri *arbitrantur*, summa vi contra nititur. Cato oratio pro L. Turio contra Cn. Gellium ap. Gell. XIV, 2: si*quis* quid *alter ab altero peterent*, ad q. l. Bolhuis. p. 108: „Notanda est haec locutio, ubi *peterent* plurali numero ponitur et ad *maiores* refertur, et tamen additur, *si quis quid alter ab altero.*" Plaut. Pseud. V, 1, 15: *Alter* ubi *alterum* bilingui manufesto inter se praehendunt. Cato R. R. c. 70: Bosque ipsus, et qui dabit, facito ut *uterque* sublimiter *stent*. Plaut. Amph. I, 1, 68: *uterque imperator* in medium *exeunt*. Epid. II, 2, 73 sq.: Dederim vobis consilium catum, Quod *laudetis*, ut ego opinor, *uterque*. V, 2, 54: Quamne hodie per urbem *uterque sumus defessi* quaerere?[12]) Bacch. v. 754 sq.: iam facite in biclinio Cum amica sua *uterque* adcubitum *eatis*. Menaech. V, 9, 46: set nunc *agite uterque* id, quod rogabo, *dicite*. Terent. Eun. V, 2, 1 sq.: Apud Antiphonem *uterque*, mater et pater, Quasi dedita opera domi *erant*. Adelph. I, 2, 50: *Curemus* aequam *uterque* partem: tu alterum, Ego item alterum, i. e. nos uterque partem, tu alterum, ego item alterum, i. e. nos uterque, ego meam, tu tuam partem curemus (sic Ruddim. p. 368). Plaut. Men. V, 2, 29: Loquere, *uter meruistis* culpam, paucis. 9, 60: *Uter eratis*, tun' an ille, maior? 2, 35: Ut caveres, *neuter* ad me *iretis* cum querimonia. Amph. I, 1, 19: Neque *nostrum quisquam sensimus*, quom peperit, neque *providimus*. v. 47: Neque gementem neque plorantem *nostrum quisquam audivimus*. Capt. III, 2, 3: ubi *quisque vident* [me hodie], *Eunt* obviam *gratulantur*que eam rem. Most. I, 2, 20: sibi *quisque*

---

[12]) Sic Δpg. Vulg. *quemne*. *Quamne* restituit Weisius, quod probat Ladewigius Zeitschr. f. Alt. 1841, p. 1087.

inde exemplum *expetunt.* Epid. II, 2, 28: Filios suos *quisque visunt.* Poen. prol. v. 107: Omnis meretrices, ubi *quisque habitant*, invenit. Epid. III, 3, 17: Heus foras *exite* huc *aliquis.* Menaech. IV, 2, 111: Aperite atque Erotium *aliquis evocate* ante ostium. Pseud. V, 1, 37: Aperite, aperite. heus, Simoni adesse me *quis nunciate.* Terent. Ad. IV, 4, 26: *aperite aliquis* actutum ostium, de quo loco Rudd. p. 369, adnot. 34: „totum in *vos aperite* continetur, partes in *aliquis* intelliguntur, q. d. aliquis tu, tu vel tu, quicunque intus es, aperi ostium.“ Plaut. Poen. III, 3, 5: Sed quid hic *tantum hominum incedunt?* ecquidnam adferunt? Stich. II, 2, 46: Alius alium percontamur, v. Cortium ad Sall. Iug. 12, 2, laudatum a Rudd. l. c. Terent. Andr. IV, 4, 6: Quid turbaest apud forum? *quid* illi *hominum litigant?*

4. Si subiectum est pronomen in plurali positum, praedicatum singularis, verbum in plurali ponitur. Sic Ennii Epicharmus fr. 7: Haece propter *Iuppiter sunt ista* quae dico tibi. Terent. Adelph. I, 2, 61: *Nec nil neque omnia haec sunt* quae dicit. Sed si subiectum est substantivum, attractio quaedam fit, qua verbum item, ut praedicatum, in singulari ponitur. Sic Terent. Andr. III, 3, 23: Amantium *irae* amoris *integratiost.* Adelph. prol. v. 6: *Synapothnescontes* Diphili *comoediast.* Idem usus est apud Graecos, vide Bernh. synt. p. 421 additamentum.

5. *Personae verbi.* Transitus fit a tertia persona ad primam in Ennii epigr. 1:

Aspicite o cives, senis Enni imaginis formam!
Hic vostrum *panxit* maxima facta patrum.
Nemo me lacrumis decoret nec funera fletu
Faxit. cur? *volito* vivus per ora virum.

A secunda autem ad tertiam personam transitur iis locis Plautinis, quos Bergkius affert in Philol. 1861, I, p. 52, Bacch. v. v. 120 sqq. Trinumm. v. 414: Non tibi illut adparere, si sumas, potest, Nisi tu inmortale *rere* esse argentum tibi. Sero atque stulte, prius quod cautum oportuit, Postquam *comedit* rem, post rationem *putat.*

Prima persona per appositionem cum nomine proprio personae coniuncta est Mil. III, 2, 5: Te *voco Palaestrio,* v. Lindem. Gronov. citat Livium et Suetonium: Tantis rebus gestis C. Caesar condemnatus essem.

Tertia persona generaliter et indefinite posita est pro prima Plaut. Mil. II, 2, 21: *Homo quidamst* qui *scit* quod quaeris ubi sit, = ego sum, qui scio (Rudd. II, p. 384, adnot. 53). Terent. Phorm. I, 2, 1: Siquis me quaeret rufus . . DA. Praestost, desine = praesto sum, nam ipse loquitur. (Rudd. p. 384).

Secunda persona nonnunquam indefinite ponitur pro quavis. Sic Plaut. Truc. II, 1, 19:

Nunquam amatoris meretricem oportet causam noscere,
Quin, ubi nil det, pro infrequente *mittas*[18]) militiae domum.

Terent. Andr. III, 1, 2: Fidelem haud ferme mulieri *invenias* virum, pro quis inveniat. Phorm. II, 1, 35: omnes congruont. Unum *cognoris*, omnis *noris*, = si quis unum cognoverit, omnes norit. Offendit usus secundae personae per appositionem cum *quis* coniunctae Cato R. R. c. 106: Si*quis* plus *voles* aquae marinae concinnare, pro portione ea omnia facito.

Si in una enunciatione coniunctae sunt secunda et tertia persona intercedente particula *nisi*, ita ut utraque separatim spectetur, verbum ponitur in tertia persona, utpote quae sit generalior et secundam item in se includat. Sic Plaut. Amph. II, 2, 112: *Quis* igitur *nisi vos narravit* mi illi ut fuerit proelium? Terent. Heaut. V, 3, 20: Tum praeterea talem *nisi tu nulla pareret* filium, de quo loco Rudd. p. 364: „Principali substantivo, sive propiori, sive remotiori, adiectivum vel verbum aptius accommodatur," et ibid. adnot. 17: „Hic verbum, ut cum principaliore, ita cum viciniore supposito *nulla* convenit." Sin vero prima cum secunda vel prima cum tertia persona in unam notionem comprehenduntur, verbum ponitur in prima persona pluralis, utpote quae sit potior quam alterae illae. Sic Plaut. Pseud. I, 3, 4: Iam diu *ego* huic et mi *hic* bene *volumus*. Terent. Adelph. I, 2, 23: neque ego neque tu fecimus. II, 2, 5: *Ego* vapulando, *ille* verberando, usque ambo defessi *sumus*.

Offendit locus Ennii annal. l. III, fr. 15, ubi pronomen secundae personae intercedente pron. relativo cum tertia verbi coniunctum est: *Vos*que lares tectum nomen (Bergkius scribit nostrum) *qui* funditus *curant*. Charisius IV, p. 239 P.

---

[18]) *Mittas* ΔΘp, ut etiam vulg.; Both. *mittat*, quae mihi quoque scriptura videtur esse verisimilior.

[158 Lind.] (soloecismus) 'per personas, ut: vosque' e. q. s. 'pro curatis.'

V. Doctrina adiectivi.

Cap. XIV.

Partium orationis attributivarum secundum verbum restat quod spectetur adiectivum; *adverbium* enim partim iam tractatum est in casibus substantivorum, partim in notionibus praedicati. Nonnunquam tamen, ubi adverbium exspectaveris, adiectivum ponitur, quo multo vividius actio exprimitur. Sic Plaut. Amph. V, 1, 63: *Citus* e cunis exilit. Cas. V, 1, 14: *Libens* et *solens* fecero. (Rudd. II, p. 374: „pro libenter et consuete.“). Terent. Adelph. V, 5, 6: tibi *Lubens* bene faxim, pro *lubenter*. Andr. I, 1, 80: filius — una aderat *frequens* = frequenter. Phorm. III, 3, 24: Quantum opus est tibi argenti — PH. *Solae* triginta minae, ubi etiam *solum* poni poterat. Inprimis huc spectat *nullus*, de quo vide vol. I, p. 409. Sic Plaut. As. II, 4, 2: Libanus in tonstrinam ut iusseram venire, is *nullus* venit, ubi v. Taubm. Terent. Andr. II, 2, 33: Liberatus sum hodie, Dave, tua opera. DA. Ac *nullus* quidem, ad q. l. Schmiederus: „minime quidem liberatus sum.“ Eun. II, 1, 10: Memini, tam etsi *nullus* moneas. Hec. I, 2, 4: *nullus* dixeris.

Adverbia duo synonyma nonnunquam inter se coniunguntur (similia ex Graecis attulit Bernh. synt. p. 425, adnot. 74). Sic Plaut. Bacch. III, 1, 7: me *continuo* contuli *protinam* in pedes. Mil. II, 2, 21: ita abripuit *repente* sese *subito*. Cas. prol. v. 33: rursum denuo. Poen. prol. v. 79: Revortor *rursus denuo* Carthaginem, ad q. l. Casaub.: „ita alibi: *Ergo igitur, πάλιν αὖ, ὕστερον αὖθις* etc. Quae licet speciem habentia *βαττολογίας* atque *ἐκ παραλλήλου* dicantur, usitatissima tamen sunt.“ Pseud. I, 4, 17: Erum eccum video huc [meum] Simonem *una semul* — incedere. Terent. Eun. II, 2, 15: *olim* isti fuit generi *quondam* quaestus apud saeclum prius. De *ibi tum* v. c. XV, § 24.

1. a. *Notio adiectivi*. De *potis*, quod dubium est utrum sit adiectivum an adverbium, vide c. VII, 4. Distinguenda est activa et passiva significatio adiectivorum. Sic *notus* non-

nunquam significationem habet activam, velut Terent. Eun. II, 2, 7: omnes *noti* me atque amici deserunt, h. e. qui me noverunt, familiares. V, 2, 4: *notus* mihi quidam obviam venit. Sic apud Graecos γνωστοί = φίλοι. cf. Ruhnk. ad locum utrumque. Herz. ad Sall. p. 207. Passive autem accipiendum est *gratus* Plaut. Amph. prol. v. 48: *Gratum* arbitratur esse id a vobis sibi, ad q. l. Gronov.: „Non homines modo *grati* dicuntur, sed et beneficium *gratum*, quod gratis datur, = bene positum vel collocatum. Contra Terent. Heaut. V, 1, 61: ignosces tamen Post, et id *ingratum*." Item *damnosus* Plaut. Epid.. II, 3, 14: argentum accipiam a *damnoso* sene, passive. Pareus: „qui damnis absumitur." Taubm.: „παθητικῶς, pro infelici et multis damnis confecto."

Participiis fere adverbia apponuntur, sed Truc. IV, 3, 48 tamen ΔΘpg habent: propter *mala* facta, ubi Acid. et Goell. scribunt *male facta*. Vix est quod commemorem adi. *longus* etiam ita poni, ut pro eo *nimis longus* exspectes, ut Terent. Andr. V, 6, 13: *longumst* illum me exspectare dum exeat. Pro substantivo positum est adiectivum Plaut. Trin. I, 2, 8: Tui benevolentis, quemadmodum fortasse etiam explicari potest Most. I, 3, 38: Quae illum tibi aeternum putes fore amicum et benevolentem.

2. Adiectivum si cum substantivo in unam notionem est coniunctum in casu cum eo congruere notum est, sic Terent. Eun. II, 2, 36: Sed Parmenonem ante ostium † Thaidis tristem video. Notanda est primum coniunctio Plautina adiectivi cum substantivo eiusdem stirpis, de qua vide Lindem. ad Mil. IV, 3, 15: Pulcram pulcritudinem, qui affert praeterea Most. I, 3, 5: Venus venusta et Poen. I, 1, 30: non *lutumst lutulentius*. Adiectiva *primus*, *medius*, *ultimus*, *postremus* saepe pro *parte prima*, *media*, *ultima* rei alicuius ponuntur, v. Rudd. II, p. 44. Sic Plaut. Cist. cat. 6: *postrema* in *comoedia*, i. e. in extrema parte c. Terent. Andr. 1, 1, 106: *mediam mulierem* complectitur, pro *medium mulieris*. Phorm. I, 4, 37: ultima platea. Ad. prol. v. 9: prima fabula = principium fabulae. Saepe adiectivum pro genitivo substantivi ponitur, quod admodum simplex est Ter. Ad. I, 1, 49: Hoc *patriumst*, potius consuefacere filium Sua sponte recte facere. Sic dicitur a Catone R. R. c. 48 *pomarium seminarium* = sem. pomorum (Benecke ad Cic. Catil. p. 166), a Plauto As. III, 3, 65: *Custos erilis*, i. e. eri. Most.

I, 1, 3: Egredere, *erilis* permicies. Nonnunquam ad talem copulationem accedit genitivus vel pronomen possessivum, quae ad totam notionem, quae copulatione efficitur, pertinent, cf. vol. I, p. 359. Sic Plaut. Mil. II, 1, 57. Terent. Phorm. I, 2, 78: *Paternum amicum* me adsimulabo *virginis*, h. e. amicum patris virginis. Plaut. Mil. II, 5, 48: Nostra erilis concubina = concubina nostri eri. Ter. Eun. V, 4, 40: Edico vobis, *nostrum* esse illum *erilem filium*. Phorm. I, 1, 5: *erilem filium eius* duxisse audio Uxorem, = filium eri eius, ubi recte dicit Perizonius ad Sanct. p. 257 genitivum regi simul a substantivo et adiectivo coniunctis, non igitur a solo *filium*, sed ab utroque *erilem filium*.

In universum adiectivo cum substantivo in unam notionem coniuncto alterum adiectivum addi potest, quo illa notio definiatur accuratius. Sic Plaut. Bacch. IV, 5, 1: *Insanum magnum* molior *negotium*, v. Casaub. Terent. Andr. prol. v. 6 sq.: qui *malivoli Veteris poetae* maledictis respondeat, cf. Heaut. prol. v. 22: *malivolus vetus poeta* dictitat. Eun. III, 1, 9 sq.: *Labore alieno magno* partam gloriam Verbis saepe in se transmovet. Heaut. II, 3, 48: Nulla *mala re* esse expolitam *muliebri*. Phorm. IV, 4, 25: Intro iit in aedis *ater alienus canis*. Adelph. I, 1, 17: Ego hanc *clementem vitam urbanam* atque otium Secutus sum. Leg. XII tabb. autem VI, 7: *Tignum iunctum* aedibus vineaeque, et *concapet*, ne solvito, ut recte docet Funccius, utrumque adiectivum *iunctum* et *concapet* singillatim ad utrumque substantivum *aedibus* et *vineae* referendum est.

3. b. *Genus adiectivi*. In nomine epicoeno masculini generis de femina genus femininum positum esse offendit ap. Plaut. Stich. I, 3, 14: Solere *elephantum gravidam* perpetuos decem Esse annos (v. Rudd. I, p. 7, adnot. 25). Adiectiva partitiva, si aliud substantivum accedit, cum eo genere conveniunt, non cum eo genitivo, qui a partitivo pendet. (Rudd. II, p. 82). Sic Terent. Eun. II, 2, 17: Est genus hominum qui esse *primos* se omnium rerum volunt, Nec sunt. Si et subiectum et praedicatum sunt substantiva, participium genere concordat fere cum eo substantivo, cui proxime est appositum, sic cum praedicato Phorm. I, 2, 44: Paupertas mihi *onus visumst* et miserum et grave. Saepe constructio ad sensum locum habet (cf. *φίλε τέκνον* et reliqua quae e Graecis affert Bernh. synt. p. 428 sq.). Sic de fabula Eun. prol. v. 30: Colax Menan-

rist: in *east* parasitus colax. Ib. v. 32: in *Eunuchum suam*, c. fabulam. ib. IV, 3, 3: Quin etiam insuper *scelus*, postquam *adificatust* virginem, pro *scelestus*. — Si plura sunt subiecta, d quae adiectivum est referendum, primum notiones abstratae et notiones rerum materiem significantes in plurali posiae inter se coniungi possunt, quod si fit, etiam adiectivi genus oncordat cum illarum genere. (Reisig. p. 315). Sic Terent. ıdelph. III, 2, 33: in quo nostrae *spes opes*que omnes *sitae*. n rebus animatis autem dignius est genus masculinum quam emininum (Rud. II, p. 30 sq.). Sic Eun. III, 3, 11: quam ıridem *pater* Mihi et *mater mortui* essent. Andr. V, 3, 20: *Domus, uxor, liberi iuventi* invito patre. Eun. V, 2, 1: Apud ıntiphonem *uterque*, *mater et pater* — domi erant. Interdum genus adiectivi concordat cum eo substantivo, cui proxime est ıpposıtum. Sic Andr. III, 1, 5: Utinam aut *hic* surdus aut *haec* nuta *facta* sit. Eun. III, 4, 3: dati anuli: *locus*, *tempus constituumst*.

4. Genus *neutrum* adiectivorum saepe pro substantivo bstracto usurpatur. Sic apud Catonem R. R. c. 5: *Alieno* nanum abstineat. Sic dubito nunc, utrum in *nardinum* sit ellipsis v. *vinum*, an potius huc sit referendum, Plaut. Mil. II, 2, 11: Deprompsit *nardini* amphoram cellarius, ad q. l. Salnasius: „*Nardinum* absolute pro nardino vino seu nardo conlito, ut *murrhinum* pro murrha condito.“ Pseud. IV, 7, 59: am die *multum* esse, ad q. l. Salmasius: „Haec loquutio valde ıntiquis familiaris; dies multum praeteriit: iam diei multum est, Graeci πολλὸν τῆς ἡμέρας. *Die ἀρχαϊκὸν* pro diei.“ Rud. prol. v. 69: increpui *hibernum*, = insonui hiberno more sec. Gronov. Terent. Eun. III, 4, 4: *parati* nil est.

5. c. Etiam *numerus* adiectivi interdum sequitur structuram ad sensum et ponitur in plurali post substantiva collectiva. Sic Plaut. Cist. I, 1, 24: Decet — *hunc* esse *ordinem Benivolentis* inter sese. (sic *Δ*pg. Both. *benev.*). Aquilius Boeotia v. 1, v. 9: *Maior pars* populi ut *avidi* reptent fame. Singularis positus est relatus ad posterius tantum substantivum Ter. Eun. II, 3, 93: quae *nos nostramque adulescentiam* Habent *depicatam*.

6. d. *Comparatio* (gradatio) *adiectivi*. Ad *comparationem* in universum quod attinet, commemoro nonnunquam apud Latinos idem idioma inveniri, quod apud Graecos multo frequen-

tius est (v. Bernh. synt. p. 432), ut res comparata non referatur ad eam partem rei, quacum confertur, sed ad totum. Sic Plaut. Capt. II, 2, 52: Vis hostilis *cum istoc* facit *meas opes aequabilis*, v. Lind. Comparativus saepe per *magis* circumscribitur, de qua re vide Fuchsium in Verhandlungen der 7. Versammlung der deutschen Philologen und Schulmänner p. 47. Sic Plaut. Amph. II, 1, 54: Nec lac lacti *magis* est *simile* quam ille ego similis est mei. Bacch. IV, 3, 9: Malos quam bonos *par magist* me iuvare. Poen. V, 4, 22: *Stulta*, soror, es *mage* quam volo. Terent. Andr. IV, 2, 15: magis verum. Eun. II, 1, 21: hoc nemo fuit Minus ineptus, *magis severus* quisquam nec *magis continens*. Adelph. IV, 5, 30: si est — Dicendum *magis aperte*.

Saepe etiam comparativo maior vis additur addito *magis*, quemadmodum apud Graecos per *μᾶλλον*, v. Bernh. p. 434, quod non est pro pleonasmo habendum, sed ita spectandum, ut adverbium non arte cum adiectivo cohaereat. Sic Plaut. Amph. I, 1, 145: Igitur demum *magis maiorem* in sese concipiet metum, ad q. l. Boxhorn.: „Idem est, quod *multo magis*, *magis magisque*.“ Aul. III, 2, 8: Ita fustibus sum *mollior magis* quam ullus cinaedus. Capt. III, 4, 111: nihil — invenies *magis* hoc certo *certius*. Bacch. III, 4, 1 sq.: *Inimiciorem* nunc utrum credam *magis* Sodalemne esse an Bacchidem incertum ad modumst. Men. prol. v. 55: magis maiores, ubi v. intpp. V, 6, 14: *Magis* multo patior *facilius* ego verba, verbera odi. Pseud. I, 2, 84: aut num ipse ego pulmento utor *magis Unctiusculo*? Poen. prol. v. 82: *mage maiores* egerit. II, v. 15: *Contentiores mage* erunt (sic Fleckeisen.), cui opponitur *avidi minus*. Stich. V, 4, 22: Hic enim *magis* est *dulcius*. Trin. v. 274 sq., Eo mihi *magis* lubet cum probis [una] *Potius* quam cum inprobis vivere vanidicis. Terent. Hec. V, 1, 12: Quo *magis* omnis res *cautius* ne temere faciam adcuro. Vide etiam vol. I, p. 159. Similia sunt haec: Plaut. Trin. IV, 3, 22: veteres parsimoniae *Potius* [in] maiore honore hic essent quam mores mali. Terent. Hec. IV, 1, 17. 19: Adeon pervicaci esse animo, ut puerum *praeoptares* perire — *Potius* quam cett. Potest autem gradatio adiectivi aut ita institui, ut res quaedam secum ipsa quasi comparetur (unmittelbar), aut cum aliis rebus (mittelbar), c. relativa.

7. *Comparatio rei secum ipsa. Comparativi* exempla sunt haec: Plaut. Aul. III, 6, 10:

Immo est, et di deaeque faciant, ut siet,
*Plus plus*que tibi istuc sospitent quod nunc habes.

c Fleckeisen.), ad q. l. Gronov.: „Veteres geminabant voces tendendae rei causa.“ Curc. II, 2, 26: Phaedrome, exi — quam *ocius*. Terent. Heaut. IV, 7, 4: Sequere hac me *ocius*. pid. I, 1, 7: *Corpulentior* videre atque *habitior* (sic vulg.; Δpg *ilior*, quod ad sententiam propter consociationem cum *corlentior* non est aptum), h. e. paulo habitior, quam ante fuisti. rin. I, 2, 12: Valeo et valui *rectius*, ad q. l. Lindem.: „Comrativus sine re comparata plures habet apud Latinos signiationes, repetendas illas ex tacita comparatione, quae ubiie cogitari debet. Usitatissima est notio, ubi omittitur talis rmula: *quam par est*, unde comparativus notionem particulae *mis* adsciscit. Alia est, ubi tale quid omittitur: *quam sperare, spectare poteras*, quae hic quidem obtinet. Aliquanto *rectius*, iam sperare quis posset, ziemlich gut, über Erwartung gut.“ erent. Andr. I, 1, 103: ad flammam accessit *inprudentius*, scil. iam decuit, de quo loco Rhenius in paralipomenis dicit: Comparativus non raro pro pos. usurpatur, mitigandi signiatione.“ Phorm. III, 3, 21: Quaere obsecre: Nequid *plus misve* faxit, quod nos post pigeat, ad q. l. Ruhnkenius: „i. e. cere aliquid, quod in alterutram partem conspici et notari ossit, vel in *excessum* vel in *defectum*, ut barbari vulgo loiuntur.“ Affert deinde Ruhnk. Plaut. Capt. V, 3, 18: quom o *plus minusque* feci [illi] quam aequom fuit. Terent. Phorm. 7, 3, 6: *multa* advenienti, ut fit, nova hic *compluria*, de quo l. erizon. ad Sanct. Min. p. 222, adnot. 5: „Ter. in eodem comate iungit *multa compluria*, scil. narrata sunt. Ubi maniste posterius auget quasi corrigendo id, quod prius erat ctum.“

8. *Superlativus*. Plane pro positivo positus est superl. er. Eun. I, 2, 47: tute scis postilla quam *intumum* Habeam te. culariter efficta sunt *geminissumus* Plaut. Pers. V, 2, 49: Tace, alte: hic eius geminust frater. DO. Hicinest? TO. Ac *geminissumus*, et *ipsissumus* Trin. IV, 2, 146, adeoque substantivi perl. Poen. V, 4, 24: o patrue mi *patruissume*. De superl. miuncto cum plur. pronominis *quisque* v. Ramshorn. gramm. 316, qui affert Most. I, 2, 76: *Optumi quique* expetebant a e doctrinam sibi. De *quam maxume* — *tam maxume* idem 319, adnot. 2 affert Ter. Ad. III, 4, 56: *quam* estis *maxume*

Potentes dites fortunati nobiles, *Tam maxume* vos aequo animo aequa noscere Oportet. Memorabilis est etiam formula *ut quom maxume.* Hec. I, 2, 40: Amabat, *ut quom maxume,* tum Pamphilus, ad q. l. Ruhnk.: „Sententia est: Bacchidem ita tum amabat ut cum maxime eam amarat.“ Maior vis additur superlativo verbo *examussim.* Plaut. Amph. II, 2, 213: Ne ista edepol — *examussimst optuma.* Superlativi vim habet *per* per compositionem cum positivo iunctum, ut Ter. Eun. III, 2, 15: *Perpulchra* credo dona aut nostrum similia, item *quam* particula cum positivo, ut Andr. I, 1, 109: Reiecit se in eum flens *quam familiariter*, ubi Ruhnk.: „*Quam* est valde et saepe iungitur positivi gradus nominibus.“

9. *Comparatio relativa*, si res quaedam cum aliis rebus eiusdem qualitatis comparatur. Res comparata post comparativum si additur, in ablativo ponitur aut per solutionem per *quam* particulam exprimitur, rarius per *atque.* Si enunciatio per *quam* expressa omisso verbo cum priore enunciatione in unam contrahitur, casus ponitur verbo congruens, ut Terent. Phorm. IV, 2, 1: Ego hominem *callidiorem* vidi neminem *Quam Phormionem,* = quam Phormio est.

Plaut. Mil. III, 1, 19: *magis* esse ad rem *utibile* non potest. Trin. II, 3, 6: *factius* nihilo facit, ad q. l. Lindem.: „h. e. nihilo magis aliquid effectum, curatum reddit. *Factius* dicitur, ut *auctius, emendatius* et id genus alia. Gronovius ad h. l. haec: *Factius* igitur est magis factum, ut alibi *confossiorem* dicit pro magis confosso, hac ipsa fabula *occlusiorem stultiloquentiam.*“ Bacch. III, 2, 10: Nam pol meo quidem animo *ingrato homine* nihil *inpensiust*, de quo loco Rostius comment. Plaut. p. 114: „Sententia: ingratum hominem esse maxima impensa est, Undankbarkeit ist der größte Aufwand. *Impensum* enim, quod idem atque *impensa* significat, in comparativo positum, quem multis aliis participiis passivis vetustissimi scriptores saepe tribuerunt, idem valet ac *maior impensa.*“ Poen. V, 2, 31: Est nullus *me* hodie Poenus *Punior.* (sic recte verba collocat Bothius, quo accentus melius cum numero consociatur quam in ordine vulgato: Nullus me est hodie Poenus Punior, v. Ritschl. prolegom. in Trin. p. 221). Curc. II, 2, 6: *meliorem quam* ego sum suppono tibi. Rud. IV, 4, 70: Eo tacent, quia tacitast [*melior*] mulier semper *quam* loquens. Stich. II, 2, 15: Nimio adporto multo tanto *plus quam* speras, ad q. l.

Acidalius: „iunctim efferenda omnia: Nimio multo tanto plus. In qua forma sunt aliquot gradus augmenti: Plus, tanto plus, multo tanto plus, nimio multo tanto plus. Frequentius tamen haec iunguntur, *nimio tanto plus*, ut in Bacch. I, 2 [= Bacch. v. 149 Fleckeisen., qui tamen scribit *nimio multo plus*]. Frequentius tamen *multo tanto* cum gradu comparativo. Appulei. apol. pari quidem stultitia sed multo tanto vanius et nequius excogitatum." Terent. Eun. III, 3, 21: Thais, *quam* ego sum, *maiusculast*. Hec. IV, 4, 25: Non tibi illud factum *minus* placet *quam* mihi, Laches, de quo loco vide acute disserentem Ramshorn. gramm. lat. p. 305. Adelph. IV, 5, 71: Quom vir *melior* multo es *quam* ego. Comparativus *magis* et *plus* vel *potius* interdum per ellipsin reticetur (Rudd. II, p. 105, adnot. 94), ut Plaut. Menaechm. V, 1, 26: Quin vidua vivam [potius], quam istos mores perferam. — Cas. V, 1, v. 6—8:

nec fallaciam *astutiorem* ullus fecit
Poeta, *atque* ut haec est fabre facta a nobis.

Merc. V, 2, 56: *amicior* mihi nullus vivit *atque* is est. Terent. Andr. IV, 2, 15: Non Apollinis *magis* verum *atque* hoc responsumst, pro amicior illo, verius hoc responso. — Post comparativos *plus*, *amplius*, *minus* saepe *quam* omittitur, inprimis si in nominativo vel accusativo haec vocabula posita sunt. Sic Cato R. R. c. 17: Postea usque adeo sunt *plus menses VIII*. C. 45: ne *plus IV digitos transversos* emineant. C. 49: *binas gemmas* ne *amplius* relinquito, ubi observa collocationem verborum. C. 89: Bis in die farciat et meridie bibere dato nec *plus* aqua sita siet *horam unam*. C. 113: et ne *plus quatriduum* in sole siveris. Orat. pro Rhod.: mille *minus dimidium* familiae mulcta esto = dummodo minus id sit quam (*quam* omittitur) dimidium bonorum eius, ut expl. Huschkius. Ib.: Siquis *plus quingenta iugera* habere voluerit. Cato origg. ap. Varron. de re rust. II, 3, § 3: In Sauracti et Fiscello caprae ferae sunt, quae saliunt e saxo *pedes plus sexagenos*. Cato or. in L. Veturium de sacrificio commisso ap. Priscian. T. I, p. 229: non *minus* autem *XV milia* Anien abest. Plaut. Pers. I, 1, 21: *plusculum annum* Fui praeferratus, h. e. quam annum. Falsissime Douza explicat: Plusculam seu maiorem anni partem. Trin. II, 4, 1: *Minus quindecim* dies sunt, ad q. l. Lindem.: „Pari iure in his et similibus formulis *quam* poni et omitti observat Ruhnkenius ad Vellei. II, 1, 4." Truc. V, 21: *Plus decem pondo* auri morus

pausillisper perdidi. (Sic sagaciter coniecit Bothius, quum vulgo legeretur: plus decem pondo amoris p. perd. ΔΘpg: moris pausilliper perdidi). Caecil. Stat. fr. Fallaciae 7: velim paulisper te opperiri. — Quantisper? — Non *plus triduum*. Terent. Eun. II, 1, 32: Plus milieus. Adelph. II, 1, 46: *Plus quingentos colaphos* infregit mihi.

Nonnunquam a Plauto *aeque* vel *adaeque* cum comparativo coniungitur. Sic Capt. III, 5, 42: aeque melius. IV, 2, 48: Qui homine [hominum] *adaeque* nemo vivit *fortunatior*, ad q. l. Lindemannus: „*Aeque* cum comparativo est unter gleichen Verhältnissen, h. e. caetera si sint paria. Lambinus aliter explicat. Is non sine veri specie putat duas easque diversas structuras in unam confusas esse, ita ut *adaeque fortunatior* sit *fortunatior* et *aeque fortunatus*. Nemo hominum neque fortunatior neque aeque fortunatus vivit, quam ille.“ Merc. II, 3, 1: Homo me *miserior* nullus est *aeque*. Et sic (v. Fleckeisen. ed. Plaut. T. I p. 26) etiam Mil. v. 552 Ambrosiani scriptura recte se habet: Nam ex uno puteo *similior* numquam potis Aqua *aeque* sumi (vulg. *aquae* pro *aeque*, Bothius *aquai*).

Omnes tres gradus comparationis apparent Capt. III, 1, 1:

Miser homost, qui ipsus sibi quod edit quaerit et id aegre invenit.
Set illest *miserior*, qui et aegre quaerit et nihil invenit.
Ille *misserrumus* est, qui, quom esse cupiit, quod edit non habet.

Comparativus et superlativus Terent. Adelph. V, 8, 18: Age, quid siquid te *maius* oret? MI. Quasi non hoc sit *maxumum*.

Superlativus de duobus usurpatus est Ad. V, 4, 27: id mea minume re fert, qui sum natu *maxumus*, = maior; loquitur enim Demea ratione habita fratris Micionis. — Vis additur superlativo praefixo voc. *longe*, ut Ennii annal. l. I, fr. 57, v. 94. Plaut. Most. III, 3, 8: *Longe* omnium *longissumast*.

Saepe superlativus aliis formulis circumscribitur, quo pertinent *nil supra*, praep. *praeter* cum adi. *omnes* vel *ceteri* coniuncta, denique *haud vidi magis*. Terent. Andr. I, 1, 93: et voltu, Sosia, Adeo modesto, ut *nil supra*. Adelph. II, 3, 11: *Nil* potis *supra*. Plaut. Amph. II, 2, 10: quem ego amo *praeter omnis*. Mil. IV, 9, 6: *praeter ceteros* Duo di quem curant. Terent. Andr. I, 1, 31: Horum ille nil

egregie *praeter cetera* studebat, ubi etiam *egregie* vim addit notioni superlativi, v. ad h. l. Ruhnk. v. 95: forma *praeter ceteras* Honesta ac liberali. De formula *haud vidi magis* v. Rost. commentatt. Plaut. p. 262, qui affert Amph. II, 2, 47: expectatun advenis? SO. *Hau vidi magis.* Capt. III, 4, 29: At etiam te suum sodalem esse aibat. TY. *Hau vidi magis*, sc. sodalem. Merc. IV, 3, 24: Haeres: *haud vidi magis*, sc. haerentem. Poen. I, 1, 13: Ignoscere id te mi aequomst. MI. *Haud* (sic ΔΘg; ΔΘp *haut*) *vidi magis*, sc. aequum.

Sectio tertia.

Cap. XV.

Doctrina enunciationum.

1. In hac parte syntaxis, quum simplicium enunciationum formae maxima ex parte iam in doctrina substantivi et attributivarum partium orationis pertractatae sint, inprimis compositarum enunciationum quae sit natura investigandum est. Simplicium enunciationum maxime interrogativae singularem exigent disquisitionem, quoniam iis tractandis in superioribus nondum fuit locus. Sed primum omnium spectanda est *abundantia* et *breviloquentia* sermonis. Abundantiae exempla haec sunt. Plaut. Asin. III, 3, 99 sq.: *magis* decorumst Libertum *potius* quam patronum onus in via portare, ubi alterum utrum, *potius* aut *magis* redundat. Trin. IV, 1, 3: Quos penes mei [fuit] potestas, bonis meis quid foret et meae vitae, ad q. l. Lindem.: „Usitata Plauto abundantia, ad verba *mei potestas* per ἐπεξήγησιν adduntur quid bonis meis foret et vitae. Huiusmodi enim formulae, veluti est: scis meum amorem, quomodo te amem; ego te, qui sis homo, non novi; adolescentem quaero, ubi habitet; facta, quae facis, persaepe apud Plautum inveniuntur. Et est genus familiaris sermonis.“ Plane similes abundantias in graeca lingua affert Reisigius ad Oed. Col. p. 229, laudatus a Bernh. synt. p. 448, qui affert etiam Theocrit. 25, 36. Simillimum est Trin. V, 2, 17: Quem ego nec qui esset noram neque eum ante usquam conspexi prius. De *ut* repetito vide c. XII, 19 h. Perspicuitatis causa, vel potius ut haec notio gravius inculcetur, *oportet* repetitum est a Catone

R. R. c. 3: Prima adolescentia patrem familias agrum conserere studiose *oportet*, aedificare diu cogitare *oportet*, conserere cogitare non *oportet*, sed facere *oportet*. Commemoro etiam periphrasin, de qua vide Rudd. p. 372. Plaut. Aul. prol. v. 4: hanc domum Iam multos annos *est* quom possideo. Terent. Hec. III, 5, 51: Si *est* ut velit redducere uxorem, = si vult reducere. Heaut. prol. v. 26: oratos vos omnis volo = oro. Hec. II, 2, 2 sq.: faciam, Ut tibi concedam, = concedam tibi.

2. Maioris momenti est *breviloquentia* (brachylogia), cuius prima forma est *asyndeton*, quae constat in omittenda coniunctione, inprimis copulativa, inter singulas partes enunciationis. In legg. XII tabb. VI, fr. 3 legitur *usus auctoritas*, v. Dirksen. Funccius commemorat fuisse qui *usus* pro genitivo acciperent, quod non rectum est. Maxime frequens est asyndeton in libro Catonis de re rustica, quod partim ex incompto huius libri dicendi genere, cui ultima lima scriptoris defuisse videtur, explicari potest. C. 1: Vicini quo pacto niteant, id animum advertito: in bona regione bene nitere oportebit: et uti eo cum introeas, circumspicias, uti inde exiri possit: uti bonum coelum habeat, ne calamitosum siet. Hic quattuor partes enunciationis: in bona — oportebit, uti circumsp., uti — hab., ne cal. siet, quarum tres postremae sunt adhortativae, ἐκ παραλλήλου positae sunt, prima pars cum secunda per *et* est coniuncta, reliquae ἀσυνδέτως sunt additae. Ib.: Si poteris, sub radice montis siet, in meridiem spectet, loco salubri, operariorum copia siet, bonumque aquarium, oppidum validum prope siet. C. 2: postridie eius diei vilicum *vocet*, *roget* quid operis *siet factum*, *quid restet*. Ib.: Dicit vilicus sedulo se fecisse, servos non valuisse, tempestates malas fuisse, servos aufugisse, opus publicum effecisse. C. 3: Patrem familiae villam rusticam bene aedificatam habere expedit, cellam oleariam, vinariam, dolia multa, uti lubeat caritatem exspectare, *et rei et virtuti et gloriae erit*. Ib.: Si in terra et tabulato olea nimium diu erit, *putescet*, *oleum foetidum fiet*. C. 4: libentius et saepius venies, fundus melior erit, minus peccabitur, fructi plus capies. C. 5: Familiae male ne sit, ne algeat, ne esuriat, opere bene exerceat, facilius malo et alieno prohibebit. C. 6: Ager oleto conserundo, qui in — Favonium spectabit, — alius bonus nullus erit, ubi post *alius* interponi potuisset *autem*. C. 7: Oleas orchites, posias. C. 8: Africanas et Herculanas, Saguntinas, hibernas, Telanas atras cett.

C. 9: Salicta locis aquosis, humectis, umbrosis, propter amnes ibi seri oportet. C. 10 compluribus locis in enumerationibus, maxime offendit § 4: opercula *doliis, seriis.* Item c. 11. c. 12. C. 21: Inter cupam *dextra sinistra* pertundito late digitos primarios IV. Ib.: *dextra sinistra* foramina ubi feceris. Ib.: *dextra sinistra* foramina utrinque secus laminas. C. 51: Propagatio *pomorum*, *aliarum arborum.* C. 54: si non laborabunt, pascantur, satius erit. C. 137; Vineam curandam partiario bene curet; fundum, arbustum, agrum frumentarium. Plaut. Amph. prol. v. 13: Haec ut me voltis *adprobare, adnitier.* Capt. III, 2, 5: Ita [nunc] me miserum *restitando*, *retinendo* Lassum reddiderunt. Mil. II, 2, 51: Dextera digitis rationem conputat: ferit femur, ad q. l. vid. etiam Lindem. Poen. V, 5, 3 sq.:

Id etiam me ad prandium ad se abduxit ignavissumus,
Ipse abiit foras, me reliquit pro atriensi in aedibus.

v. 6: Pro minore parte prandi pignus cepi, abii foras. v. 7: Sic dedero! aere militari tetigero lenunculum! Rud. prol. v. 23: Iovem se placare posse *donis hostiis.* Douza: „Et coniunctio illà copulativa elegantiae vel energiae causa cum hic tum alibi saepissime praetermissa est.“ III, 1, 9. 10: Videtur ad me simia *adgredirier*, *Rogare.* Trin. v. 289: cetera rape, trahe, fuge, late (sic Roeperus philol. XVIII, sect. 2, p. 238 a. 1861). cf. Pseud. 138 sq. Post imperativum *i*, et in singulari et in plurali positum copula *et* omittitur, cuius rei exempla Fleckeisenus in Iahnii annal. 1851, vol. 61, sect. 1, p. 18 attulit haec: Mil. 1361. Bacch. 901. 1059. Capt. 184. 658. 950. Rud. 567. Stich. 150. Asin. II, 3, 2. Epid. II, 2, 120. Most. III, 2, 87. Poen. I, 2, 151. — Caecil. Stat. Synephebi fr. 1, v. 208 sq.: ita omnis meos *dolos fallacias Praestigias* praestrinxit commoditas patris. Iuventius Anagnorizomene: Quod potes, *sile cela occulta tege tace mussa mane.* Terent. Andr. prol. v. 10 sq., ubi in v. 11 *enim* interponi potuisset. I, 1, 81 sqq. Eun. prol. v. 23. I, 2, 88. II, 2, 47: Ne *sursum deorsum* cursites. 3, 71: Faciam sedulo: Dabo operam, adiuvabo. v. 96. III, 2, 21: Ita me di ament, honestust, quem locum affert Schellerus p. 768 dicens formulam illam etiam sine *ut* poni posse, = quam verum est me optare, ut dii me ament, tam verum est illum esse honestum. 5, 51: Vix elocutast hoc, foras simul omnes proruont se. Heaut. IV, 1, 29 sq.: Quid cum illis agas, qui neque ius neque bonum atque aequom sciunt? *Melius peius*, *prosit obsit*, nil

vident nisi quod lubet, ubi distributivae particulae omissae sunt. Phorm. 1, 2, 53 sq.: imus, venimus, Videmus. v. 85: Persuasumst homini: factumst: ventumst: vincimur. Particula adversativa omissa est Plaut. Pseud. I, 3, 95: Nolo victimas: mininis me extis placari volo. Terent. Phorm. V, 4, 4. 5, item Hec. I, 2, 66 sq.: nemo ad te venit Nisi cupiens tui: ille invitus illam duxerat. Ib. v. 109: *simulat* se ad matrem arcessi ad rem divinam, *abit*. v. 111. 112. 114. 115. 116 in narratione. III, 5, 62 sq. Adelph. prol. v. 4. 10. 11. I, 2, 7: illa quae antehac facta sunt Omitto: modo quid designavit? v. 33: Ausculta, ne me obtundas de hac re saepius. v. 43 sq.: Postremo aut desine aut cedo quemvis arbitrum: Te plura in hac re peccare ostendam, h. e. si quemvis arbitrum mihi dederis — ostendam. II, 1, 5 (v. Rudd. p. 360): Quamquamst scelestus, non committet hodie umquam iterum ut vapulet, pro: non committet tamen. III, 3, 13. 14. 4, 35 sq. ib. v. 36.

3. Aliud genus breviloquentiae existit, si in duabus enunciationibus verbum, quod ad utramque spectat, semel tantum ponitur, ita ut in altera sit mente repetendum, v. Bernh. synt. p. 455 sq. Cato R. R. c. 3: Patrem familiae villam rusticam bene aedificatam habere expedit, cellam oleariam, vinariam, dolia multa, uti lubeat caritatem expectare, ubi ad accusativos *cellam oleariam* cett. ex antecedentibus *habere* mente repetendum est. C. 5: Cui iussus siet (sc. auscultare), *auscultet*. Ib.: Duas aut tres familias habeat, unde utenda roget et quibus det: praeterea nemini. C. 7: Aminnaeum minusculum et maiusculum et Apicium, ubi fortasse ex antecedentibus *oportet copulari* mente addendum est, nisi post *copulari* comma ponere velis. C. 57: in mense congios II. S. (sc. bibant). C. 58: Salis unicuique in anno modium satis est (sc. dare). C. 59: Vestimenta Familiae tunicam P. III. S. saga alternis annis (sc. dato). C. 60: Bubus cibaria annua, ubi ex superioribus *dare oportet* mente addendum est. Plaut. Amph. I, 1, 200: Hic inquam habito ego atque horunc sum servos. ME. At scin quo modo? sc. horum servus sis?, ad q. l. Grut.: „*Scin quomodo* formula minantis est, crebra Plauto.“ II, 2, 115: Egone istuc dixi? AL. *Tute istic*, sc. dixisti. v. 123: Qui nunc, mulier? audin illum? AL. Ego vero, ac falsum dicere, sc. audio, et hoc etiam audio, ipsum mentiri. IV, 3, 11: intro edepol abit, credo ad uxorem meam. Similiter Truc. II, 3, 15: Nescio quem praestolatast:

credo, militem, sc. praestolata est. Asin. III, 3, 36: Tum tu igitur loquere quod lubet. LE. Hunc hercle verberare, sc. lubet. Aul. II, 8, 20: Aulam maiorem, si potes (sc. petere), vicinia Pete. Capt. II, 1, 39: nunc ut mihi te volo esse autumo, ubi ad alterutrum verbum *esse* mente addendum est. III, 5, 24: Dum ne ob malefacta, peream. Curc. II, 1, 33: Vah, solus hic homost qui sciat divinitus, ubi cum Lambino ex praegressis *coniecturam facere* repetendum, quod si non vis, simplicius etiam cum Gronovio *fari* mente addere potes. 3, 63: quid? lenonem Cappadocem?, ubi ex antecedentibus mente addendum est: nostine? V, 2, 6: Nugas garris. CH. *Soleo:* nam propter eas vivo facilius. Similiter Rud. IV, 4, 31: Si ille te conprimere solitust, hic noster non solet, sc. conprimere, et Terent. Ad. I, 1, 54: credo iam, ut *solet*, Iurgabit. Plaut. Cas. II, 6, 16: perperam Iamdudum hercle fabulor. CL. pol tu quidem (sc. fabularis perperam), atque etiam facis. III, 2, 18: nunc vale atque istam iube, sc. valere meis verbis. Epid. V, 1, 8: Quid agis, mea commoditas? EP. Quod miser, sc. agit. Bacch. V, 2, 8: Sine suo usque arbitratu, ubi Schmiederus: „sc. garrire eas quae lubeat." Simplicius tamen est ex praegressis mente addere *deridere nos.* v. 56: siquid vis (sc. concastigare), filium concastigato. Mil. II, 6, 21: Licetne?, ubi Gron.: „scil. expurgare me." Lindemannus: „Interpellat orationem Periplectomenis, licetne, dicens, me expurgare? Sed iratior etiam pergit senex et mira verborum congerie et praeclare ficto ad iracundiam sermonis flumine in servum invehitur." Merc. I, 2, 59: Tamne indignus videor? CH. Immo dignus. AC. Equidem credidi. Lamb.: „sc. me dignum esse, cui supplices. Alii: me indignum videri tibi, cui supplices." IV, 3, 24: Haeres: haud vidi magis, ubi sec. Rost. comment. Plaut. p. 263 *haerentem* mente addendum est. Poen. III, 2, 11: Di te perdant. MI. Vos quidem hercle, ubi sec. Rost. p. 311 mente addendum est: di perdant. IV, 2, 34: malus sum. SY. Tibi sis. MI. *Te volo*, ad q. l. Gronovius: „Et hic iocus est ex ambiguitate, qua saepe ludit Plautus. Haec enim verba ad praecedentia relata significant: Te volo tibi malum esse, tibi ipsum iumento tuo arcessere supplicium: et, ut solent, utque accipit servus alter, te volo conventum." Ex sermone alius verbum repetendum est ib. V, 2, 72: Servom hercle te esse oportet et nequam et malum — MI. At hercle te hominem et

sycophantam et subdolum, sc. esse oportet. Rud. II, 7, 12: Intro rumpam iam huc in Veneris fanum. CH. In barathrum mavelim, sc. ut rumpas. IV, 3, 29: Hunc homo nemo a me feret: ne tu te speres ocius (sc. laturum esse). 4, 30: Quid, tu idem vis mihimet fieri, quod erus consuevit tibi? sc. facere. V, 4, 57: ego habeo. GR. [Tu] hercle: at ego me mavolo, sc. habere. Truc. II, 2, 27: Comprime. ST. Spero meam quidem hercle, sc. compressurum esse vocem aut iram (sed haec ita ambigue dicta sunt, ut etiam amicam intelligere possis, de qua re vide Lipsium). S. C. de Bacch.: ita exdeicendum censuere — Sei ques esent, quei sibei deicerent necesus ese bacanal habere, eeis (sc. exdicendum esse), utei ad Pr. urbanum Romam venirent. Terent. Andr. II, 2, 10: Et quid tu, sc. timeas. IV, 4, 45: Audivi iam omnia. DA. Anne tu omnia? sc. audivisti. 5, 10: iam hic suos parentis repperit? Utinam. CR. An non dum etiam? Eun. III, 1, 54: Si laudabit haec Illius formam: tu huius contra, sc. formam laudato. Plane similia attulit Bernh. e Graecis p. 456 extr. IV, 1, 12: In convivium illam?, ubi sec. Donatum ex praegresso *arcesse* mente repetendum est *arcesses*. Heaut. I, 2, 17: Nunc servolum ad eam in urbem misit, et ego nostrum una Syrum. . V, 1, 76: Hic ita ut liberos est aequom (sc. confutari), dictis confutabitur. Adelph. III, 4, 8: Nisi facient, quae illos aequomst (sc. facere), haud sic auferent. Phorm. II, 3, 36: Nossem? PH. Ita. DE. Ego me nego, sc. eum nosse. 4, 8: Dic, Cratine. CR. Mene vis? sc. dicere meam sententiam. Adelph. IV, 2, 29: idem quod ego suasit. — *Quasi si* igitur non est pleonasmus (v. Reisig. p. 803), non magis quam ὥσπερ ἄν εἰ apud Graecos, de quo vide Bernh. p. 456. Sic Plaut. Cas. prol. v. 46: educavit magna industria, *Quasi si* esset ex se nata.

4. Tertium genus breviloquentiae est *zeugma*, cuius vis in eo posita est, ut unum verbum ad singula membra enunciationis referatur. Plaut. Aul. III, 6, 24: Tum obsonium autem. Recte Dissaldeus: „Subaudiunt *misisti* [sic Taubm.], sed recte subintelligendum est [ex antecedd.] potest absumere tibicina, ut fontem interbibere. Propterea respondet Megadorus, non posse, etiamsi sit maxima esitatrix, quia quod misit etiam legioni satis esse possit.“ Most. V, 1, 31: Quia negat novisse vos. TR. Negat? THEUR. Nec vos sibi Nummum umquam argentei dedisse, ubi *dicit* pro *negat* expectatur sive *et* pro *nec*,

›demque modo v. 34: Immo edepol negat profecto, neque se
.sce aedis Philolachi Vendidisse (sc. dicit). Ter. Phorm. II,
6 antecedunt: Hanc Demipho negat esse cognatam, et se-
ıuntur v. 8 haec: Neque eius patrem se scire qui fuerit? (sc.
cit). Plane similia ex Graecis affert Bernh. p. 458. Rudd.
360, adnot. 8: „Saepe plures orationes uno verbo claudi
dentur, sed ad verum sensum aliquid supplendum est, ut
er. Andr. III, 5, 18: hoc tempus praecavere mihi me, haud te
cisci sinit. In priore huius exempli parte *iubet* intellige."

5. Rhetorica breviloquentia nonnunquam statuenda est,
duae enunciationes ita inter se coniunctae sunt, ut mente
ldendum sit: *tibi* (*vobis*) *dico* (*dicam*) sive *scito* (*scitote*). Sic
erent. Andr. IV, 4, 36 sqq., item Heaut. III, 1, 40: nam ut
scias, Quam ea nunc instructa pulchre ad perniciem siet, Pri-
ım iam ancillas secum adduxit plus decem, sc. tibi dicam. Ad.
ol. v. 15 sqq.:

Nam quod isti dicunt malivoli, homines nobilis
Eum adiutare, adsidueque una scribere:
Quod illi maledictum vemens esse existumant,
Eam laudem hic ducit maxumam, quom illis placet,
Qui vobis universis et populo placent,

ı ad alteram enunciationem mente addendum est: dicam (o)
bis vel scitote.

6. *Collocatio verborum.* De hoc loco syntaxis vide praeter
ɔrum Raspii etiam Iahnii censuram huius libri in annal. phi-
l. vol. 45, sect. 1, 1845, p. 47 sqq., quibus satis habeo ob-
rvationes nonnullas singulares addere, quas in legendis pri-
is scriptoribus collegi. Nonnulla vide etiam in particulis.
l- verbum, cuius maxima vis est, nonnunquam etiam, ut alii
ɔponatur, ab initio collocatur. Idemque valet in totas partes
ıunciationis. Sic Cato R. R. c. 1: *Praedium* quod primum
ɔt, si me rogabis, sic dicam. H. l. interrogatio in principio
ationis posita est, ut magni momenti esse significetur. C. 4:
illam urbanam pro copia aedificato. C. 6: *Agrum* quibus locis
nseras, sic observari oportet. Ib.: *Vineam* quo in agro conseri
ortet, sic observato. Ennii fr. Phoenicis 3: Plus miser sim, si
elestum faxim quod dicam fore, h. e. sec. Bothium: si faxim
l) quod dicam fore scelestum. Plaut. Aul. prol. v. 2: Ego
ar sum familiaris, quem locum Priscianus IV, p. 692 Putsch.
: citat: Ego sum lar familiaris, et rursus p. 1455. II, 1,

12: neque *occultum* id haberi tibi (Mon. et Guelf. neque id occultum). v. 14: *foras* te huc (vulg. te huc foras). v. 27: *liberis* procreandis (sic Herm. clem. d. m. p. 308; vulg. pr. lib.) III, 4, 3: Veluti *me* Megadorus temptat omnibus miserum modis, v. Goell. 6, 27: Volo *ego* ex te scire. Nonius: Volo scire ego ex te. Bacch. IV, 4, 25: An nescibas, quam *eius modi* homini raro tempus se daret, quae sic sunt ordinanda: An nesciebas, quam raro eiusmodi tempus se daret, v. Douza. Most. III, 1, 37: *Quicquid dehinc dicam*, nunc id certumst dicere. Mil. III, 1, 214: set *quid meminisse id refert*, ego [nescio] tamen. Sic praedicatum, utpote in quo vis maior posita sit, ante subiectum est collocatum Poen. V, 2, 108: Nam mihi *sobrina* Ampsigura (*Δ*p Ampsagura) tua mater fuit. Ib.: 4, 38: *Id ego*, nisi quid di aut parentes faxint, qui (*Δ*pg quid) sperem, haud scio. H. l. *id* ab initio enunciationis positum est, ut unusquisque statim sciat, qua de re agatur, eademque causa etiam *ego* iam secundum locum obtinet sententiae. Rud. III, 5, 12 vulgo legitur: Si non te ludos pessimos dimisero, sed Ambrosianus Ang. Maii (p. 494) habet Si *te non* ludos p. d., et sic etiam Fleckeisenus. Terent. Andr. I, 1, 8: *Ego* postquam te emi. V, 1, 1: *Satis* iam *satis*, Simo, spectata erga te amicitiast mea. Adelph. III, 3, 32: Istuc est sapere, non *quod ante pedes modost* Videre, sed etiam illa quae futura Prospicere. Subiecta initio orationis posita disiunctionem faciunt ib. v. 40 sq. Haud raro tamen contra evenit, ut postponendo vocabulo vis eius intendatur itaque primarium fiat sententiae. Sic *nemo* verbo postpositum est Cato R. R. c. 5: Iniussu domini credat *nemini*. Ib.: Satui semen, cibaria, — dederit *nemini*. Substantivo suo, ad quod pertinet, Plaut. Asin. IV, 1, 11, item v. 23: Vocet convivam *neminem* illa. Mil. IV, 1, 33: Tibi divitiarum *adfatimst* (v. Rasp. p. 40). Caecil. Stat. fr. Hypobolimaei Aeschini ap. Gell. XV, 14: minus *nihilo*, dictum pro *nihilominus*, ut Gellius docet. Similiter Ter. Andr. prol. v. 4: aliter — multo. Enunciationes secundariae primariae inseruntur, sic Plaut. Merc. III, 3, 23: At tu, *quando habebis*, tum dato. Ter. Andr. II, 1, 9: Facile omnes, *quom valemus*, recta consilia aegrotis damus. Vocativus saepe mediae orationi inseritur, sic Plaut. Aul. II, 1, 20: Peior, *frater*, est. v. 33: His legibus sed si, *soror*, quam vis dare, ducam cett. Nonnunquam duo vocabula, quae unam notionem efficiunt, compluribus vocabulis interpositis dirimun-

tur. Huc pertinent Ter. Ad. II, 1, 40: nam ego *liberali* illam adsero *causa* manu, ad q. l. Donatus: „Ordo est: ego liberali caussa manu assero.“ Eadem est collocatio Plaut. Poen. V, 2, 4: Eas *liberali* iam adseres *causa* manu, sed IV, 2, 84 est: manu eas adserat, Suas popularis, *liberali causa*. Adde Terent. Eun. III, 2, 26: Thais *maxumo* te orabat *opere*, ut cras redires. Adverbia fere ante verbum ponuntur (Rasp. p. 38), ut Ter. Andr. IV, 2, 31: Dum exeo, *parumper* opperire hic. Vocabulum *quomque* nonnunquam per tmesin a pronomine relativo, cum quo est compositum, dirimitur, ut Ter. Andr. I, 1, 36: Cum *quibus* erat *quomque*. 5, 28: *Quae* meo *quomque* animo lubitumst facere. Attributivum si constat ex praep. cum subst., postponitur (Weissenb. synt. p. 408), sic Plaut. Capt. III, 2, 10: Philocratem ex Alide. Praepositiones saepe postponuntur, sic *ab* Asin. I, 1, 105: Non esse servos peior hoc quisquam potest Nec magis vorsutus nec *quo ab* caveas aegrius. *Ad* Ter. Phorm. III, 2, 38 sq.: dies, *Quam ad*. *Erga* Heaut. I, 2, 15: se erga. II, 3, 14: Animus *te erga*. *Penes* Plaut. Amph. II, 2, 21: quem penes. *Propter* ib. IV, 1, 8: *quem propter* corpus suum stupri conpleverit. *Per* in obtestationibus plerumque a casu suo separatur. Sic Bacch. IV, 8, 64: sine me, *per* te, ere opsecro *Deos inmortalis*, ire huc intro ad filium. Men. V, 7, 1: *Per* ego vobis *deos* atque *homines* dico. Rud. III, 2, 13: *Per* ego *haec genua* te optestor, senex. Vide etiam vol. I, p. 248. Diversum est *per* adverbium, quod pro *valde* ponitur, diremptum ab eo vocabulo, cui vim addit, quam vulgo tmesin vocant. Plaut. Cas. II, 6, 18: *Per* pol *saepe* peccas. Terent. Andr. III, 2, 6: *Per* ecastor *scitus* puer. Hec. I, 1, 1: *Per* pol quam *paucos* reperias meretricibus Fidelis evenire amatores. Extant vero etiam collocationes verborum sollemnes. Sic *digitus pollex* Cato R. R. c. 19. 20. — Plaut. Amph. III, 4, 16: adsimulabo *me esse* ebrium, ad q. l. Lindem.: „Male Bothius: *esse me*. Pronomen praeponendum erat ex Latini sermonis consuetudine.“ De *idem* coniuncto cum pron. demonstr., de *idem* — *istuc*, *idem ego*, *idem tu* vide vol. I, p. 367. Imperativus *i* in nonnullis formulis praeponi solet. Sic Capt. III, 4, 103: Quin quiescis? [*i*] dierectum, cor meum ac suspende te, de quo loco dicit Rostius p. 123: „Both. et Lind. — imperativum *i*, in codicibus et libris impressis vel deficientem vel post *cor meum* collocatum, recte posuerunt ante *dierectum*. Solemne enim Plauto est, in hac locutione imperativum prae-

ponere." Rud. IV, 4, 126 tamen scribit Fleckeisenus: Quin *dierecta i* tu cum sucula. Deinde collocatio *i hac mecum* Plauto sollemnis est, quam in rem Fleckeisenus in Iahnii annal. 1851, vol. 61, sect. 1, p. 47 affert exempla haec: Trin. 577. 710. Bacch. 1175. 1181. Aul. IV, 7, 13. Men. II, 3, 54. Merc. IV, 1, 23. — *Bene gesta re* nunquam Plautus dixit, sed aut *bene re gesta* aut *re bene gesta* aut *re gesta bene* (Verba sunt Fleckeiseni exerc. Plaut. p. 47 ad locum Rud. III, 1, 10: Quoniam redisse *bene re gesta* me videt). De collocatione pronominis *quisque* v. vol. I, p. 404 sq. Semper dicitur *manibus pedibusque* (Ramsh. p. 628), ut Ter. Andr. I, 1, 134. — *Mens* v. *animus* praeponi solet (v. vol. I, p. 8. Herz. ad Sall. p. 308). Sic Terent. Andr. I, 1, 137: Mala mens, malus animus, item in coniunctione Plautina mens animi. De *dies noctisque* v. Reisig. p. 828. Eun. I, 2, 113 tamen Bentleius scribere volebat noctes diesque, quemadmodum legitur ib. V, 8. 49 noctis et dies, Andr. IV, 1, 53 noctisque et dies. Dicitur *referre gratiam* (v. Rasp. p. 52), sic Ter. Eun. II, 3, 93: Nunc *referam gratiam*. Vide etiam vol. I, p. 18 sq. Semper dicitur *minume gentium* (v. Rasp. p. 40), ut Eun. IV, 1, 11. Verbum *inquam* semper toti orationi vel parti certe eius postponitur, ut Heaut. IV, 7, 1: „Ecce me" *inque*. *An non* semper ponitur post verbum prioris membri interrogationis, de qua re vide Reisigium p. 473 sq., qui affert Phorm. I, 2, 97: Pater eius rediit *an non?* cui exemplo addit Haasius Plaut. Mil. IV, 6, 50: Nescio tu ex me hoc audiveris *an non;* ib. 8, 26: Temptabam spiraret *an non*. Obtestandi vocabulum *hercle* coniunctum cum *certe* vel *sane* liberiorem sequitur collocationem, v. Rasp. p. 40, qui affert Plaut. Merc. I, 2, 74: *hercle certe*. Ter. Andr. III, 2, 15: *Certe hercle*. Plaut. Trin. III, 3, 53: *hercle sane*. Ter. Eun. III, 5, 59: *Sane hercle*. Offendit collocatio verborum Plaut. Poen. prol. v. 105: *Marique terraque* usquequaque quaeritat. Eiusdem stirpis vocabula, quemadmodum apud Graecos, alterum iuxta alterum poni solent. Sic Plaut. Aul. III, 4, 6: *me meus* intus gallus gallinaceus. Ter. Eun. V, 5, 17: *aliud* ex *alio* malum, quamquam ib. IV, 2, 3 legitur: *Aliam* rem ex *alia*, quemamodum Plaut. Amph. prol. v. 137: Quo pacto *donis* sit *donatus* plurumis. Nonnullae collocationes ex numero versus explicandae sunt, quam in rem affert Ritschelius in museo Rhenano VII, p. 312 sqq. Mil. glor. 27: quid bráchium? — illut *dicere volui*

femur, dicens propter commodum versus clausulam semper Plautum dicere *volui dicere*, nunquam *dicere volui*, quapropter sic scribit versum Plauti:

quid bráchium? — illut, *fĕminur*, *volui dícere.*

De loco autem Trin. IV, 1, 5: Atque tibi ego, Neptune, ante alios deos gratis ago atque habeo summas Ritschelius ind. schol. Bonn 184⁴/₅ p. 5 haec habet: „quorum collocationem verborum *ego Neptune tibi* vix dubito quin significantius cum Bothio ita uti fecimus, quam sic corrigas cum Hermanno: ego tibi Neptune; quanquam utroque modo *tibi*, in quo vis est sententiae, fortius intenditur, sive illud ictu versus acuitur, sive ab initio enunciati ponitur."

7. Quaevis insolentior collocatio verborum, in qua notiones cognatae separantur et distrahuntur, dicitur *synchysis*, cuius potissimum genus est *hyperbaton*. v. de Graecis Bernh. p. 459 sqq. Sic Plaut. Aul. II, 3, 3: vascula intus pure propera atque elue, quod secundum Goellerum dictum est pro: propera atque elue, (vasc. int. pure), eamque rationem excusari dicit festinatione loquentis. Ib. IV, 8, 1: Picis divitiis, qui aureos montes colunt, Ego solus supero, pro: Ego solus supero divitiis picis, qui a. m. c. Locus Ter. Hec. IV, 2, 5, quem Rudd. affert, non pertinet huc, nam ibi pro *quam* cum Bentleio et Fleckeiseno scribendum est *quod*, sic: Teque ante quod me amare rebar, ei rei firmasti fidem. Ad. V, 7, 19: Tu illas abi et traduce. Deinde pertinet ad synchysin, si coniunctiones et adverbia, maxime relativa, item pronomen relativum postponuntur (similiter apud Graecos, v. Bernh. p. 461). Quo pertinent inprimis *ut*, *si*, *ne*, *quam*, *quando* cett. Cato R. R. c. 1: Praedium *quum* parare cogitabis, sic in animo habeto. C. 4: In bono praedio *si* bene aedificaveris beneque posueris: ruri *si* recte habitaveris, libentius et saepius venies, fundus melior erit, minus peccabitur, fructi plus capies. C. 5: Familiae male *ne* sit. Ib.: Vilicus *si* nolet male facere, non faciet (sc. familia). Ib.: dominus impune *ne* sinat esse. Ib.: Vilicus *ne* sit ambulator, ad coenam *ne* quo eat. Ib.: Parasitum *ne* quem habeat. Haruspicem — *ne* quem consuluisse velit. Segetem *ne* defrudet. Ib.: Stramenta *si* deerunt. Plaut. Amph. IV, 3, 8: resque *ut* factast eloquar. Aul. V, 1, 20: modo quod. Merc. IV, 4, 4: Nam qui amat, quod amat, *si* habet, id habet pro cibo. Pseud. III, 2, 94: Ipsus sibi faciam *ut* digitos praerodat suos. Terent. Andr.

I, 2, 4: Mirabar, hoc *si* sic abiret: et eri semper lenitas Verebar *quorsum* evaderet. IV, 1, 30: nec te quivit hodie cogere illam *si* duceres. Plaut. Capt. II, 3, 65: Magis *non* factum possum velle quam opera experiar persequi. Lamb.: „Ordo est: Non magis possum factum velle.“ Adeo *et* postpositum est verbo Rud. prol. v. 7: Inter mortalis ambulo [*et* ego] interdius secundum emendationem Lachmanni.

8. *Anacoluthorum* exempla commemoravimus vol. I, p. 30 haec duo: Ter. Eun. prol. v. 10 et Hec. III, 1, 6, ib. p. 381 Plaut. Pseud. I, 5, 58. Ad anacoluthon pertinet etiam *attractio*, qua secundariae notiones cum primaria in unam notionem connectuntur; reliqua enim genera attractionis, in praedicato (c. VII, 3. XIII, 4) et in pron. relativo ad singula tantum vocabula pertinent. Sic Terent. Phorm. III, 1, 16: Ut aibat De eius consilio sese velle facere quod ad hanc rem attinet. Alius generis est Plaut. Merc. IV, 5, 1: Era quo me misit, ad patrem, non est domi.

9. Ad formandas *enunciationes primarias* quod attinet, tria potissimum idiomata commemoranda sunt, primum, ubi subiectum enunciationis secundariae mutatur in obiectum primariae, alterum, ubi unum subiectum pertinet ad duas enunciationes, quae sunt *ἐκ παραλλήλου* positae, sed ita ut in altera nominativo casu sit intelligendum, tertium, ubi iuxta ponuntur duae enunciationes primariae ita, ut plurimis in locis obliquam potius enunciationem exspectes. Primum igitur spectemus eum usum, quo *subiectum enunciationis secundariae mutatur in obiectum enunc. primariae,* qui admodum frequens est inprimis apud Plautum et Terentium. Cato R. R. c. 4: Eos surculos facito sint longi pedes binos. C. 8: haec facito uti serantur, ubi *haec* accusativus est, ut ex praegressis patet, quorum appositio est. Schneiderus: „Ad plures accusativos *facito* referri debet, more antiquo, quem Plautinis exemplis multis illustravit Gesnerus, laudata etiam Sanctii Minerva cum notis Perizonii II, 5, 5. Atticis eadem ratio dicendi fuit familiaris.“ C. 18: superiorem partem arborum digitos sex altam facito ut siet. C. 32: Vineam sic facito uti curetur. C. 41: Eos surculos facito sint longi pedes binos. C. 76: Caseumque per cribrum facito transeat in mortarium. C. 133: Eo modo quod vis genus arborum facere poteris, uti radices bene habeant. C. 5: prius villam videat clausa uti siet. Fortasse spectat huc etiam c. 38: Ignem caveto ne intermittas quin semper sit. Cato apud

Frontonem in ep. ad Verum imp. 1, p. 134 (Meyer. in add. ad p. 65. Iordan. 35, 1): Interea unamquamque turmam, manipulum, cohortem temptabam, quid facere possent. Plaut. Amph. I, 1, 141 sq.: nunc propterea quod me meus erus Fecit ut vigilarem. v. 242: Tu me vivos hodie numquam facies quin sim Sosia. II, 1, 35: At ego faciam te hodie, proinde ut meritu's, ut valeas minus, Et miser sies [ex] salvo iam, ubi v. Lamb. Asin. I, 1, 13: ut ipse scibo, te faciam ut scias. 2, 14: Ego edepol te faciam ut quae sis nunc et quae fueris scias. Aul. III, 2, 29: Ego te faciam, miserrumus mortalis uti sis. IV, 10, 67: Quem ego avom iam feci, ut esses filiai nuptiis? ubi Taubm.: „Genus loquendi permixtum.“ Capt. III, 4, 77: ego *te*, Philocrates False, faciam ut verus hodie reperiare Tyndarus. Cas. III, 6, 18: Facite coenam mihi ut ebria sit (= opipara, copiosa). Cist. III, 14: Tu nunc — sola me ut vivam facis. Epid. IV, 2, 36: exitiabilem ego illi faciam hunc ut fiat diem. Most. II, 1, 42: si ego advenientem ita patrem faciam tuum, Non modo ne intro eat, verum etiam ut fugiat longe ab aedibus? Mil. IV, 6, 43: Venus fecit eam ut divinaret. Pseud. I, 2, 33: Pernam callum glandium semen face in aqua iaceant. v. 79: Te ipsam culleo ego cras faciam ut deportere in pergulam. IV, 6, 37: quid ego cesso Pseudulum Facere ut det nomen ad molas coloniam? Poen. I, 2, 159: At te faciet ut sis civis Attica atque libera. II, v. 41: tum me Iuppiter Faciat ut semper sacruficem, nunquam litem (sic Both.). V, 5, 10: Iam pol ego illam pugnis totam faciam uti sit merulea. Pers. III, 1, 54: Necessitate me, mala ut fiam, facis. 3, 10: Possum te facere ut argentum accipias, lutum? IV, 9, 6: ego pol te faciam, scelus, Te quoque etiam ipsum ut lamenteris. V, 1, 8: Inde ego omnis hilaros lubentis laetificantis faciam ut fiant. I. Gul.: „perobscurus hic [versus] est, ob insolentiam formulae, *faciam hilaros ut fiant*, elegantis tamen, et in uno Plauto locis sexcentis obviae, accusandi casu pro nominandi posito.“ Rud. I, 4, 24: Tu facis me quidem vivere ut velim. Truc. IV, 3, 42: Nunquam te facere hodie quivi, ut is qui esset diceres. Terent. Heaut. I, 1. 4 sqq. v. 32: istuc, quidquid est, fac me ut sciam. Hec. prol. II, v. 4: Novas qui exactas feci ut inveterascerent. Plaut. Pseud. I, 1, 110: Satin est si hanc hodie mulierem ecficio tibi Tua ut sit. Terent. Andr. II, 3, 15: Hic reddes omnia,

Quae nunc sunt certa ei consilia, incerta ut sient. Plaut. Amph. I, 3, 9: Opservatote eum quam blande suppalpatur mulieri. Aul. I, 1, 15: Ne me observare possis, quid rerum geram. Bacch. II, 3, 53: occepi ego opservare quamnam rem gerant. Amph. I, 3, 10: Ecastor te experior quanti facias uxorem tuam. Pseud. I, 1, 71: Nunc ego te experior quid ames, quid simules. Asin. I, 1, 45: Verum meam uxorem, Libane, scis qualis siet. Aul. II, 2, 40: quoniam tu me et ego te, qualis sis, scio. IV, 10, 35: neque ego aurum neque istanc aulam quae siet, Scio nec novi. Cist. IV, 2, 69: qui illam ait se scire ubi sit. Epid. III, 2, 41: Haec scitis iam ut futura sint. 4, 22: Nunc demum scio ego hunc qui sit. IV, 2, 27: Quia hanc ego, quae siet, Neque scio neque novi. Men. II, 1, 21: Ego illum scio quam carus sit cordi meo. 2, 27: Neque hercle ego habeo neque te, quis homo sis, scio. Merc. V, 2, 47 sq.: Tuam amicam CH. Quid eam? EU. Ubi sit, ego scio. CH. Tune obsecro? EU. Sanam et salvam. CH. Ubi eam salvam? Pseud. I, 1, 14: Licetne id scire quid sit? 3, 41: Heia, scimus nos quidem te qualis sis. Trin. II, 2, 92: Scin tu illum quo genere gnatus siet? III, 2, 72: Scio equidem te animatus ut sis. Terent. Eun. V, 8, 5: scia me in quibus sim gaudiis? Phorm. II, 3, 8. Hec. III, 5, 18: Omnem rem scio, ut sit gesta. Plaut. Amph. II, 2, 214: Delenitus sum profecto ita, ut me qui sim nesciam. Cist. I, 3, 16: Quoniam reum eius facti nescit qui siet. Poen. III, 2, 15: at ego pol illum qua sit facie nescio. 3, 36: nescimus nos quidem istum qui siet. Trin. IV, 2, 7: quem ego qui sit homo nescio. Idem legitur v. 120. Terent. Eun. IV, 3, 15: Ego illum nescio, Qui fuerit. Heaut. V, 4, 15: Deos nescio, ubi cum Schmiedero mente addendum est: quid facturi sint. Plaut. As. II, 2, 81: set se eum non novisse hominem qui siet. Epid. IV, 2, 10: Nego ego eam novisse quae sit (sic Iacob. *Δρ ne ego*. Lamb. *Nego eam me*). Bacch. IV, 6, 16: Nosces tu illum actutum qualis sit. Mil. II, 5, 42: Neque moror neque vos qui sitis homines novi neque scio. III, 3, 51: Qui noverit me quis ego sim? Pseud. I, 3, 28: Nosce saltem hunc qui est. IV, 7, 114: Neque istum Pseudulum mortalis qui sit novi neque scio. Poen. V, 3, 2: Novistin tu illunc tunicatum hominem, qui siet? Trin. v. 283: Novi ego hoc saeculum, moribus quibus siet. Terent. Eun. III, 5, 18: Quom ipsus me noris, quam elegans formarum

spectator siem. Heaut. II, 3, 129: Patrem novisti ad has res quam sit perspicax. v. 130: Ego te autem novi quam esse soleas inpotens. Andr. III, 2, 23: Non satis me pernosti etiam, qualis sim. Plaut. Bacch. IV, 7, 28: Quom illum rescisces criminatorem meum Quanto in periclo et quanta in pernicie siet. Terent. Hec. IV, 1, 52: si ipsam rem, ut siet, resciverit. Plaut. As. I, 1, 98 sq.: Profecto nemost quem iam dehinc metuam mihi, Nequid nocere possit. Men. II, 3, 66: hunc metuebam ne meae Uxori renuntiaret de palla et de prandio. V, 2, 108: Sane ego illum metuo, ut minatur, ne quid male faxit mihi. Mil. IV, 2, 6: Eos nunc homines metuo ne opsint mihi neve opstent uspiam. Merc. III, 3, 25: Metuo ego iam uxorem, cras si rure redierit, Ne illam hic offendat. Pseud. IV, 3, 3: Nimisque ego illunc hominem metuo et formido male, Ne malus item erga me sit. v. 9: Primum omnium iam hunc conparem metuo meum Ne deserat me atque [hinc] ad hostis transeat. Terent. Eun. III, 5, 62 sq.: metuo fratrem Ne intus sit. V, 2, 16: Hanc metui, ne me criminaretur tibi. Phorm. III, 2, 6. Plaut. Rud. II, 3, 59. 60: eam veretur Ne perierit. Ter. Hec. IV, 1, 60: Simul vereor Pamphilum, ne orata nostra nequeat diutius Celare. Plaut. Fragm. Cistellariae: Quid? tuam times amicam, ne te manulea Caiet? Ter. Eun. I, 2, 80 sq.: et istam nunc times Quae advectast, ne illum talem praeripiat tibi, ad q. l. Ruhnk.: = times, ne ista illum talem praeripiat tibi. Heaut. I, 2, 15: Timet omnia, patris iram et animum amicae se erga ut sit suae. Plaut. As. III, 3, 141: Nunc rem ut est eloquamur. Men. III, 2, 53: Uxori rem omnem iam, ut sit gesta, ego eloquar. Trin. v. 236: omnium primum Amoris artis eloquar, quemnam ad modum se expediant. Aul. III, 6, 6: meminerint sese unde oriundi sient. IV, 6, 4: Nimis hercle ego illum corvom ad me veniat velim. Pseud. IV, 5, 10: Nunc ego Simonem mi ob viam veniat velim. Poen. V, 2, 106: Patrem atque matrem viverent vellem tibi. Aul. IV, 7, 16 sq.: servom meum Strobilum miror ubi sit. Memorabilis est locus Capt. II, 3, 16: Qui me quid rerum hic agitem et quid fieri velim, Patri meo ordine omnem rem illuc perferat, ad q. l. Lindemannus: „Graeca dicendi forma pro eo quod dicendum: qui, quid *ego* rerum hic agitem. Eius structurae exempla apud Plautum et Terentium permulta extant. Plautus hoc amplius accusativum duplicem posuit, et *omnem rem* appositio est ad superiora: me quid agitem, me quid fieri velim."

III, 4, 25: Viden tu hunc, quam inimico voltu intuitur? Most. III, 2, 125: non vides tu hunc voltu ut tristist senex? Mil. IV, 2, 54: Viden tu ignavom, ut sese infert? Pseud. V, 2, 7: Non vides med uti madide madeam? Rud. II, 7, 15: At vides me, ornatus ut sim vestimentis uvidis. III, 6, 31: Viden me ut rapior? Ad eandem normam dictum est etiam in passivo Ter. Heaut. IV, 3, 11: amici quoque res est videnda in tuto ut conlocetur, quod contra v. 16 sq. dictum est: Videndumst, inquam, Amici quoque res — in tuto ut conlocetur. Phorm. V, 8, 93 sq. Plaut. Rud. II, 7, 34: Nunc lenonem quid agit intus visam, convivam meum. Curc. IV, 4, 34: Cupio dare mercedem, qui illunc ubi sit conmonstret mihi. Terent. Eun. II, 3, 16: Nunc Parmeno, te ostenderis qui vir sies. Plaut. Curc. V, 2, 33: Quaeratis chlamudem et machaeram hanc, unde ad me pervenerit. Pers. III, 4, 84: at ego illam (nach jener) quaero, quae fuit. IV, 4, 83: At ego patriam te rogo quae sit tua. Bacch. III, 6, 26: Dic modo hominem qui sit. IV, 8, 15: illum te inventurum qualis sit? Merc. II, 1, 29 sq.: nisi capram illam suspicor Iam me invenisse quae sit aut quid voluerit. Men. V, 5, 52: tuos servos iube Hunc ad me ferant. Stich. II, 2, 71: iube famulos rem divinam mi adparent. Men. V, 9, 24: Nam et patriam et patrem commemorant pariter qui fuerint sibi. Pseud. IV, 7, 88: Chlamudem hanc conmemores quanti conductast. Mil. IV, 2, 5: Qui aucupet me quid agam? Merc. I, 1, 6 sq.: Quos edepol ego credo humanas querimonias Non tanti facere, quid velint quid non velint. Trin. IV, 2, 150: si te flocci facio an periisses prius. Plaut. Fragm. p. 485, v. 13: Neque muneralem Legem, neque Lenoniam, Rogata fuerit nec ne, floccid' aestumo. Merc. II, 4, 15: Responde: quo leto censes me ut peream potissumum? Poen. IV, 2, 91: Vale et haec cura clanculum ut sint dicta. Pers. IV, 3, 54: Eam te volo curare ut istic vaeneat. Rud. IV, 4, 24: quid tu me curas quid rerum geram? Truc. II, 2, 62: Verum ego illum, quanquam violentust, spero mutari potest (sic Kampm. de *AB* p. 11, adnot. 3.). Terent. Andr. II, 3, 4: Prius quam tuom, ut sese habeat, animum ad nuptias perspexerit. Adelph. V, 4, 20: Illum ut vivat optant.

10. Alterum est, ut *unum subiectum spectet ad duas enunciationes ἐκ παραλλήλου positas* ita ut in altera nominativo casu sit addendum. Huius usus, qui apud Graecos multo frequentior est (v. Bernh. p. 468, qui affert inter alia *καί τε διὰ*

ῥινοῦ βοὸς ἔρχεται οὐδέ μιν ἴσχει sc. ῥινός), hoc unum habeo quod afferam exemplum ex Terentio, Hec. IV, 2, 19 sq.: haec mihi nunc curast maxuma, ut ne*quoi* mea Longinquitas aetatis obstet, mortemve *expectet* meam, ubi ex *quoi* in altero membro mente addendum est *is*.

11. Tertium est, si iuxta ponuntur duae enunciationes primariae in *oratione recta*, ubi plerumque exspectatur, ut altera e priore per *obliquam orationem* suspensa sit. Maxime hoc usu venit in verbis *facio, credo, opinor, fateor, scio, cogito, spero, censeo, dico, video, certumst,* aliis. Ponuntur autem haec verba modo in principio enunciationis, modo in extrema ea, modo παρενθέτως inseruntur. Et in universum, si verum quaeris, omnes enunciationes parentheticae proprie huc spectant, quales sunt Ter. Adelph. I, 2, 41: et *(dis gratia)* Est unde haec fiant, et adhuc non molesta sunt. III, 3, 38 sq.: Nimium inter vos, Demea, (*Non quia ades praesens dico hoc)* pernimium inter est.

Livius Andron. fr. 4 Terei: *Credito*, Cum illo sola mea voluntate numquam *limavit* caput. Plaut. Amph. I, 1, 141: *Credo* misericors *est*. Aul. prol. v. 39: *Credo*, aurum inspicere *volt*, ne subreptum siet. I, 2, 23: Pol ea ipsa, *credo*, ne intromittatur, *cavet*. v. 32: omnes illico Me *suspicentur*, *credo*, habere aurum domi. II, 2, 27 sq.: *Credo* edepol, ubi mentionem ego fecero de filia, Mihi ut despondeat, sese a me derideri *rebitur*. 9, 8: Coqui hercle *credo faciunt* officium suum. III, 6, 32: nam iam *credo mortuost* (sic Fleckeis. in Iahnii annal. 1851, vol. 61, sect. 1, p. 41). IV, 5, 4: *Credo ecferet* iam secum et *mutabit* locum. Cas. II. 6, 31: Tibi quidem edepol, *credo eveniet*. v. 36: *Credo* hercle, hodie *devotabit* sortis, si attigerit. V, 4, 7: credo, perdidit. Cist. II, 3, 81: Nam ni intellexes, nunquam, *credo*, *amitteres*. Epid. II, 2, 74: Nam ille quidem aut iam hic *aderit*, *credo* hercle, aut iam *adest*. IV, 1, 8: *credo* ego, illi hospitio usus *evenit*. Bacch. I, 1, 13: Iam hic *credo aderit*. II, 3, 127 sq.: *Credo* hercle adveniens nomen *mutabit* mihi *Facietque* extemplo cett. Men. V, 5, 62: ad noctem saltem, *credo*, *intromittar* domum. 9, 99: Vix *credo* auctione tota *capiet* quinquagensiens. Merc. I, 2, 94: *credo*, non *credet* pater. Poen. V, 2, 56: Mercator, *credo*, *est*. v. 60: Ad messim, *credo*, *missus est*. 6, 26: *Credo*, conradi *potest*. Pers. I, 3, 9: Iam pol ille hic *aderit*, *credo*, congerro meus. Rud. I, 2, 63: Quia post cenam, *credo*, *laverunt* heri. III, 6, 49: Illic in columbum, *credo*, leno *vortitur*. Trin.

v. 115: *credo* haut *crederet*. Truc. II, 5, 21: Iste hic haud multo post, *credo*, *aderit*. 6, 69: Huic, *credo*, *fertur*. Fragm. Trigemini p. 483: Ni fugissem, medium *credo praemorsisset*. Fragm. inedita Ang. Mai. p. 485 ed. Tauchnitz. Cistell.: non *est* satis Monuisse *credo* nocenti. Terent. Andr. II, 1, 13: Credo inpetrabo. IV, 1, 49 sq.: nam satis *credo*, si advigilaveris, Ex unis geminas mihi *conficies* nuptias. Eun. V, 2, 59 sq.: *Crede* hoc meae fide, *Dabit* hic pugnam aliquam denuo. Heaut. IV, 1, 28: *Credo*, id *cogitasti*. Phorm. I, 1, 6: ei *credo* munus hoc *conraditur*. III, 2, 9: *Crede* mihi, *gaudebis* facto. Hec. I, 2, 53: Ibi demum ita aegre tulit, ut ipsam Bacchidem, Si adesset, *credo* ibi eius *commiseresceret*. IV, 4, 82: Nam puerum iniussu *credo* non *tollent* meo. Adelph. I, 1, 54 sq.: *credo* iam, ut solet, *Iurgabit*. 2, 21: Non *est* flagitium, mihi *crede*, adulescentulum Scortari. v. 70: *credo* iam omnium *Taedebat*. II, 1, 9: *crede* hoc, ego meum ius *persequar*. P. Cornelii Scipionis maioris oratio adv. M. Naevium trib. pl. (Meyer. p. 5 sqq.) ap. Gell. IV, 18: Non igitur simus adversus deos ingrati, sed *censeo*, *relinquamus* nebulonem hunc, *eamus* hinc protinus Iovi optimo maximo gratulatum. Plaut. Merc. V, 4, 55: Immo *dicamus* senibus legem *censeo*. Poen. III, 4, 20: Si exierit leno, *censen'* hominem *interrogem*, quibus duobus locis tamen simplicius est coni. *ut* omissam putare. Rud. IV, 8, 5: *Censen* hodie despondebit eam mihi, quaeso? Terent. Andr. III, 3, 46: Num *censes faceret*. Heaut. III, 3, 27: Recte *dicit*, *censeo*. Cato R. R. c. 5: Nam res rustica sic est: si unam rem sero feceris, omnia opera sero facies. C. 38: Hoc signi erit, ubi calx cocta erit, summos lapides coctos esse oportebit. C. 70: Ita dividito, cum ter unicuique dederis, omnem absumas. C. 145: Si viride oleum opus siet, *facito accedet* oleum. Plaut. Amph. I, 1, 199: Familiaris *accipiere faxo* hau familiariter. V, 1, 55: Magis iam *faxo* mira *dices*. Asin. I, 2, 6: vostraque ibi nomina *Faxo erunt*. IV, 1, 4: *Horrescet faxo* lena. Capt. IV, 4, 13: At nunc liber in divitias *faxo venies*. Curc. IV, 4, 31: in tritico facillume Vel quingentos curculiones pro uno *faxo reperies*. Cas. II, 8, 48: vir *faxo aderit* domi. V, 2, 23: *Cavebunt* qui audierint *faciam*. Epid. I, 2, 53: *faxo* hic *erit*. V, 1, 49: faxo scibis. V, 2, 47: ego *faxo scies*, Hoc ita esse. Bacch. IV, 4, 64: Iam *faxo* hic *erunt*. 7, 33: *faxo* iam *scies*. Menaechm. II, 2, 51: Iam ego haec *madebunt faxo*. IV, 1, 4: Manufesto *faxo* iam *opprimes*.

v. 98: Ego *faxo referetur*. V, 2, 40: etiam *faxo amabit* amplius. 5, 47: Helleborum *potabis faxo* aliquos viginti dies. v. 53: iam ego illic *faxo erit*. Mil. II, 5, 53: Iam *faxo* hic *erit*. IV, 8, 57: immo hodie verum factum *faxo* post *dices* magis. Pseud. I, 1, 47: ex tabellis iam *faxo scies*. 3, 153: Temperi ego *faxo scies*. v. 159: Iam hic *faxo aderit*. II, 4, 76: Iam ego hoc ipsum oppidum expugnatum *faxo erit* lenonium. IV, 4, 2: Verum hau multo post *faxò scibis* adcubans. v. 6: Caludorum hau multo post *faxo amplexabere*. V, 2, 29: Si is, dimidium Aut plus etiam *faxo feres* hinc. Poen. I, 1, 34: Utrumque *faxo habebit*, et nequam et malum. v. 45: at ego iam *faxo scies*. II, 14: Ego *faxo* posthac di deaeque ceteri Contentiores mage *erunt* atque avidi minus. IV, 2, 86: Quin prius *disperibit faxo*, quam unam calcem civerit. V, 3, 35: Ego *faxo* hospitium hoc leniter *laudabitis*. 4, 57: iam *faxo scibis*. v. 58: nam *faxo* mea *eris* sponsa. Pers. I, 3, 81: Iam *faxo* hic *aderunt*. II, 2, 13: ego *laudabis faxo*. III, 3, 34: Iam *faxo* hic *erit*. v. 41: iam hic *faxo aderit*. Rud. II, 3, 35: Scibis faxo. V, 2, 64: iam ego *faxo exibit* senex. Truc. IV, 2, 48: Iam hercle apud magistratus omnis *faxo erit* nomen tuom. Terent. Andr. II, 2, 54: faxo — insultabis. IV, 3, 21: Iam *faxo scies*. Phorm. II, 1, 78: Iam *faxo* hic *aderit*. V, 9, 66: iam hic *faxo aderit*. Cato R. R. c. 151: Et primum *scito*, de omnibus brassicis *nulla est* illiusmodi medicamentosior. Plaut. Amph. I, 1, 281: Nam iniurato *scio* plus *credet* mihi quam iurato tibi. II, 2, 71—73: Non tu *scis*, Bacchae bacchanti si vis advorsarier, Ex insana insaniorem *facies*, *feriet* saepius: Si obsequare, una *resolvas* plaga? Asin. I, 3, 25: Non tu *scis*? quae amanti parcet, eadem sibi *parcet* parum. II, 2, 111: tu iam, *scio*, *patiere*. 4, 96: *scio* pol *crederes* nunc quod fers. IV, 2, 8 sq.: quam tu prope diem, — *ecfliges scio*. Aul. II, 2, 24: nunc hic eam rem *volt*, *scio*. IV, 10, 12: ni vellent, non *fieret*, *scio*. Capt. II, 2, 76: *Scio* ego, multos iam lucrum homines luculentos *reddidit*. 3, 80: Nam pater, *scio*, *faciet* quae illum facere oportet omnia. V, 2, 18: Pauca *ecfugiam*, *scio*. Cas. prol. v. 15: Nam iuniorum qui sunt, non *norunt*, *scio*. Bacch. II, 3, 20 sqq.: Quia edepol certo *scio*, Volcanus Luna Sol — nullum *inluxere*. Most. I, 2, 13 sqq.: Atque hoc *vosmet ipsi*, *scio*, proinde uti nunc Ego esse autumo, quando dicta audietis Mea, aliter hau *dicetis*. III, 2, 10: Tota *turget* mihi uxor, *scio*, domi. V, 1, 33: *Scio*, *iocaris* nunc tu. Men. II, 2,

50: Non edepol tu homo sanus *es*, certo *scio*. Merc. I, 2, 52: *Scio* iam, miserum *dices*. Pseud. I, 2, 85: set *scio*, tu oleum hau magni *pendis*: vino [Tu] te deungis. IV, 5, 5: Conceptis hercle verbis satis certo *scio Ego* periurare me *mavellem* miliens cett. V, 2, 18: Scio, onerabis. Poen. I, 2, 16: sed vero duae, sat *scio*, maximo uni Populo cuilubet plus satis dare potis *sunt*. V, 3, 16: Pol satis, *scio*, *inpetrarunt*. 4, 39: Mea fiducia hercle haruspex, patrue, his *promisit*, *scio*, Libertatem, quia me amare hanc scit. Rud. III, 4, 39: iam [ea] tanta*st*, si vivit, *scio*. Trin. III, 3, 25: nam certo *scio*, Locum quoque illum omnem ubi situmst com*ederit*. IV, 1, 14: nam apsque foret te, sat *scio*, in alto *Distraxissent* disque *tulissent* satellites tui miserum foede. Terent. Andr. II, 2, 28: Scio: Magnum signum. V, 4, 26 sq.: hoc certo *scio*, Rhamnusium se *aiebat* esse. Eun. III, 2, 34 sq.: Nam hercle nemo *posset*, sat *scio*, Qui haberet qui pararet alium, hunc perpeti. IV, 1, 14: ubi primum poterit, se illinc *subducet scio*. V, 2, 50: Ah *volet*, certo *scio*. Heaut. II, 2, 1 sq.: Si mihi secundae res de amore meo essent, iam dudum *scio Venissent*. 3, 13: aedes nostrae vix *capient*, *scio*. IV, 5, 4: Etsi *scio*, hosce aliquot dies non *sentiet*. Phorm. I, 2, 87 sq.: unum hoc *scio*, Quod fors feret, *feremus* aequo animo. IV, 3, 31 sqq.: Sat *scio*, Si tu aliquam partem aequi bonique dixeris, Ut est ille bonus vir, tria non *commutabitis* Verba hodie inter vos. Hec. I, 1, 10: Nam nemo illorum quisquam, *scito*, ad te *venit*. II, 1, 37: Satis *scio* peccando fieri detrimenti nil *potest*. III, 2, 15: Omnem rem *narrabit*, *scio*, continuo sola soli. IV, 4, 34 sq.: satis certo *scio*, Non clam me *haberet*. V, 1, 30: quod pol, si esset alia ex hoc quaestu, haud *faceret*, *scio*. Ad. II, 2, 17 sq.: hoc *scio*, Animus tibi *pendet*. ubi illinc spero redieris tamen hoc ages. 3, 3 sq.: satis certo *scio*: Numquam ita magnifice quicquam *dicam*, id virtus quin superet tua. III, 2, 41: Nunc si hoc palam proferimus, ille infitias *ibit*, sat *scio*. 3, 6: *persuasit* ille inpurus, sat *scio*. IV, 1, 10: iam huc *recurret*, sat *scio*. Cato orig. l. V: Nemo opinor. Plaut. Asin. I, 2, 25 sq.: *opinor* hic ante ostium Meo *loquar* modo quae volam. II, 2, 53: *Habeo opinor* familiarem tergum. 4, 41 sq.: Tandem *opinor Conticuit*. Aul. IV, 10, 52: Eam tu *despondisti*, *opinor*, meo avunculo. Cas. II, 6, 62: Perii, cor lienosum, *opinor*, *habeo*. V, 4, 20: Hercle, *opinor*, potius vobis *credam*, quod vos dicitis. Men. V, 9, 36: Menaechmum *opinor* te vocari *dixeras*. Poen. sc. ultima v. 6: *periere opinor*

duodeviginti minae. Rud. III, 2, 47: *opinor*, leno pugnis *plectitur*. Catonis oratio, quam habuit Numantiae apud equites ap. Gell. XVI, 1 (Meyer. p. 20): *Cogitate* cum animis vestris, siquid vos per laborem recte feceritis, labor ille a vobis cito *recedet*. Plaut. Aul. IV, 7, 19: Nunc ego mecum *cogito*, Si mihi dat operam, me illi irasci iniurium*st*. Terent. Eun. I, 1, 11 sqq.: etiam atque etiam *cogita* — quae res in se neque consilium neque modum Habet ullum, eam consilio regere non *potes*. M. Catonis libri ad Marcum filium (Iordan. p. 77): et hoc puta vatem dixisse, quandoque ista gens suas litteras dabit, omnia *conrumpet*, tum etiam magis, si medicos suos huc mittet. Plaut. Pseud. I, 1, 117: *dico* prius: Si neminem alium potero, tuum *tangam* patrem. Terent. Andr. IV, 1, 43 sq.: *dic* mihi, — quod nisi consilium hoc *darent?* Eun. II, 3, 58: *Nosti*n quae sit? *dic* mihi. Heaut. IV, 5, 48: verum illud, Chremes, *Dicunt:* „ius summum saepe summa*st* malitia.“ Plaut. Amph. III, 2, 42 sq.: Per dexteram tuam te, Alcumena, *oro*, *opsecro* [Te] hanc mihi *da* veniam, *ignosce*, irata ne *sis*. IV, 3, 14: *Certumst*, intro *rumpam* in aedis. Asin. I, 3, 95: Nam si mutuas non potero, *certumst summam* faenore. Aul. IV, 6, 10: *Certumst*, Silvano potius *credam*, quam Fide. v. 15: *Certumst* malam rem potius *quaeram* cum lucro. Bacch. III, 1, 15: *certumst* iam *dicam* patri. Merc. III, 2, 3: *Certumst*: antiqua *recolam* et *servibo* mihi. Asin. II, 2, 108: *Quaeso* aequo animo *patitor*. Poen. V, 2, 80. As. V, 2, 67: Argurippus exorari *spero poterit*. Epid. I, 2, 21: *spero*, *servabit* fidem. Truc. II, 2, 62: Verum ego illum, quanquam violentust, *spero* mutari *potest* (sic Kampm. de *AB*, p. 11, adnot. 3). Terent. Andr. II, 1, 14: Interea *fiet* aliquid, *spero*. Heaut. III, 2, 42: Non usus *veniet*, *spero*. Ad. III, 3, 57: *spero*, *est* similis maiorum suom. Plaut. Aul. I, 2, 10: *Pauper sum*, *fateor*, patior. Terent. Ad. I, 2, 34: Leno *sum*, pernicies communis, *fateor*, adulescentium. Plaut. Capt. v. 232 sqq.: Nam maxuma pars fere morem hunc homines *habent:* Quod volunt, dum inpetrant Sibi, boni *sunt*. Most. I, 3, 39: *Moneo* ego te: te ille *deseret* aetate et satietate. Pers. V, 2, 23: Ludos me *facitis*, *intellego*. Terent. Andr. I, 4, 1: *Audivi*, Archilis, iam dudum: Lesbiam adduci *iubes*. II, 2, 30: „opinor“ narras? V, 3, 4: *Ain* tandem, civis Glycerium*st?* Eun. IV, 4, 45 sq.: Non *potest* Sine malo fateri, *video*. Hec. V, 2, 4: Noster socer, *video*, *venit*. Eun. V, 5, 1 sq.: Ex meo propinquo rure *hoc capio commodi*:

Neque agri neque urbis odium me umquam *percipit*. Ad. III, 2, 48 sq.: *hoc relicuomst:* Si infitias ibit, testis mecum *est* anulus. Oratio recta cum obliqua coniuncta est Phorm. V, 6, 25 sq.: „Sophrona modo fratrem huc" inquit „senis *introduxit* Chremem" *Eum*que nunc *esse* intus cum illis.

Non praetereundum videtur, quod Ter. Ad. II, 2, 4 per comparationis particulam *quam* praegresso comparativo primaria enunciatio formata est, quae secundaria esse debebat: Numquam vidi iniquius Certationem comparatam, quam *haec* hodie inter nos fuit, ubi exspectas: quam quae.

12. Quasi praeteriens affero figuras nonnullas grammaticorum, quae proprie non pertinent ad syntaxin, sed potius ad rhetoricam. Primum *hypallagen*, de qua Rudd. p. 394 adnot. 6: „Imperfecta hypallage est, cum unus modo casuum permutatur altero, fitque ita constructionis mutatio, ut Plaut. Menaechm. V, 2, 121: Ei derepente tantus morbus incidit. (pro: incidit in tantum morbum), Ter. Hec. IV, 4, 67: Nunc animum rursum ad meretricem induxti tuom, (inducere aliquid in animum), Eun. IV, 3, 4: ipsam capillo conscidit (pro: capillum ipsi conscidit). Deinde *homoioptotum*, de quo v. Diomedes II, p. 442 P. de schematibus p. 1774 P.: „Et aliter ὁμοιόπτωτον fit, cum oratio excurrit in eosdem casus et similes fines, ut Ennius (Annal. v. 107 Vahlen.): Maerentes flentes lacrimantes commiserantes." Denique *polyptotum*, de quo Diomedes l. II, p. 96 ed. Colon. 1536: „*Πολύπτωτον* est oratio casuum varietate distincta, ut est in Terentio (Adelph. III, 4, 9—12):

In *te* spes omnis, Hegio, nobis sitast:
Te solum habemus, *tu* es patronus, *tu* pater:
Ille *tibi* moriens nos commendavit senex:
Si deseris *tu*, periimus."

13. Enunciationes conditionales in doctrina temporum et modorum tractatae sunt, sed unum tamen de his reliquum est ut hoc loco addatur. Inveniuntur enim interdum duae enunciationes sumptivae ἐκ παραλλήλου positae, quarum eadem est sententia, relatae ad unam enunciationem conditionalem. Sic Cato or. pro Turio p. 62, 3, 4. Plaut. Pseud. I, 2, 10 sqq.

Nunc adeo hanc edictionem *nisi* animum *advortetis* omnes,
Nisi somnum socordiamque ex pectore oculisque *amovetis*,
Ita ego vostra latera loris faciam cett.

Trin. IV, 1, 13:

nam *apsque foret te*, sat scio in alto
Distraxissent disque tulissent satellites tui miserum foede
— *ni* pax propitia *foret* praesto.

De quo loco Ritschelius ind. schol. Bonn. 1844/5 p. 7: „Hoc constructionis genus consequens esse arbitror: Absque te foret, me distraxissent tempestates: tanta earum vehementia, tam mihi propinquum exitium erat: nisi his discriminibus tandem finis impositus esset. Videmus enim hic, ut Reisigii verbis utar hoc genus universum docte illustrantis comm. crit. in Oed. Col. p. 386 sqq., verborum comprehensionem gemina enuntiatione ita cumulatam, ut alterutra loquentis animo in ampliore orationis ambitu paene excidisse videatur. Redundat sane, si severius agas, iterata in fine condicionalis sententia, cuius iam ab initio facta erat significatio, sed iterata est uberiore interposita descriptione, qua cum propinqui exitii notio tanquam ante oculos ponatur, facillime et sentiendi veritati satis convenienter ad praestiti auxilii cogitationem animus revocatur."

14. *Enunciationis secundariae* vice fungitur *participium*, cuius usum nunc accuratius spectabimus. Ac primum quidem de tempore si quaeritur, constat non tam tempus actionis quam conditionem participiis indicari, et praesentis quidem eam, quae cum ipsa actione coniuncta est, praeteriti quae absoluta actione exstat, futuri eam quae praecedit actionem eamque quasi praeparat. (Verba sunt Weissenbornii de gerund. p. 46). Participium autem praesentis est ubi non satis accurate adeoque pro paeterito et futuro tempore videatur usurpatum esse, ita ut Sanctius Minerv. p. 131 sq. omnium temporum illud esse contendere audeat. Sed si accuratius rem spectas, dicendum potius est, inhaerentem hoc participium saepe personae adsciscere significationem, ut non multo differat ab adiectivo. Ac primus quidem locus, quem affert Sanctius hanc in rem, Ter. Andr. I, 1, 49: Sed postquam amans accessit pretium *pollicens*, nihil habet difficultatis, falso enim illud explicat per *accessit et pollicitus fuit*, perinde quasi non actio pollicendi sequatur demum actionem accedendi vel potius in idem atque haec tempus incidat. Deinde Phorm. V, 1, 31 sq.: offendi *adveniens* Quocum volebam et ut volebam conlocatam gnatam, quod explicat Sanctius per: postquam adveni, non in itinere, tenendum est actionem adveniendi latius propagari etiam in poste-

rius tempus, ut fere dictum sit pro *advena*. Tertio denique loco, quem affert, Plaut. Men. II, 3, 89: (Erus) Dicto me emit *audientem*, haut imperatorem sibi, quod explicat per: qui futurus esset dicto audiens, spectat illud *dicto audientem* non tantum ad futurum, sed etiam ad illud ipsum tempus, quo emit. Praeterea commemoro recte Weissenbornium de gerundio et gerundivo p. 87 sq. refutare sententiam Haasii censentis notionem facultatis inesse posse in participio praesentis, quam in rem affert locum Plauti Rud. IV, 4, 69: Quid, istae mutae sunt, quae pro se fabulari non queant? TR. Eo tacent, quia tacitast [melior] mulier semper quam *loquens*.

Plane pro participiis sunt adiectiva duo *indicens* et *insperans* per compositionem *in* privativi cum participiis *dicens* et *sperans* orta, v. Herz. ad Caes. p. 375. Sic Ter. Ad. III, 4, 62 *me indicente*. Andr. III, 4, 24: Feci hodie ut fierent, *insperante* hoc atque invito Pamphilo. — Potest autem participium aut ad substantivi aut ad adiectivi, aut ad verbi significationem propius accedere.

a. *Participium significatione substantivi* positum est Ter. Andr. III, 2, 23: *Amantium* irae amoris integratiost. Maxime hoc usu venit in genere *neutro*. Sic *data* pro munera dictum est Plaut. Asin. I, 3, 14: Semper tibi promissum habeto hac lege, dum superes *datis*. Pseud. I, 3, 72: Non est usu quisquam amator nisi qui perpetuat *data*. Merc. V, 2, 63: vidisti an *de audito* nuntias? Terent. Andr. prol. v. 15: *Id* isti vituperant *factum*, nisi forte *factum* h. l. est infinitivus perfecti passivi omisso *esse*, ut sit accus. c. inf. Ablativus participii perfecti in genere neutro positus saepe coniungitur cum *opus est* ita ut substantivi verbalis vice fungatur. Sic Andr. III, 2, 10: Non inperabat coram, quid *facto esset opus* puerperae. v. 43: quod *parato opus est* para. Hec. I, 2, 29: Non *est opus prolato*. III, 4, 17: In arcem *transcurso opus est*.

b. *Participium notione adiectivi positum*. Pertinet huc primum *dictio pleonastica*. Ter. Ad. III, 3, 39: Non quia *ades praesens* dico hoc (similia affert Bernh. synt. p. 475, ut φεύγοντα ἐκφυγεῖν), ubi Ruhnk. affert Plaut. Amph. III, 3, 22: tam etsi *praesens* non *ades*. — Alia exempla sunt Curc. II, 3, 25: Quis vocat? quis nominat me? PH. Qui te *conventum* cupit, ubi participium ad infinitivi notionem prope accedit. Pseud. II, 4, 42: quinque *inventis* opus est argenti minis Mutuis. Bacch. III,

2, 10: Nam pol meo quidem animo ingrato homine nihil *inpensiust*, de quo loco Rostius p. 114 haec habet: „Quod Salmasius ait: 'posset etiam sumi pro impendiosius, impensus quippe et impendiosus idem', id quo iure dicat, ipse viderit. Illud enim participium rem indicat praeteritam et transactam, hoc adiectivum, ut alia eius formae, animi quandam inclinationem significat. Vera sententia haec esse videtur: ingratum hominem esse maxima impensa est. Undankbarkeit ist der größte Aufwand. *Impensum* enim, quod idem atque *impensa* significat, in comparativo positum, quem multis aliis participiis passivis vetustissimi scriptores saepe tribuerunt, idem valet ac *maior impensa*." Terent. Andr. I, 5, 63: Accepi: acceptum servabo, de qua figura vide Haas. ad Reisig. adnot. 585. — Participia perfecti passivi coniuncta cum verbis *habeo, do, reddo, volo, curo, facio* saepe periphrasin efficiunt verborum, quae tamen nequaquam plane eiusdem significationis est, quam simplex forma verbalis, qua de re vide praeter ceteros Herz. ad Sall. p. 119. Sic Cato R. R. c. 5: Boves maxima diligentia *curatos habeto*. Terent. Eun. II, 3, 93: quae nos nostramque adulescentiam *Habent despicatam*. II, 1, 6: Qui *effectum dabo*. Heaut. V, 1, 77: si vivo adeo *exornatum dabo*, Adeo *depexum*. Phorm. V, 8, 81: Hisce ego illam dictis ita tibi *incensam* dabo, Ut. Andr. IV, 2, 20: Hoc ego tibi profecto *effectum reddam*. V, 2, 23: Ego iam te *commotum reddam*. Phorm. III, 3, 26: Age age, *inventas reddam*. Ad. V, 3, 63: Tam *exoratam reddam* atque atram quam carbost. Heaut. prol. v. 26: qua re *oratos* vos omnis *volo*. Adelph. III, 3, 18: Huic mandes, siquid recte *curatum velis*. Andr. IV, 2, 1: *inventum* tibi *curabo* et mecum *adductum* Tuom Pamphilum. 1, 56: me *missum face*. Heaut. II, 3, 100: *Ademptum* tibi iam *faxo* omnem metum. Phorm. V, 9, 39: *Faxo* tali eum *mactatum* atque hic est infortúnio.

c. *Verbalis notio participii* maxime apparet in *ablativis*, qui dicuntur, *absolutis*, de quibus c. III, 28. 40 disputatum est. Vice autem funguntur hi ablativi enunciationis secundariae, quae subiectum diversum ex adverso ponit subiecto enunciationis primariae. Nonnunquam tamen in utraque enunciatione idem subiectum est, de qua re vide Haasium ad Reisig. p. 760. Sic Plaut. Mil. v. 559: Si ego *me sciente* paterer vicino meo Eam fieri — iniuriam. Et sic dictum est etiam

Bacch. III, 3, 15: neque equidem *me vivo* illum conrumpi sinam, et Most. I, 3, 73: vaenibit multo potius Quam te *me vivo* umquam sinam egere. Nonnunquam etiam subiecto omisso solum participium ponitur, genere neutro intelligendum, quod ex impersonali significatione verbi est explicandum. Sic Terent. Hec. I, 2, 19 *praefinito*. V, 1, 11: ut non siet *peccato* mi ignosci aequom.

15. *Enunciationes interrogativae.* Interrogatio saepe circumscribitur per formulam *quis est qui*. Sic Plaut. Epid. II, 2, 17: Epidicum *quis est qui* revocat? Rud. IV, 4, 16: *Quid est qua de re* litigatis nunc inter vos? Ter. Andr. I, 1, 3: *quid est, Quod* tibi mea ars efficere hoc possit amplius? II, 2, 7: *quis* homo*st, qui* me . . ? Heaut. V, 3, 6.

Primum spectemus usum, qui apud Plautum et Terentium latissime patet, derivandum illum ex vivido, quod in eorum comoediis extat, sermocinandi genere, ut saepissime interrogationes rectae ponantur, ubi obliquas exspectes. Cognatus est hic usus ei, quem § 11 spectavimus, ut in universum pro obliqua oratione saepissime a comicis scriptoribus usurpetur oratio recta. Sic Plaut. Amph. I, 1, 221: Loquere, quid venisti? v. 265: Signi dic quid est? II, 2, 111: tu dic: egone aps te abii hinc hodie cum diluculo? v. 226: dic mihi verum serio, Ecquis alius Sosia intust —? Asin. I, 3, 76: dic, quid me aequom censes pro illa tibi dare —? Aul. II, 2, 35: Dic mi, quali me arbitrare genere prognatum? Capt. III, 4, 18: Dic modo, Ten negas Tyndarum esse? Curc. III, 36 sq. IV, 2, 31: Eloquere, quid vis? V, 2, 51 sq.: set tu dic mihi, Ubi is est homo, qui te subrupuit? Cas. V, 4, 9: quin responde, tuo quid factumst pallio? Epid. II, 2, 91: Quin tu eloquere: quid faciemus? Bacch. III, 6, 24: eloquere quis is est? IV, 2, 18 sq.: Dic mihi, Quis tu's? 7, 18: Responde, quis me vendit? Most. V, 1, 68: Loquere: quoiusmodi reliqui, quom hinc abibam, filium? Men. II, 3, 46: dic quid est id quod negem quom fecerim? 4, 14 sq.: Responde mihi, Adulescens, quibus hic pretiis vaeneunt Sacres sinceri? III, 2, 33: Responde, adulescens, quaeso, quid nomen tibist? Merc. II, 4, 15: Responde, quo leto censes me ut peream potissumum? Poen. I, 2, 101: viden tu? pleni sordium oculi qui erant, iam splendent mihi? V, 2, 101: Dic mihi: Ecquid meministi tuum parentum nomina? 3, 13: quid ibi faciunt? dic mihi. v. 24: Quid illi locuti sunt inter se?

dic mihi. 5, 27: Quid tibi negotist autem cum istac? dic mihi. Pers. II, 3, 33: ergo hoc mi expedi, Quo agis te? Rud. IV, 3, 63: Vide sis, quoius arbitratu non vis facere? 4, 32: quid nunc tu vis? dic mihi. V, 3, 49: Dic mihi, quanti [tu] illam emisti tuam alteram mulierculam Ampeliscam? Trin. v. 174 (= I, 2, 137): Quid fuit officium meum me facere? fac sciam. Trin. v. 893: Eloquere, isti quid homines debent quos tu quaeritas? Truc. II, 3, 12: sed dic mihi, Haben? 4, 17: sed dic mihi, Benene ambulavisti? 7, 32: Dic, amabo ted, ubist Dinarchus? v. 44: Loquere: unde es? quoius es? cur ausu's mi inclementer dicere? (sic Both., Fleckeisen. autem exerc. Plaut. p. 19 putat hunc versum esse debere troch. octonarium). Terent. Andr. II, 1, 25: dic mihi: Numquid nam amplius tibi cum illa fuit —? 6, 18: quin dic, quid est? IV, 4, 24: Cedo, quoium puerum hic adposisti? dic mihi. Eun. I, 2, 20 sq.: Dic mihi Hoc primum, potin est hic tacere? II, 3, 69: eho dum dic mihi: Estne, ut fertur, forma? V, 2, 12: dic mihi, Aufugistin? 5, 8: satine salvae? dic mihi. Phorm. V, 1, 21: Eho dic mihi, quid rei tibist cum familia hac unde exis? Hec. I, 2, 9: Dic mi, ubi, Philotis, te oblectasti tam diu?

16. Possunt autem efferri interrogationes sine ulla nota interrogationis, h. e. vocabulo quod interrogationem exprimit, sive id est pronomen vel adverbium interrogativum sive particula interrogativa. Sed etiam harum interrogationum, cum a negantibus, praesertim per *non* prolatis, quas separatim tractabimus, discesseris, iterum triplex potissimum genus discerni potest. Aut enim per talem interrogationem is qui interrogat id quod nescit vel certe quod nescire adhuc se simulat sciscitatur, aut admirationem, indignationem, irrisionem, reprehensionem eius quem interrogat vel simile quiddam exprimit, quo in genere eas, quae formam tantum habent interrogationum, nomine rhetoricarum interrogationum complecti solent, aut denique interrogatio pro enunciatione sumptiva posita est.

a. *Interrogationes eae, ubi is qui interrogat id quod nescit vel certe quod nescire adhuc se simulat sciscitatur.* Cato orat. pro Rhod.: Eo nunc derepente tanta beneficia ultro citroque, tantam amicitiam relinquemus? quod illos dicimus voluisse facere, id nos priores facere occupabimus? Haec interrogatio per *num* efferri potuisset, quoniam responsum exspectatur negans, eodem

modo ibid.: Rhodiensibus id oberit, quod non male fecerunt, sed quia voluisse dicuntur facere? Nasica ad Catonem ap. Cic. de orat. II, 64 (v. Meyer. p. 59): Ex tui animi sententia tu uxorem habes? Plaut. Amph. prol. v. 52: Quid contraxistis frontem? quia tragoediam Dixi futuram hanc? I, 1, 128: Ain vero, verbero? deos esse tui similis putas? v. 190: Possum scire, quo profectus, quoius sis aut quid veneris? v. 235: tuae fide credo? ubi indicativus videtur pro coni. positus esse. Eadem verba leguntur Cas. V, 4, 28. Eodem modo haesitatio ind. praes. expressa est Most. III, 2, 87: eon'? *voco* huc hominem?, ubi si ipsum quasi interrogat quid faciendum sit. Item Mil. IV, 2, 45: *Voco* [ego] ergo hanc quae te quaerit?, h. e. vocabone, postulasne a me, ut vocem?, Poen. V, 4, 54: *Pergo* etiam tentare? Ter. Eun. IV, 7, 44. Phorm. V, 1, 10: *Adeo*, *maneo*, dum haec quae loquitur magis cognosco? Alibi futurum positum est, ut Plaut. Truc. I, 2, 103: *Ibo* igitur intro? Alibi praes. coni., ut Ter. Eun. I, 1, 4: redeam? Phorm. V, 9, 33: aetate porro minus peccaturum *putem*? — Plaut. Amph. III, 3, 2: Iam pax est [facta] vos inter duos? cf. v. 7: Set age responde: iam vos redistis in concordiam? Asin. II, 2, 42: Certumst credere? cui Libanus respondet: Audacter licet. 3, 13: Quid? eius atriensis? (sc. domine est?). 4, 4 sq.: Hodie salvere iussi Libanum libertum? iam manust emissus?, quod cum acerbissima irrisione dictum est. v. 31: Iam pro is satis fecit Sticho? v. 78: Furcifer, nosmet fugitare censes? III, 3, 48: Iam dedit argentum? V, 2, 28 sq. v. 79: Iam subrupuisti pallam quam scorto dares? Aul. II, 2, 37: Aetatem meam scis? v. 77: Quid nunc? etiam mihi despondes filiam? 6, 8: Sunt asseres? III, 2, 30: Scis iam meam sententiam? 6, 2: Ain'? audivisti? IV, 10, 31 sq.: ita te amabit Iuppiter, Ut tu nescis? (h. e. potesne iurare, ita te velle amari a Iove, cett. Recte Lambinus: „Hanc iurisiurandi formulam Lyconidi praescribit Euclio, ut per eam iuret, se nescire quid Euclioni sit surreptum.“). v. 43 sq.: atque id si scies, Qui abstulerit, mihi indicabis? V, 5: Strobilum video ego hunc, servom meum?, h. e. Strobilusne est, quem hic video? (*Δρ hunc*, quod Goell. omisit, fortasse recte, ut metrum servetur trochaicum). Capt. prol. v. 10: iam hoc tenetis? II, 2, 12: Captust? (= captusne est?). IV, 2, 102: Iam diu? ib.: Venit? Curc. V, 2, 23: Licet antestari? Cas. II, 3, 34 sq. v. 54: Vis tuis Chalinum huc evocem verbis foras?

III, 5, 25: possum scire ego istuc ex te quid negotist? V, 4, 17: Feci ego istaec dicta, quae vos dicitis? (h. e. quid? vos me hoc fecisse dicitis? ich hätte das gethan?) Cist. II, 1, 16: Eo facetu's, quia tibi aliast sponsa locuples Lemnia? v. 24: Periurare me patiere? 3, 5: illam, quae meam Gnatam sustulerat? v. 69: iam scis? III. v. 15: Hau, voluisti istuc severum facere? Epid. I, 1, 7: Quid tu? agis ut velis? v. 18: Quid erilis noster filius? valet? v. 23: Iam tu autem nobis praeturam geris? III, 3, 20: Iam tenes? IV, 2, 11: Quid? ego lenocinium facio? V, 1, 36: Quid pater meus? vivost? v. 43: Quid? ego modo huic frater factus sum, dum intro eo atque exeo? (in codd. Pall. *sum* deest, addidit Pareus in ed. sec.). V, 2, 35: Quam negat novisse mater? (est elliptice dictum pro: Tu me pignus dare postulas pro eo, quod dicis eam esse filiam meam, quam negat se novisse mater?) v. 61: Quid deinde porro? PE. Libertatem. EP. At postea? (h. e. quid postea mihi das?). Bacch. I, 2, 37: Tu amicam habebis? (est admirantis). II, 2, 38: Set Bacchis etiam fortis tibi vissast? Bacch. v. 274: Etiam quid (h. e. aliquid) porro? v. 624: Credibile hoc [quoipiamst]? IV, 4, 67: Pistoclero nulla amicast? II, 3, 87: Etiam dimidium censes? IV, 8, 13: scelestus tibi videtur Chrusalus? v. 32: Vis tibi ducentos nummos iam promittier —? v. 34. v. 62: Hodie exigam aurum hoc? Most. v. 553: Etiam fatetur de hospite? III, 1, 138: Quid igitur? iam commentu's? 2, 62: Iam de istis rebus quid sensit senex? v. 150: Iam vides? IV, 2, 61: Quid? is has aedis emit proxumas? v. 62. V, 1, 56: vides? 2, 45: Tamen etsi pudet? (int. num verberibus caedar, tamenetsi pudet?). Men. II, 3, 68: Etiam parasitum manes? III, 3, 15: Dicam curare? IV, 2, 41: Clanculum te istaec flagitia facere censebas potis? V, 5, 24. 9, 49. 63. 93 sq. Mil. I, 1, 38: vis rogare? (h. e. militem conscribere sec. Boxh.). III, 1, 33: Tam tibi ego videor oppido Acherunticus? 2, 16: Prompsisti tu illi vinum? IV, 2, 52: Heus, dignior fuit quisquam homo qui esset? 6, 4. 8, 19: Opsecro, licet conplecti prius quam proficisco? V, 35. Merc. I, 2, 109. III, 3, 2. 4, 66. 69. 73. IV, 3, 29: etiam vis nomen dicam? 5, 8. 14. V, 2, 42. 55. v. 107: quid, parentes mei valent? Pseud. I, 1, 83: set potes nunc mutuam Drachumam mihi unam dare, quam cras reddam tibi? 3, 60: Omnes [homines] tibi patres sunt? nullus est tibi quem roges

Mutuom argentum? 5, 98: si non abstuleris? (elliptice, sc. quid tum fiet?). III, 2, 37. IV, 7, 58: vides Iam die multum esse? v. 126: Auferetur quod promissi per iocum a me praemium? Poen. I, 2, 43: sunt hic omnia, quae ad deum pacem oportet Adesse? v. 103: Ut tu quidem huius oculos inlutis manibus tractes aut teras? (h. e. proptereane, ut cett.). III, 2, 13: Sed isti iam sciunt, negoti quid sit? v. 14: Hunc vos lenonem Lycum Novistis? v. 30: Sed vos, satis dictumst? 4, 13: Vidistis, leno quom aurum accepit? v. 14: Eum vos meum esse servom scitis? (Ita codd. Parei, ipse Par. Vulg. *esse meum*). 5, 14: Calidum prandisti prandium hodie? IV, 2, 44: Malus es? (sic Both., vulg. sine interr. signo). V, 2, 143: Intellegis? Pers. II, 2, 32: Set quid tu? confitere, ut te autumo? v. 45: Sin te amo? (int. tumne mihi te attrectare licet?). III, 1, 29. IV, 3, 14. 15. 16. 4, 40. 7, 8. 8, 3. Rud. I, 3, 3. 5, 26. II, 5, 12, cf. v. 10. III, 2, 44: Iterum autem imperabo? 4, 47: tuae sunt istae? (v. de h. l. Fleckeisen. praef. edit. Plaut. p. 17), h. e. tu ergo has tuas esse contendis? 5, 24. IV, 3, 44: Eadem tandem res videtur? v. 72. 4, 55: Ut tute's, item omnis censes esse? v. 69. 7, 4: Aequom videtur tibi ut ego alienum quod est Meum esse dicam? Interdum hoc quod interrogatur iam scitur ab eo qui interrogat, qui tamen denuo hoc ab altero affirmatum vult, ita ut addi possit v. *igitur*, quemadmodum tu dixisti. Sic IV, 8, 3: Repperit patrem Palaestra suum atque matrem?, h. e. ergo ita est, quemadmodum iam dixisti, repperisse cett. cf. v. 4: Et popularis est? Similiter Trin. II, 4, 65: Ita nunc tu dicis non esse aequiperabilis Vestras cum nostris — opes? (Iam dixerat hoc Lesbonicus, sed Philto iterum hoc eum interrogat, ut certius eius sententiam sciat. Tu ergo dicis cett.). Rud. IV, 8, 6: Quid, patri etiam gratulabor? v. 7. 11. v. 12: Post eius matrem? (salutemne?). Is qui interrogat iam scit id quod quaerit quum ex iis, quae antea dicta sunt, manifesto appareat et concludi possit, sed tamen vult alterum hoc etiam affirmare ideoque hoc per interrogationem effert V, 2, 18: Tum tu Mendicus es? (Concludit ex praegressis, rectene tum dico, si dico te mendicum esse?). Similiter Ter. Hec. III, 5, 12: Tum tu igitur nil attulisti huc plus una hac sententia? Plaut. Stich. II, 1, 45: Iam tu piscator factu's? v. 53: Possum scire ex te verum? IV, 1, 24: Postilla iam istest tranquillus tibi? v. 68: etiam valet? 2, 19: Solus cenabo domi?

ut alibi coni. praes. positus est, postulasne, ut solus d. cenem? Trin. III, 2, 23. v. 69: Quid? te dictatorem censes fore, si aps te agrum acceperim? 3. 50. IV, 2, 71 sqq.: Callias? cett. Truc. I, 2. 33: Novus amator? II, 2, 18: AST. Mentire. Dicis quidquid te rogo? S. Mancupium qui accipias, gesta tecum ahenos anulos![14]) 4, 27: Lavisti iam? 7, 40: Illic quaesost? IV, 2, 12: Quid? novus amator quispiam? Plaut. Fragm. p. 484, v. 12 in ed. Gron.: Iniit te unquam febris? Caecil. Stat. Aethrio fr. 5: voltis? empta est: noltis? non empta est. Terent. Andr. II, 1, 21: Hodie uxorem ducis? 5, 12: Sum verus? III, 3, 13: Alium esse censes nunc me atque olim quom dabam? IV, 1, 20: Etiam nunc me ducere istis dictis postulas? v. 41: Factum hoc est, Dave? 2, 25: verum vis dicam? 4, 55. V, 3, 4: civis Glycerium est? v. 27: Vis me uxorem ducere? hanc vis mittere? 4, 3: Andrium ego Critonem video? Eun. II, 2, 10. 14. 3, 55. III, 1, 2: Ain tu, laetast? v. 12: gestare? v. 39. IV, 4, 25: Venisti hodie ad nos? v. 35. 37. 39. 40. 7, 40. V, 6, 15: iam scis te perisse? 8, 6. 10. Heaut. I, 1, 35: Scire hoc vis? 2, 7. III, 2, 11: Idem visast tibi? v. 18: Scis esse factum ut dico? v. 26: Eho quaeso laudas, qui eros fallunt? 3, 18: Clitipho, haec ego praecipio tibi? v. 22: Eho quaeso, una accedundi viast? v. 35 sq.: De fallacia Dicis? IV, 3, 6: O mi Syre, audisti obsecro? v. 22. 27. 40. 4, 7. 19. 5, 12. 17. 7, 2. V, 1, 10. 15. 32. 33. 34. 37. Phorm. I, 4, 9. 36. II, 3, 5. 6. 8. III, 1. 3. 2, 40. 3. 12. V, 2, 10. 3, 13. 20. 30. 6, 18. 38 sq. 8, 8: verebamini Ne non id facerem —? Hec. I, 1, 15. 16. III, 2, 22. 5, 8. IV, 1, 12: Peperit filia? ib.: Istuc patrem rogare est aequom? 4, 50. 53 sq. Adelph. II, 1, 13: ceterum hoc nili facis? v. 39. 2, 7. III, 3, 79. 4, 19 sq. IV, 1, 20. 2, 17. 3, 5. 5, 21. 59. 66. 68. 73. 7, 19. V, 2, 3. 7, 3. 18. 8, 1. 27. Nonnunquam adeo in obliqua interrogatione particula interrogationis omissa

---

[14]) Locus dificillimus, quem vario modo expedire et emendare conati sunt critici. Vulgo: AS *mentiris.* ST. *dicis quod te rogo? Mancupium qui accipias, gesta tecum penos annuos.* Codd. Parei *mentiri.* Δpg *dicis quidquid te rogo.* Θpg *dicis quid quod te rogo.* Codd. Pall. testibus Pareo et Grutero: *gesta tecum henos annos.* Alter versus emendatus est a Turnebo, quem bene explicat Bothius ita: „Negat Strat., se mancipium seu servum esse Astaphii ita ut sibi opus sit illi respondere; quodsi servo egeat, iubet eam ipsam gestare seu circumferre annulos aheneos, i. e. catenas, more servorum."

est. Sic Plaut. Capt. IV, 4, 9: Cocum percontabatur, posset seriae fervescere. Terent. Adelph. IV, 4, 11: rogito, — iam partus adsiet, h. e. num iam s. iamne.

b. *Interrogationes, quibus qui interrogat non id quod nescit sciscitatur, sed admirationem, indignationem, irrisionem, reprehensionem vel simile quiddam exprimit.* Liv. Andr. fr. Danaës: etiam minitas? (indignatio). Ennii Hectoris lustra fr. 18: tueor te senex? (admiratio). Iphigeniae fr. 2:

Procede: gradum proferre pedum

Nitere: *cessas*, o fide senex? (Fest. p. 294 M.), reprehensio. Fr. 7: Menelaus me obiurgat? (Rufinianus: „aganactesis, indignatio.") Fr. 8: Ego proiector, quod tu peccas: tu delinquis, ego arguor? Pro malefactis Helena redeat, virgo pereat innocens? Tua reconcilietur uxor, mea necetur filia? (interr. reprehensionis, tu postulas a me, ut cett.). Plaut. Amph. I, 1, 220: Etiam clamas, carnufex? (indignatio). v. 225: Etiam muttis? (reprehensio). Pers. V, 2, 46: Etiam mutis, impudens? Amph. I, 1, 238: etiam denuo?, h. e. Quid? tu etiam denuo hoc dicere audes?, interr. indignantis. v. 254: Quid, domum vostram? h. e. qui tu hanc domum vestram appellare potes? II, 2, 60: Dudum?, h. e. tu *dudum* dicis?, admiratio, item v. 70: Etiam tu quoque adsentaris huice? v. 181: Vir ego tuus sim?, h. e. quid? tu me virum tuum dicere potes? v. 184: Tute edictas facta tua: ex me quaeris, quid deliqueris? IV, 2, 5: Sceleste, at etiam quid velim, id tu me rogas? v. 9: Verbero, etiam quis ego sim me rogitas —? Aul. II, 4, 17: quid negoti sit, rogas? 5, 13: rogitas? III, 2, 10 et 23: Etiam rogitas? 6, 15: quid sit, me rogitas? IV, 4, 6: Verberabilissime, etiam rogitas? v. 7: rogas? (sic Goeller.; vulgo *rogitas*). Capt. III, 5, 2: Rogas? Cas. II, 3, 35: rogas? V, 4, 18: Rogitas etiam? Epid. II, 2, 91: rogas? Bacch. I, 1, 32: Quid ego metuam rogitas? II, 2, 28 et 38: Rogas? 3, 97: Etiam rogas? IV, 9, 56: rogas? Bacch. v. 1195: Quid agas rogitas etiam? Most. III, 3, 4: Ecquid placeant, me rogas? Men. IV, 2, 77: me rogas? V, 1, 13: Rogas me? Mil. II, 3, 46: Quid negoti sit rogas? Merc. I, 2, 89: Etiam rogas? IV, 3, 22: Quoia ea sit, rogitas? Pseud. II, 4, 50: rogas? IV, 7, 69: Rogitas quod vides? Poen. I, 2, 51: Rogas?, item v. 173 et III, 4, 23. Pers. I, 3, 17: vah, rogas? Rud. II, 3, 48: Si amabat, rogas quid faceret? III, 6, 22: rogas? V, 3, 5: rogitas?

Stich. II, 2, 9: quid agam rogitas? v. 11: rogas? Trin. I, 2, 43: rogas? Truc. II, 6, 24: Rogas? Terent. Andr. I, 1, 136: Rogas? 5, 32. IV, 4, 23: At etiam rogas? V, 1, 9: At rogitas? 4, 6: Rogas? Eun. III, 3, 35: Rogas? v. 75: Rogitas? III, 1, 46: Rogas? 5, 26: Rogas? IV, 3, 11: Rogas me? 4, 8: Rogitas? non vides? v. 52. 7, 24. V, 1, 21. 6, 7: Rogitas? Heaut. II, 3, 10. III, 1, 45: Sit rogas? 2, 21: Rogas? IV, 1, 8: Rogitas? 5, 32: *Non*? quam obrem? CH. *Quam obrem? me rogas? homini?* Phorm. I, 3, 4: Rogitas? II, 1, 27. IV, 1, 8. 4, 23. V, 8, 22. Hec. IV, 1, 11: At rogitas? Adelph. I, 2, 2: Rogas me? III, 1, 1: Quid fiat rogas? IV, 1, 19: rogitas? 5, 31: Rogas me? V, 1, 10: Rogas? Plaut. Asin. II, 2, 64: Tum igitur tu dives factu's? 3, 18: Scio: tu id nunc refers? (admiratio, miror te id nunc referre, quum iam sciam, vel: quid tu id nunc refers?). Indignatio 4, 10: Tu verbereo inperium meum contempsisti? v. 76: Tibi quidem de nobis, carnufex, detur supplicium?, h. e. tu putas tibi supplicium de nobis datum iri? Admiratio v. 79. 80:

I nunc iam ad erum, quo vocas, iam dudum quo volebas.
ME. Nunc demum?,

h. e., ut Douza explicat: ad herum te venire velle? 4, 82: Tu contumeliam alteri facias, tibi non dicatur?, h. e. tu alteri contumeliam vis facere et tamen tibi ne dicatur postulas?, quod est reprehendentis. III, 3, 19: Ego te?, admiratio, quod alius ita quaerere potuerit, = quid? quomodo tu sic quaerere potes? sive: Num tu revera putas me te morti dedere optare? v. 87: Furcifer, etiam me delussisti? (indignatio). IV, 2, 3 sqq.:

Ain tu? apud amicam munus adulescentuli
Fungare, uxori excusses te et dicas senem?
Praeripias scortum amanti atque argentum obicias
Lenae? suppiles clam domi uxorem tuam?

V, 1, 11: Putem ego —?, admiratio, quod alter sic quaerere potuerit, = tu me solum num *putem* interrogas, quum sciam? Lamb. ita haec explicat: „Nihil hic opus est putare, cum res ipsa loquatur te tristem esse.“ 2, 76: Nunc uxorem me esse meministi tuam?, quod est cum gravissima irrisione dictum, est enim haec interrogatio talis, ubi qui quaerit iam sciat ea quae quaerit. Aul. I, 1, 6: Tibi ego rationem reddam, stimulorum seges?, h. e. quid? tu postulas ut tibi reddam r.? II, 1, 17: tu me ais? 8, 27: Sed cesso priusquam prorsus perii

currere?, h. e. quid ego non curro?, se ipsum quasi alloquitur et reprehendit. Similiter Capt. IV, 2, 47: Set ego cesso hunc Hegionem onerare laetitia senem? (Se ipse reprehendit, quod cessaverit). Cas. II, 3, 20: Cesso Caput pallio detergere?, = quid cesso? Epid. I, 1, 90: sed ego cesso ire obviam Adulescenti, ut, quid negoti sit, sciam? (se ipse reprehendit, quod cesset). III, 2, 6 sq.: cesso —? Mil. II, 3, 22: Cesso ego illis obviam ire? Merc. I, 2, 20: At etiam asto? at etiam cesso foribus facere hisce assulas? Pers. II, 2, 15: Cesso ire ego, quo missa sum? (se ipsum increpat, estque quasi admirantis). Rud. III, 3, 14: cesso ego illas consolari? Truc. II, 7, 69: Sed ego cesso hinc me amoliri, ventre dum salvo licet? Terent. Andr. V, 2, 4: Cesso adloqui? Eun. II, 2, 34: Sed ego cesso Ad Thaïdem hanc deducere et rogare ad cenam ut veniat? Heaut. III, 1, 1: cesso pultare ostium Vicini —? IV, 5, 9: Cesso hunc adoriri? Phorm. II, 1, 55: sed cesso —? Hec. III, 1, 44: Cesso hinc ire intro —? Adelph. IV, 2, 47: sed cesso ad eum pergere? 5, 78: Sed cesso intro ire —? Plaut. Aul. IV, 10, 31 sq.: Surripio ego tuum? (sic Apg). V, 19: reddam ego aurum? h. e. quid? tu a me postulas ut aurum reddam? Capt. I, 2, 45: Ego alienus? alienus ille? (indignatio, quod alter sic dicere potuerit: quomodo tu me illumque alienum dicere potes?). II, 1, 15: Fugiamus nos? quo fugiamus? (Se defendere vult ab eo, cuius incusati erant captivi a lorario, et dicit: Quid? tu nos fugae insimulas? tune fieri posse putas, ut fugiamus? Est igitur interr. admirationis). III, 4, 24: Quid, tu autem huic credis?, ad q. l. Lindem.: „i. e. credisne adeo, num credis adeo? du kannst ihm auch noch glauben? Miratur Aristophontes, quod, quum tam absurde dicat Tyndarus, fidem tamen iis habeat Hegio.“ v. 79: Tibi ego abnuto? (Dixerat Aristophontes: Quid mi abnutas? iam Tyndarus indignabundus, quod tale quid de se dicere potuerit, dicit: Num ego tibi abnutavi? Quomodo tu tale quid de me dicere potes?). III, 4, 32: At etiam, furcifer, Male loqui mi audes? non ego te novi? (indignatio). Capt. v. 717 sqq.:

Quid? tu una nocte postulavisti et die
Recens captum hominem, nuperum et novicium,
Te perdocere, ut melius consulerem tibi
Quam illi quicum una [a] puero aetatem exegeram?

IV, 2, 58: Cedo manum. HE. manum? (est admirantis: tu me

manum tibi porrigerre iubes?) Mirantis v. 64: Ignem ingentem? = quid? tu me ignem ingentem fieri iubere vis? Admiratio v. 112: Ain tu? dubium habebis etiam, sancte quom ego iurem tibi? (Miratur Ergasilus Hegionem sibi ne nunc quidem credere, quum iam iuraverit). Curc. I, 3, 17: Prohibet? nec prohibere quit Nec prohibebit (mirantis), ad q. l. vide adnot. Pistoris. IV, 3, 22: Quid, valeam? (mirantis). 4, 16: Leno minitatur mihi Meaeque pugnae proeliares plurimae optritae iacent? (indignantis). v. 26: Tuum libertum sese aiebat esse Summanum. TH. Meam? (mirantis). V, 3, 27: Quodne promisti? CA. Promissi? qui? (mirantis). v. 33: Quid? negas? (admirantis et simul indignantis). Men. II, 2, 32: negas? V, 1, 50: Negas novisse me? negas patrem meum? (Quamquam iam scit eum negare, tamen quaerit iterum admirabunda, ut iterum audiat et eo certius sciat). Mil. III, 2, 16: Negas? Merc. IV, 4, 23: Etiam negas? admirantis. Terent. Andr. V, 4, 6. Tu negas? Plaut. Cas. II, 6, 14: Tibi daretur ilia? (sunt admirantis eademque verba, quae Stalino dixerat, eiusdem temporis forma repetentis. Dixerat Stalino: Casina ut uxor mihi daretur?) Ib. Stalino respondet: mihi enim?, quae sunt iterum admirantis, quod tam falsa locutus sit seque corrigentis, = quid? ego dixi *mihi*? ah! Non id volui dicere. Quomodo ego *mihi* dicere potui, quum vellem *huic*. 8, 18: Quid? deosculer? (mirantis, v. Ladew. ad Cas. in mus. Rhen. III, p. 202). v. 20: Licetne amplecti te? CH. Quid? amplecti licet? (est admirantis, Stalinonem haec verba usurpasse: quid? tu *amplecti licet* dicere potes?, v. etiam Ladewigium l. c. III, 5, 30: ST. Hem, gladium? quid eum gladium? (Est mirantis et perterriti). v. 54: quid? uxor Mea? eam non adiit atque ademit? (sic Fleickeisenus. *eam* insertum est a Lachmanno; versus est anapaesticus). 6, 12: *ego servos*? (Sic Bothius. Vulgo *servos ego?*, est admirantis). Epid. III, 4, 53: *quid? concidit*? (= quid? tu eum me concidisse dicis? Est mirantis). V, 1, 16: haec? 2, 46: Etiam inclamitor quasi servos? (est indignantis: nonne indignum est me inclamitari quasi servum?) v. 47: Tu meruisti? (est mirantis Epidicum se meruisse liberum fieri dicere potuisse: Quid? tu te meruisse dicere potes?) Bacch. I, 2, 19: Etiam me advorsum exordire argutias? (est indignantis). v. 39: Quid, cave malo? (est indignantis, quod Pistoclerus antea Lydo dixerat: cave malo. Iam hic repetit ea: Quid? tu ut malo caveam

mihi dicere audes?). II, 3, 83: Quid, nescis? (Chrysalus iam se nescire dixerat, iam Nicobulus dicit: Quid? tu te nescire dicis?). IV, 4, 30: Reddidisti? Bacch. v. 627: Taceam? (h. e. tu me tacere postulas?) IV, 6, 8: Taces? (mirantis). Indignantis 6, 15: Etiam, carnufex, Minitare? Mirantis 7, 27: Dabo?, = tu me daturum dicis? 8, 11: Quid, vir? Indignantis v. 69: Etiam me mones? Bacch. V, v. 1176: Exores tu me?, = tu postulas, ut a te me exorari sinam? Most. I, 1, 14 sq. indignantis. II, 1, 28: Disperisti? v. 29: Tuus venit pater? v. 36: Ain tu, pater? (int. tuus hic aderit?). 2, 50: Necavit? mirantis. v. 62: In somnis? III, 1, 52: Abeam?, = quid? tu me abire postulas? v. 108: aedis? III, 2, 123: Tamquam? (= quid? tu dicis tamquam?). Miratur et indignatur eum hoc vocabulum usurpasse. Eodem modo v. 145: Dormiunt? IV, 2, 31: Erus hic voster potat? (Iam dixerat Phaniscus herum suum ibi potare, sed iterum hoc interrogat admirans, ut certius etiam sciat.) 3, 35: Hic aedificare volui? (Miratur Tranionem hoc de se dicere potuisse. Quid? illene dixit me hic aed. velle?) V, 1, 31: Negat? (mirantis). 2, 11: Verbero, etiam inrides? (indignantis). Sic etiam Men. III, 2, 34: Etiam derides, nomen quasi non noveris?, item indignantis. Pseud. V, 3, 14: derides?, indignantis. Pers. V, 2, 68: tu nunc me inrides? Terent. Eun. V, 6, 16: etiam rides? Adelph. V, 3, 66: Derides? Plaut. Men. I, 3, 15: Ego saltabo? (mirantis Peniculum hoc a se postulasse. Quid? tu a me postules ut saltem?). II, 2, 9: Meum parasitum? 3, 29. 43. IV, 2, 45: Pallam? (admiratur illam pallam commemorare). v. 82: Palla surruptast mihi? 3, 23: etiam astas? V, 7, 35: Liberem ego te? v. 36: Quid, erro?, admirantis medicum ita dicere potuisse, se errare. 8, 9: Liberum ego te iussi abire?, h. e. tu dicis me te iussisse liberum abire? Est admirabundi, eum tale quid de se dicere posse. 9, 19: Tu's Menaechmus?, admirantis illum se Menaechmum esse dicere posse. Mil. I, 1, 27: Quid, bracchium?, admirantis. II, 3, 45 mirantis, item v. 53: Quid, domi? et 4, 23 et 5, 60: quid, domi? 6, 16: Ego auscultem tibi? (h. e. tune a me postulas ut tibi auscultem?). III, 2, 7: Quid, sorbet?, admirantis. Indignantis IV, 2, 30: Quid? ego astabo hic tantisper cum hac forma et factis sic frustra? 5, 7 admiratio et tristitia expressa est. 8, 57: scis? Merc. I, 2, 69: Vidit? III, 1, 27 admirantis, item v. 36: iam bieuniumst, quom habet

m?, item v. 45: Quid, dentes? 3, 14: tu ausculere ? h. e. tu vis osculari m.? Admirantis IV, 3, 34. id, abeam? Ib.: abeam? Admirantis V, 4, 13. v. 15 entis, iam scit hoc quod quaerit quasi subita admira- rreptus. v. 20: etiam loquere larua? (indignantis). 2, 67: Loquere tu etiam, frustum pueri? Pseud. I, 1, 1? (admirantis, tu eheu dicis?). 3, 54: Subruperet hic lacissume?, h. e. tune censes hunc surripere debuisse ? v. 71: Credere autem?, = tune credere metuis?, admirantis. v. 84: Tibi ego credam?, h. e. tune a ilas ut tibi credam? v. 110 et 111 admirantis, item ps te ego auferam?, h. e. quid? tu me auferre abs te tu hoc fieri posse credis, ut auferam? v. 94: Tu a s? II, 2, 31: Tibi ego dem?, h. e. Quid? tune spe- tes me tibi daturum? v. 42: Surus? 4, 21: quid, (admirantis: quid? tu te attulisse dicis?). Admiran- prehendentis v. 25: Vos molestos mihi? (h. e. tu vos esse mihi credere et dicere potes?). Admirantis v. v. 33, item III, 2, 54. IV, 7, 53. 54. 55. 56: Atque mulierem tu abduceres? Mirantis v. 106. Indignantis Pseudulum ego dedam tibi?, h. e. quid? tu a me postu- bi dedam Ps.? V, 2, 9: Quid, lubet? (h. e. quid? tu ibulo *lubet* uti potes?). Poen. I, 2, 82: Pergis? (in- quod pergat). Terent. Phorm. V, 3, 23: Si tu nil CH. Pergis? Plaut. Poen. II, 28: Heu, Volaticorum ? III, 5, 17: Apud me? IV, 2, 76: Duas illas duo- ? V, 5, 30: Lubet? (indignatio expressa est, = quid? tibi lubere?). Pers. I, 1, 25. v. 30: Aia tu, peregrist? Scelerate, etiam respicis? v. 19: Etiam, scelus, male (utrobique irati et reprehendentis). IV, 3, 20: Ain, st? (mirantis). 4, 99: Etiam 'opinor'? (est mirantis, c re etiam vocabulo *opinor* uteris?). 9, 4 in terrorem V, 2, 19 reprehendentis. Rud. III, 4, 23: Dea tibi ? v. 28: Etiam opprobras vim, flagiti flagrantia?, re- entis. v. 31: Quid, liberas?, mirantis, item v. 35: Mea opsecro haec est? 5, 20: Clavas? 6, 4: Quid, ego nem Hominem insectarer lapidibus nequissumum? v. 38: psecras ut te sequar? v. 39: Etiam retentas? v. 48: es?, admirantis et indignantis. IV, 3, 64: Ita enim- itane censes, haecine tua sententia est?, quod cum

irrisione dictum est). 4, 23 et 30 admirantis. v. 51: Ain? ostendere? Stich. II, 1, 25: Nunc ultro hoc deportem? (Fingit alios hoc se facere iussisse, hoc a se postulasse). 2, 48: Hem, quid? † Epignomum elocutu's? Trin. I, 2, 90: Dedisti argentum? II, 2, 94: Sine dote [autem] uxorem? III, 1, 4. 2, 82: Etiam ob stultitiam tuam te tueris? IV, 2, 99. v. 127: Aps te accepisse? (est admiratio, = tu me abs te accepisse me fassum esse dicis?) v. 145: ipsus es? (admirantis; iam in antecedentibus dixerat Charmides se Charmidem esse). v. 149: At etiam maledicis? (irati). De interrogationibus addita et omissa particula *ne* vide etiam Ritschelium prolegom. ad Trinumm. p. 105, adnotatio. Truc. II, 2, 21: Ne attigas me. S. Tangam te? Ita med amabit sarculum cett. (sic Both.) v. 25: Rus tu mi opprobras, ut nacta's hominem, quem pudeat probri? (est indignantis). IV, 3, 31: pro filiolo? V, 26: quam me? (est admirantis). v. 29 laetitia expressa est. v. 43: mihi?, h. e. quomodo tu te mihi aurum dedisse dicere potes? Caecil. Stat. inc. fab. fr. 4, v. 245 sq.: quibus nec mater nec pater, Tanta confidentia?, admiratio. Terent. Andr. I, 5, 6 sq. II, 1, 28: Cordi? 2, 6: Cessas adloqui? Phorm. III, 3, 32: cessas? Adelph. III, 2, 22. Andr. III, 1, 11: Adeo est demens? ex peregrina? 5, 11: Expedies? v. 13: Tu rem inpeditam et perditam restituas? IV, 1, 25: Habeam? 4, 15: Male dicis? v. 25: Tu nescis? V, 3, 23: Ego audiam? v. 29: Adducas? 4, 5: Eho tu, Glycerium hinc civem esse ais? v. 12: Hic vir sit bonus? v. 18: Ego istaec moveo aut curo? v. 25: Eius nomen? CR. Nomen tam cito tibi? Eun. III, 1, 36. 3, 26: Dico ego mi insidias fieri? (Schmied.: „nonne vere dixi"), IV, 2, 9. 4, 1 sq. interr. reprehensionis. v. 28: taces? Idem legitur V, 1, 5 et Hec. IV, 1, 12. — Eun. IV, 6, 7. 7, 28. V, 2, 17. 20. 8, 23. 43. Heaut. III, 1, 4 sq.: Verum quom videam miserum hunc tam excruciarier Eius abitu, celem tam insperatum gaudium, Quom illi pericli nil ex indicio siet? v. 22: Meus gnatus? ib. Venit? ib.: Clinia Meus venit? (laetitia expressa est). 2, 9: 'Nil' narras? IV, 6, 11. V, 2, 29 (reprehensio). 3, 11. Phorm. I, 2, 11: Verere verba ei credere? (interr. reprehensionis.) v. 70. II, 3, 35. 38. 54. 4, 7. III, 2, 25. 3, 15. 20. IV, 4, 3 (reprehensio). V, 1, 13. 8, 88. 92. 95. 9, 12 (admiratio). Hec. I, 2, 25. v. 63: Quid ais? cum virgine una adulescens cubuerit Plus potus, sese illa abstinere ut potuerit? (Ad-

irationem exprimit, ita ut mente addi possit: tu fieri poisse dicis, ut cubaret — ita ut se abstineret?). II, 1, 9: I, 4, 16. 18. 5, 57 (reprehensio). IV, 1, 9. 2, 13 admiratio, m 4, 17; item v. 49. — v. 53 sq. 84. Adelph. I, 1, 56. II, 28. 2, 25. 35. 38. III, 3, 34. 42. 44. IV, 2, 26. 5, 27. 63. 8. 29. 35. V, 1, 7. 8, 15 sq. 17. 9, 3.

c. Separatim afferendi sunt ii loci, ubi secunda persona d. praes., rarius futuri in interrogatione posita est, ita ut re imperativi vim habeat. Sic Plaut. Asin. III, 3, 124:

Etiam tu, ere, istunc amoves aps te atque me ipse adgredere
Atque illa sibi quae hic iusserat mihi statuis supplicasque?

istar omnium est formula *etiam tu taces?*, quae legitur Curc. 1, 41. Pers. I, 3, 72. Trin. II, 4, 113, ad q. l. Lindem.: Urbana imperandi formula, indignationem tamen subindicans. roprie enim *etiam tu taces* est: etiamne hoc facis, quod dum imperavi, nempe ut taceas? Fingit enim, qui ita intergat, se iamdudum imperasse quod quaerit, et nunc quaerere, m ille imperio obsecutus fuerit. Sic apud Terent. Adelph. , 2, 11: Etiam taces? ſchweigſt du auch? Nostrates fere: irſt du auch ſchweigen, pro: ſo ſchweige doch!" Plaut. Trin. I, 3, 61. Most. II, 2, 81: Etiam tu fugis? Pers. II, 4, 7: iam dicis mi, ulmitriba tu? (sic Bergk. Philol. 1861, I, p. 40). I, 3, 9: etiam tu argentum tenes? IV, 3, 72: etiam tu illam stinas? = nonne tu illam destinabis, emes, non tu eam nere properas, quemadmodum explicat Gronovius. Terent. an. III, 2, 30: Malam rem hinc ibis? Heaut. II, 2, 6: Etiam ves, ne videat forte hic te a patre aliquis exiens? Hüteſt du ch denn auch? Phorm. III, 3, 9: etiam tu hinc abis?

d. Spectemus nunc interrogationes negativas, inprimis r negationem *non* prolatas. De harum interrogationum gnificatione v. Bremium ad Cic. de fin. p. 114: „Particula gativa sola ponitur in interrogatione, quum quis aliquid non se suspicatur." Uberius hac de re disputat Handius in rsell. IV, p. 308: „Per se intelligitur *non* etiam in interrotione ad verbum aut ad nomen aliquod pertinere, nec ipsum primere interrogationem. Atque is, qui per *non* quaerit, pponit negationem in alterius, quocum loquitur, sententia, iam alter respondendo aut pronuntiat, aut reiicit affirmans ntrarium. Utuntur hac dictione indignabundi aut irascentes it admirantes." Plaut. Amph. II, 2, 68: Non taces? Idem

legitur Asin. V, 2, 81. Curc. V, 3, 34. Cas. V, 4, 14. Bacch. III, 3, 66: Non tu taces? Bacch. v. 627: Non taces, insipiens? Most. III, 2, 45. Men. IV, 2, 48. V, 7, 37. Merc. I, 2, 98: Non taces, stultissume? II, 4, 16: Non taces?, item IV, 4, 14. Terent. Phorm. V, 8, 94 sq.: Non taces? PH. Taceam? 9, 15: Non taces? Plaut. Amph. I, 1, 247: Quid, malum, non sum ego servos Amphitruonis Sosia?, indignatio, = quid? tu me non esse servom Amph. dicere potes? 296: Non erae meae nuntiare, quod erus meus iussit, licet? 3, 20: non ego te novi? II, 1, 78: quaeso, non intellegis? 2, 71:

Non tu scis, Bacchae bacchanti si vis advorsarier,
Ex insana insaniorem facies, feriet saepius:
Si opsequare, una resolvas plaga?

v. 124: Neque tu illi neque mihi viro ipsi credis? III, 2, 56: Iam nunc irata *non* es? = certe tamen n. i. n. e.? Asin. I, 3, 63: Non tu scis? II, 2, 60: non vides Me ex cursura anhelitum etiam ducere? 3, 15: Quid? post non rediit? II, 4, 39: Non etiam. LE. Non? v. 66: Non vides irasci? v. 70: Sceleste, non audes mihi scelesto subvenire? v. 74: In ius voco te. LE. Non eo. ME. Non is?, h. e. quid? tu dicere audes te mecum in ius non iturum? Admiratio III, 3, 62: non patronos? V, 2, 85: Non licet manere (cena coquitur) dum cenem modo? Aul. II, 4, 7: Post siquis vellet, haut nevelles dividi? (haut *Δ*p. Voc. dividendi h. l. sensu turpi et obscoeno dictum putandum est). v. 15 sq.: quid? hic non poterat de suo Senex obsonari filiai in nuptiis? (Vulg. *filiae* correxerunt Both. Goell.) IV, 10, 43: Neque scis, quis id abstulerit? v. 44: neque partem tibi Ab eo, quiqui est, indipisces, neque furem excipies? Capt. III, 5, 4: Non occatorem prius audebas dicere? V, 2, 16: non me censes scire quid dignus siem? Cas. III, 6, 12: non sum ego liber? V, 4, 9: Non amas me? v. 28: Non irata's? (h. e. certe non irata es?) Cist. II, 1, 31: Non remissura's mihi illam? v. 32. v. 35: Non? (Dixerat Melaenis: Non edepol tua istaec dicta nunc in auris recipio. [Vulg. *istaec tua*, *ἀμέτρως*. Emend. Bothius.] Iam Alcesimarchus dolens interrogat: Non? = non ergo?). III, v. 11: Alcesimarchum non vides ferrum tenentem? Epid. III, 4, 44 sq.: Non novisse me Meam rere amicam posse? v. 47: non est?, ubi iam dixerat hoc miles Periphani, hanc non eam esse. v. 77: fides non reddis? IV, 2, 18: Non patrem ego te nominem, ubi tu tuam me adpelles

filiam? V, 1, 32: Non me novisti? v. 33 sq.: Non meministi, me auream ad te adferre natali die Lunulam cett. Bacch. III, 6, 34 sqq. IV, 9, 77: Non prius salutem scripsit? V, 2, 19: non vides ut palantes [Solae libere] Grassentur? Most. III, 1, 28: Non confitetur? v. 67: non debet?, indignantis. 2, 124: non vides tu hunc voltu uti tristist senex? IV, 2, 35: Non hic Philolaches adulescens habitat hisce in aedibus? Men. II, 2, 20: Nomen non nosti meum? v. 28. 33. 3, 56. 83. III, 1, 8. 2, 38: Non me novisti? v. 40: Tuum parasitum non novisti?, admirantis, Menaechmus enim ei hoc iam dixerat. v. 50: Non tu abis, quo dignus es, Aut te iubes piari, homo insanissume?, quae interrogatio, ut *non tu taces*, quod supra commemoravi, vim habet imperativi. Similiter Merc. IV, 4, 17: Non abis? Stich. IV, 2, 23: Non tu hinc abis?, quod est indignantis et reprehendentis. Men. III, 3, 10. IV, 2, 68. V, 1, 8. 14. 2, 72: non te tenès?, quod iterum est pro imperativo, = tene te. 5, 13. v. 44: Non vides hominem insanire? 9, 15. Mil. II, 3, 30: non domist? 5, 18: Non nos novisti? III, 1, 103. 2, 27: Neque tu bibisti? IV, 4, 14: Non tu scis, quom ex alto puteo susum ad summum escenderis, Maxumum periclum inde esse ab summo ne rusum cadas? V, 11: Non licet mihi dicere? Merc. III, 1, 41: Etiam cum uxore non cubet?, h. e. etiamne hoc inter vos coniuravistis, ut etiam cum uxore ne cubet? IV, 3, 30 [v. 729]: Non scis quae sit illa? 4, 10: Non estis cenaturi? LY. Iam saturi sumus. V, 2, 73: Non mihi credis? 4, 54 eadem leguntur. 2, 78: Itane? commodum illi non est, quae me amat, quam ego contra amo? Pseud. I, 3, 1. 21: Non licet conloqui te? v. 92: Non habes? (admirantis, iam dixerat hoc Ballio, se Phoenicium venalem non habere). v. 107: Non habes venalem amicam tu meam Phoenicium? 5, 85: Non a me scibas pistrinum in mundo fore, Quom ea mussitabas? II, 2, 18. IV, 2, 46: set in epistula Nullam salutem mittere ascriptam solet? 7, 99. V, 2, 7: Non vides med uti madide madeam? v. 23. Poen. I, 1, 45: Non scis? 2, 48: Nihil respondes? v. 146: non?[15])?,

---

[15]) Locus est corruptissimus, quem tamen ingeniosissime et maxime probabiliter sec. codd. Pall. restituit Bothius, qui habent testibus Par. et Grut.: *Non faciam . . . non ae cuius in me esset morare et malefacis*, unde Acidalius divinavit: AG. *Non faciam.* AD. *nos eamus nunc . etiam morare? male facis*, quemadmodum versus scribitur etiam in ed. vulg., quae tamen

quod elliptice dictum pro: non facies? v. 192: non es? (int. irata. Iam dixerat Adelphasium se non esse iratam, sed quaerit Agorastocles iterum hoc, ut sciat certius, tu igitur non es irata, quemadmodum modo dixisti?). V, 2, 51: Non audis? 5, 22: Non pudet pueram amplexari baliolum in media via? Pers. III, 1, 57. IV, 4, 90: non vides —? v. 119. Rud. II, 3, 11: Non venit? (admirantis; quamquam Ampelisca iam dixerat neminem huc venisse, tamen iterum obstupescens quaerit hoc Trachalio, ut certius etiam sciat). v. 17. 25. 4, 12: Non licet te sic placidule bellam belle tangere? III, 4, 18: Mihi non liceat meas ancillas Veneris de ara abducere? h. e. quid? tu dicis mihi non licere —? 5, 37. 6, 32. IV, 3, 29: Non ferat, si dominus veniat? (Conclusio ex iis, quae Gripus antea dixit, facta a Trachalione: tu ergo censes non laturum dominum, si veniat? 4, 81. V, 3, 16: Non debes? (= tu ergo te non debere dicis? Dixerat iam in praegressis Labrax se non debere, sed quaerit iterum Gripus admirabundus, ut certius etiam sciat, num haec eius sententia sit, se non debere). Ib.: Non tu iratus mihi's? IV, 3, 5: Non vides referre me uvidum rete sine squamoso pecu? Stich. v. 393: Non adest? IV, 2, 26. Trin. I, 2, 96: Non ego illi argentum redderem? Trin. v. 811: Diei tempus non vides? IV, 3, 10. V, 2, 29: Non ego sum salute dignus? Truc. II, 3, 5: Non quis parumper durare opperirier? 4, 71: Non audes aliquod dare mihi munusculum? v. 89: Isti ego non mittam munus? (h. e. num quis me reprehendere possit, si ei munus mittam? nonne munus ei mittere meum officium est?). III, 1, 18: nullust? IV, 2, 19: Non ego nunc intro ad vos mittar? v. 34: Non licet de obsonio meo me participem fieri? (Vulg. *obsonii mna. Meo* addidit Bothius. Vide etiam Kampm. de *DE* praep. p. 3). IV, 4, 28: Iam me tuom oculum non vocas? 10, 42: Dic bona fide: tu id aurum non surripuisti? (h. e. tu ergo in eo perseveras quod mihi affirmasti, te aurum non surripuisse?). Plaut. Fragm. p. 485, v. 19: Non ego te novi, navalis scriba, columbar impudens? Caecil. Stat. Exul fr. 2: non haec putas? non haec in corde

---

nimis recedunt a codd. vestigiis. Iam Bothius scripsit in ed. altera: AG. *Non fac., non!* MI. *Aequius in me sit* AG. *Morare.* AD. *I! male facis*, in novissima eodem modo, nisi quod alterum illud *non* retulit ad verba Milphionis, per interrogationem elatum.

versantur tibi? Plocium fr. 15: Tu nurum non vis odiosam tibi esse, quam rarenter videas? (interrogatio reprehensionis). Terent. Andr. I, 2, 23: Non? IV, 2, 27: non satis habes —? 4, 4: Non mihi respondes? v. 13: non tute ipse? V, 2, 11: Eho, non tu dixti esse inter eos inimicitias, carnufex? Eun. I, 2, 72: nil respondes? v. 99: Ego non ex animo misera dico? II, 1, 17. III, 1, 31: Numquam tibi dixi? 2, 10: Quid, hanc non vides? 5, 43: Ego homuncio hoc non facerem? IV, 2, 10: nil? v. 11: ne — quidem. IV, 4, 12: Non vidit? v. 29. 42. 7, 28. 29. V, 1, 3. Heaut. III, 3, 22: Non accedam ad illos? v. 27: Non tu ei dixisti ut essem? V, 1, 21. 23. 46: Non tu te cohibes? v. 47. 3, 11. Phorm. I, 2, 69. II, 2, 31. 3, 37. 45. 72. III, 2, 4 *(nequeo)*. v. 7. 3, 10. V, 1, 15 sq. 3, 21. 6, 9. 9, 3. 13. Hec. II, 1, 39. III, 2, 6 sq. v. 25: Quid? non sciunt ipsi viam, domum qua veniant? IV, 2, 27: Non tute incommodam rem, ut quaequest, in animum induces pati? Adelph. I, 2, 14. 32. II, 2, 36. III, 3, 42 sq. IV, 1, 13. 2, 21 sq. 5, 75. 7, 9. 36. V, 2, 6: Non manum abstines, mastigia? 8, 19.

e. Separatim item commemorandi sunt ii loci, ubi infinitivus vel accus. c. inf. in interrogatione positus est. Sic Plaut. Asin. I, 2, 1: foras aedibus me eicier? Curc. V, 2, 25: Servom antestari?, quo admiratio expressa est; ad sententiam fere idem est ac: servus antestetur? Cas. I, 1 sq.: Non mihi licere meam me rem solum — Loqui atque cogitare? Terent. Andr. V, 2, 29: Tantum laborem capere ob talem filium? Phorm. V, 9, 53: Nil pudere? Hec. IV, 3, 7. Adelph. V, 8, 11: Me ducere autem?

f. Saepe interrogationibus additur particula *nempe*, de quo usu Haudius Tursell. IV, p. 159 sqq. haec habet: „In interrogatione *nempe* occupat alterius affirmationem vel ex eius dictis conceptam vel ex ipsa rei probabilitate petitam. Sed multiplex est consilium talis interrogationis. Nam modo quaerimus de re, quam compertam habemus ac scimus, sed iterum et aperte confirmatam volumus: modo mirantes quaerimus de veritate rei, quae incredibilis videri potest (ubi Germani ist's denn wirklich so?), modo dubitationem omnem removeri cupimus etiam in re non admodum dubia, ubi dici solet: nonne? estne ita? In his duntaxat adhiberi potest germanicum doch wohl. Non diversum est genus interrogationis illud, quo colloquentium alter id, quod iam perceptum est, ut distinctius

definiatur, magis declarat et ei, qui antea dixit, affirmando succurrit. Quod ut significent, Germani verbis doch sive doch wohl utuntur." Quibus addo in priori genere, ubi qui quaerit iam scit hoc quod quaerit, significationem huius particulae non multum diversam esse a particulis *igitur* et *ergo*, sed ita tamen, ut, qui per *nempe* quaerit, magis instet quasi alteri et magis urgeat id quod quaerit. Plaut. Asin. I, 1, 104. II, 2, 72. Aul. II, 4, 14: *Nempe* huic dimidium dicis, dimidium domum?[16]) (Subito intelligit id quod antea non satis intellexit et quaerit hoc, ut sciat, num recte etiam intellexerit. In responso quoque est: Nempe sicut dicis). Curc. I, 1, 44: *Nempe* huic lenoni qui hic habet?, h. e. tu haud dubie dicis lenonem hunc cett. Cist. II, 3, 56: *Nempe* istic est, qui Alcesimarcho filiam Suam despondit in divitias maxumas? Epid. III, 4, 13: *Nempe* in adulescentia Quem apud reges memorant armis, arte duellica Divitias magnas indeptum?[17]) Bacch. II, 2, 11: *Nempe* recte valet? IV, 4, 38: *Nempe ergo* hoc ut faceret quod loquor? Most. II, 2, 60: *Nempe ergo* in somnis? Men. V, 7, 41: *Nempe* iubes?, h. e. iubes igitur? Servus haec loquitur exspectationis plenissimus, utrum serio herus suus se liberum proclamaverit an non, quapropter ut certius etiam hoc proclamet, ab eo quaerit: iubes ergo? int. me liberum ire? Mil. II, 3, 66: *Nempe* tu istic ais esse erilem concubinam? III, 3, 32: *Nempe* ludificari militem tuum erum vis? nicht wahr du willst. Putat is qui interrogat se id quod alter vult assecutum esse, sed ut hoc certo etiam sciat, ex eo quaerit hoc: Assecutusne sum voluntatem tuam, si puto te herum tuum ludificari velle? v. 48: *Nempe* tu novisti cett. du kennst doch —? Pseud. I, 2, 71: [*nempe*] illi audeant [Is] id facere, quibus ut [miseri] serviant suus amor cogit? 3, 119: *Nempe* conceptis verbis? IV, 7, 73: *nempe* tu illius servos es? HA. Planissume. h. e. rectene ego censeo, te illius servum esse? Du bist doch —? v. 92: *Nempe* quod femina (= femora) summa sustinent? Rud. I, 5, 10: *Nempe* equo ligneo per vias caerulas Estis vectae? II, 7, 7: *Nempe* meae? SC. *Nempe* nescio istuc. v. 9: *Nempe* puellae?

---

[16]) Vulg. *domi*, quod correxit Acidalius. Goell. *ducis*, sed *dicis* habet *Δ*p.

[17]) Sic emend. Bothius. Vulg. impeditis numeris: *nempe quem in adol. Mem. ap. reg.* cett.

(h. e. haud dubie tu de puellis loqueris, si recte sententiam tuam assequor?) SC. *Nempe* molestu's. IV, 4, 13: *Nempe* hic tuus est?, h. e. perseveras igitur in eo quod iam dixisti, hunc tuum esse? Hoc ipsum iam aliquoties in hac scena Trachalio Daemonem interrogaverat, sed repetit interrogationem suam: Hic igitur, quemadmodum dixisti, revera tuus est? Certe recte audivi? v. 36: *Nempe* tu hanc dicis, quam esse aiebas dudum popularem meam?, ubi scire vult Daemones, num recte, quam dicat Trachalio, assecutus sit, du meinst doch die —? V, 3, 36: *Nempe* pro meo Iure oras? Trin. IV, 2, 124: *Nempe* ab ipso id accepisti Charmide?, h. e. rene vera te ab ipso Ch. hoc accepisse affirmas? Truc. II, 4, 11: *Nempe* tu eris hodie mecum, mea Phronesium? Terent. Andr. I, 1, 24: *Nempe ergo* aperte vis quae restant me loqui? V, 4, 47: *Nempe* id? Phorm. II, 1, 72: *Nempe* Phormionem? Hec. I, 2, 30: *Nempe* ea causa, ut ne id fiat palam?

g. Denique interrogatio ponitur pro enunciatione sumptiva. Sic Plaut. Amph. III, 4, 12: *Amat?* sapit, h. e. *si amat*, s. Bacch. III, 4, 3: Illum exoptavit potius?

17. Transeamus ad eas interrogationes, quae expressae sunt per pronomina vel adverbia interrogativa. Plaut. Amph. II, 2, 137: *Quid* hoc est hominis? Aul. II, 2, 40: *Quid* nunc me vis? 4, 17: *Quid* negotist? Cas. III, 5, 51: *quid* duos? wie so zwei? Cist. II, 3, 36: „*Ubi* habitat?" inquam. „Duc ac demonstra mihi!" IV, 2, 16: *Quid* „hic?" = quid dico *hic?* Epid. IV, 2, 3: *Quam* meam matrem?, ubi *quam* est pron. interrogativum. Most. III, 1, 92: *Quid* iubeam? Menaechm. I, 2, 44: Age sane igitur, quando aequom oras, *quam* mox incendo rogum? Pers. II, 2, 23: *Quid* me? PAE. Utrum te, hercle hauscio. Terent. Heaut. IV, 3, 38: *Quid* malum me aetatem censes velle id adsimularier? Phorm. II, 2, 15. 3, 1: *Enumquam* quoiquam contumeliosius Audistis factam iniuriam —? V, 1, 12: et meum nomen nominat?, ubi *quis* ex praegressa oratione mente addendum est. Ad. III, 2, 28: Aeschinus SO. *Quid* is ergo? GE. alienus est ab nostra familia. SO. Hem, Perii. *qua* re? De voce interrogativa *quin* vide in particulis.

18. Sed possunt interrogationes etiam proferri per particulas interrogativas, quas nunc deinceps tractabimus. Initium fiat a *ne*, quod recte appellatur ab Handio Turs. IV, p. 73

dubitativum. Quod quamquam quantitate differt a *ne* prohibitivo, tamen primitus unum idemque vocabulum cum illo fuit, de qua re et in universum de significatione huius particulae Handius l. c. p. 73 sqq. haec habet: „Quaecumque dubitatio prope accedit ad negationem: interrogatio autem in se habet, de quo, utrum sit an non sit, dubitemus ideoque quaeramus. Quare Hermannus aliique docuerunt in omni interrogatione aliquam negationem inesse. Atque haec ipsa fuit caussa, quapropter *ne*, quod negat, particula fieret interrogationis et dubitationis. Ii enim grammatici, qui dicunt *ne* nihil significare, nisi ut interrogationis formam exprimat vel interrogationem intendat, non satis distinguunt negationem ab negativa origine interrogationis. Nam dum dubito, nec scio an sit res aut quale sit, atque ideo quaero, in animo teneo negationem affirmationis: alioquin quaestionem non facio, sed affirmo. Neque ii sunt probandi, qui dicunt sententiam per *ne* ita signatam magis ad affirmandam quam ad negandam rem inclinare. Utrumque enim fieri potest aequali nisu — Iam vero interrogationis et rectae et obliquae triplex est genus. Primum enim quaeritur, an res sit, simpliciter. Deinde vero enunciatio, quam problematicam appellare solemus, deflectitur ad negationem ante occupatam, qua cogitamus id, de quo quaeritur, non esse aut non posse esse. Hoc exprimitur annexa particula *ne*, atque interrogationi additur ea vis, qua, qui quaerit, declarat sibi persuasum esse, aliter responderi non posse. Sed alia ratione occupamus affirmationem, dum negamus contrariam sententiam. Id proprie exprimitur verbo *nonne*, sed brevius etiam per simplex *ne*. Vis interrogationis eadem est. — Sed multiplex est interrogationis, quae per *ne* exprimitur, usus atque vis. Nam modo id, quod miramur, interrogando significamus, modo indignationem, modo etiam verbis inhaeret ironia quaedam. Numquam tamen, ut aliis visum est, deficit potestas particulae Saepe significat aliter sentiri non posse, atque in interrogatione ironica occupatur affirmatio."

a. Livius Andron. Aegisthi fr. 3: Iam*ne* oculos specie laetavisti optabili? Liv. Andr. Ludius: Corruit quasi ictus scena. — Sici*ne*? Cato R. R. c. 1: Videto vasa torcula et dolia multa*ne* sient. C. 2: roget — satis*ne* tempori opera sient confecta, possit*ne* quae reliqua sient conficere. Cato origg. l. VII ap. Gell. I, 12, 17: Ego me nunc volo ius pontificium optime scire.

iam*ne* ea causa pontifex capiar? Ennii Aiacis fr. 2: Hoc lumen iubarnest quod in caelo cerno? Phoenicis fr. 4: tu*n* potuisti credere? Ennii fr. 2 inc. com. v. 11: te*n* aliquid quod dono nil morare? Plaut. Amph. I, 1, 193. 205. 277. v. 278: Tu*n* negas med esse? 2, 23. 3, 11. 16. 28. 41. II, 1, 15. 16. 21. Amph. v. 578. 579. II, 1, 57. 69. 2, 39. 47. 83. 85. v. 93: Tu*n* me heri hic vidisti? v. 116. 120. 123. 126. 128. 137. 148. v. 173: In eodem*ne* lecto? v. 186. 190. 191. III, 2, 48: Sana*n*' es? V, 1, 30. Asin. I, 1, 28. 39. 42. 81. 96. 103. 2, 1: Sici*ne* hoc fit? foras aedibus me eicier. Pseud. V, 1, 1: sici*ne* hoc fit? Asin. I, 2, 2. 23. 3, 17: numquam*ne* expleri potes? v. 77: Tu*ne?* II, 2, 67. 4, 18. 19. 20 (= nonne). v. 35: Dromo*n* mercedem rettulit? v. 38. v. 41: Audi*n* quae loquitur? v. 71 bis. III, 1, 6: Hoci*ne*st pietatem colere —? 3, 79: Te*ne* ausculetur, verbero? v. 107: Te*n* complectatur, carnufex? v. 110: Te*ne* ego veham? LI. Tu*ne* hoc feras argentum [hinc] aliter a me? v. 122: Datis*ne* argentum? IV, 1, 5: Audi*n*? v. 10: Addo*ne*? V, 2, 34: Audi*n* quid ait? v. 37: Cense*n* tu cett. v. 78: anima foetet*ne* uxoris tuae? v. 82: Istoscin patrem aequomst mores liberis largirier? v. 83: Nil*ne* te pudet? v. 89: Iube*n* hanc hinc apscedere? Aul. II, 2, 6: recte*n*' atque ut vis vales? v. 30: Cense*n* talentum magnum exorari pote Ab istoc sene, ut det (sic Kampm. de *AB*, p. 11, quem vide). v. 78: spondeo*n* ergo? 4, 25: Etiam*ne* obturat inferiorem gutturem? v. 36: Cense*n* vero adeo parcum et misere vivere? v. 46: Tu*n* trium literarum homo, Me vituperas —? IV, 10, 26: tu*n*' habeas me invito meam? v. 70: I intro, exquire, sit*ne* ita ut ego praedico. V, v. 5: Erum*ne* aspicio meum? v. 11: iam*ne* autem ut soles, deludis? Capt. I, 2, 51: Nullum*ne* interea nanctu's, qui posset tibi cett. II, 2, 31: Quid pater? vivit*ne?* III, 4, 25: Vide*n* tu hunc, quam inimico voltu intuitur? concedi optumumst. v. 39: Te*n* negas Tyndarum esse? v. 63: Vide*n* tu illi maculari corpus totum maculis luridis? 5, 45: Votui*n* te quicquam mi hodie falsum proloqui? (= nonne votui?). ib. v. 56: Esset*ne* apud te is servos acceptissumus?, ad q. l. Lindem.: „Usitatius: nonne esset.“ Curc. II, 1, 15: Est*ne* hic Palinurus Phaedromi? 2, 25: Est*ne* hic parasitus, missus quist in Cariam? 3, 66: „Dedisti*n* tu argentum?“ inquam. Cas. II, 2, 34: Sati*n* sana's? 3, 16: sanu*n* es? 5, 10: cum uxore*n* mea? 6, 29: Me*n* te censes esse? v. 64: Iam*ne* mortuos es? v. 68: Sci*n* tu. 8, 20: Licet*ne* am-

plecti te? v. 67: Iam*ne* abeo? IV, 2, 11: Vero*n*? v. 15: Iam*ne* abiit illaec? V, 2, 30: Dum, gladium*ne* habeat, quaero. (Pareus sec. V. C.: Dum gladium quaero, ne habeat. Correxit Bothius). 4, 8: Etiam*ne* imus cubitum? Cist. I, 1, 21: hici*ne* istuc decet? II, 1, 15: Est*ne* hoc miserum memoratu? (= nonne) v. 33: Sati*n*' istuc tibi in corde certumst? 3, 38 Bothius scribit Sic*ne* agis Nugas? (*Δp sicine*, vulg. *siccine a. n.*). v. 53: Me*n*, mulier vocas? IV, 1, 14: Sana*n*' es? ib.: Pergi*n*? Fragm. Cistell. p. 477, v. 27: Tu*n*, tu*ne* igitur, mea matercula? Fragm. Cist. Ang. Mai. p. 486: Dixi*n* ego istaec obsecro? p. 487: Quid . . . is *ne* est? Arbitror. Epid. I, 1, 3: Epidicum*ne* ego conspicor? II, 2, 68: Cedo, ego*n*' occidi? (sic recte Both. ad hiatum vitandum. Vulg. *ego occ.*). v. 112: illa*ne*? III, 4, 35: Est*ne* empta haec mi istis legibus? v. 81: Eum*ne* ego sinam impune? IV, 2, 5: Haeci*ne?* V, 1, 16: Est*ne*, ut tibi dixi? v. 18: Est*ne*? v. 30: Video*n*' ego Telestidem te, Periphanai filiam? v. 35. v. 42: Sana*n*' haec est? 2, 38: Dedi*n* tibi minas triginta ob filiam? Bacch. I, 1, 58: Sum*ne* autem nihili qui nequeam ingenio moderari meo?, = nonne sum, v. Lambin. II, 2, 25: Iam*ne* ut soles?, quod est elliptice dictum sec. Gronovium, quem vide, mente addendum est *iocaris*. 3, 13: Venit*ne*? v. 14: Bene*ne* usque valuit? v. 16: Accepit*ne*. v. 19: Tu*ne*. v. 23: Quam*ne* Archidemidem? v. 35: Habeti*n* aurum? v. 81: Set nil*ne* [huc] attulistis inde auri domum? v. 88: Fert*ne* partem tertiam? v. 97: Set istic Theotimus dives*ne*st? III, 3, 1: Nunc experiar sit*ne* aceto tibi cor acre in pectore. v. 17: Eadem*ne* erat cett. v. 43: hoci*ne* — pacto. v. 75: Nullo*n* pacto. v. 88: Vide*n* ut aegre patitur. 6, 5: Est*ne* hic meus sodalis? MN. Est*ne* hic hostis quem aspicio meus? v. 32: missi*ne* = nonne misi. v. 37: Sanu*n* es? v. 38: Etiam*ne* ultro tuis me prolectas probris? IV, 2, 12: At sci*n* quam iracundus siem? Bacch. v. 623: sum*ne* ego amens homo? = nonne. IV, 4, 30: Omne*ne*? 6, 13: Me*n* criminatust? Bacch. v. 803: loquitatus*ne* es. IV, 7, 24: Tu*n* terrae me odium esse autumas? v. 36: vide*n* convivium? v. 39: Novisti*ne* hominem? v. 40: Dic sodes mihi, Bella*n* videtur specie mulier? v. 41: Quid? illam meretricem*ne* esse censes? 8, 15: Dixi*n* = nonne dixi. v. 20: Audi*n* quae loquitur? v. 42: Dabi*n*? v. 60: i, visse est*ne* ibi. v. 70: Sati*n* est. 9, 62: est*ne* eius? v. 100: Est*ne* istuc istic scriptum? Bacch. v. 1127 Reri*n*. v. 1130: Vide*n* limulis — ut

contuentur? V, 2, 42: Vide*n* hanc? v. 44: Tu*ne*, homo putide, amator istac fieri aetate audes? Bacch. v. 1178: At sci*n* quo pacto me ad te intro abducas? v. 1185: is*ne* hac mecum intro. v. 1202 Sati*n*. Most. I, 1, 9: Hoci*ne* volebas? 3, 97: vide capillum, sati*n* compositust commode? v. 152: Set est*ne* hic meus sodalis = nonne est. III, 1, 65: tu*n*', hominum omnium taeterrume, Venisti huc te extentatum? IV, 2, 15: Tibi [*ne*, nequam,] Optemperem, quom tu mihi nequeas [linguam abstinere?]. v. 56: Philolaches*ne* ergo? V, 2, 11: *Quian* me pro te ire ad cenam autumo? (h. e. proptereane a me te irrideri dicis, quia). Similiter Pers. V, 2, 69: *Quiane* te voco, ut tibi bene sit? Menaechm. II, 2, 10: Dixi*n* tibi esse hic sucophantas plurumos? 3, 24: Dixi*n*' ego istaec hic solere fieri? Men. v. 441: iam*ne* abis? IV, 3, 23: etiam*ne* audes mea revorti gratia? V, 1, 10: Etiam*ne*, inpudens, Muttire verbum unum audes aut mecum loqui? 2, 69: Tu*n* negas? v. 95: Pugnis me*n* votas in huius ore quicquam parcere —? v. 99: sum*ne* ego mulier misera, quae illaec audio? = nonne. 5, 25: tu*n* me locustam censes esse —? 9, 48: Est*ne* tibi nomen Menaechmo? ib.: Est*ne* itidem tibi? Mil. I, 1, 38: Habe*n* tabellas? v. 61: hici*ne* Achilles est? (Lindemanno *ne* pro *nonne* positum esse videtur, mihi non item). v. 71: Dignu*n* es verberibus multis? = nonne. II, 4, 23: Me vide*n*? v. 49: Me*ne* eam non vidisse arbitras? Mil. v. 663 sq. interr. cum *ne* particula pro enunciatione sumptiva posita est. IV, 1, 29: Eho tu, advenit*ne* Ephesum mater eius? Merc. II, 3, 59: Eho, vidisti*n*, pater? III, 4, 1: Sum*ne* ego homo miser. Merc. v. 598: Sed is*ne*st. IV, 3, 28: Dicam*ne*? 4, 13: Haeci*ne* tuast amica, quam dudum mihi Te amare dixti, quom obsonabas? V, 2, 25: Est*ne* illic Charinus? Pseud. I, 1, 14: Licet*ne* id scire quid sit? 3, 86: Sici*n* mi aps te bene merenti male refertur gratia? v. 96: audi*n* quid ait Iuppiter? v. 118: Iuravisti*n* te illam nulli venditurum nisi mihi?, ad q. l. Lamb.: „Tali interrogatione utuntur scriptores veteres etiam cum responsionem aientem subiici volunt.“ 5, 74: dixi*n*, Callipho, dudum tibi? IV, 1, 4: sum*ne* ego homo insipiens. v. 44: Illici*ne*st? 2, 21: scivi*ne* ego? 6, 27: Meministi*n*. 7, 32: Ut sciam sit*ne* [nunc] Ballio domi. v. 129: dixi*ne* ab eo tibi ut caveres centiens? V, 2, 22: quid? hoc, Pseudule, aufers*ne* Aps tuo ero? Poen. I, 2, 194: audi*n*? v. 196: audi*n*. 3, 22: sci*n* quam? v. 24: pergi*n* pergere? v. 25: pergi*n* aures tundere?

v. 30: vin bona dicam fide? III, 5, 32: Negasne. 6, 2: Estne servos hic meus? IV, 2, 57: Scin. V, 2, 19: viden' = nonne vides. v. 30: Vin' appellem hunc Punice? v. 39: Audin pollicerier? 3, 2: Novistin? v. 11: Cognostin. v. 36: Audin tu, patrue? v. 38: Spondesne igitur? v. 47: Haecine meae sunt filiae? v. 48: Scin quid est. 5, 20: Satin' ego oculis cerno? estne illaec mea amica Anterastylis? v. 31: Tune hic amator audes esse, hallex viri. Pers. I, 1, 30: Rogan? 2, 23: Set sumne ego stultus = nonne. 3, 55: Tun' illam vendas? II, 2, 1. IV, 4, 92: Captusnest pater? V, 2, 49: Hicinest? Rud. I, 2, 22: Isticine vos habitatis? Rud. v. 188: hancine ego ad rem natam miseram [Me] memorabo? I, 4, 13: [tune] eximes miseram [me] ex hoc metu? v. 31: Sicine hic cum uvida veste grassabimur? II, 3, 4: Estne Ampelisca haec, quae foras e fano egreditur? AM. Estne hic Trachalio, quem conspicor, calator Plesidippi? v. 47: Cavistin ergo tu. III, 6, 8: Etiamne in ara tunc sedebant mulieres, Quom ad me profectu's ire? v. 27: Sumne ibi? IV, 3, 66: Quaeso sanun es? 4, 10: Tuun hic servost? v. 11: tun' es, qui hau multo prius Abiisti hinc erum arcessitum? (= nonne). V, 3, 28: Promisistine huic argentum? Stich. I, 3, 104: Nullan tibi linguast? Stich. v. 635 sqq.: Viden ut annonast gravis? cett. Trin. I, 2, 87: Emistin de adulescente hasce aedis? (= nonne). v. 92: Dedistine hoc facto ei gladium qui se occideret?, ad q. l. Lindem.: „Dedistine pro eo quod usitatius est: nonne dedisti.“ v. 99: Inconciliastine eum qui mandatust tibi?, h. e. sec. Festum: nonne per dolum decepisti. v. 141: Qui emisset, eius essetne ea pecunia? II, 2, 69: set civi inmoeni scin quid cantari solet? 4, 31: Estne hic Philto qui advenit? III, 2, 19: Tun mi's melior quam ego mihi? v. 60: Tanton meliust te sororis causa egestatem exequi Atque eum me agrum habere quam te, tua qui toleres moenia? Truc. I, 2, 24: Dinarchusne illic est? v. 86: Estne intus nunc Phronesium? v. 87: Valetne? II, 2, 10: Pergin male loqui, mulier, mihi? v. 30: Nullane istic mulier habitat? v. 47: veron? v. 54: Estne illic violentus? 4, 8: Salve, hicine hodie cenas, salvos quom advenis? v. 13: amabo, sanun es? v. 18. 6, 23: Sed peperitne, obsecro, Phronesium? v. 27: iamne lectat legionem? v. 61: Nilne huic sat est? 7, 31: Tune ais me impudentem esse. v. 48. 8, 4: iamne abisti? III, 2, 12: Sed dic mihi, Haben? (sec. coniecturam Salmasii. vulg. *habent*). v. 26: Priusne quam

ad matrem suam? IV, 2, 8 sq.: hicin tu eras? v. 9: Molestusne sum? v. 14: Novistin tu hunc Strabacem? IV, 3, 17: accepistin puerum tu ab hac (sic Kampm. de *AB*, p. 15). V, v. 32: Vin te amplectam et suavium (sic *ΔΘ*p) dem? v. 33: Meosne ante oculos illam ego patiar alios amplexarier? v. 39: Venitne in mentem tibi cett. (= nonne). Plaut. fragm. p. 484, v. 8: estne hic noster Hermio? Caecil. Stat. Asotus fr. 4: Tun iam callebis, ille festus desidet? Obolostates fr. 6:

Satine huic ordini,
Etsi nihil egisti, quaesti? — Quaesti? — Quia sunt aemuli.

Plocium fr. 2, v. 158: Sed tua morosane uxor quaeso est? fr. 4, v. 164: Soletne mulier decimo mense parere? Syracusii fr. 2: tantan hinc invasit in tua corda dulcitas? Terent. Andr. I, 5, 1: Hocinest humanum factu aut inceptu? hocinest officium patris? v. 8. 12. 21. v. 42: Adeon me ignavom putas, Adeon porro ingratum aut inhumanum cett. v. 64: atque audin? II, 1, 1. III, 2, 17: Credon tibi hoc nunc, peperisse hanc e Pamphilo? 5, 10: viden me consiliis tuis Miserum inpeditum esse? IV, 1, 5: Idne est verum? v. 59: nuncin demum? 5, 6: estne hic Crito sobrinus Chrysidis? V, 3, 11. 4, 4: sed hicinest Simo? v. 13. Eun. I, 2, 49: Oh dubiumne id est? II, 1, 11 sq.: Censen posse me offirmare Perpeti, ne redeam interea? PA. Tene? non hercle arbitror (von dir sollte ich glauben?). 2, 10: viden me ex eodem ortum loco? III, 1, 44. IV, 4, 24: emin ego te? 5, 7: Sed Thais multon ante venit? 6, 30: Cape. Si vim faciet, in ius ducito hominem: intellextin? CH. Probe. 7, 23: Dixtin hoc mihi dies soli dare te? v. 42: Credin? V, 1, 14: Istucine interminata sum hinc abiens tibi? 2, 9: Sed estne haec Thais, quam video? v. 12: Satin id tibi placet? 8, 33: Scin quam fretus? v. 63: Dixin ego in hoc esse nobis Atticam elegantiam? (= nonne). Heaut. III, 3, 2: Vidin ego te modo manum in sinum huic meretrici Inserere? IV, 1, 11: Vin me istuc tibi, etsi incredibilest, credere? Phorm. I, 2, 102: nemon huc prodit? 3, 25: videon ego Getam currentem huc advenire? (= nonne video). V, 3, 7: Binan quaeso? v. 22: Numquamne hodie concedes mihi neque intelleges? 7, 12 (= 8, 2): Estne ita uti dixi liberalis? 8, 52: Oh, tune is eras? Hec. I, 2, 6: Sed videon ego Philotium? (= nonne). III, 4, 28: maneamne usque ad vesperum? 5, 1: Dixtin, dudum illam dixisse, se expectare filium? v. 47: Dixin, Phidippe, hanc rem aegre

laturum esse eum? IV, 1, 8: heus tibi dico. MY. Mihi*ne*, mi vir? V, 4, 3: Certe*n*? Adelph. I, 1, 53: Sed est*ne* hic ipsus de quo agebam? 2, 3: Sci*n* iam quid tristis ego sim? MI. dixi*n* hoc fore? (= nonne). v. 47: Tu*n* consulis quicquam? v. 48: Sici*ne* agis? II, 1, 29: hici*n* libertatem aiunt esse aequam omnibus? III, 3, 46: Quid eum? vidisti*n* hodie? SY. Tuom*ne* filium? v. 48: Sati*n* scis ibi esse? v. 84: Sed quis illic est, quem video procul? est*ne* Hegio Tribulis noster? 4, 32: Pro certo*n* tu istaec dicis? IV, 2, 40: Cense*n* hominem me esse? (= nonne). 7, 30: Sanum*ne* credis te esse?

b. *Ne* dubitativum adnectitur a comicis etiam relativis pronominibus contracta in oratione. Nam pro eo, quod dicendum erat, *estne ille*, *qui*, *tune es*, *qui*, Latini dixerunt *quine*, quod maiori cum vi admirationis pronuntiabant. Nonnunquam is, qui ita loquitur, non miratur de re dicenda, sed de quaestione inani alterius, qui ante loquutus est. (Hand. p. 77 sq.). Plaut. Amph. II, 2, 65: *Quaene* vigilans somniat? h. e. sec. Taubm.: quid opus est Alcumenae somno, quae vigilans iam somniat? Curc. V, 3, 27: *Quodne* promisti? Cist. IV, 2, 6: *Quamne* in manibus tenui atque accepi cett., quod elliptice dictum est, mente enim addendum: hanc perditam esse. Epid. V, 2, 54: *Quamne* hodie per urbem uterque sumus defessi quaerere? (*quamne*, quod est in edd. vett. pro *quemne*, restituit cum Weisio Ladewig. Zeitschr. f. Alterth. 1841, p. 1087). Mil. I, 1, 13: *Quemne* ego servavi cett. = eumne, quem, an eum dicis quem. v. Scioppius susp. lectt. V, 7. Mil. v. 614: *Quodne* vobis placeat, displiceat mihi? IV, 1, 27: *Quaen* cupiat? Merc. III, 3, 12: *Quodne* amem?, ubi Lamb.: „Pervorsene facit is, qui, quod amat, id osculetur" cett. Rud. v. 272 (I, 5, 14): *Quaene* eiectae e mari simus ambae, opsecro, Unde nos hostias agere voluisti huc? III, 6, 23: Rogas? *Quine* arrabonem a me accepisti ob mulierem Et eam hinc avexti? IV, 3, 80: *Quemne* ego excepi in mari? Terent. Andr. IV, 4, 29: *Quemne* ego heri vidi ad vos adferri vesperi?

c. Ab his non multum diversa sunt, in quibus pronominibus interrogativis adiicitur *ne*, quod grammatici ad abundantiam quamdam referunt. Sed designatur magnitudinis vel veritatis rei admiratio, quae per particulam *ne* ita exprimi potest, ut negetur id, quod opponi possit. (Hand. p. 78). Plaut. Cist. IV, 1, 2: quae dudum fassast mihi, *quaene* inficias eat?,

ad q. l. Taubm.: „Nonne est quovis cruciatu dignissima, quae inficietur, quod mihi fassa est?“ Alius generis est *uterne*, quod legitur Bacch. IV, 2, 6 (v. 588): *Utramne* ergo?, v. Hand. p. 80.

d. De *ne* apposito particulis interrogativis *num*, *an*, *utrum*, item de *ne* in primo membro interrogationis disiunctivae posito v. infra.

e. Ubi cum indignatione aliquis miratur, quemquam de re, quae fieri non possit aut non debeat, aliter sentire, haec admiratio simul exprimitur interposito vocabulo *ut* (Hand. p. 83). Dicitur a Terentio etiam coniunctim *utin*. Plaut. Asin. IV, 2, 1: ego*ne* haec [*ut*] patiar aut taceam? V, 2, 34: Ego*ne* *ut* non domo uxori meae Subrupiam cett. Aul. IV, 7, 9: Ego*ne* *ut* te advorsum mentiar, mater mea? (ich ſollte cett.). Curc. V, 2, 18: Mea*ne* ancilla libera *ut* sit, quam ego numquam emissi manu? Bacch. II, 2, 19: Ego*ne* *ut*, quod ab illo [me] attigisset nuntius, Non inpetratum id advenienti ei redderem? III, 1, 8: Ego*ne* *ut* haec conclussa gestem clanculum? *ut* celem patrem cett. 3, 86: ego*ne* [*ut*] illam mulierem Capitis non perdam? IV, 1, 16: Ego*ne* *ut* ad te ab libertina esse auderem internuntius. 3, 21 (= v. 637): ego*ne* *ut* opem ferre putem mihi Posse inopem te? IV, 8, 1: Meam*ne* — *ut* retineat. Pseud. I, 5, 101: Ego*ne* *ut* cavere nequeam, quoi praedicitur? Trin. v. 378: Ego*ne* indotatam te uxorem *ut* patiar? Truc. II, 4, 87: Ego*ne* illam *ut* non amem? ego*ne* illi *ut* non bene velim? Terent. Andr. I, 5, 28: ei*ne* ego *ut* advorser? Phorm. II, 1, 74: Ego*n* illam cum illo *ut* patiar nuptam unum diem? V, 8, 62: Hici*ne* *ut* a nobis hoc tantum argenti auferat Tam aperte inridens? 9, 3: Hici*ne* *ut* tibi respondeat. 6, 34: *utin* haec ignoraret suom patrem? Hec. I, 1, 9: *Utin* eximium neminem habeam?

f. Diversum est, si in interr. cum *ne* part. acc. c. inf. ponitur, de qua re Luebkerus de usu inf. Plaut. p. 28: „Si enunciati nexus in sola cogitatione consistit, quam menti meae obversantem addubito et admiror et fieri posse diffido, acc. et inf. utendum est.“ Plaut. Asin. I, 3, 73: Haecine te esse oblitum. Aul. IV, 10, 16: Cum istacin te oratione huc ad me adire ausum, impudens? Curc. I, 3, 44: Hocine fieri ut inmodestis te hic modereris moribus? IV, 4, 33: sicin mihi esse os oblitum? V, 3, 17: Hocin pacto [hinc] indemnatum atque intestatum me abripi? Bacch. I, 2, 44 (= v. 151): Magistron quemquam

discipulum minitarier? II, 3, 49 (= v. 283): Adeon me fuisse fungum ut qui illi crederem. IV, 3, 15 (= v. 629): Criminis fidem me habuisse? V, 1, 4: hocine me aetatis ludos bis factum esse indigne? Mil. II, 6, 8: meamne hic in via hospitam Quae heri huc Athenis cum hospite advenit meo, Tractatam et ludificatam, ingenuam et liberam? III, 1, 32: Hancine aetatem exercere [mei] me amoris gratia? Pseud. v. 442: tene id mirari —? Pers. I, 1, 43: Sicine hoc te mihi facere? Trin. IV, 3, 10: tribusne te poteriis Memoriae esse oblitum? Truc. II, 6, 56: Hocine mi ob labores tantos tantillum dari? V, v. 41: Huncine hominem te amplexari tam horridum atque squalidum? Caecil. Stat. Asotus fr. 6: Nihilne, nil tibi esse quod edim? Terent. Andr. I, 5, 10: Adeon hominem esse invenustum aut infelicem quemquam, ut ego sum! Eun. II, 1, 19: adeon homines inmutarier Ex amore. Hec. IV, 1, 17: Adeon pervicaci esse animo, ut cett. 4, 23: Nosne hoc celatos tam diu? Adelph. I, 1, 13: Vah, quemquamne hominem in animum instituere cett. II, 2, 29: hocine incipere Aeschinum? III, 3, 54: Haecine flagitia facere te! haec te admittere.

g. De formula *itane* Handius Tursell. III, p. 495 haec habet: „Affirmationem, quam in recta oratione *ita* occupat, etiam in interrogatione obtinet. *Itane* igitur instantius interrogat, an sit res, quae incredibilis aut dubia est visa, sed ab aliis affirmata. Quaerit, qui sic loquitur, de veritate rei mirabilis vel incredibilis ita, ut affirmationem praesumat. Germani dicunt also wirklich? Graeci ἄληθες; Saepe adiicitur *vero* et *tandem*. Sed comici huic dictioni tribuunt unam vim vehementioris interrogationis.“ Plaut. Bacch. III, 3, 73: *Itane* oportet — gerere cett. Mil. I, 1, 66: *Itane* aibant *tandem?* ad q. l. Lind.: „Hoc genus loquendi usurpabant, cum interrogabant ea de re, quae admirationem atque molestiam afferret.“ III, 2, 30: Itan vero? Merc. V, 2, 78: Itane? Truc. II, 2, 37: *Itan* erubuisti? = verumne est te erubuisse? Ter. Heaut. V, 2, 1: *Itane tandem* quaeso est — ?

h. *Egone* in colloquio plerumque aliam rogationem excipit. Quare intelligitur idem verbum, quod ante dictum erat. Exprimitur vel admiratio vel indignatio. (Sic Handius IV, p. 84). Plaut. Amph. v. 574: Egone? II, 2, 111. 115. Asin. v. 899: *Egone* illam? Aul. V, v. 16: *Egone* te manu emittam, scelerum cumulatissume? Cas. II, 3, 27: *Egone* in lustra? V,

4, 13: egone? Epid. IV, 2, 5: *Egone* osculum huic dem? v. 6: Egone? Bacch. III, 3, 85 Egone. IV, 7, 8: *Egone* dixi istuc? v. 1190 Egone. v. 1191: *Egon* quom haec cum illo adcubet inspectem? Pseud. V, 2, 18 (= v. 1320): *Egone* isto me onerem? Poen. I, 3, 19 Egone. Trin. II, 4, 114: Tibi *egon* rationem reddam? Truc. II, 2, 57: *Egone* haec mussitem? IV, 3, 1: *Egone* tibi male dicam aut adeo male velim? V, v. 6: egon? Plaut. fragm. p. 485, v. 35: *Egone* illi venear? Caecil. Stat. inc. fab. fr. 2, v. 232: *Egone* quid dicam? quid velim? quae tu omnia Tuis foedis factis facis ut nequiquam velim. Terent. Andr. I, 5, 35: *egone* istuc conari queam? *Egon* propter me illam decipi miseram sinam —? Eun. II, 3, 14. IV, 7, 8: Egone? Heaut. IV, 4, 18: Quam rem agis, scelus? SY. *Egon?* argentum cudo, Quod tibi dem. Phorm. II, 1, 30: *Egon* illi non suscenseam? V, 9, 10: *Egon* timeo? Hec. V, 4, 9: *Egone* te pro hoc nuntio quid donem? v. 12: *Egon* qui ab orco mortuom me reducem in lucem feceris Sinam sine munere a me abire?

i. De formula *ain tu*? v. Schuetzium doctr. part. p. 45, qui dicit usurpari illam in admiratione alicuius vel dicti vel facti significanda. Cum additur *vero*, magis etiam augeri videtur admirationis declaratio. Plaut. Amph. I, 1, 128: *Ain vero*, verbero? v. 188: Ain vero? II, 2, 167. v. 208: [Ain?]. V, 1, 87: *Ain tu*, geminos? Asin. II, 4, 78: Ain tu? III, 3, 132: Ain vero? IV, 2, 3: Ain tu? V, 2, 1: Ain tu —? As. v. 901: *Ain* tandem? Aul. II, 2, 9: *Ain tu* te valere? 4, 19: Ain tandem ita esse ut dicis? (Sic vulg., Δp, Pall. sex et edd. praeter Goell. omnes. Acidalius tamen eumque secutus Goell. *Ain tandem? ita est, ut dicis?*). Cas. II, 6, 45: Ain tu? Most. IV, 3, 20: Quid, *ain tu* a Tranione? Pseud. I, 2, 82: *Ain* excetra *tu*. Poen. V, 2, 1: *Ain tu*, tibi dixe Syncerastum. Pers. I, 1, 30: *Ain tu*, peregrist? II, 2, 8: Ain vero. Truc. I, 2, 91: *ain tu* med eam amare? II, 2, 51: Aiin tu. 7, 47: *Ain* tandem? Terent. Hec. III, 4, 1: *Ain tu* tibi hoc incommodum evenisse iter? Ad. III, 3, 51. IV, 1, 1: *Ain* patrem hinc abisse rus?

k. De formula *scin quomodo* vide Goellerum ad Plaut. Aul. V, v. 21: „Verbis *scin quomodo*[10]) continetur minantis

---

[10]) Herm. elem. p. 87 *at* delet et scribit: *scin quomodo?*, quem sequitur Goellerus.

formula. Plene esset: at scin quomodo se res tibi habet?, ut est Aul. I, 1, 8 et ap. Ter. Eun. IV, 7, 30 (scin tu ut tibi res se habeat?). Eadem formula extat Aul. II, 4, 28 (at *scin* etiam *quomodo?*), ubi tamen minantis non est. Ea ipsa cum vi legitur Rud. III, 5, 18: Tanges, at *scin quomodo?* Conf. Poenul. I, 2, 162: At *scin quomodo?*" [ubi vide interpretationem Taubmanni, qui citat etiam Mil. IV, 4, 26: at scin quem ad modum?]. Praeterea cf. Rostium Plaut. cuped. ferc. 5 p. V (comment. Plaut. p. 141): „Est haec formula Plauto perfamiliaris, qua quis alteri aliquid facere conanti malum consilii exitum vel minatur vel saltem praedicit." Adde Amph. I, 1, 200: At *scin quomodo?* ibique Taubm. Poen. I, 3, 29: scin quomodo?

l. Etiam interrogatio per *ne* et secundam personam praes. ind. prolata saepe vim imperativi habet (cf. § 16 c), quo in genere inprimis frequens est *abis (abin)*. Sic Plaut. Amph. I, 3, 20. II, 2, 227: Abin. Cas. II, 4, 23: *Abin* hinc ab oculis? Bacch. v. 1168: *Abin* hinc? v. 1176: *Abin* a me, scelus? Merc. IV, 4, 16: *Abin* dierectus? Poen. I, 3, 22: etiam*ne abis?* ib. III, 3, 65: Iam*ne itis?* Pers. I, 1, 51: Iam*ne abis?* IV, 4, 120: *abin* atque argentum petis? Trin. II, 4, 56: *Abin* hinc diereсte? Trin. v. 989: *Abin* hinc ab oculis? Terent. Andr. II, 1, 17: *Abin* hinc in malam rem —? Alia exempla sunt haec: Plaut. Curcul. II, 3, 32: *datin* isti sellam ubi adsidat cito Et aqualem cum aqua? *properatin* ocius? Cas. II, 6, 8: Etiam*ne adstas?* Most. III, 1, 131: *Dicisne* hoc quod te rogo? Pers. II, 4, 10: *Dicisne* mi, ubi sit Toxilus? Most. v. 887: *Manesne* [tu] impure ilico parasite? IV, 2, 28: heus, Tranio, etiam*ne aperis?* Pers. V, 2, 14: *praeben*, puere? Truc. II, 3, 10: *audin* etiam? IV, 2, 43: *mittin* med intro? Terent. Andr. II, 1, 37: *fugin* hinc?

m. De formula *satin* vide praeter ceteros Lindem. ad Plaut. Mil. IV, 2, 8 (v. 999) (*Satin* haec quoque me deperit?): „Brevior formula pro eo, quod dicendum erat: satin certum est, hanc quoque me deperire? vel: satin credibile est, hanc quoque me amare? Hinc factum ut *satin* in locutionibus, quae cum admiratione interrogant vel vix credibile aliquid esse significant, adiuncta tamen ubique interrogatione frequentetur, nihil amplius notans quam *itane vero est?* vel: *quid? numquid?* Paulo aliter infra Mil. IV, 3, 41: *Satin* ut commoditas usque-

quaque me adiuvat? Hic duae enunciationes in unam conflatae, altera: Satin — me adiuvat, altera: ut commoditas — me adiuvat." Adde Amph. II, 2, 1: *Satin* parva res ut —? Cas. II, 4, 24: Sumne ego miser homo? *satin'* omnes res sunt advorsae mihi? III, 4, 8: *Satin* propter te pereo ego atque occasio? Cist. I, 3, 2: *Satin* vix reliquit deo, quod loqueretur, loci? Epid. V, 1, 2 sq.: *Satin'* illic homo ludibrio nos vetulos decrepitos duos Habet? Bacch. III, 3, 87: *Satin* ut — nescias? 4, 11 satin. Most. I, 1, 73: *Satin'* abiit neque quod dixi flocci existumat?, v. adnot. Gron. Menaechm. III, 2, 56 Satin'. Men. v. 736: *satin'* haec recte fabulor? = nonne. Mil. v. 393 Satin. II, 6, 1: *Satin* abiit ille. Mil. v. 393. Merc. II, 3, 3: *Satin*, quidquid est, si quam rem ego agere occepi, Proprium mihi nequit evenire id quod cupio? 4, 13: *Satin'* ut oblitus fui Tibi me narravisse? Pseud. I, 2, 60: *satin* magnificus tibi videtur? IV, 1, 24: ornatus hic *satine* me condecet? Poen. IV, 2, 97: *Satine*, priusquam unumst iniectum telum, iam instat alterum? (Vulg. *tum*, *ΔΘpg tam*, Both. *iam*). Pers. I, 1, 23: *Satin* tu usque valuisti? IV, 4, 1: *Satin* Athenae tibi sunt visae fortunatae atque opiparae? v. 106: *Satin'* ut meminit libertatis? Rud. IV, 5, 3: *Satin* siquoi homini di esse bene factum volunt, Aliquo illut pacto optingit optatum piis, ad q. l. Gronov.: „Hac particula persaepe utitur Plautus pro: nonne verum est, nonne apparet." Trin. IV, 2, 80: *Satin* inter labra atque dentis latuit vir minumi preti?, ad q. l. Lind.: „Hoc loco *satin* indignantis est: nonne verum est, eum diu latuisse?" 3, 6: *Satin* in thermopolio Condalium es oblitus —?

n. Separatim commemorabo etiam formulam frequentem *potine*. Plaut. Cas. III, 6, 10: *potin'* a me abeas? Bacch. v. 751: *potin* ut cures te atque ut ne parcas mihi? Pseud. I, 3, 6: *Potin* aliam rem ut cures? Poen. IV, 2, 94: *Potin'* ut taceas? Pers. II, 1, 8: *Potin'* ut taceas? *potin* ne moneas? 4, 16: *Potin* ut molestus ne sies? v. 26: *potin'* abeas? Truc. II, 8, 5: Quaeso, *potine* planius, Quam exclusus nunc sum? V, v. 5: *Potin'*, ut molestus ne sis?

o. Si complures interrogationes sequuntur, quarum primae *ne* additum est, id in reliquis interrogationibus omittitur. Plaut. Capt. I, 2, 36: *Egone* illum non fleam? *ego* non defleam Talem adulescentem? IV, 2, 99 sqq. haec deinceps sequuntur: Meumne gnatum? — Et captivom illum Alidensem? — Et ser-

volum Meum Stalagmum, meum qui gnatum subrupuit? Pers. I, 1, 26: Quid ego faciam? deis*ne* advorser quasi Titani? cum eis belligerem, Quibus sat esse non queam? IV, 3, 5: *Sumne* probus, *sum* lepidus civis, qui cett. Trin. I, 2, 99 sq.: Inconciliastin*e* eum qui mandatust tibi? Ille qui mandavit eum exturbavisti aedibus? Terent. Phorm. II, 2, 2.

p. Duplex *ne*, quod explicuit Handius IV, p. 86, quodque non efficit interrogationem disunctivam, invenitur ap. Ter. Hec. IV, 4, 42: Vosmet videte iam — Remissa*n* opus sit vobis redducta*n* domum. Pro duplici *ne* invenitur etiam simplex, alteri nomini appositum, quae est soluta forma in vulgari colloquendi usu, ut dicit Handius p. 87. Sic Ennii annal. l. I, p. 57, v. 85: Certabant urbem *Romam Remoramne* vocarent. Plaut. Pseud. V, 2, 3: Cogito *saeviter blanditerne* adloquar.

q. In his omnibus exemplis *ne* adnexum vidimus vocabulo ei, quod ipsam interrogationem format quodque plerumque primo loco ponitur. Sed potest etiam *ne* dubitativum praemitti, si simul verendi significatio inest. Sic Plaut. Aul. prol. v. 39: Credo, aurum inspicere volt, *ne* subreptum siet, h. e. surreptumne. Capt. I, 2, 18:

Ego ibo ad fratrem ad alios captivos meos:
Visam *ne* nocte hac quipiam turbaverint.

Most. III, 2, 162: videam, *ne* canis, sc. adsit.

19. De significatione particulae *nonne* v. Handium IV, p. 310. Ponitur autem, si affirmans exspectatur responsum. Plaut. Amph. I, 1, 11. 248. 249. 3, 41. Merc. V, 2, 37: *nonne* ex advorso vides —? Poen. I, 2, 46: iam *nonne* me decet cado donari vini veteris? (sic Herm. elem. d. m. p. 297). Truc. II, 2, 2: *nonne* ego video? Terent. Andr. I, 5, 4. Eun. II, 3, 43. IV, 5, 10. Phorm. V, 2, 3: *nonne* id sat erat, Accipere ab illo iniuriam? Hec. IV, 1, 37. Si procedit interrogatio ad alias interrogationis partes, in his ponitur *non*. Plaut. Amph. I, 1, 250 sq.:

Nonne ego nunc sto ante aedis nostras? *non* mist laterna in manu?
Non loquor? *non* vigilo? *non* hic homo me pugnis contudit?

20. De *num* particulae significatione exposuit Handius IV, p. 315 sqq., quorum summa haec est. Primum non omnino verum est quod vulgo praescribitur, *num* non poni nisi respondendum sit negando. Apud Terentium enim, ut hoc

exemplo utamur, Ad. III, 4, 41 respondetur per *certe*. Quod autem negationem adducat, non est in particula *num* positum, quae tantum vim constituendi et designandi in se habet. Primum igitur *num* positum invenitur in iis, quae non sequitur improbatio respondentis, ita tamen ut antecedat aliqua opinio vel rei consideratio. In his igitur per *num* interrogat is, qui aliquam rem miratur et vix sibi ipsi credens dubitationem reprimit. Quare particula hac utuntur ii, qui conspecta vel audita aliqua re quasi ex praesenti re cupiunt cognoscere veritatem rei ita, ut de suspicione praeoccupata decernatur omnisque dubitatio removeatur. Idque fit maxime in obliqua oratione et ubi voc. *quis* adhaeret. Ob hanc vim particulae efficitur, ut ipsa proprium locum obtineat in ironia. Ille designandi modus refertur ad tempus praesens aut ad rem in tempore permanentem, ubi Germani dicunt noch. Frequentior tamen is est usus, quo *num* ii dicunt, qui exspectant negationem sive improbationem sententiae declaratae eamque iam animo occupatam habent. Horum generum exempla iam inter se mixta proferam.

a. Naev. fr. 5 (7) Corollariae: *Num* non vis moneam te unum, si videtur, quippiam? Plaut. Amph. II, 1, 73: *num* obdormivisti dudum? 2, 121: *num* tu quoque etiam insanis? Asin. I, 1, 16. III, 2, 29. Aul. II, 2, 65: *Num* ego disperii? (sic Fleckeisen. exerc. Plaut. p. 24. *Δρ nun.* Vulgo *non*). Capt. I, 2, 69: Set *num*quo foras Vocatus [es] ad cenam? Cas. II, 6, 70: *Num*quid moror? Bacch. II, 2, 34: *Num* invitus rem bene gestam audis eri? III, 6, 9: *Num*quae advenienti aegritudo obiectast? IV, 4, 17: *Num*qui tibi nummi exciderunt —? Pseud. I, 5, 57: *Num* tibi Mirum id videtur? Truc. II, 4, 28: *Num* tibi sordere videor? 8, 9: *Num* quidpiam avarum mutat morem mulierum? IV, 2, 11: *num* mea refert? Terent. Andr. V, 3, 6: *Num* cogitat quid dicat? *num* facti piget? Vide *num* eius color pudoris signum usquam indicat. Eun. II, 2, 52: *Num*quem evocari hinc vis foras? IV, 3, 21: Vise amabo, *num* sit. 6, 18: *Num* formidulosus obsecro es, mi homo? — CH. *nemo*st hominum qui vivat minus. Phorm. V, 6, 6: *Num* tu intellegis, hic quid narret? PH. *Num* tu? AN. *Nil.* Adelph. III, 3, 41: *num* sineres vero illum tuom Facere haec?

b. Dicitur a Plauto etiam *numne*, quod restituit Ritschelius (quem vide prolegom. ad Trin. p. 75) Trin. v. 922: *numne*

Charmides?, item Poen. V, 2, 119: Et te moneri *numne* vis? — Sane volo.

c. Vulgo praecipitur *num* etiam poni posse in priore membro disiunctivae interrogationis, qua alterum utrum statuendum proponatur, quod secus se habet. Nam recte docet Handius p. 321 *num* non posse habere sedem in interrogatione, nisi opinione vel sententia ante occupata. Nam sicubi interrogationem per *num* elatam altera sequitur per *an*, non est disiunctio statuenda, sed *an* non alia ratione quam cuivis alii enunciationi adnectitur. Sic Plaut. Poen. V, 5, 36 sq. Terent. Phorm. II, 3, 64 sq.: *num* iniquom postulo? *An* ne hoc quidem ego adipiscar, quod ius publicumst? Comprobatur hoc etiam eo, quod, ubi disiungenda est sententia, dicitur *aut aut*, vocabulo *num* praemisso, sic Plaut. Amph. II, 2, 77.

d. Adiicitur a comicis *nam* vel separatim, vel ut fiat *numnam*. Atque ita loquitur is, qui non exspectat quidem negationem, sed qui sollicitus veretur, ne sit quod non esse cupit. Donatus ad Terent. Andr. III, 4, 12: *nam παρέλκεται*, ut in *quisnam*." Sed *nam* adsignificat maiorem admirationem. (Hand. p. 323). Plaut. Amph. I, 1, 165: *numnam* ego obolui? V, 1, 21. Aul. II, 1, 39: *Numnam* vis me interrogare te? 8, 19: *Numnam* ego conpilor miser? Cas. V, 2, 55: *Num* illa me *nam* sequitur? Cist. IV, 1, 6: haec cistella *numnam* hinc a nobis domost? Mil. III, 3, 50: *Num* ille te *nam* novit? Poen. V, 2, 16: *Numnam* it a balneis circumdatus pallio. Truc. II, 4, 1: *Num* tibi *nam*, amabo, ianuast mordax mea —? 7, 41: *Num*, obsecro, *nam* hariolus (l. hariolust), qui ipsus se verberat? Plaut. fragm. p. 484: *Numnam* mihi oculi caecultant? Terent. Eun. II, 2, 55: *num nam* hic relictu's custos. V, 4, 25: *num nam* ego perii? Heaut. III, 2, 6: *num nam* haec audivit? Adelph. III, 4, 42: *Num nam* illa quaeso parturit? GE. Certe.

e. Sic dicitur etiam *numquidnam*. Plaut. Bacch. V, 1, 25: *Numquidnam* ad filium haec aegritudo attinet? Caecil. Stat. Chalcia fr. 2: *numquid nam* fores Fecere soniti? Terent. Hec. II, 2, 25: *numquid nam* accusat virum?

f. De formula *numquid vis?* v. Lind. ad. Capt. I, 2, 88 (ubi legitur): „Officiosa haec et honorifica abeuntium interrogatio, quae simul valedicendi sive abeundi erat signum.

natus ad Eun. II, 3, 49 (rogo *numquid velit*). 'Abituri, dure facerent, *numquid vis* dicebant his, quibuscum conut.' Sic Adelph. II, 2, 39: *Numquid vis* quin abeam? penumero apud Plautum. Variatur haec formula: *numie vis, numquid vis aliud, numquid aliud* et rel." Vide Handium p. 320 et 324 et adde Plaut. Cist. I, 1, 119: *id me vis*, mater, intro quin eam? v. 121: Numquid ? Terent. Eun. I, 2, 111: numquid vis aliud? Hec. II, Numquid vis?

. *Utrum*, quod proprie est neutrum pronominis *uter*, r in priori membro interrogationis disiunctivae, ubi saepe *ne* additur, de qua re § 22 dicetur, ubi ad *an* pervenit. In interr. simplice positum est a Plauto Pers. II, Quid me? PAE. *Utrum* te, hercle hauscio, ubi alterum um omissum est. Incertum est exemplum, quod Dio- I, p. 379 affert ex Liv. Andronici Od. l. VII: *utrum* amplectens virginem oraret.

. *An*, quae verba sunt Handii in Tursell. IV, p. 298, ctio est, quae ambiguum et ab aliis constituendum iunotat et disiunctionem efficit in incerta cogitatione, ut dubitationis aut interrogationis formula exprimitur. cribendo autem usu huius particulae sequar fere ea , quae constituit Handius, ac primum quidem dubitatisum particulae, qui extra interrogationem locum habet, rabo.

An ponitur, ubi dubitamus, ex duabus vel pluribus utra sit nominanda, indicatque disiunctionem in altera stituenda. Altera prior pars disiunctionis antecedit cum lis *utrum, utrum* — *ne*, et quod pro eo dicitur *ne*, vel nulla coniunctione adhibita. Ita ponuntur omnia verba tionis: *dubito, dubium est, ignoro, nescio,* alia. Nec quidin hac re mutatur, ubi tres vel plures per *an* disiun- res. Illud tamen tenendum est, res eas, quae per *an* ur, diversas esse debere et constituere novam sententiae . Si alterum membrum est negativum, dicitur *an non ne*, hoc tamen, sicut etiam in interrogationibus, tantum qua oratione ponitur, vide Hand. I, p. 340 sq. IV, p. Naevii fr. 8 inc. com.: *utrum* scapulae plus *an* collus am habeat, *nescio*. Plaut. Capt. II, 2, 18: Set *utrum me* attonsurum dicam esse *an* per pectinem *Nescio*, ad q.

l. v. Lindem. 3, 95: At etiam *dubitavi* hos homines *emerem an non emerem* diu. Curc. IV, 1, 2. Bacch. III, 4, 1. 2: Inimiciorem nunc *utrum* credam magis Sodalem*ne* esse *an* Bacchidem *incertum* ad modum*st*. Mil. II, 6, 34 sqq. at *nesciam, Utrum* me expostulare tecum aequomst prius, *An*, si istaec non est haec neque haec visast mihi, Med expurgare tibi videtur aequius. IV, 6, 50: *Nescio* tu ex me hoc audiveris *an non*. Merc. II, 3, 120: *Nescio*, inquam, *velit* ille illam *necne* abalienarier. III, 4, 5: redeat an non, nescio. Poen. sc. ult. v. 32: *Nescias utrum* ei maiores buccae*ne an* mammae sient. Rud. v. 212 sq.: ita nunc *Hac an illac eam, incerta* [*sum*] consili. Terent. Andr. I, 3, 4: *Nec* quid agam *certumst:* Pamphilum*ne* adiutem *an* auscultem seni. Heaut. I, 1, 43: Nunc *habeam necne incertumst*. II, 3, 106: *nescias* — eius *sit* potestas posthac *an numquam* tibi. III, 2, 30: *Iocon an serio* ille haec dicat *nescio*. Phorm. IV, 3, 54 sq.: *Utrum stultitia* facere ego hunc *an malitia* Dicam, *scientem an inprudentem, incertus sum*. Plaut. Poen. IV, 2, 10 Pareus testatur in V. C. a prima manu scriptum videri: libertinum, furem *an* fugitivom velis, postea autem correctum esse *adfugit*. Acidalius vulgatum *ac* correxit scribens *an*, quod si verum est, habes exemplum contractae orationis omisso verbo dubitationis vel inscitiae, de quo vide Hand p. 300 sq.

b. Alia sunt verba, quae dubiam rem et ambiguitatem aliquam in discrimine positam indicant, ideoque eodem, quem in verbis *dubium, nescio* demonstravimus, modo componuntur cum his particulis dubitativis. Ennii Erechthei fr. 8: *vivam an moriar*, nulla in me est metus. Plaut. Capt. II, 2, 20: servos*ne* esse *an* liber mavelis, memora mihi. Menaechm. V, 1, 22: Quid id ad me, tu*n* te nuptam possis perpeti, *An* sis abitura a tuo viro? Most. II, 1, 60: Pluma haut interest, *patronus an cluens* probrior siet. Mil. IV, 2, 61: *sit necne*, in te spes unost. Pseud. II, 4, 19: Dice *utrum Spemne an Salutem* te salutem, Pseudule. Pers. I, 1, 34 sq.:

Haec dies summa hodiest, mea mi amica *sitne libera*,
An sempiternam servitutem serviat.

Rud. II, 7, 22: *Eluas* tu *an exungare*, ciccum non interduim. III, 4, 41: Quid mea refert, haec Athenis nataene *an* Thebis sient. IV, 4, 25: Quo modo habeas, illut refert, *iurene an iniuria*. v. 62: Dic mihi, Quid id ad vidulum attinet, *servae sint* istae *an liberae*. Terent. Andr. IV, 4, 55 sq.: Paulum inter esse

censes, *ex animo* omnia, Ut fert natura, *facias an de industria?* Adelph. II, 2, 33: Potius quam venias in periclum — *Servesne an perdas* totum, dividuom face.

c. Denique *an* cum iis verbis in disiunctione componitur, quae conatum indicant considerandi, videndi, sciscitandi, deliberandi. In eo enim rei ignoratio animum habet suspensum. Cato R. R. c. 108: Vinum si voles experiri *duraturum sit nec ne.* C. 111: Si voles scire in vinum *aqua addita sit nec ne.* Plaut. Asin. IV, 1, 60: Tuus servos servet, *Venerine* eas det *an viro.* Aul. III, 2, 15: quid, malum, curas Tu, *utrum crudum an coctum* edam. Capt. II, 2, 33: Nunc *vivatne necne*, id Orcum scire oportet scilicet, ad q. l. Lindem.: „Ex usitata quidem ratione omittitur interrogandi particula in priore membro, ubi sequitur in altero *necne.* Nec tamen desunt exempla, ubi sequente *necne* particula prius membrum habeat *utrum* vel *an* (?) vel denique *ne.* Caes. de b. Gall. I, 50. Cic. pro Rosc. com. c. 17.“ Recte autem Handius IV, p. 85 refert illud ad solutam illam orationem, de qua dictum est § 18 p. Cas. III, 1, 1: Nunc amici*n'* *an* inimici sis imago, Alcesime (vulg. sec. Δp Nunc amici anne inim., hiatu intolerabili). Epid. III, 1, 3: sit*ne* quid *necne* sit, Scire cupio. Bacch. III, 2, 16: nunc certamen cernitur, Sis*ne necne* ut esse oportet: malus, bonus quoiquoi modi cett. Menaechm. II, 3, 35: iam scibo, *utrum* haec me mage amet *an* marsuppium. V, 3, 11: nunc cogito, *Utrum* me dicam medicum ducere *an* fabrum. Mil. IV, 8, 26: Temptabam spiraret an non. Merc. II, 3, 115: qui scio, Quid sit ei animi, vaenire*ne* eam velit *an non* velit? Pers. I, 2. 25 sqq.: Nunc huc intro ibo: visam hesternas reliquias, *Quierint* recte *necne*: num is fuerit febris: Opertaen fuerint, ne quis obreptaverit. Rud. III, 6, 14 sqq.: opta ocius, *Rapin* te optorto collo mavis *an trahi*: Utrumvis opta, dum licet. Stich. v. 75 sqq.:

Principium ego quo pacto cum illis occupiam, id ratiocinor:
Utrum ego perplexim lacessam oratione ad hunc modum,
Quasi numquam quicquam adeo adsimulem, *an* quasi quid indaudiverim
Eas in se meruisse culpam: potius *temptem leniter*
An minaciter.

II, 1, 39: Experiar *fores an cubiti* ac pedes plus valeant. Trin. v. 230: non liquet nec satis cogitatumst — *Amorin* me *an rei*

opsequi potius par sit. v. 305 sqq.: Qui homo cum animo inde ab ineunti aetate depugnat suo, *Utrum* ita*ne* esse mavelit ut eum animus aequom censeat, *An* ita potius cett. Truc. I, 1, 13: Tentat, benignus*ne an* bonae frugi sies. Plaut. fragm. Gronov. p. 485, v. 21: *Sacrum an profanum* habeas, parvi penditur. Terent. Andr. prol. v. 27: Ut pernoscatis — *spectandae an exigendae* sint vobis prius. III, 3, 2: id viso tus *an* illi insaniant. V, 4, 19: Nam ego quae dico *vera an falsa* audierim, iam sciri potest. Heaut. III, 1, 76: neque id putabit, *pravumne an rectum* siet. Phorm. II, 4, 5: vise redieritne iam *an non* dum. Hec. III, 5, 58 sq.: Deliberet renuncietque hodie mihi, Velit*ne an non*. Adelph. prol. v. 5: Indicio de sese ipse erit, vos iudices *Laudin an vitio* duci id factum oporteat. cf. v. 13: pernoscite Furtum*ne* factum existumetis *an* locum Reprensum.

d. In his omnibus bimembris est sententia per *an* disiuncta. Sed, ut fit in quavis disiunctione, altera pars potest oppositionis vi intendi, ut haec una maxime consideretur, altera per hanc inaequalitatem neglecta omittatur. Omissa igitur altera illa parte una ponitur particula *an*, quam, si oppositionem tenes, pro *an potius*, *an magis*, *an contra* accipere potes. Ita exsistunt formulae *incertum an*, *dubito an*, *nescio an* aliaeque, in quibus bimembris disiunctio recondita non verbis exprimitur, tamen intelligitur. Quare antiquiores grammatici in praeceptis docuerunt *an* semper de pluribus vel de duabus rebus dici: et recte quidem. Est enim disiunctio per ellipsin contracta, neque *an* id tantum significat, sed habet aut requirit, cui opponatur ipsum. (Sic Handius p. 304 sq.). Eadem est causa in verbo *scire* et in aliis, quibus additur *an* simplex. Cato ap. Plin. hist. nat. XIV, 13 (Lion. 88. Iordan. p. 86): Ideo propinquos feminis osculum dare, ut *scirent*, *an* temetum olerent. Plaut. Curc. III, 26: quid id refert mea, *An* aula quassa cum cinere ecfossus siet? Merc. I, 2, 34: Dic mihi, *an* boni quid usquamst, quod quisquam uti possiet Sine malo omni. Most. I, 1, 55: Qui *scis*, *an* tibi istuc prius eveniat quam mihi?, h. e. tibi potius. Poen. III, 1, 54: Itane temptas (sic ΔΘp), *an* sciamus? Trin. IV, 2, 150: Di me perdant si te flocci facio *an* periisses prius, ubi Lind.: Verba *an periisses* per ἐπεξήγησιν adduntur." Terent. Eun. IV, 7, 20: Qui *scis an* quae iubeam sine vi faciat?, quem locum explicuit Handius p. 305. Hec. II, 1, 38: Qui *scis an* ea causa — me odisse adsimulaverit.

e. Peculiarem usum habet formula *haud scio an*. Saepe enim reiecta atque omissa parte sententiae priori contrarium vel id, quod ex aliena opinione probari debeat, ponimus. Omittitur enim illa prior pars, dum in altera, quae verbis exprimitur, maior vis insistit, per oppositionis potestatem aucta. Sed omissa disiunctionis pars aut affirmationem aut negationem in se habet, quo fit, ut verba *haud scio an* rei, quae dicitur, aut improbationem aut approbationem adiiciant. (Sic Handius p. 314). Cato orat. pro Rhodiensibus, origg. lib. V inclusa: Atque *haut scio an* partem eorum fuerint, qui cett. (Meyerus ed. II, p. 106: „haud scio an eodem sensu dictum, quo a Cicerone dici solet.“). Plaut. Epid. IV, 1, 16: *haud scio an* congrediar, si haec east. Most. III, 2, 96: nunc hunc *hauscio an* conloquar . congredibor. Utrobique loquuntur in cunctatione haesitantes, sed ad rem agendam inclinantes. Eodem modo Terent. Adelph. IV, 5, 33: Qui infelix *hauscio an* illam misere nunc amat. Ambiguitatem in his offendamus interdum necesse erit. Sic ap. Terent. Andr. III, 2, 44 sq.: Non impulit me, haec nunc omnino ut crederem. Atqui *hauscio an* quae dixit sint vera omnia, quod Handius p. 316 bene sic explicuit: „non impulit me, haec ut crederem, atque (i. e. et item, sive et adeo) omnia vera esse possunt. Nam *an* indicat alienam et contrariam sententiam.“ Alterum huius offensionis luculentum exemplum affert Handius Phorm. V, 2, 9: Etiamne id dubiumst? GE. *Hauscio* hercle, ut homost, *an* mutet animum. DE. Hem, mutet autem? GE. Nescio: verum, si forte, dico.

f. Iam ut ad usum particulae *an* in interrogationibus nos convertamus, bimembris omnis est interrogatio, in qua *an* alteram rem alteri opponat. Quare etiam in interrogatione antecedunt *utrum*, *utrum* — *ne*, *ne*, vel omittitur in prima parte particula. In his *an* saepius poni potest ob multiplicem disiunctionem. Livii Andronici Gladiolus (Fest. p. 210 M. '*pedes* autem pro pediculis.'): pulicesne *an* cimices *An* pedes? responde mihi. Naev. Gymnasticus fr. 2: utrum est melius: virginemne *an* viduam uxorem ducere? Lycurg. fr. 11: dic quo pacto eum potiti sitis: pugnane *an* dolis? fr. 14: Egone *an* ille iniuria Facimus? Tarentilla fr. 4: utrubi cenaturi estis, hicine *an* triclinio? Ennii Aiax fr. 3: *utrum* hacin feriam *an* ab laeva latua? Andromacha Aechmalotis fr. 4: Quid fit? seditio tabetne *an* numeros augificat suos? (Non. p. 76, 2 '*augificat*, auget.'). Plaut.

Amph. I, 1, 87: Servos*ne* es *an* liber? Asin. III, 1, 1 sq.: Neque*one* ego ted interdictis facere mansuetem meis? *An* ita tu's animata. 3, 97: Amando*ne* exorarier te vis *an* ausculando? Aul. IV, 9, 20: abeam an maneam? fugiam an adeam? Capt. I, 1, 6: Est*ne* invocatum *an* non [est? est] planissume. II, 2, 84: *privatam* servitutem servit illi *an puplicam*? IV, 2, 66: *Iuben an non iubes* astitui aulas — ? Curc. IV, 4, 10: *Reddin an non* virginem Prius quam te huic meae machaerae obicio, mastigia? v. 33: Quid ego faciam? *maneam an abeam*? Cas. II, 4, 11: Sed *utrum* nunc tu coelibem ted esse mavis liberum, *An* cett. 6, 53: *conpressan* palma *an porrecta* ferio? Cist. III, 10: *utrum* hac*in* feriam *an* ab laeva latus? Fragm. Cistell. Ang. Mai. inv. ed. Tauchn. p. 485: Cum illaec sic facis *Utrum* deliras, quaeso, *an* amans somnias? Epid. IV, 1, 11: *estne* ea, *annon est?* V, 1, 28: Satin' ego oculis utilitatem obtineo sincere, *an* parum? Bacch. v. 75: *Utrum* ego istuc iocon adsimulem *an* serio. v. 160: *Tibi ego an tu mihi* servos es? v. 1167 sq.: quid nunc? iam *redditis* nobis Filios et servom? *an* ego *experior*. Menaechm. II, 2, 44 sq.: Satin hoc, quod vides, Tribus opsonatumst *an* etiam opsono amplius? IV, 2, 5: Boni*ne an* mali sint, id haut quaeritant. V, 5, 17: *Album an atrum* vinum potas? v. 19 sq.: Quin tu rogas, *Purpureum* panem *an puniceum* soleam ego esse *an luteum?* Soleamne esse avis squamosas, piscis pennatos? 9, 60: Uter eratis, *tun' an ille*, maior? Mil. II, 5, 39: *Mittin* me *an non mittis*? V, 31: Verbero*ne* etiam *an* eum amittis? Merc. III, 4, 17: Uno verbo eloquere: ego ubi sum? *hicine an apud mortuos?* v. 50: Rogitares — *Civisne* esset *an peregrinus*. V, 2, 62: vidisti an de audito nuntias? Pseud. I, 3, 22: *Licetne*, opsecro, bitere *an non licet?* II, 2, 16: Quid tu, *servosne* es *an liber*? v. 22: *Esne tu an non es* ab illo milite [e] Macedonia? cett. III, 2, 88: Set *utrum* tu amicis hodie *an* inimicis tuis Daturu's cenam? Poen. prol. v. 109: rogitat postibi, Unde sit, quoiatis, *captane an surrepta* sit. Pers. III, 1, 13: *Utrum* pro ancilla me habes *an* pro filia? v. 50: Futura's dicto oboediens *an non* patri? IV, 3, 64: Tacen an non taces? Rud. I, 2, 16: Set *utrum* tu mas*ne an* femina's, qui illum patrem Voces? III, 5, 1: *Utrum* tu leno cum malo lubentius Quiescis *an* sic sine malo, si copiast? Disiunctivae interrogationis instar est etiam quod legitur Rud. IV, 8, 10: Quid, si curram? TR. Censeo. PL. *An* sic potius placide?, quam-

quam ibi alterius responsum interpositum est. Stich. I, 2, 62: age tu [dice]: utrast conditio pensior, Virginem*ne* *an* viduam habere? 3, 49: perquirunt — Uxorin sit reddunda dos divortio: Alienum aes cogat *an* pararit praedium. Trin. IV, 2, 143: *Properas an non* propere abire actutum ab his regionibus —? Truc. IV, 2, 41: redin, an non redis? Terent. Andr. I, 2, 30: Quid, hoc *intellextin? an non* dum etiam ne hoc quidem? IV, 5, 11: Quid Glycerium? iam hic suos parentis *repperit?* MY. Utinam. CR. *An non* dum etiam? Eun. I, 1, 1 sq.:

Quid igitur faciam? *non eam?* ne nunc quidem
Quom arcessor ultro? *an potius* ita me comparem.

III, 4, 8: Is *an non est*? IV, 4, 53: rogas — *utrum* praedicem*ne* *an* taceam? V, 4, 46: *Dicam* huic *an non dicam?* V, 6, 11 sq.: Quid? ilico*ne* credere [ea] quae dixi oportuit te? *An* paenitebat flagiti. 8, 15 sqq.: Illum*ne* qui mihi dedit consilium ut facerem, *an* me qui ausus siem Incipere, *an* fortunam conlaudem, — *An* mei patris festivitatem —? Heaut. I, 2, 29: Hunci*ne* erat aequom ex illius more *an* illum ex huius vivere? III, 3, 34 sq.: ecquid de illo quod dudum tecum egi egisti, Syre? Aut *est tibi* quod placeat *an non* dum etiam? Phorm. II, 1, 45: *nostran* culpa east *an iudicum* —? 3, 66: Ita*n* tandem quaeso — *An* cett. V, 9, 33—35: aetate porro minus peccaturum *putem* —? *An* mea forma — nunc magis expetendast —? Hec. II, 1, 12: Te inmerito? *an* quicquam pro istis factis dignum te dici potest? IV, 1, 43: Roga *velitne an non* uxorem. Adelph. II, 1, 31: Ego*n* debacchatus sum autem *an* tu in me? III, 2, 38: Patiāmur*ne* *an* narremus quoipiam? ib. v. 38 sq.: *sanun es? An* hoc proferendum tibi *videtur* usquam? 3, 28: *Utrum* studio*ne* id sibi habet *an* laudi putat Fore —?, v. Donat. V, 2, 6 sq.: Non manum abstines, mastigia? *An* tibi iam mavis cerebrum dispergam hic?

g. Sed distinguenda sunt ea exempla, in quibus *an* praemissa alia interrogatione anaphorae inservit. Hoc enim modo duae res disiungi possunt, quae non sibi contrariae sunt. Sic Plaut. Asin. III, 1, 4 sq.: Hoci*nest* pietatem colere, inperium matris minuere? *An* decorumst advorsari meis te praeceptis? Mil. II, 6, 17 sqq.:

Expurigare volo me. PE. Tu*n* te expuriges,
Qui facinus tantum tamque indignum feceris?

An quia latrocinamini, arbitramini
Quidvis licere facere vobis, verbero?

Terent. Eun. V, 2, 18: Eho 'paululum' impudens? *An* paulum hoc esse tibi videtur, virginem Vitiare civem? Hec. IV, 4, 40 sq.: Censen te posse reperire ullam mulierem, Quae careat culpa? *an* qui non delinquant viri? Adelph. IV, 5, 27: Obsecro non? *an* illam hinc abducet, pater?

h. In bipartita interrogatione saepe negatio opponitur per verba *an non* et *necne*, de quorum verborum discrimine v. Hand. p. 340 sq. Plaut. Amph. prol. v. 56: *Utrum* sit *an non* voltis? Aul. IV, 4, 16: Facis*ne* iniuriam mihi *an non*? v. 33: Fugin hinc ab oculis? *abin* hinc *an non?* Capt. II, 5, 55: Emitteres*ne necne* eum servom manu? Pseud. I, 5, 35: exquaerere, *Sintne* illa *necne sint* quae tibi renuntiant. V, 1, 1: pedes, stat*in an non? An* id voltis ut cett. Rud. V, 4, 43: Tacen an non? Stich. I, 3, 107: Quid nunc? *iturus an non*? Truc. prol. v. 4: daturin' estis *an non?* IV, 3, 51: Dic*in an non?* Terent. Andr. I, 2, 15: Hoc*in* agis *an non?* IV, 4, 23: Tibi ego dico *an non?* Heaut. II, 4, 25: Videon Cliniam *an non?* Phorm. I, 2, 97: Pater eius *rediit an non?* V, 6, 12: Sed is*ne* est quem quaero *an non?*

i. Haec quidem de interrogatione, in qua duo membra verbis exprimuntur. Sed omitti potest prima pars disiunctionis. Hinc existit interrogatio per unam particulam *an* formata. Tenendum est enim quamvis interrogationem per disiunctivum *an* formatam alteram esse partem interrogationis bimembris, cuius prima pars aut expressa est in sententia antecedente, quae in interrogationem transit, aut intelligitur ex verbis aliis, quae antecedunt, vel ex totius orationis progressu. Veluti apud Plaut. Asin. V, 1, 10: Credam istuc, si te esse hilarum videro. AR. *An* tu me tristem putas? sententia haec est: hilarumne me vides, an me tristem putas? Quare desideratur semper aliquid oppositum vel contrarium, quod in interrogantis animo supprimitur. Nam quod, quum interrogat, proponit, illud est, quod ex aliena sententia dici cogitarive possit. Quae eadem est causa, cur plerumque requiratur negativa responsio. Nam inest ironia. Sic apud Terentium Eun. IV, 5, 7: Sed Thais multon ante venit? PY. *An* abiit iam a milite? plenam habemus hanc sententiam: putaveram Thaidem esse apud militem: nonne igitur apud militem adhuc est, an

abiit iam ab eo? Atqui talis interrogatio semper cohaeret cum iis, quae antecedunt. Ita interposita responsione pergit oratio apud Plautum Amph. III, 3, 7. iam vos redistis in concordiam? IU. Derides, qui scis haec dudum me dixisse per iocum. SO. *An* illut ioculo dixisti? equidem serio ac vero ratus. Ib. II, 2, 111—113:

tu dic: egone aps te abii hinc hodie cum diluculo?
AL. Quis igitur nisi vos narravit mi illi ut fuerit proelium?
AM. *An* etiam id tu scis? AL. Quippe ex te audivi cett.

Bacch. I, 2, 12: *an* deus est ullus savisaviatio? Haec referri debent ad superiora, Quid tibi conmercist cum dis damnosissumis?, quae negaturus erat Pistoclerus. (Sic Handius p. 324 sq.).

k. Inversa igitur est haec interrogatio, qua ex aliena et contraria sententia id dicimus, quod ex nostra sententia per *num*, vel quod pro eo ponitur, per *ne* exprimendum esset. Naev. inc. com. fr. 19 (v. 125): *An* nata est sponsa praegnas? vel ai vel nega. Plaut. Amph. II, 2, 55 sqq.: Haut aequom facit, Qui quod didicit id dediscit. *an* periclitamini Quid animi habeam? IV, 2, 6 sq.: paene ecfregisti, fatue, foribus cardines. *An* foris censebas nobis puplicitus praehiberier? Asin. III, 1, 25. Aul. I, 2, 3:

Quippeni
Ego intus servem? *an* nequis aedis auferat?

Bacch. V, 2, 43: ego amo. NI. *An* amas? Most. III, 1, 68: *an* [vis ali] quo hinc abeat foras —? Mil. v. 217: Tibi ego dico: *an*, heureta, me hauscis te adloqui? Pseud. v. 92: *An* te ea te caussa vis sciens suspendere cett. Hinc variata dictione Trin. IV, 2, 77: *an* Charicles? *numne* Charmides? Truc. I, 1, 72:

Mihi verba retur dare sese!
An me censuit Celare se potesse, gravida si foret?

Caecil. Stat. Epicleros fr. 2: *An* ubi vos sitis, ibi consilium claudeat? (= claudicet). Plocium fr. 1, v. 148: *An* quae mihi quidquid placet, eo privat, servatam velim? Terent. Heaut. II, 3, 93: *An* ea quoque dicetur huius, si una haec dedecorist parum? Pherm. II, 1, 5: *An* hoc dicet mihi —? Hec. II, 1, 18: *An*, quia ruri esse crebro soleo, nescire arbitramini cett.

l. Sed eodem modo etiam id quaerimus, quod ex nostra

sententia cum affirmatione essemus interrogaturi per vocabulum *nonne*. Plaut. Most. I, 4, 20: Quo ego eam, *an* scis? Men. V, 5, 57 sqq.:

Neque ego insanio neque pugnas ego nec litis coepio.
Salvos salvos alios video: novi homines, adloquar.

(sic Bergk. Philol. 1861, I, p. 55).

An illi, perperam insanire qui aiunt me, ipsi insaniunt?, de q. l. Handius p. 344: „i. q. nonne ipsi insaniunt. Est vero, si totam sententiam exprimis: estne illud non verum, an ipsi insaniunt?"

m. Plurimus huius concisae interrogationis usus in vulgari sermone cernitur, ubi qui loquitur contrarium esse praesumit vel optat, et ipse miraturus esset, si hoc, quod non esse existimat, affirmatum tamen videret. Quod quidem explicari potest per verba *metuo credere*, *nolo putare*. Plaut. Amph. II, 2, 140 sq.: Enimvero illut praeter alia mira miror maxume, Si haec habet pateram illam. SO. *An* etiam id credis, quae in hac cistula Tuo signo opsignata fertur? Handius p. 346: „plene: nonne aliam intelligis pateram, an etiam id credis?" Cas. III, 5, 38: *An* quippiam (sic *Δ*p) ad te adtinet (sic *Δ*p)? Cist. II, 1, 42: *An* ne etiam, quid consultura sis, sciam? (sic Both.; vulgo Anne ut etiam cett.). Most. II, 2, 85 sq.: Quicum istaec loquere? TR. *An* quaeso tu appellaveras? Mil. II, 5, 9: Si quidem east. SC. *An* dubium id tibist eam esse hanc? Merc. V, 4, 20: Nam ibat exulatum. DE. *an* abiit? Pseud. III, 2, 62: *An* tu invenire postulas quemquam coquom — ? Cui interrogationi Ballio respondet per aliam interrogationem v. 64. *An* tu coquitatum te ire quoquam postulas, Quin ibi constrictis ungulis cenam coquas? IV, 7, 62: SI. Quid iam? BA. *An* nescis quae sit haec res? v. 76: *An* etiam illa umquam expugnavit carcerem patriam tuam? Poen. V, 2, 31: Vin adpellem hunc Punice? AG. *An* scis?, quod per irrisionem dictum est, du verſteheſt es wohl gar? v. 107: *An* mortui sunt? 4, 57: *An* patruus est, Agorastocles, tuus hic? Trin. IV, 2, 101: *An* tu etiam vidisti Iovem? Truc. I, 2, 39:

An tute (Becker. de com. Rom. fab. — quaest. p. 74 *tu te*) bene rem publicam aut amoris alia lege
Habere posse postulas, quin tu otiosus fias?

v. 63: *An* me mortuom arbitrare? Terent. Eun. III, 5, 56:

An ego occasionem — Amitterem? Heaut. V, 1, 38: *An* dubium id tibist?, quod sic supplendum est: Nonne hoc perspicuum est, an dubium? V, 2, 37: *An* tu ob peccatum hoc esse illum iratum putas? 5, 13: *An* dubitas, Clitipho? Phorm. II, 1, 49: *An* quisquam iudex est, qui possit noscere Tua iusta —? IV, 3, 21: *an* legibus Daturum poenas dices —? V, 9, 20: *An* quicquam hodiest factum indignius? Hec. V, 4, 38. Adelph. I, 2, 48: *An* ego totiens de eadem re audiam? III, 4, 22: non dum audisti, Demea, Quod est gravissumum? DE. *An* quid est etiam amplius?, de quo loco Handius p. 335: „Contraria Demeae erat sententia, ex qua dicebat: nonne gravissimum illud est, an aliquid amplius? Sed omissa priori parte ex sententia Hegiae quaerebat, an aliquid amplius esset.“ IV, 5, 38: *An* sedere oportuit Domi virginem tam grandem —?

n. Quare componuntur cum hac interrogatione particulae exclamationis et vocabula, quibus mirantes et indignantes orationem suam intendere solent, *amabo*, *obsecro*. Plaut. Most. I, 3, 21: *Eho*, *An* mavis vituperarier falso quam vero extolli? II, 2, 23 sq.: Pultando paene confregi hasce ambas foris. TR. *Eho*, *An* tu tetigisti has aedis? V, 1, 34 sq.: Immo edepol negat profecto, neque se hasce aedis Philolachi Vendidisse. TR. *Eho*, *an* negavit sibi datum argentum, *obsecro*? Bacch. II, 2, 22: *Eho*, *An* invenisti Bacchidem? Mil. III, 2, 20: *Eho*, *An* dormit Sceledrus intus? v. 28: *Eho*, *An* umquam prompsit antehac? Pseud. I, 3, 71: Credere autem? *eho*, *an* paenitet te, quanto hic fuerit ussui? v. 75: Atque ego te vivom salvomque vellem. PS. *Eho*, *an* iam mortuost? v. 80: *Eho*, *an* tu umquam huius nupsisti patri? III, 2, 83: *Eho*, *an* etiam veneficu's? IV, 2, 13: *Eho*, *An* non prius salutas? Poen. I, 2, 121: *Eho*, *an* iratast? V, 3, 17: *Eho*, *an* huius sunt illae filiae? (sic Herm. el. p. 190). Rud. II, 7, 20: *Eho*, *an* te paenitet cett. Trin. IV, 2, 90: advecti ad Arabiam terram sumus. CH. *Eho*, *An* etiam in Ponto Arabiast? v. 99: E caelo? SU. Atque e medio quidem. CH. *Eho*, *An* etiam in caelum escendisti? v. 144: ego sum ipsus Charmides, Quem tibi epistulas dedisse aiebas. SU. *Eho*, quaeso *an* tu is es? Terent. Andr. III, 2, 20: *Eho*, *an* tute intellexti hoc adsimulari? IV, 4, 27: DA. Quid? Pamphili? MY. *Eho*, *an* non est? Phorm. II, 1, 29: *Eho*, *an* id suscenses nunc illi? Hec. IV, 4, 49: Ego alam? LA. Quid dixti? *eho an* non alemus, Pamphile? Ad. III, 3, 35: Ellam intus. DE.

Eho, *an* domist habiturus? Plaut. Asin. V, 2, 43 sq.: Edepol animam suaviorem aliquanto quam uxoris meae. PH. Dice *amabo*, *an* anima foetet uxoris tuae? Cist. II, 3, 22: *An amabo*, meretrix illast. Merc. III, 1, 41: Etiam cum uxore non cubet? PA. *Amabo* te, *an* maritust? Neque est neque erit. Capt. II, 5, 22. Cist. I, 1, 70: *an* occipere amare amarumst, *obsecro?* Bacch. I, 2, 35: *An* hoc ad eas res opsonatumst, *opsecro?* Pseud. I, 1, 27: *An opsecro* hercle habent quas gallinae manus? Poen. II, v. 29: *An, obsecro,* usquam homines sunt volatici? V, 4, 22: *an* vero pulcra, te *obsecro,* Videre —? Rud. II, 3, 21: Recepit ad se Veneria haec sacerdos me et Palaestram. TR. *An* hic Palaestrast, *opsecro*, eri mei amica? Terent. Andr. IV, 4, 42: 'Coactus legibus Eam uxorem ducet.' MY. *Obsecro, an* non civis est? Eun. IV, 4, 12: *An* tu hunc credidisti esse, *obsecro,* Ad nos deductum? V, 4, 41: Dico, edico vobis, nostrum esse illum erilem filium. PY. Hem, *Obsecro*, *an* is est?

o. Utuntur hac dicendi formula etiam in reiicenda adversarii sententia. Plaut. Asin. III, 3, 126 sq.: Quem te deum autem nominem? LE. Fortunam atque Opsequentem. AR. Iam istoc es melior. LI. *An* quid olim hominist Salute melius? Trin. III, 2, 11: Sat sapio, satis in rem quae sint meam ego conspicio mihi. LU. *An* id est sapere, ut qui beneficium a benevolente repudies? Terent. Eun. II, 3, 91: Flagitium facimus. CH. *An* id flagitiumst, si in domum meretriciam Deducar —?

p. Antecedit saepe alia interrogatio, qua, quid vel cur aliqua res sit, quaeritur. Tunc posito *an* adiicitur per coniecturam aut aliena et contraria sententia, aut aliis causis, quae non exponuntur, alia quaedam opponuntur. Plaut. Amph. I, 1, 300 sq.: *ubi* ego formam perdidi? *An* egomet me illic reliqui, si forte oblitus fui? II, 2, 57 sqq.: set *quid* huc vos convortimini tam cito? *An* te auspicium commoratumst *an* tempestas continet, Qui non abiisti ad legiones —? Asin. III, 1, 21. Capt. III, 4, 96. Bacch. v. 676: *An* nescibas quam eius modi homini raro tempus se daret? Most. I, 1, 7: *Quid* tibi malum hic ante aedis clamitatiost? *An* ruri censes te esse? v. 34: *Quid* tibi malum me, aut quid ego agam, curatiost? *An* ruri quaeso non sunt quos cures boves? II, 2, 58: *Quis* homo? *an* meus gnatus? Menaechm. II, 1, 5 sq.:

Set quaeso, *quamobrem* nunc Epidamnum venimus?
An, quasi mare, omnes circuimus insulas?

ubi post priorem versum mente addendum est: Nulla causa est, cur hoc fiat. An fortasse haec est, cett. III, 2, 29 sqq.: Adulescens, quaeso, *quid* tibi nam mecumst rei, mihi qui male dicas sic homini ignoto sciens? *An* tibi malam rem vis pro male dictis dari? V, 1, 23: *Quid* id ad me, tun te nuptam possis perpeti, An sis abitura a tuo viro? *an* mos hic itast, Peregrino ut advenienti narrent fabulas? Merc. II, 2, 29: Nam *quid* ille revortitur, Qui dudum properare se aibat? *an* ille me temptat sciens? Rud. I, 2, 23: *Quid* tu id quaeritas? *An* quo furatum venias vestigas loca? Stich. IV, 1, 43: *Quis* istuc dicit? *an* ille quasi tu? v. 46: *Quis* istuc, quaeso? *an* ille quasi ego? Truc. II, 6, 20: *an* me malo vincerest? (sic Kampm. de *AB* praep. p. 23 sq. hunc versum scribit, quem vide). Terent. Andr. V, 3, 17: *Quor* meam senectutem huius sollicito amentia? *An* ut pro huius peccatis ego supplicium sufferam? Eun. V, 6, 16: Hem, *quid* dixisti, pessuma? *an* mentita's? Hec. III, 1, 13: *Quid* consolare me? *an* quisquam usquam gentiumst aeque miser? 2, 11: *Quid* als? *an* venit Pamphilus? v. 21: *Quid* fuit tumulti? dic mihi: *an* dolor repente invasit? 4, 22: *Quid* vis dicam? *an* conveniam modo?

q. Hinc formulae in proponendis causis *an quod*, *an quia*: cui oppositum *utrum quod* intelligitur. Antecedit enim plerumque alia interrogatio, qua illud contineatur. Plaut. Aul. III, 2, 10: Etiam rogitas? *an quia* minus quam aequom erat, feci? Stich. v. 34. Terent. Eun. V, 2, 68: nolo me in via Cum hac veste videat. TH. Quam obrem tandem? *an quia* pudet? Heaut. III, 1, 96: *an* eo fit, *quia* re in nostra aut gaudio Samus praepediti —? Phorm. IV, 2, 12: sed quid pertimui autem belua? *An quia* quos fallam pro uno duo sunt mihi dati? V, 2, 18.

r. Possunt plures interrogationes aequales coniungi, per quas oratio aut uno tramite producitur, aut adscendit ad graviora. In iis quum nulla insit oppositio, *an* plus semel ponitur, tamquam ἀσυνδέτως. Plaut. Epid. II, 2, 39: Quid erat induta? *an* regillam induculam, *an* mendiculam? Terent. Eun. II, 3, 91 sqq.: *An* id flagitiumst, si .... *An* potius hoc patri aequomst fieri cett. V, 5, 16 sq.: Hem, quid? amat? *an* scit iam ille quid meretrix siet? *An* in astu venit?

s. *Anne* ponitur pro *an*, cui adhaeret vocula *ne* interrogativa sive dubitativa, non mutata ipsa significatione, sed

ubi intendenda vel acuenda videtur vis interrogationis. Et non tantum in prima parte interrogationis ponitur, sed etiam in secunda. Ennii Medeae exulis fr. 15: Quo nunc me vortam? quod iter incipiam ingredi? Domum paternam*ne anne* ad Peliae filias? Plaut. Amph. I, 1, 19: Nec aequom *anne* iniquom imperet cogitabit. Bacch. IV, 1, 4: percontaris, *Utrum* aurum reddat *anne* eat secum semul. Fragm. Bacch. p. 488, v. 14: Cupido te conficit, *anne* amor? Truc. III, 1, 20: *anne* oportuit Ita te quidem, qui's familiaris? (antecedit interrogatio per *quid* incipiens). Terent. Andr. IV, 4, 45: Audivi iam omnia. DA. *Anne* haec tu omnia? V, 2, 10: *Anne* est intus Pamphilus? Eun. III, 5, 8: rogitando obtundat — sanus sim *anne* insaniam. Heaut. V, 2, 46: Etiam hauscio *anne* uxorem ducat.

t. Ex ea ratione, quam inversam esse diximus, intelligitur, quomodo *an* coniunctum cum negatione *non* pro *nonne* ponatur, sicuti *an* pro *num* saepissime dicitur. Sed in his aut omissa est prior pars sententiae disiunctivae, aut alia enunciatione expressa est. Non adhaeret negatio verbo, nisi ubi propria vis oppositionem intendit. Additur *vero*, ut in reliquis, ad augendam vim. (Sic Handius p. 356). Plaut. Capt. II, 2, 7: *An vero non* iusta causast ut vos servem sedulo —? Bacch. I, 2, 12 sq.: An deus est ullus savisaviatio? PI. *An non* putasti esse umquem? (sic Bergkius Philol. 1861, I, p. 52). Poen. II, v. 43: *An* mi haec *non* credis? III, 1, 30: *An vero non* iusta causast, quo curratur celeriter —? Terent. Andr. III, 5, 15: quo fretus sim — *An non* dixi esse hoc futurum?, quod Handius explicat: „num quo fretus sim, an non dixi etc.“ Eun. V, 4, 37: Quid ita 'tantum'? PA. *An non* hoc maxumumst? Adelph. I, 2, 56: *An non* credis?

23. Non alienum videtur esse etiam responsorum nonnullas formas spectare. Ac primum quidem si affirmatur interrogatio, fieri id potest repetito verbo primario interrogationis. Sic Plaut. Men. IV, 2, 67: Tun negas? ME. *Nego* hercle vero. Terent. Andr. III, 5, 15: An non dixi esse hoc futurum? DA. *Dixti*. Heaut. III, 2, 27: In loco ego vero *laudo*. V, 1, 31 sq.: abiit Clitipho. CH. Solus? ME. *Solus*. Phorm. II, 4, 8 sq.: Mene vis? DE. *Te*. Ad. IV, 1, 20: Virtutes narro. CT. Meas? SY. *Tuas*. Alio modo dictum est Eun. V, 2, 12: Aufugistin? CH. Era, *factum*. Alibi id fit vocabulis *ita*, *vero*, *verum*, *admodum*, *sane*, *sic est*. Plaut. Amph. I,

I, 206: Haecine tua domust? SO. *Ita* inquam. v. 254: Quid, domum vostram? SO. *Ita* enimvero. Terent. Eun. IV, 4, 40: Et pro te huc deductust? DO. *Ita*. Andr. I, 2, 15: Hocine agis an non? DA. Ego *vero* istuc. II, 1, 38: fugin hinc? BY. Ego *vero* ac lubens. Eun. III, 1, 12: gestare? TH. *Vero*. II, 3, 55 sq.: Comites secuti scilicet sunt virginem? CH. *Verum*. Heaut. V, 3, 11: Facies? CH. *Verum*, ja. Phorm. II, 2, 1: Itane patris ais adventum veritum hinc abiisse? GE. *Admodum*. Andr. I, 2, 24: *Sane* quidem ja. II, 1, 1: Quid ais, Byrria? daturne illa Pamphilo hodie nuptum? BY. *Sic est*. Adde Eun. IV, 7, 42: Credin? GN. *Immo certe*, ja allerdings. In negante responso aut simplex negatio ponitur aut addito verbo interrogationis. Plaut. Pseud. IV, 6, 5: Venitne homo ad te? BA. *Non*. Terent. Andr. I, 2, 23: Non hercle intellego. SI. Non? hem. DA. *Non*. Heaut. III, 3, 51: Non opust? CH. *Non* hercle vero. Phorm. III, 2, 40: Iam ea praeteriit? DO. *Non*. Plaut. Cas. V, 4, 28: Non irata's? CLE. *Non sum irata*. Terent. Hec. V, 3, 6: dice dum quaeso, es tu Myconius? „*Non sum*." Ad. IV, 2, 30: Sed estne frater intus? SY. *Non est*.

Appendix:

de doctrina particularum.

24. Quum praepositiones omnes et permulta adverbia atque coniunctiones iam in superioribus tractata sint, restat ut earum particularum usum spectemus, quae nondum commemoratae sunt, quarumque vis singularis est in enunciationibus formandis. Initium autem fiat ab adverbiis loci, quae distinguenda sunt, quatenus respondent ad interrogationes *unde*, *ubi*, *quo*.

a. *Adverbia loci*, *quae respondent ad interr.* **unde** *Alicunde* est ex aliquo loco, transfertur tamen etiam ad personas et res. Plaut. Pseud. v. 104. I, 3, 83. Pers. I, 1, 44: *Alicunde* exora mutuom. Trin. v. 758. 759. Terent. Andr. II, 4, 3: Venit meditatus *alicunde*, ex solo loco. Phorm. II, 1, 70: Sumeret *alicunde*. — *Aliunde* = ex alio loco. Naev. bell. Pun. fr. inc. 6 Vahlen. p. 18. Plaut. Pseud. II, 4, 44. Terent. Phorm. II, 2, 29: Aliis *aliundest* periclum, unde aliquid abradi potest. *Altrinsecus* = altera ex parte. Invenitur id quinque locis

Plautinis, Mil. II, 5, 36: Quid, malum, astas? quin retines *altrinsecus?* Merc. V, 4, 16: optume hercle: perge porro: ego adsistam hinc *altrinsecus.* Pseud. I, 3, 123: adsiste *altrim secus* (sic scribit Fleckeisenus). III, 2, 73. Rud. v. 1158: post *altrim secus* est securicula ancipes item aurea. v. etiam Roeperum Philol. XVIII, 2, p. 242. — *Divinitus* Ennii annal. l. I, fr. 12, v. 11. — *Eminus* Naev. Colax fr. 3, v. 34. *Ex adversum* Cato R. R. c. 18. Plaut. Bacch. IV, 7, 37 exadvorsum. *Examussim* Men. prol. v. 50 = accurate. *Funditus* Ennii annal. l. II, fr. 8. l. III. fr. 15. Plaut. Most. III, 1, 154. *Humanitus* Ennii annal. l. II, fr. 4. *Indidem* Plaut. Pseud. II, 4, 50. *Medullitus* Ennii satur. l. III, fr. 1, v. 7. — *Procul* = e longinquo. Plaut. Curc. I, 2, 18: Quoia vox sonat *procul?* Mil. IV, 4, 33 procul = e longinquo astans. Poen. III, 3, 6: Et illic chlamydatus quisnamst, qui sequitur *procul?* Trin. II, 1, 30: Mille modis amor ignorandust, *procul* abdendust, apstinendust. Perizonius ad Sanct. Minerv. p. 155 adnot. 7: „Qui tam prope abest, ut alterius sermonem privatum cum alio habitum audire possit, dicitur tamen *procul* esse. Terent. Hec. IV, 3, 1: Quem cum istoc sermonem habueris, *procul* hinc stans accepi. Similiter Eun. III, 4, 10: Nisi, quidquid est, *procul* hinc lubet prius quid sit sciscitari. At verum est quidem, *Procul* dici etiam de spatio non ita longo, sed tamen semper notat separationem ac remotionem ex suo loco in alium, quae separatio seu propulsio, sive in breve spatium, sive in longum, semper fit procul; immo ipsa illa brevitas spatii pro rei, de qua agitur, natura considerari et dici potest longa.“ — *Publicitus* Ennii annal. l. VI, fr. 9, v. 189. Plaut. Amph. IV, 2, 7 puplicitus = ex aerario publico. Pers. IV, 3, 40 Poblicitus. Caecil. Stat. Plocium fr. 17: *Publicitus* defendundumst. — *Pugnitus* Caecil. Stat. Fallacia fr. 5 (Nonius p. 514, 8: „pro *pugnis*“). *Radicitus* Plaut. Most. V, 1, 63: Non *radicitus* quidem hercle, verum etiam *exradicitus*. *Susque deque* Plaut. Amph. III, 2, 5: Atque id me *susque deque* esse habiturum putat. (v. Gell. l. XVI, 9 cett.) *Undique* Ennii annal. l. III, fr. 7, v. 155. l. XVIII, fr. 2, v. 431. 434. Nemea fr. 1: *undique* venor (h. e. circumvenior). Plaut. Most. III, 1, 55. Merc. I, 1, 76.

25. b. *Adv. loci, quae respondent ad interr.* **ubi**. *Alibi* Naev. Tarentilla fr. 2, v. 77. *Alicubi* Terent. Ad. III, 4, 7: Utinam hic prope adsit alicubi atque haec audiat. — *Foris* Plaut.

Most. II, 1, 21. 53. III, 1, 153. Merc. I, 2, 18. 21. Merc. v. 589 (bis). Pers. IV, 4, 20. Caecil. Stat. Plocium fr. 2, v. 162.

Ibi α) de loco dicitur, = in eo loco. Cato R. R. c. 6: Qui ager — macrior erit, *ibi* oleam — seri oportet. Ib.: *ibi* cacumina populorum serito. ib.: *ibi* oculos arundinis — serito. ib.: *Ibi* corudam serito, unde asparagi fiant. ib.: *ibi* Amineum — conserito. ib.: Qui locus crassus erit — *ibi* Amineum maius — serito. C. 9: Salicta locis aquosis, humectis, umbrosis propter omnes *ibi* seri oportet. C. 17: *ibi* dum sunt nuces bimae. C. 76: Postea in tabula pura, quae pateat P. I, *ibi* balteum ponito. Ennii Euhemerus fr. 7, lin. 38: quam *ibi* sacravit. Nonnunquam, inprimis in vulgari sermone, nomen loci additur, ut *ibi* abundare videatur. Sic Enn. Euhem. l. c. lin. 32: *ibi*que eo *in monte* aram creat Caelo, ubi tamen *ibi* esse potest: ubi constitit, ut notio loci *in monte* latius pateat quam notio *ibi*, quamquam dictum sit: in hac regione montis. Plaut. Rud. V, 2, 23: Ecquid meministi *in vidulo* qui periit quid *ibi* infuerit?

β) Significatio loci transfertur ad tempus, ubi saepe per pleonasmum *tum* additur. Naev. Lycurg. fr. 16: Iam *ibi* nos duplicat advenientis... timor, pavos, ad q. l. Klussmannus: „*Ibi* tempus etiam indicat, quo aliquid factum est, ut particulae *tum* fere aequale sit. Duker. ad Liv. II, 35, 2." Ennii annal. l. I, v. 30: Haec ecfatus: *ibi* latrones dicta facessunt. VII, 15: dum sensent terrere minis, hortantur *ibei* sos. X, 7: ululatque *ibi* acute. Ennii fr. Phoenicis 12 (Nonius p. 518, 5 v. *derepente*): *Ibi tum* derepente ex alto in altum despexit mare. Euhemerus fr. 3, 5. Ib. lin. 20: *Ibi* Glaucam filiam Saturno ostendunt. Plaut. Amph. V, 1, 11. 16. 42. Epid. II, 2, 61: *ibi* nominat Stratippoclem Periphanae (sic Both.; Schneid. Clement. II, 738 Periphanai) filium. Terent. And. I, 1, 79: *Ibi tum* filius Cum illis... una aderat frequens, sed hoc loco *ibi* fortasse de loco aut accipiendum. v. 104: *ibi tum* exanimatus Pamphilus Bene dissimulatum amorem et celatum indicat. v. 122: Non tu *ibi* matum? 3, 18: *ibi tum* hanc eiectam Chrysidis Patrem recepisse nbam. II, 2, 19: Ubi te non invenio, *ibi* ascendo in quendam excelsum locum. 3, 5: Sed si tu negaris ducere, *ibi* culpam in e transferet. IV, 1, 10: *Ibi tum* eorum inpudentissuma oratiost. Eun. II, 2, 30: [*ibi*] homo coepit me obsecrare. — De *ibidem* r. Handium. Memorabile est bis a Plauto notione inflexa pro *eodem* dictum videri, Trin. I, 2, 166: Atque egomet me

adeo cum illis una *ibidem* traho, et II, 4, 11: *Ibidem* una trabo, ubi vide Lindem., praeterea Handium III, p. 170. — De *inibi* v. Handium. Cato R. R. c. 38: *Inibi* austrum caveto maxime. Plaut. Pers. I, 3, 46. Caecil. Stat. Plocium fr. 19: liberne es? —Non sum, vero *inibi* est (Nonius 124, 25 „*inibi* pro sic et mox . . ."), h. e. in eo est, ut liber fiam. — *Insuper* v. Handium. Plaut. Merc. v. 693. — *Intus* et de motu a loco et de loco, ubi quid est, dicitur, quarum significationum, si vera est derivatio Handii, illa fortasse est primitiva. *α*) *De motu a loco.* Plaut. Bacch. IV, 6, 26: Servos arcessit *intus.* 9, 127: Binos ducentos Philippos iam *intus* ecferam. Mil. II, 5, 49: Ecfer mihi machaeram huc *intus.* IV, 4, 60: nam illum hinc sat scio Iam exiturum esse *intus.* Fortasse spectat huc etiam 8, 4, vide Ritschelium. v. 28. Pseud. v. 132: Atque ipse egreditur *intus*, periuri caput. II, 2, 10. Pers. II, 4, 30. Dubium est exemplum Amph. II, 2, 139: *intus* pateram proferto foras, nam hic cum Douza possumus etiam *intus pateram* pro una notione accipere, = pateram, quae intus est. (v. cap. VII, § 4 extr.). *β*) *De loco, ubi quid est.* Cato R. R. c. 157: Si quid antea mali *intus* erit. Ennii annal. l VI, fr. 6, v. 185: *Intus* in occulto mussabant. l. XVII, fr. 2. Plaut. Asin. I, 2, 26. Capt. I, 2, 89: *intus* subducam ratiunculam. Curc. III, 16. Cas. III, 3, 24: ego *intus* quod factost opus Volo accurare. Cist. V, 7: *intus* ibidem. Bacch. II, 2, 49: tu *intus* dicito. III, 1, 12. 6, 39. V, 2, 86: Filii vos expectant *intus.* Most. II, 1, 47. v. 54: *Intus* cave muttire quemquam siveris. v. 55. IV, 2, 72. 3, 45. Men. I, 2, 21: Hanc modo uxori *intus* pallam surrupui: ad scortum fero. Men. v. 366: Neque tibi iamst ulla mora *intus.* II. 3, 2. Mil. II, 6, 55: vide sitne istaec vostra *intus.* v. 64. Merc. I, 2, 75. IV, 1, 18. 3, 21: Quoia illa mulier *intust*? IV, 5, 14: *intust?* V, 2, 85. 4, 48. Pseud. I, 1, 79: Neque *intus* nummus ullus est. II, 2, 45: Si *intus* esset, evocarem. IV, 4, 7. Pers. I, 3, 24. II, 4, 27. III, 3, 1. IV, 7, 12. Rud. IV, 4, 130. Stich. IV, 2, 56. Caecil. Stat. Exul fr. 1. Plura exempla vide apud Handium. — *Iuxtim* Livii Andronici Aegisthi fr. 6, 11. De *longe* iam dictum est vol. I, p. 158. Dicitur autem et de loco et de tempore. Exemplis de loco allatis adde duo, quae attulit Perizon. ad Sanct. Min. p. 156, adnot. 7: Terent. Eun. II, 3, 44: Continuo adcurrit ad me, quam *longe* quidem. III, 5, 61: Paratumst. AN. — ubi? CH. apud libertum Discum.

AN. *Perlongest.* Sed *longe*, praeterquam quod distantiam maiorem vel loci vel temporis declarat, etiam pro *valde* s. *multum* usurpatur adeoque verbis iungitur. Terent. Ad. I, 1, 40: Et *errat longe* mea quidem sententia. — *Obviam* Naev. bell. Pun. l. VI, fr. 4. Ennii Erechthei fr. 5. Plaut. Merc. I, 2, 106. Trabea fr. inc. fab. 1, v. 4. — *Peregre* triplici modo dicitur de loco, et unde quis venit, et in quo quis versatur (ubi etiam *peregri* dicitur), et in quem quis transit. Et de altera illa quidem significatione iam vol. I a me dictum est, quibus addo Plaut. Amph. prol. v. 5 ibique adnotationem meam. α) De motu a loco Plaut. Amph. I, 1, 9. 205. II, 2, 216. Bacch. II, 2, 9: *Peregre* advenienti. III, 6, 7: Salvos *peregre* quom advenis, Cena detur. Most. II, 1, 6: erus advenit *peregre.* v. 27: pater advenit *peregre* Philolachae. III, 1, 83. 2, 54: Erus *peregre* venit. v. 118: Salvom te advenisse *peregre* gaudeo, Theuropides. V, 2, 2. 8. Most. v. 1004. Stich. IV, 1, 37. 2, 7. Stich. v. 740. β) De motu in locum Trin. v. 149 (= I, 2, 112): Quoniam hinc profectust [ire] *peregre* Charmides. Plura exempla vide apud Handium. — *Prae* primum de loco dicitur, sic Plaut. Amph. I, 3, 45: abi *prae,* Sosia. Plaut. Pseud. I, 2, 37: I, puere, *prae.* Pseud. v. 241: i tu *prae*, puere. Terent. Andr. I, 1, 144: I *prae*, sequor. Eun. V, 2, 69. Deinde in comparatione, ubi plerumque *quam* adiunctum habet. Plaut. Stich. II, 2, 38: Immo res omnis relictas habeo *prae* quod tu velis. Amph. II, 2, 2: *Praequam* quod molestumst, ad q. l. Lindem.: „Formula *praequam quod* sic est explicanda, ut *prae* adverbii loco positum vim habeat comparativi: magis quam id quod molestum est, h. e. si comparaveris cum vitae molestia.“ Aul. III, 5, 33: Sed hoc etiam pulchrumst, *praequam* (h. e. magis quam) ubi sumptus petunt, ad q. l. Lamb.: „= prae eo, quod fit, cum creditores aut artifices pecuniam sibi petunt.“ Most. IV, 2, 66: Nihil hoc quidemst, Triginta minae, *prae quam* alios dapsilis sumptus facit. V, 2, 25: *prae quam* quibus modis Ludificatust me. Merc. v. 23: *Prae quam* res patitur, studuit elegantiae. Legitur etiam ap. Gell. XVI, 1. — *Praeut* Plaut. Bacch. IV, 9, 5: Non peius termento ruit, *praeut* ego erum expugnabo meum. Mil. I, 1, 20: Nihil hercle hoc quidemst, *Praeut* alia dicam, tu quae numquam feceris, cf. Lindem. Terent. Eun. II, 3, 10: Ludum iocumque dicet fuisse illum alterum, *Praeut* huius rabies quae dabit. — *Propter* Cato R. R. c. 151: ubi aqua *propter* siet. Terent. Eun. II, 3, 77: interdum

propter dormiet. Ad. IV, 2, 37: ibi angiportum *propter* est. Significatio causalis extat Plaut. Amph. II, 2, 183: Quid ego feci, *qua* istaec *propter* dicta dicentur mihi? ubi vulgo *qua* per tmesin a *propter* diremptum esse dicitur, ut sit *quapropter*, vide tamen, quae Naegelsbachius dicit de tmesi Homerica. *Tenus* Plaut. Bacch. IV, 6, 23: Pendebit hodie pulcre, ita intendi *tenus*.

Ubi et relativum et interrogativum adverbium esse potest. Utriusque usus est communis, nisi quod interrogativum non de tempore dicitur. α) *Ubi* usurpatur primum de loco, in quo aliquid est. Cato R. R. c. 9: *ubi* erit. C. 19: *ubi* porculum figere oportebit. C. 151: per ver serito in loco *ubi* terra tenerrima erit, quam pullam vocant, *ubi* aqua propter siet. Plaut. Amph. I, 1, 300: *Ubi* ego perii? *ubi* inmutatus sum? *ubi* ego formam perdidi? (Gronov. ad Mil. II, 5, 19: „Adverbium loci pro adv. modi et rationis positum esse videtur, *ubi* = quomodo s. quo pacto.“). Aul. II, 2, 66: *ubi* hic est homo? III, 2, 25: id *ubi* tibi erat negotium. Bacch. I, 1, 32: in palaestram, *ubi* damnis desudascitur? (= in qua). Bacch. v. 68 sq.: *Ubi* ego capiam pro machaera turturem, *Ubi*que inponat in manum alius mihi pro cestu cantharum. Mil. II, 1, 40: Capiunt praedones navem illam *ubi* vectus fui, pro *qua*, sive *in qua*. III, 1, 91. Rud. II, 3, 55: *ubi*st? 7, 14: Istic *ubi* vis condormisce. β) Significatio loci transfertur ad tempus, ubi etiam additur *primum*. Saepe ei respondent demonstrativa *ibi* et *tum*. Leges XII tabb. I, fr. 6: *ubi* pagunt, v. Dirksen. p. 171. Errat Funccius dicens *ubi* significare posse etiam ubicumque, quovis tandem loco. Cato R. R. c. 2: Paterfamilias *ubi* ad villam venit, *ubi* larem familiarem salutavit cett. ib: *ubi* cognovit quomodo fundus cultus siet cett. ib.: *Ubi* ea cognorit. ib.: *Ubi* eas aliasque causas multas dixerit, ad rationem operum operarumque vilicum revoca. C. 3: *ubi* aetas accessit ad annos XXXVI, *tum* aedificare oportet. C. 17: *ubi* solstitium fuerit. ib.: *ubi primum* incipiunt hiascere, *tum* legi oportet. C. 18: *ubi* structum erit. C. 33: Vitem novellam resecari *tum* erit tempus, *ubi* valebit. C. 38: *Ubi* satis foderis, *tum* —. C. 38: Hoc signi erit, *ubi* calx cocta erit, summos lapides coctos esse oportebit. C. 39: *Ubi* tempestates malae erunt. C. 45: Taleae *ubi* trimae sunt, *tum denique* maturae erunt, *ubi* liber sese vertet. C. 105: *ubi* bullabit vinum. ib.: *ubi* id vinum refrixerit. ib.: *Ubi* muria facta erit. C. 107: *Ubi* refrixerit. C. 110: *Ubi* calebit. C. 112:

Ubi hauseris de mari. ib.: *Ubi* dies XXX praeterierint. ib.: et *ubi* pluerit et siccaverit. ib.: *ubi* impleveris dolium. ib.: *Ubi* triduum praeterierit. C. 115: *Ubi* satis efferverit. Cato ap. Isidor. de differentiis verb. (Iord. p. 47): *ubi* alter recessit. Plaut. Amph. V, 1, 40. Aul. III, 4. 8: *Ubi* erat haec defossa, occoepit *ibi* scalpurire ungulis. IV, 2, 16: *ubi* arcessat. v. 16: id *ubi* fecero. 8, 8: *Ubi* ille abiit, ego me deorsum duco de arbore. Epid. III, 3, 42 et V, 1, 49: *ubi* erit otium. Men. V, 5, 27: *Ubi* satur sum, nulla crepitant. Poen. V, 5, 5: *Ubi* nec leno neque illae redeunt. Sc. ult. v. 35: *Ubi primum* potero. Truc. I, 2, 87: Imo edepol melius iam fore credo, te *ubi* videbit. IV, 4, 5: *Ubi* id audivi. v. 18: Otium *ubi* erit. v. 26: *Ubi* domi metues malum. v. 30: Facultas operae mi *ubi* erit. Aquilius Boeotiae fr. 2: *Ubi primum* accensus clamarat meridiem. Terent. Andr. IV, 1, 7: Post *ubi* tempust promissa iam perfici, *Tum* coacti necessario se aperiunt. Eun. II, 2, 29: Ille *ubi* miser famelicus videt me — Tam facile victum quaerere: [*ibi*] homo coepit me obsecrare, Ut sibi liceret discere id de me. IV, 1, 14: *ubi* primum. Heaut. II, 1, 8: *ubi* adbibit plus paulo, sua quae narrat facinora! *γ)* Cognatum est, si fere significationem accipit particulae conditionalis *si*. Cato R. R. c. 1: *ubi* non erunt, ubi tamen significatio esse potest etiam localis, quemadmodum c. 6: *Ubi* ager crassus et laetus est sine arboribus, eum agrum frumentarium esse oportet. C. 7: orchites *ubi* nigrae erunt et siccae cett. C. 52: *Ubi* ita fuerit. Plaut. Aul. II, 2, 7: Non temerariumst, *ubi* dives blande appellat pauperem. v. 20: *Ubi* manum iniicit benigne, *ibi* onerat aliquam zamiam (*Δρ* in I cit). v. 27: Credo edepol, *ubi* mentionem ego fecero de filia, cett. v. 52 sq.: *ubi* tecum coniunctus siem, *Ubi* onus nequeam ferre pariter, iaceam ego asinus in luto. III, 5, 33: Sed hoc etiam pulchrumst, prae quam *ubi* sumptus petunt. v. 51: *Ubi* nugigerulis res solutast omnibus. v. 55: *Ubi* disputatast ratio cum argentario. Truc. II, 4, 73: *Ubi* quidpiam me posces (sic *ΔΘρ*, non poscis). PH. At ego, *ubi* abstuli. *δ)* Transfertur significatio loci ad ipsas res rerumque conditiones, ut idem sit quod: *in qua re, qua occasione*. Plaut. Amph. II, 2, 97: *Ubi* [tu] primum tibi sensisti, mulier, inpliciscier? Epid. IV, 2, 25: *Ubi* voles pater: *ibi* esto; *ubi* noles: ne fueris pater. Stich. I, 2, 29: *Ubi* facillume spectatur mulier quae ingeniost bono?, h. e. qua in re exploratur? sec. Lambinum. Caecil. Stat.

Plocium fr. 13: Quid hoc futurum obsoniost, *ubi* tantum sumpti factum? Terent. Eun. II, 3, 21: digna res est, *ubi* tu nervos intendas tuos (= in qua). Heaut. IV, 6, 8: Huius modi mihi res semper comminiscere, *Ubi* (= quibus) me excarnufices. ε) Ubi duplicatur *ubi* aut apponitur *quomque*, significatio generalior fit et ad omnes res transfertur. Plaut. Bacch. II, 3, 18: Istius hominis *ubi* fit *quomque* mentio. Epid. III, 4, 56: Ego illam requiram iam, *ubi ubi*st. Aquilius Boeotiae fr. 1, v. 6: *Ubi ubi* monebat esse (= edere), nisi quom nil erat. — *Uspiam* Plaut. Mil. II, 5, 19: ne [nos] nosmet perdiderimus *uspiam*, ad q. l. Gronovius: „H. l. adverbium loci pro adv. modi et rationis positum esse videtur, = aliquo modo." *Usquam* Trin. II, 2, 32: Ne penetrarem me *usquam*, ad q. l. citat Lindem. adnot. ad Mil. III, 1, 90 (Nam bona uxor, si ea duci [potis] est *usquam* gentium, Ubi eam possiem invenire?): „*Usquam* non est *alicunde*, ut quibusdam visum est, sed *aliquo*, aliquem in locum. Sic Cic. Phil. I, 1." De *nusquam* v. Handium, quod itidem nonnunquam de motu ad locum usurpatur, ut Capt. I, 2, 70: Set numquo foras Vocatus [es] ad cenam? ER. *Nusquam*, quod sciam, ubi v. Lindem. — *Utrubi* Naev. Tarentilla fr. 4: *utrubi* cenaturi estis, hicine an triclinio?

26. c. *Adv. loci, quae respondent ad interr.* **quo**. *Alio* Plaut. Asin. I, 3, 43: illa *alio* ibit tamen, h. e. ad alium amatorem. *Aliorsum* significat α) in alium locum Truc. II, 4, 49: ancillas iubet — Aliam *aliorsum* ire. β) in aliam partem, aliter, qua significatione a Plauto Aul. II, 4, 8 etiam *aliovorsum* dicitur: Atque ego istuc, Anthrax, *aliovorsum* dixeram (Ap atque, Goell. atqui). Terent. Eun. I, 2, 1 sq.: vereor ne illud gravius Phaedria Tulerit neve *aliorsum* atque ego feci acceperit. — *Aliquo* Plaut. Merc. III, 4, 71. Ter. Heaut. III, 3, 11: ut hinc concedas *aliquo* ab ore eorum aliquantisper. — *Deorsum* v. Hand. Cato R. R. c. 156, 4: Postea ubi *deorsum versus* ibit. — *Foras* Naev. bell. Pun. l. I, fr. 6 Vahlen. *foras* — exibant. Ennii annal. l. I, fr. 57, v. 93. Hectoris lustra fr. 3. Plaut. Most. I, 1, 1: Exi e colina sis *foras*, mastigia. 4, 3: Nam illi ubi fui, inde effugi *foras*. III, 1, 68. v. 156. 2, 9: Clancalum ex aedibus me dedi *foras*. Most. v. 878. 879. 901. IV, 3, 12: Promisi *foras*. Men. v. 109: progreditur *foras*. I, 2, 5: Nam quotiens *foras* ego ire volo. Men. v. 218. 463. 470. III, 2, 46. IV, 2, 95: Equidem ecastor tuam nec chlamydem do *foras*.

. 97: Dare *foras*. v. 105. Men. v. 988. v. 1040: excludunt *oras*. Merc. v. 271. v. 561. v. 809. V, 2, 69. Pers. v. 682: *raeda progreditur foras*. V, 1, 6: Ite *foras*. — *Hoc* = huc. Plaut. Capt. III, 1, 20: Quis ait „*hoc*" aut quis profitetur? Usitata in illa re adverbia *huc* aut *hic*). *Hoc* pro *huc* Bergius Philol. 1861, I, p. 54 restitui vult etiam Bacch. v. 1151 odd. vestigia secutus. cf. Pseud. 156. — De *huc* vide Handium. Plaut. Aul. III, 2, 28: si ad ianuam *huc* accesseris. Capt. I, 2, 28: Set si ullo pacto ille *huc* conciliari potest. (conciliare = acere ut quis quo veniat). Casin. II, 8, 47: Vocabit *huc* eam d se in nuptias. Rud. III, 4, 21: *huc* arido argentost opus. V, 3, 31: dandum *huc* argentumst probum. Terent. Andr. I, 1, 43: mulier quaedam — commigravit *huc* viciniae. Plaut. Pers. V, 4, 102: aderit *huc*, ubi non *huc* pro *hic* dictum est, sed er *adesse* describitur status, qui ex actione eundi ortus est, f. Hand. Tursell. III, p. 104. — *Illo* Naev. Triphallus v. 98. Plaut. Merc. v. 462. III, 3, 6. Poen. V, 2, 123: si *illo* adenerit. Pers. IV, 4, 26: Ego *illo* accessero. — *Intro* Cato R. R. c. 157: *intro* quae dolitabunt, ubi habet significationem *ntus*. Ennii Andromacha Aechmalotis fr. 7. Plaut. Epid. I, 3, 54: Eamus *intro* huc ad te. V, 1, 43: dum eo *intro*. Bacch. V, 4, 72: *intro* inspice. Merc. II, 1, 20. III, 2, 14: si *intro* ndiero. 3, 6. 9. IV, 1, 11. 4, 61. 5, 11. Merc. v. 914. 915. 916. V, 2, 86. 89. 101. 4, 45. 50. 55. 56. Poen. IV, 2, 107: Nunc. *intro* ibo. Caecil. Stat. Plocium fr. 12: abi *intro*. Terent. Andr. III, 2, 43: Immo abi *intro*. — *Istoc* pro ad istam rem, isti rei dictum est Plaut. Bacch. II, 2, 42: Nam *istoc* fortasse aurost opus. v. Grut. — *Nequoquam* Most. v. 562: *Nequoquam* theo. — *Porro* primum de loco usurpatur, ut Rud. IV, 3, 95: Ubi tu habitas? GR. *Porro* illic longe usque in campis ultumis, deinde transfertur ad tempus, weiterhin, ferner. Sic Amph. V, 1, 67: *porro* loquere. Trin. I, 2, 125: Set ut occepisti, perge porro proloqui. — *Prorsus*, *prorsum*, ortum ex *pro versus* (non *porro versus*, ut volebat Festus p. 234 M.), primum loci significationem habet et opponitur transversum et retro motum. Sic Plaut. Pseud. IV, 1, 45: Non *prorsus*, verum *transversus* ibit, quasi cancer solet, ad q. l. Camer.: „Est *prorsus* πρόσω, et *transversus* πλάγιος. cf. Varro L. L. l. VI." Scalig.: „Imo *prorsus* nihil plane a *proversus* differt. ita *quorsum* est *quoversum*: *horsum*, *hoc versum*: *aliorsum*, *alioversum*." Tum dicitur

pro *recta via.* Mil. IV, 4, 56: *prosum* Athenas protinam abibo tecum. Pers. IV, 5, 5: Simulato, quasi eas *prorsum* in navem. Terent. Ad. IV, 2, 11: vide ne ille huc *prorsus* se inruat, ubi v. Ruhnk. et cf. Herz. ad Sall. p. 118. Denique dicitur de rebus, quae vel dubiae vel nimiae videri possunt, designandis et confirmandis (sic Handius IV, p. 617, quem vide in universum de toto usu huius particulae). Sic Terent. Eun. II, 3, 15: Ita *prorsum* oblitus sum mei. — *Protinam* Plaut. Mil. IV, 4, 56: prosum Athenas *protinam* abibo tecum. — *Quopiam* Most. IV, 2, 50. *Quoquo* Merc. V, 2, 17. *Quorsum* Terent. Andr. I, 5, 29: Misera timeo ‚incertum' hoc *quorsum* accidat, h. e. in quem rerum statum transeat. II, 2, 24: *Quorsum* nam istuc? *Quovis* Plaut. Most. v. 888: cibo perduci poteris *quovis.* *Retro* Ennii Sotae fr. 5: *retro* reccidit. *Rursum*, Contractum e *reversum*, primum loci significationem habet, = retro versum, retrorsum, ubi additur nonnunquam per pleonasmum *vorsum* (cf. *deorsum versus*, de quo v. supra). Coniungitur etiam cum *prorsum*, cui oppositum est. Significatio localis se convertit in sign. repetitae actionis, quam si aggredimur, quasi retro vertimus nos. Saepe tamen per pleonasmum vel ut maior vis notioni addatur coniungitur cum verbis per *re* compositis. Plaut. Amph. V, 1, 60: Ego cunas recessim *rursum vorsum* trahere et ducere, quod Taubm. explicat per *retrorsum.* Epid. II, 2, 63: Coepi *rursum vorsum* ad illas pauxillatim accedere. Capt. I, 2, 19: Inde me continuo *recipiam rusum* domum. Cist. II, 3, 50: *recurro* ego *rursum.* Mil. III, 1, 108: rusum restitues. Terent. Eun. IV, 2, 6: redeo rursum. Adelph. I, 1, 46: *rursum* ad ingenium *redit.* Phorm. V, 8, 29: Argentum *rursum* iube *rescribi.* Hec. III, 1, 35: Trepidari sentio et cursari *rursum prorsum*, rückwärts und vorwärts. Plaut. Cas. prol v. 33: rursum denuo. Terent. Eun. I, 1, 16: Bellum, pax *rursum.* — *Susum* (sursum) Cato R. R. c. 157: ita subducito animam *susum.* Alia exempla vide in lexicis. — *Ultro* α) localem habet significationem Plaut. Amph. I, 1, 164, cf. vol. I, p. 282. Capt. III, 4, 19: *Ultro* istum a me. β) Ex hac significatione oritur altera, qua fere idem est q. *adeo*, proprie: quod locum excedit. Sic Amph. II, 1, 40. Pers. II, 5, 26. Ter. Eun. V, 2, 21. Phorm. II, 3, 13. γ) De actione dicitur, quae ex ulteriore parte, h. e. nullo adiumento eorum, quae citra sunt, prodit (sic Freundius in lexico hanc sign. derivat). Sic Plaut. Truc.

IV, 3, 77: nam ipsa haec *ultro*, ut factumst, fecit omnem rem palam. Ter. Eun. IV, 7, 43. — *Utroque* Plaut. Stich. III, 1, 44: Per hortum *utroque* conmeatus continet. Taubm.: „ad alteras aedes ab alteris commeatus continuatus est."

27. *Adverbia temporis.* De *adhuc* v. Handium. Schuetzius doctr. part. p. 24: „certum temporis sive praeteriti sive praesentis finem notat." Plaut. Capt. II, 3, 25: ut *adhuc* locorum feci, faciam sedulo. Terent. Andr. III, 2, 1: *Adhuc* — quae adsolent quaeque oportet Signa esse ad salutem omnia huic esse video. — *Alias*, quod = alio tempore, apud Plautum nusquam, apud Terentium duobus tantum locis invenitur. Andr. III, 2, 49: Quid *alias* malim quam hodie has fieri nuptias?, de quo loco vide Handium p. 226. Hec. I, 2, 5. *Aliquantisper* = per aliquantum temporis. Plaut. Pseud. I, 5, 158: Concedere *aliquantisper* hinc mi intro lubet. — *Ante* Terent. Andr. I, 5, 4: Nonne oportuit Praescisse me *ante*? *Antea* Cato R. R. c. 157: Si quid *antea* mali intus erit. Terent. Andr. I, 1, 25: Nam *antea* Qui scire posses aut ingenium noscere, Dum aetas metus magister prohibebant? *Antehac* Ennii annal. l. VI, fr. 12, v. 198. fr. 14, v. 209. Plaut. Most. I, 1, 35. Most. v. 731. 933. Terent. Andr. II, 1, 3: usque *antehac*. — *Antidhac* Plaut. Pseud. I, 1, 14. II, 2, 25. — *Commodum* Stich. II, 2, 41: postquam me missisti ad portum — *Commodum* radiosus sese sol superabat ex mari. (Alciatus *iam*, Lambinus *tantum quod* interpretantur). Trin. II, 3, 9: *commodum* Ipse exit. Terent. Eun. II, 3, 52: Illa sese interea *commodum* huc advorterat. — *Confestim* Naev. Corollaria fr. 10: Charisius I, p. 177 P. (116 L.) „*confestim* ... Naevius in Tarentilla et in Corollaria." Tarentilla fr. 13: Charisius l. c.: „*confestim*, velut competenti festinatione ... confestim pro continuo et sine intervallo." — *Continuo* Plaut. Bacch. III, 1, 7: Me *continuo* contuli protinam in pedes. Most. v. 142. III, 1, 43. 118. Most. v. 1065. Pers. I, 1, 38. 3, 83. III, 3, 34. V, 2, 16. Caecil. Stat. Plocium fr. 8, v. 171. *Cras* Plaut. Merc. v. 378. III, 3, 25. Merc. v. 770. IV, 4, 41. V, 2, 108. De particulae *demum* significatione v. Handium, cui adde Schuetzium doctr. part. p. 133: „significat, ubi ad tempus refertur, aliquid non prius factum esse vel serius fieri quam par erat, citra temporis notam autem certis rebus aliquid tribuit, ut fere idem sit ac *potissimum* (erst)," et Herz. ad

Sall. Cat. II, 9. Nos satis habemus exempla nonnulla addidisse. Plaut. Amph. I, 1, 145: *Igitur demum* magis maiorem in sese concipiet metum, cf. Lindem. 2, 11: *igitur demum* omnes sciunt, Quae facta. III, 1, 16: *Post igitur demum* faciam [ut] res fiat palam. Bacch. V, 1, 13: *hoc* est *demum* quod percrucior. Most. II, 1, 33: miserumst opus, *Igitur demum* fodere puteum, ubi sitis fauces tenet. Mil. IV, 8, 55: Si id facies, *tum demum* scibis, tibi qui bonus sit. Pers. II, 3, 13: Nam *id demum* lepidumst, triparcos — Bene admordere. Rud. IV, 2, 25: Iam ubi liber ero, *igitur demum* instruam agrum. Terent. Andr. V, 3, 11: Me miserum! SI. Hem, *modo*ne id *demum* sensti, Pamphile? Heaut. II, 3, 12: Vah, *nunc demum* intellego. Ad. V, 8, 15: Ego novos maritus anno *demum* quinto et sexagensumo Fiam. De particula *denique* vide Handium, qui tamen in nimis multa genera distribuit eius usum. Simplicius Schuetzius p. 135 sqq.: „Citra enumerationem plurium rerum id quod ultimo loco fit, significat. Nonnunquam ita ponitur, ut multa simul oratione comprehendi declaretur. Cum aliis quoque particulis connectitur, ita v. c. dicitur *tum denique*.“ Exempla sunt Plaut. Capt. I, 2, 39: *Tum denique* homines nostra intellegimus bona, Quom quae in potestate habuimus ea amisimus. Terent. Eun. I, 2, 78: Nempe omnia haec nunc verba huc redeunt *denique:* Excludor. Heaut. I, 1, 17: *denique* nullum remittis tempus neque te respicis. Phorm. II, 2, 11: Vereor, ne istaec fortitudo in nervom erumpat *denique*. IV, 2, 44: Haec *denique* eius fuit postrema oratio. Adelph. I, 2, 13. *Derepente* Ennii Alexandri fr. 8. Hectoris lustra fr. 8, v. 210. Phoenicis fr. 12. Plaut. Most. II, 2, 57. *Desubito* Naevii Danae fr. 6. Ennii Pancratiastae fr. 2. Plaut. Most. v. 411. Stich. V, 4, 39: Namque edepol quam vis *desubito* vel cadus vorti potest. Caecilius Statius Asotus fr. 1, v. 10. De *dudum* Schuetzius p. 141 haec habet: „primo loco designat id quod antea factum est, sive brevius sive longius temporis intervallum retro putetur, deinde diuturnitatem temporis notat, i. q. *olim, diu ante.*“ Accuratius et subtilius Handius diversas significationes huius particulae secundum linguae aetates constituit, quem vide. Exempla sunt Plaut. Amph. I, 2, 17: Nunc de Alcumena *dudum* quod dixi minus (= in prologo). II, 1, 73: num obdormivisti *dudum?* (= modo). 2, 29: Qui *dudum* properare se aibat? v. 59: Qui non abiisti ad legiones, ita uti

dudum dixeras? AM. *Dudum*? quam *dudum* istuc factumst? AL. Temptas: iam *dudum*, modo. AM. Qui istuc potis est fieri, quaeso, ut dicis: iam *dudum*, modo? Pers. IV, 3, 29: ex Persia adlatae mihi sunt istaec. DO. Quando? TOX. Hau *dudum*. Trin. III, 1, 7: Quam *dudum* istuc aut ubi actumst? (cf. Lind. ad Capt. V, 3, 3). Ter. Eun. IV, 4, 16: Ita visus est *Dudum*. 5, 5: vah, quanto nunc formosior Videre mihi quam *dudum!* 6, 5: Thais, ego iam *dudum* hic adsum. V, 4, 8: Ite intro: iam *dudum* era vos expectat domi. Phorm. II, 4, 19: Incertior sum multo quam *dudum*. — *Enumquam* Plaut. Cist. I, 1, 88: Sed tu *en unquam* cum quiquam viro Consuevisti? Men. V, 5, 26: Dic mihi, *en umquam* intestina tibi crepant —? Trin. II, 4, 189: O pater, *Enumquam* aspiciam te? Terent. Phorm. II, 2, 15: Cedo dum, *enumquam* iniuriarum audisti mihi scriptam dicam? 3, 1: *Enumquam* quoiquam contumeliosius Audistis factam iniuriam quam haec est mihi? — *Iam* Plaut. Pseud. 1, 5, 7: Atque id *iam pridem* sensi et subolebat mihi. — *Impraesentiarum* Cato R. R. c. 144, 4, v. Iens. purae et impurae lat. collect. p. 17. De *interea* v. Schuetzium doctr. part. p. 225: „significat idem quod *interim, eo temporis spatio, quo aliud quid geritur*, ubi etiam additur nonnunquam *loci*. Deinde transfertur ad rem, quam alia non obstante veram esse pronuntiamus, i. q. *tamen*. Saepe *interea* refertur ad sequens *dum*.“ Liv. Andron. Terei fr. 3, v. 24. Ennii annal. l. I, fr. 57, v. 92. l. VI, fr. 20. l. XVI, fr. 22. Annal. inc. sedis fragm. 83. Achillis fr. 9. Plaut. Most. I, 1, 68. Merc. II, 1, 24. IV, 4, 38. Pers. II, 1, 5. Ter. Eun. V, 2, 55: Vin *interea dum* venit, Domi opperiamur potius quam hic ante ostium? Heaut. IV, 7, 5: Tu hic nos, *dum* eximus, *interea* opperibere. — *Interibi* Plaut. Asin. V, 2, 41: tu *interibi* ab infumo da savium. Pers. I, 3, 85. S. C. de bacchanal. *INTER. IBEI.* De *modo* v. Schuetz. doctr. part. p. 244 sqq.: „Adv. *modo* primum temporale est, notans tempus cum maxime praesens vel vix praeteritum vel proxime futurum. Deinde *modo* significat i. q. *tantum*, *duntaxat*; sic et *modo ut*. *Modo non* est i. q. *tantum non*, beinahe.“ Rectius Handius singulas significationes huius particulae descripsit, quem vide. Significatio temporis autem non primigenia est, ut Schuetzius censet, sed derivata demum. Adde etiam imperativis adiungi *modo*, de qua re vide Handium p. 638 sq. Plaut. Epid. II, 2, 119: Face *modo*. V, 1, 43: ego *modo* sum frater factus huic,

dum eo intro atque exeo? Poen. V, 2, 126: Festivom facinus venit mi in mentem *modo*. Pers. I, 3, 46: (Parasitus) Marsuppium habeat: inibi paullum praesidi, Qui familiarem suam vitam oblectet *modo*, ubi *modo* sec. Gronovium non est *interdum*, sed quod alibi, tantummodo. Terent. Eun. IV, 4, 30: Quam dudum? DO. *Modo*. Heaut. IV, 1, 4: At satis ut contemplata *modo* sis. Phorm. I, 2, 9: *Modo* ut tacere possis. v. 18: *modo non* montis auri pollicens. Hec. III, 5, 8: Advenis *modo?* Adelph. II, 1, 48: Age iam cupio, *modo si* argentum reddat. III, 1, 2. IV, 1, 22: Fuge *modo* intro. — *Mox* Plaut. Bacch. IV, 8, 39: *quam mox* dico 'dabo'? *Nox* = noctu Plaut. Asin. III, 3, 7: *Nox* si voles manebo. — *Numquam* Naev. fr. Equi Troiani: *numquam* hodie effugies quin mea manu Moriare, ad q. l. Klussmannus p. 103: „*Nunquam* maiorem habet negandi vim quam *non* (Donat. ad Terent. Andr. II, 3, 10 et II, 4, 7), certo etiam tempori haud raro adiungitur (Donat. ad Terent. Adelph. IV, 2, 31. Plaut. Asinar. III, 3, 40).“ Ter. Heaut. III, 2, 48: *Numquam* commodius *umquam* erum audivi loqui. De *nunc* v. vol. I. De significatione v. *nunc iam* et *iam nunc* v. Handium. Exempla sunt Plaut. Amph. III, 2, 56: *Iam nunc* irata non es? Asin. prol. v. 1. 4. III, 3, 120. Coniungitur etiam cum *quom maxume*, Terent. Phorm. I, 4, 26: Atqui opus est *nunc quom maxume* ut sis, Antipho. Adelph. IV, 1, 2: *Nunc quom maxume* operis aliquid facere credo. De *nuper* v. Handium. Susenbrotus gramm. p. 120: „Adverbium *nuper* praeteritis verborum iungi postulat, Terentius tamen et cum praesenti iunxit,“ ubi haud dubie respexit locum Heaut. I, 1, 1. De *olim* Handius haec habet: „Primaria significatio est *illo quod definitur tempore, aliquando*. Grammatici igitur nescio an non perspecta causa dixerunt quodlibet tempus hac particula significari. Deinde refertur ad tempus remotum et dicitur de eo, quod aliquo tempore ante est actum, addito ipsius temporis nomine aut eius designatione per particulam *quum*. Nec quidquam refert, utrum tempus sit longinquum an propius. Sed etiam per se significat tempus praeteritum.“ Plaut. Asin. III, 3, 126: An quid *olim* hominist Salute melius?, de quo loco Handius p. 371: „retulerim verba ad ea, quae n. 1 exposui, ut sit certo aliquo tempore, suo tempore: nisi de eo dictum est, quod fieri solet.“ Mil. I, 1, 2: Quam solis radii esse *olim quom sudumst* solent. Grut.: „Est enim *olim* adver-

bium omnium horarum ac temporum." Lind.: „*Olim*, tum. etiam in demonstratione ponitur, ut h. l. Insolentior tamen est notio ea, qua idem notat quod Graecum ποτέ, indefinitum tempus significans." Poen. I, 2, 143: nisi illam mihi tam tranquillam facis, Quam mare *olim*st, *quom* ibi alcedo pullos educit suos. Trin. II, 4, 122: Primum omnium *olim* terra *quom* proscinditur, ad q. l. Lindem.: „*Olim* — *quom*, si quando. *Olim* enim pr. indefiniti temporis adverbium, aliquando." — Dicitur etiam *olim* — *quondam* et *iam olim*. Terent. Eun. II, 2, 15: *Olim* isti fuit generi *quondam* quaestus apud saeclum prius. III, 5, 39: et quia consimilem luserat *Iam olim* ille ludum, v. Ern. Syn. I, p. 370. — *Perpetuo* Plaut. Most. III, 1, 23. Men. V, 9, 88: ut liber *perpetuo* siem. Merc. v. 373. Pers. II, 4, 10. Terent. Eun. V, 8, 13: Numquid — tu dubitas, quin ego nunc *perpetuo* perierim? *Post* legg. XII tab. III, fr. 2: Post deinde. Plaut. Aul. II, 2, 71. Epid. II, 2, 64: Egomet *post*, ubi illas audivi loqui, Coepi rursum vorsum ad illas pauxillatim accedere. Menaechm. III, 2, 8 (= v. 465): *post* adibo atque adloquar. Terent. Andr. V, 4, 33: *post* ibi nunc primum audio Quid illo sit factum. — *Poste* Plaut. Merc. II, 3, 36: *Poste* hac nocte non quievi satis mea ex sententia, h. e. praeterea. Ter. Andr. III, 2, 3: poste deinde. *Postea* Naev. Agitatoria fr. 1, v. 6. Cato ap. Iord. 52, 14. Enn. Epich. v. 9. Ter. Eun. II, 3, 79: quid tum *postea?* Ad. IV, 1, 13: quid *postea?* 5, 26. *Posthac* Cato ap. Iord. 36, 12. Caecil. Stat. Pausimachus fr. 4, v. 140. Ter. Andr. prol. v. 26. Eun. V, 2, 59. *Postidea* Plaut. Cist. caterva v. 3: postidea loci. Truc. IV, 2, 52 dubitat Bergkius Philol. 1861, I, p. 50 utrum scribendum sit Postidea in te manum iniiciam quadrupli, venefica, an Postidea ego te m. ini. *Postilla* Ter. Eun. I, 2, 47. *Postmodum* Ennii Euhemeri fr. 11, 62. *Postremo* Plaut. Epid. IV, 2, 21: *Postremo* (furǯ) haec mea culpa non est. Merc. v. 558. Trin. III, 1, 12: *Postremo* edepol ego istanc ad me rem attinere intellego, ad q. l. Lindem.: „furǯ. Vocabula enim *postremo* et *denique* saepe dicuntur, quum significare vis, nihil cogitationis amplius reliquum esse, rem iam ad liquidum perductam, quasi tu dicas: ut brevibus complectar, ut uno verbo dicam, omnia ad hoc unum redeunt." III, 2, 36: Et *postremo*, nisi me auscultas cett., ubi Lind.: „ut rem in fine complectar, ut sententiam meam breviter explicem." Caecil. Stat. Synephebi fr. 1, v. 204. Terent.

Adelph. III, 4, 38: *Postremo* non negabit. V, 9, 20. *Pridem* Ter. Eun. III, 3, 11: *quam pridem* pater Mihi et mater mortui essent. Heaut. II, 1, 17: Hoc ego mali *non pridem* inveni. *Primum* saepe invenitur non sequentibus part. *deinde, postea*, similibus, v. Herz. ad Caes. p. 397. Ruhnk. ad Ter. Andr. I, 3, 6: *primum* iam de amore hoc comperit. *Quamprimum* Plaut. Truc. I. 2, 68: *Quamprimum* potis est expugnari amator, optumum amicaest. De *quando* v. vol. I, quibus locis adde Plaut. Poen. V, 3, 16: Pol satis, scio, inpetrarunt, *quando* hic hic adest. Sc. ult. v. 12: *Quando* boni estis. v. 26: *quando* ex nervo emissus. Truc. IV, 3, 43: *quando* adest. *Quotannis* Cato R. R. c. 3. *Quotkalendis* Plaut. Stich. I, 2, 3 = singulis Calendis. *Quoties* Cato R. R. c. 1: *Quoties* ibis, *toties* magis placebit. *Quotiescunque* Plaut. Truc. II, 2, 27: Quid tu huc occursas, in urbem *quotiescunque* advenimus? *Sero* Plaut. Men. v. 989: metuo ne *sero* veniam. *Simul* Naev. bell. Pun. l. VI, fr. 3: convenit regnum *Simul* atque locos ut haberet. Plaut. Merc. prol. v. 1: Duas res *simul* nunc agere decretumst mihi. Pers. II, 1, 3: mandata hau consuevi *simul* bibere *una*. Terent. Andr. III, 2, 31: multa concurrunt *simul*. Plautus hoc adverbium saepissime coniungit cum praep. *cum*, cuius rei Balbachius observ. crit. in locos quosd. Plaut. p. 25 haec exempla attulit. Amph. II, 2, 122: Qui ipsus equidem nunc primum istanc *tecum* conspicio *semul*? v. 136: neque istam vidi nisi *tecum semul*. Aul. IV, 4, 28: quis illic est, qui intus alter erat *tecum simul*? Cist. IV, 2, 104: et intro abi *cum istac simul*. Epid. I, 1, 39: simul mecum. Bacch. IV, 1, 4: Utrum aurum reddat anne eat *secum semul*. v. 5: Tu dudum, puere, *cum illac* usque isti *semul*. IV, 2, 9: Vel ut hinc in Elatiam hodie eat *secum semul*. Most. IV, 3, 43: I *mecum*, te obsecro, *una* nunc *simul*. Men. prol. v. 27: Tarentum avexit *secum* ad mercatum *simul*. II, 3, 54: i hac *mecum semul*. V, 1, 36: tecum simul. Ponitur etiam pro *simulac*, *simulatque*. Sic Cato R. R. c. 48: *simul* herbae inceperint nasci. Terent. Phorm. V, 4, 4: Hic *simul* argentum repperit, cura sese expedivit. — *Statim* Plaut. Amph. I, 1, 120: *statim* stant signa, h. e. fixe, perseveranter, cf. v. 84: Nec recedit loco quin *statim* rem gerat. — *Tammodo*, Trin. III, 1, 8: *Tammodo*, inquit Praenestinus, ad q. l. v. Lindem. — *Tandem*. Plaut. Mil. IV, 2, 70: Heu, ecastor nimis vilist *tandem*, ubi Lindem.: „Quasi postquam cupide rem ex-

spectarat, mirabunda dicat: das ist doch endlich einmal wohlfeil." Truc. II, 1, 27: Nam qui male nos agimus *tandem?* Terent. Phorm. II, 1, 1: Itane *tandem* uxorem duxit Antipho iniussu meo? *Tantisper* Plaut. Mil. IV, 2, 31: ego astabo hic *tantisper* cum hac forma et factis sic frustra?, ad q. l. Lindem.: „= tamdiu. Omnia enim adverbia similiter terminata sunt proprie temporis, ut *paullisper* per breve tempus, *aliquantisper* per aliquantum temporis, *quantisper* per quantum temporis." Terent. Heaut. I, 1, 54: Ego te meum esse dici *tantisper* volo, Dum quod te dignumst facies. *Ut* = quum, postquam. Plaut. Amph. V, 1, 10. v. 15: *Ut* iacui exurgo. Mil. IV, 4, 40: *ut* intro haec abierit. Truc. I, 2, 6: ut simitu = simulatque.

28. Complectimur hac paragrapho alia adverbia, quorum usus est singularis. *Affatim* Liv. Andronic. inc. comoed. fragm. 1: *affatim* edi Bibi lusi. Plaut. Poen. III, 1, 31. De *age* vide Handium. Plaut. Most. III, 2, 163: Mane sis videam, ne canis. TH. *Agedum* vide. Terent. Andr. IV, 2, 30: *Age*, veniam. *Aliter* coniungitur cum particula *ac*, *atque*. Terent. Heaut. II, 3, 23: *aliter* tuom amorem *atque* est accipis. Phorm. III, 2, 45: ego isti nilo sum *aliter ac* fui. Adelph. IV, 3, 6: numquam te *aliter atque* es in animum induxi meum. De *aliter — quam*, quod non debebam omittere vol. I, p. 230, vide Handium. De *cedo* vide Handium. Plaut. Amph. II, 2, 146: *Cedo* mi. Capt. IV, 2, 58: *Cedo* manum. Terent. Ad. I, 2, 43: Postremo aut desine aut *cedo* quemvis arbitrum. III, 4, 38: coram ipsum *cedo*. Phorm. II, 2, 15: *Cedo* dum, enumquam iniuriarum audisti mihi scriptam dicam? *Clam* Plaut. Mil. III, 3, 9: Quam sane magni referat, mihi *clam*st. Merc. I, 1, 43: Res exulatum at illam *clam* abibat patris, de quo genitivo v. vol. I, p. 340. Nunc dubito tamen, utrum genitivus *patris* ad *clam* an potius ad *res* pertineat. Truc. II, 5, 7. Coniungitur autem a Plauto non cum ablativo, sed cum solo acc., de quo vide vol. I, p. 213. Ablativi autem exempla, quae olim afferebantur, a recentioribus editoribus omnia emendata sunt. Terent. Andr. II, 6, 13: tum id *clam*. Ad. I, 1, 46: Si sperat fore *clam*, rursum ad ingenium redit. *Cur* (Plaut. Epid. IV, 2, 6 in *Δp* scriptum est *Qur*). Plaut. Rud. II, 4, 21: *Quor* tu aquam gravare amabo —? Truc. IV, 3, 23: *Cur* eum accepisti? Terent. Andr. V, 3, 15: Sed quid ego? *quor* me excrucio? *quor* me macero? *Quor* meam senectutem huius sollicito amentia? Cum

negatione Plaut. Epid. IV, 2, 5: *cur non*, quae ex te nata sit? Pseud. I, 3, 84: Quor non? 5, 76: *quor non* rescivi? Poen. V, 4, 55: *quor* (*Δp quur*) *non* agimus? Terent. Andr. II, 3, 10: Quor non? III, 2, 38: *quor non* dixti extemplo Pamphilo? 4, 2: *Quor* uxor *non* arcessitur? V, 4, 49: *Quor non* illam huc transferri iubes? Eun. I, 2, 7: *quor non* intro ibas? III, 2, 12: *quor non* imus hinc? V, 2, 59: Quor non? Heaut. I, 1, 111: Non possum. CH. *Quor non*? V, 5, 3: *quor non* arcessi iubes Filiam —? Hec. I, 1, 17: *quor non* aut istaec mihi Aetas et formast aut tibi haec sententia? *Cur non* a *quidni* Zumptius ita bene distinguit, ut dicat in *cur non* responsionem requiri, per *quidni* orationem tantum in affirmationem converti, v. etiam Fleckeisenum in Iahnii annal. phil. vol. LXI, sect. 1, p. 27. Plaut. Amph. v. 434 (I, 1, 278): *Quid* ego *ni* negem, qui egomet siem? Mil. v. 554: *Quidni* fateare ego quod viderim? v. 1120: *Quid* ego *ni* ita censeam? v. 1311 (IV, 8, 1): *Quid* ego *ni* fleam? Pseud. I, 1, 94: *Quid* ego *ni* fleam —? II, 2, 57: *Quid* ego *ni* teneam? Truc. IV, 2, 14. *Quippini* sec. Rostium comment. Plaut. p. 142 ab interrogantibus ita usurpatur, ut antecedentia concedantur. Sic Plaut. Aul. I, 2, 3: *Quippeni* (sic Pareus) Ego intus servem?, ubi nescio quid sibi velit Goellerus dicens *quippini* ab hoc loco alienum esse, praeeunte Bothio scribens *quippe nil*. Recte enim docet Lambinus per ironiam haec esse dicta. Bacch. IV, 7, 41: Quippeni? Pseud. I, 3, 127: Quippini? Poen. I, 3, 27. III, 4, 21. 22. 28. 29. 30. 33. Truc. I, 2, 103. II, 4, 60. *Denuo* Ennii Epicharmus fr. 4, v. 4. fr. 7, v. 10. Plaut. Amph. I, 1, 238: Etiam *denuo*? Most. I, 3, 66. Merc. v. 920. Pers. v. 828. Nonnunquam per abundantiam familiaris sermonis additur verbis, quae cum praep. *re* composita sunt, ut Capt. II, 3, 51: Fecisti ut *redire* liceat ad parentis *denuo*, ad q. l. vide Lindem. Terent. Hecyr. prol. II, v. 30: refero denuo. *Dumtaxat* Plaut. Truc. II, 4, 91. De *en* et *ecce* vide Handium. Plaut. Amph. II, 2, 146: *En* pateram tibi: *eccam*. Asin. V, 2, 30: *En* tibi hominem. Capt. II, 3, 13: *en* tibi hominem (vulg. *hem*): eadem verba leguntur III, 4, 8. IV, 2, 79: *En* manum. Curc. I, 2, 27: *En* tibi [hoc], anus lepida (sc. quod bibas). Mil. V, 12: *en* tibi. Terent. Andr. V, 2, 1: *En* Davom tibi (sic Fleckeisen. Vulg. *Hem*). Plaut. Bacch. v. 667: Sed quem quaero, optume *ecce* obviam mihist. Truc. IV, 3, 78: Sed nimium pol opportune *ecce* ab sese egreditur. Plaut. Fragm. Fri-

volar. p. 480, v. 5: ubi rorarii Estis? *en* sunt. ubi sunt accensi? *ecce*. Fragm. Bacchid. p. 487, v. 2: nam et ex mari timida *ecce* ego Pavitare. Fr. Cornicularíae v. 6, p. 479: Circus noster *ecce* adest. De *ecce autem* vide Schuetz. doctr. part. p. 153. Hand. Tursell. I, p. 587. Plaut. Merc. IV, 4, 8: *Ecce autem* perii. v. 52: *ecce autem* haec abiit. Poen. V, 3, 5: *Ecce autem* mala! Terent. Eun. II, 3, 6: *ecce autem* alterum. Phorm. II, 1, 34: *Ecce autem* similia omnia. Ad. IV, 7, 3: *Ecce autem* nova. — *Eccere* Plaut. Amph. II, 1, 4: *Eccere,* iam tuatim Facis [tu], ut tuis nulla aput te fides est, ad q. l. Lamb.: „Iusiurandum est, ac si dicatur, *per Cererem,* ut *Aecastor*. Festus. Id cum significat, *aecere* scribendum est; at *eccere* idem est, quod *ecce*." Lambinum sequens Lindemannus ad Trin. II, 2, 111 discrimen statuit inter *ecere* et *eccere*, sed hoc discrimen fictum est, v. Fleckeisen. exerc. Plaut. p. 48. Mil. II, 2, 52: *Eccere autem* capite nutat. Pers. II, 4, 29: *eccere autem*, Quem convenire maxume cupiebam, egreditur intus. — *Edepol* Amph. I, 1, 125. v. 126: Credo *edepol equidem* dormire Solem, pleonasmus. 3, 12: *Edepol ne* illa si istis rebus te sciat operam dare cett. Terent. Hec. II, 3, 1: *Edepol ne* nos sumus inique aeque omnes invisae viris. — De etymologia et significatione particularum *fere* et *ferme* vide egregie disputantem Handium. Exempla sunt Plaut. Trin. II, 2, 37: tibi fecisti, non mihi: Mihi quidem aetas actast *ferme*, tua istuc refert maxume. Terent. Andr. I, 1, 77: *Ferme* in diebus paucis, quibus haec acta sunt, Chrysis vicina haec moritur. 5, 49: iam *ferme* moriens me vocat. Heaut. I, 1, 70: Domum revortor maestus atque animo *fere* Perturbato. Cum negatione Andr. III, 1, 2: Fidelem *haud ferme* mulieri invenias virum. Heaut. I, 1, 3: haec inter nos nuper notitia admodumst — *Nec* rei *fere* sane amplius quicquam fuit. Etiam ante *plerumque* ponitur, ut ambitum huius verbi circumscribat. (Sic Schuetzius doctr. part. p. 190), ut Phorm. I, 2, 39: hic solebamus *fere Plerumque* eam opperiri. *Fortasse* Plaut. Poen. V, 2, 44: *Fortasse* medicos nos esse arbitrarier. *Hercle* Plaut. Men. IV, 2, 67: Tun negas? MEN. Nego *hercle* vero. Merc. I, 2, 74: hercle certe. V, 4, 10: Tibi *hercle* dicit (sic Ritschl. pro vulg. *ergo*). Terent. Andr. II, 2, 10: Mea quidem *hercle certe* in dubio vitast. — *Iterum* Plaut. Mil. II, 3, 27, = altero loco, vid. Lindem.

In *immo* particula describenda utar ea distributione,

quam fecit Handius. a. Primum respondet per hanc particulam is, qui interroganti alteri prorsus contrarium affirmando opponit, praesertim ubi is, qui interrogat, dubitavit de re, quam alter ex adversa parte confirmat. Eadem est ratio, ubi quis opinionem coniectando anticipat, etiam extra interrogationem. Plaut. Amph. II, 2, 54. 94. Curcul. II, 3, 66: „Dedistin tu argentum?" inquam. '*immo*' [inquit] 'apud trapessitam situmst.' Epid. V, 2, 2: *Immo* edepol tu quidem me miserum habes miseris modis. Bacch. IV, 4, 39: *Immo* tibi ne noceat. v. 67: Pistoclero nulla amicast? MN. *Immo* adest. Bacch. v. 1191: Egon quom haec cum illo adcubet inspectem? BA. *Immo* equidem pol tecum adcumbam. Pseud. I, 5, 128. Pers. I, 3, 55: Tun' illam vendas? TO. *Immo* alium adlegavero Qui vendat. IV, 3, 27: *Immo* ad te attinent. 4, 61: quid, si hic non volt me adesse una? SA. *Immo* i modo. 7, 11: Tibine ego? *immo* servolae. Truc. III, 2, 28: *Immo* nil dico. Terent. Andr. V, 3, 16 sqq.: Quor meam senectutem huius sollicito amentia? An ut pro huius peccatis ego supplicium sufferam? *Immo* habeat, valeat, vivat cum illa. Eun. III, 5, 60. Heaut. IV, 3, 27. V, 1, 38: istuc times quod ille operam amico dat suo? CH. *Immo* quod amicae. Phorm. IV, 3, 35. V, 9, 54. Hec. V, 3, 11: curre ad Pamphilum. — Dic me orare ut veniat. PA. Ad te? *Immo* ad Philumenam. b. Plerumque accedit amplificatio. Qui respondet, affirmat rem non modo non parvam, sed magnam vel maximam esse. Quare vulgo accipiunt pro *potius* vel *quin potius*. Plaut. Cas. II, 8, 19: *immo* edepol me quam te minus. Pseud. I, 5, 80: Numquid, Simo, peccatumst? SI. *Immo* maxume. II, 4, 20: *Immo* utrumque. IV, 6, 17: Set convenistine hominem? BA. *Immo* ambos semul. Rud. v. 960: dimidium volo dicas. GR. *Immo* amplius etiam. Truc. I, 2, 87: *Immo* edepol melius iam fore credo, te ubi videbit. v. 91: *immo* unice unum. Terent. Andr. I, 2, 30: Quid, hoc intellextin? an non dum etiam ne hoc quidem? DA. *Immo* callide. III, 5, 12: Expedies? DA. Certe, Pamphile. PA. Nempe ut modo. DA. *Immo* melius spero. IV, 1, 5: Idne est verum? *immo* id hominumst genus pessumum, Denegandi modo quis pudor paulum adest. Eun. III, 1, 19: sic homost: Perpaucorum hominum. GN. *Immo* nullorum arbitror. Phorm. I, 2, 96: Non multum habet Quod det fortasse? GE. *Immo* nil nisi spem meram. II, 3, 72. Hec. I, 2, 31. III, 4, 22 sqq.: Quid cessas? PAR. Quid vis

dicam? an conveniam modo? PAM. *Immo* quod constitui hodie conventurum eum, Non posse, ne me frustra illi expectet. vola. c. Revertit haec particula quaestionem in eum, qui quaesivit. Quae est elliptica forma. Plaut. Amph. I, 1, 194. d. Sic fit ea formula, in qua quis miratur, alterum aut quaerere de re, quae certa sit, aut opinione falli vero contraria. Curc. I, 1, 59. Bacch. II, 2, 28 sqq.: ecquidnam meminit Mnesilochi? PI. Rogas? *Immo* unice unum plurumi pendit. CH. Papae. PI. *Immo* ut eam credis? misere amans desiderat. e. Hoc modo igitur in colloquiis reiicitur quaevis sententia, non tantum interrogatione proposita, dum ab altera parte aliud vel contrarium effertur aut affirmatur. Indicat particula saepe eum, qui loquitur, non acquiescere in iis, quae alter dixit. Amph. II, 2, 103. V, 1, 32: Haec sola sanam mentem gestat meorum familiarium. BR. *Immo* omnes sani sunt profecto. Asin. V, 2, 72. Capt. II, 2, 91. III, 4, 35. Curc. II, 3, 56: Perdis me tuis dictis. CU. *Immo* servo et servatum volo. Cas. II, 3, 31. Epid. II, 2, 20: *Immo* adquiesce. v. 97: *Immo* docte. III, 3, 49: *Immo* haec east. Bacch. III, 6, 42: *Immo* ibo. Merc. I, 2, 60: Tandemne indignus videor? CH. *Immo* dignus. Pseud. I, 1, 29: Lege vel tabellas redde. PS. *Immo* enim pellegam. v. 31: At tu cita. CA. *Immo* ego tacebo: tu istinc ex cera cita. IV, 1, 14: Ambula ergo cito. SI. *Immo* otiose volo. v. 24: Iuppiter te mihi servet. SI. *Immo* mihi. Poen. I, 1, 23: *Immo* mihi. Rud. III, 5, 7 sq.: Iubedum recedere istos ambo illuc modo. DAE. *Immo* ad te accedent. IV, 3, 55 (= v. 994): Nullus est. GR. *Immo*st profecto. 4, 16 sq.: Eloquar. GR. *Immo* ego eloquar. Truc. II, 4, 68: *Immo* hercle vero adcubuo mavelim. IV, 2, 39: *Immo* istuc ad vos. v. 40: *Immo* opperire. 4, 19: *Immo* amabo, ut hos dies aliquos sinas Eum esse apud me. V, v. 59: *Immo* tu prior perde et peri. Terent. Andr. III, 2, 43: *Immo* abi intro. Eun. IV, 6, 21. V, 2, 38. Heaut. I, 2, 23. Phorm. II, 2, 23 sq.: Non pote satis pro merito ab illo tibi referri gratia. PH. *Immo* enim nemo satis pro merito gratiam regi refert. Hec. III, 5, 13: Quidquid est id, quod reliquit, profuit. LA. *Immo* obfuit. f. Sed corrigitur etiam hac particula alterius opinio et ad verum reducitur, quod quasi in adversa parte conspicitur. Sic negatur et reprimitur id, quod alter dixit. Sententia est: *non ita, sed potius*. Plaut. Amph. I, 1, 211 sq.: Advenisti, audaciai columen,

consutis dolis. SO. *Immo* equidem tunicis consutis huc advenio, non dolis. v. 233. 3, 40. Aul. IV, 10, 1: *immo* ego sum et misere perditus. Capt. IV, 2, 77: Tum tu mi igitur erus es. ER. *Immo* benevolens. Cist. II, 1, 39: *immo* mater quidem. 3, 23: *Immo* fuit. Bacch. I, 2, 38: *Immo* neque habetis neque sinam. II, 2, 43: *Immo* etiam prius. V, 2, 58: *Immo* ego te oro ut me intro abducas. Most. III, 2, 41: Vino et victu, piscatu probo, electili Vitam colitis. TR. *Immo* vita antehac erat. Mil. II, 5, 32: Mala's. PH. *Immo* ecastor stulta multum, quae vobiscum fabulem. Merc. IV, 3, 36: *Immo* haec sequestro mihi datast. Pseud. II, 2, 15: Quasi te dicas atriensem. PS. *Immo* atriensi ego inpero. v. 30: *Immo* adest. Poen. V, 4, 61: *Immo* hercle dixi, quod volebam. Truc. V, 65. Terent. Andr. I, 1, 3: *Immo* aliud. Qui loquitur se ipsum corrigit Plaut. Cist. II, 1, 45: *Immo*, mulier, audi, meam ut scias sententiam. g. Removetur hoc modo etiam quaevis dubitatio. Affirmatio enim evadit ex reiecta sententia aliena. Id praesertim post interrogationem negativam fieri potest. Plaut. Aul. II, 1, 39: *Immo*, siquid vis, roga. Bacch. IV, 8, 49 sqq.: Iam dudum hercle equidem sentio, suspitio Quae te sollicitet: eum esse cum illa muliere. CL. *Immo* est quoque. Most. III, 3, 4: Ecquid placeant, me rogas? *immo* hercle vero perplacent. Pseud. II, 4, 37 sq.: Si servos est, Numquid refert? PS. *Immo* multo mavolo quam liberum. Terent. Andr. III, 3, 18: *Immo* ita volo itaque postulo ut fiat. h. Ubi quis ironice est locutus aut narravit aliquid esse simulatum, alter per hanc particulam affirmat rem non in dubium venire aut non tantum specie constare. Plaut. Epid. III, 3, 39: *Immo* ita decet. Terent. Eun. III, 1, 18: Hui, Regem elegantem narras. TH. *Immo* sic homost. i. Ponitur fere ab initio enunciationis, sic Plaut. Aul. II, 2, 84: *immo* pol optuma, sed interdum aliud vocabulum ei praeponitur. Sic Aul. IV, 10, 35: Pernego *immo* cett. Capt. II, 2, 104: Optuma *immo*. k. Comicis usitata est dictio *immo si scias*, *immo si audias*, quo colloquentium alter alteri maius opinione vel peius quid nondum cognitum indicat eique contrariam sententiam suadet. Interdum non absolvitur sermo et sententia intelligitur: immo si scias, mutabis sententiam tuam, sive, si scias, non amplius quaeres. Epid. III, 4, 15: Immo, si audias. Bacch. IV, 4, 47: *Immo si audias* quae dicta dixit me advorsum tibi. Terent. Eun. II, 3, 64: Immo si scias. l. Notandum vide-

tur, quomodo huic particulae succedat *etiamsi* in confirmanda sententia, remotis iis, quae obstare videntur. Plaut. Epid. III, 4, 81. m. Quae usque adhuc explicui, reiiciunt aliena dicta et affirmant contraria. At sunt loci, in quibus *immo* eam ipsam sententiam, quam colloquentium alter proposuit, confirmare videatur. Unde quidam existimarunt adversativam hanc particulam esse affirmativam. Scilicet possunt ea, quae aliquis dixit, ab altero accuratius definiri aut accumulari ita, ut prior sententia non perstet, sed reformetur. Neque alio modo is, qui ironice loquitur. Aul. II, 4, 28: *Immo* equidem credo. III, 6, 9: *immo* est. IV, 10, 51: *immo* eccillam domi. Epid. II, 2, 80: *Immo*, si placebit, utitor. Bacch. II, 2, 31. 3, 41. 106. Men. V, 7, 18 sqq.: Obsecro te, quisqui's, operam mi ut duis, Neu sinas in me insignite fieri tantam iniuriam. ME. *Immo* operam dabo et defendam et subvenibo sedulo. Mil. II, 5, 52: Visanest ea esse? PA. *Immo* edepol plane east. Pseud. I, 3. 90. IV, 1, 39: *Immo* si ecfexis, tum faxo magis [id] dicas. Poen. III, 3, 56. V, 6, 23: *immo* haut multo post in ius veneris. Pers. IV, 7, 9: Credidi gratum fore Beneficium meum aput te. DO. *Immo* equidem gratiam tibi, Toxile, habeo. Truc. II, 4, 22. Terent. Eun. IV, 7, 42: Credin? GN. *Immo* certe. Andr. III, 3, 18: *Immo* ita volo itaque postulo ut fiat. Potest inversa negatione redire oratio ad affirmationem: tamen non mutat naturam suam particula. Plaut. Cas. II, 6, 51: *Immo* mihi hercle. n. In indignatione mirantur Germani rem incredibilem adhibita negatione nein. Ita etiam Latini. Terent. Andr. IV, 1, 5: Idne est verum? *immo* id hominumst genus pessumum. 2, 25: *Immo* etiam Narrationis incipit mi initium. o. Pergit Handius: „Iam quaeram possitne unum vocabulum *immo* negationem vel oppositionem praestare. Equidem non puto id fieri posse, nisi adiectum sit aliud vocabulum affirmandi: *immo vero, immo hercle*: quae dicuntur pro *certe, profecto*. Si qui apud comicos hoc modo loquuntur, sermo interpellatur aut aliena cogitatione abrumpitur. Potest autem antecedere aliud verbum interiectum". Exemplis Handii adde Bacch. II, 2, 33. p. Duae quum potestates in hoc vocabulo conspirent, earum utraque poterat aliis vocabulis adiectis augeri. Adduntur igitur particulae affirmationis gravissimae *edepol, hercle* et quod simul adversativam aliquam vim in se habet *vero*, unde *immo vero* exsistit, quo oratio aut repugnare oppositis aut ad ma-

iora adscendere solet. Plaut. Capt. II, 2, 37. v. 39: tenaxne pater est eius? PH. *Immo edepol* pertinax. Epid. V, 2, 2: *Immo edepol* tu quidem me miserum habes miseris modis. Pseud. IV, 7, 102: *Immo edepol* esse vis. Asin. III, 3, 26: Immo hercle vero. Cas. V, 4, 16: *Immo hercle* illius. Bacch. II, 2, 33. Men. IV, 2, 93. Merc. IV, 4, 19: *Immo hercle* tu istic ipsu's. Rud. IV, 3, 47 (= v. 986): *Immo hercle* haut est. 4, 53: *Immo hercle* insignite inique. V, 3, 13. Terent. Eun. III, 5, 14. Adelph. III, 4, 37. V, 8, 5: Immo hercle. Plaut. Bacch. IV, 4, 21: *Immo vero* nimis multo minus [quam] parum. Most. III, 2, 79: Immo edepol vero. Pseud. II, 2, 13: *Immo vero* ego eius sum Subballio. v. 40. III, 2, 84: *Immo edepol vero* [sum] hominum servator magis. Poen. I, 1, 72: *Immo vero* sane commode. Terent. Andr. V, 2, 13: *Immo vero* indignum cett. Phorm. V, 9, 58: immo vero. Hec. IV, 4, 104: *Immo* abi *vero*. V, 4, 37. q. Ut magis appareat alterius rei dignitas, additur *potius*, cuius significatio in eumdem sensum convenit. Ubi *magis* legitur, pertinet hoc ad aliud verbum. Plaut. Asin. V, 2, 90. Rud. IV, 8, 2. Terent. Eun. III, 1, 46: *Immo* auge *magis* suspitionem. r. Quoniam in demonstrando contrario argumentum potest vel sententiae vel veritatis documentum comprehendi, coniungitur *enim*. *Immo enim* est contrarium potius valet: nam —. Gravior affirmatio accedit per *enimvero*. Terent. Andr. V, 1, 4: Immo enim. Phorm. II, 2, 24: Non pote satis pro merito ab illo tibi referri gratia. PH. *Immo enim* nemo satis pro merito gratiam regi refert. Plaut. Capt. III, 4, 76. Terent. Eun. II, 3, 38: *Immo enim vero* infeliciter. Phorm. III, 2, 43: Sic hunc decipi! DO. *Immo enim vero*, Antipho, hic me decipit. s. Affirmatio adiicitur distinctior subiuncta particula *etiam*: nisi ea ad aliud nomen pertinet. Plautus composuit verba *immo — quoque*. Plaut. Bacch. II, 3, 82: Immo etiam. Merc. IV, 3, 33: *Immo etiam* scio. Poen. I, 2, 60: *Immo etiam* ubi expolivero cett. v. 102. Rud. II, 4, 23: *Immo etiam* tibi cett. IV, 4, 79: *Immo etiam* nunc peto. Terent. Andr. IV, 1, 31. 49. 2, 25. Phorm. V, 6, 37. Plaut. Bacch. IV, 8, 51: *Immo* est *quoque*. t. *Immo adeo* uno legitur loco Plautino, Truc. I, 2, 100: *Immo adeo*, ut nuntiatumst cett. — Incertum quorsum referendum Plaut. fragm. Vidular. p. 484, v. 13: *Immo* id quod haec nostrast patria.

Licet naturam particulae affirmativae accepit Plaut. Rud.

IV, 6. *Ne* particula affirmativa plerumque pronominibus praeponitur sive personalibus sive demonstrativis, v. Rudd. p. 312, Faern. et Bentl. ad Terent. Andr. prol. v. 17. Nonnunquam anteponitur particulae *ne* v. *edepol.* Plaut. Amph. I, 3, 12: *Edepol ne illa* si istis rebus sciat cett. Bacch. III, 6, 16: *Edepol ne tu* illorum mores perquam meditate tenes. Pseud. IV, 7, 116: *Edepol ne istuc* magis magisque metuo. Truc. IV, 3, 79. 4, 39: *Ne istum* ecastor hodie haud hastis confexim, at fallaciis. Terent. Hec. V, 3, 1: *Edepol ne nos* sumus inique aeque omnes invisae viris. Adelph. IV, 2, 1: *Ne ego* homo infelix. — *Nempe,* ut Handii verbis utar Tursell. IV, p. 155, significat rem esse apertam et certam, quae vel per se vel per alias res intelligatur et constet extra dubitationem. Sed propria est haec particula colloquii. Utar distributione Handii. a. Primum igitur *nempe,* vocabulum colloquii, indicat claram esse et affirmandam rem ex alterius, qui colloquitur, sententia vel mente. Ex alterius enim verbis ducitur argumentum, vel additur iis, quae dicta erant, affirmatio, quo sensu accipienda sint. Particula enim vim habet verborum *est ita, negare non potes,* vel quod interrogatione exprimitur in colloquio: *estne ita*? Saepe componuntur verba *nempe dicis* et similia. Plaut. Curcul. I, 41 sq.: Etiam [tu] taces? PA. *Nempe* obloqui me iusseras. Mil. glor. I, 1, 16: Memini: *nempe* illum dicis cum armis aureis cett., ad q. l. Lindem.: „Notissima est haec particulae *nempe* vis assentiendi. Cf. nos ad Cic. Brutum c. 3. sub fin., ubi est: nempe eum dicis, inquit, quo iste omnem rerum memoriam breviter — complexus est. Cf. etiam Dousa Plaut. expl. III, 7.“ Merc. IV, 4, 20: *Nempe* uxor rurist tua. v. 36: *Nempe* me hinc abire vis. Terent. Andr. II, 2, 34: *nempe* huic prorsus illam non dat. Phorm. II, 1, 80: *Nempe* ad Pamphilam. b. Sed dicitur etiam de re, quae per se constat sive quae aperta nullam admittit negationem. Modo igitur refertur ad intelligentiam, cui nihil obstat: modo id spectat, quod vel sine exceptione vel non addita conditione affirmari debet: modo simpliciter affirmat: *re vera.* Plaut. Pseud. I, 2, 18: *Nempe* ita animati estis, vincere duritia tergi hoc atque me. Rud. II, 5, 19: *Nempe* optumo [me] iure in vinclis enicet Magistratus. Terent. Andr. II, 3, 13: *Nempe* hoc sic esse opinor. III, 3, 35: *Nempe* incommoditas denique huc omnis redit. c. Occupatur per hanc particulam sententia ex certa coniectura, quae dicitur res sine dubio esse. Nihil

tamen obstat, quominus sequantur, quae negant. Terent. Andr. I, 1, 3. d. Adhaeret saepe conclusio, quae ideo est firmior, quod certo et aperto argumento nititur. Sic ponitur *nempe* in apodosi. Plaut. Pers. I, 1, 46: *Nempe* habeo in mundo. Terent. Eun. I, 2, 78: *Nempe* omnia haec nunc verba huc redeunt denique. e. De *nempe* in interrogatione posito v. § 16 f. — f. Interrogatione facta respondent Latini affirmando per *nempe*, quando res ipsa videtur aperta aut omnibus nota aut necessaria esse. Est igitur *sine dubio, re vera, plane.* Saepe apud poetas et oratores ita fit post interrogationem rhetoricam, quasi nulla aut inepta videatur causa quaerendi: idcirco vis est particulae, ut cogitetur: noli ita quaerere: nam apertum est, nam vide: quod saepe lenem irrisionem in se habet. Plaut. Mil. IV, 4, 27: *Nempe* ut adsimulem me amore istius differri. Rud. II, 7, 7: *Nempe* meae? SC. *Nempe* nescio istuc. v. 9: *Nempe* puellae? SC. *Nempe* molestu's. Terent. Eun. III, 5, 15: Nostin hanc, quam amat frater? AN. Novi; *nempe*, opinor, Thaïdem. g. Saepe haec particula, inprimis in colloquiis, inservit irrisioni et cavillationi et dissimulationi, quam ironiam vocant. Affirmatur enim, quod approbari non poterit. Plaut. Cas. II, 3, 18: *Nempe* ita, ut tu mihi's. Terent. Andr. III, 5, 12: *Nempe* ut modo. h. *Nempe enim* invenitur Plaut. Trinumm. I, 2, 23: *Nempe enim* tu, credo, me inprudentem obrepseris, de quo vide Ritschelium prolegom. p. 75. — *Nimirum*, ut recte dicit Handius Tursell. vol. IV, p. 203, compositum est ex *ni*, pro *ne* ut in *nisi*, *nihilum* dictum, et *mirum*. Quare significat proprie *non mirum*. Donatus ad Terent. Eun. III, 3, 2: „solve *nimirum*, et fac, *non est mirum*. — Nam *ni ne* significat et *ne non*.“ Plaut. Aul. II, 8, 23: *Nimirum* occidor, ni intro huc propero currere. Terent. Eun. II, 2, 37: *ni mirum*, hisce homines frigent. III, 3, 2: quanto magis magisque cogito, *Ni mirum*, dabit haec Thaïs mihi magnum malum. IV, 7, 14: *Ni mirum*, consilium illud rectumst de occludendis aedibus. — *Oppido* = valde, v. Non. et Fest. Plaut. Amph. I, 1, 143: *Oppido* interii. — *Paene* Ennii heduphagetica v. 8. *Partim* Cato R. R. c. 5, 6: bubulcis obsequitor *partim*, quo lubentius boves curent. 6, 5: circum coronas et circum vias ulmos serito et *partim* populos. Or. de ambitu ap. Prisc. V. p. 668 P.: sed sunt *partim* qui cett. = nonnulli, pars. Ennii annal. l. XVI, fr. 20: *partim* requiescunt. Terent. Hec. prol.

2, v. 7: *Partim* sum earum exactus, *partim* vix (*vix* Fleckeisen., Ritschl. parerg. p. 187 *non*) steti. Hec. III, 3, 3: Unde exordiar narrare, quae nec opinanti accidunt; *Partim* quae perspexi his oculis, *partim* quae accepi auribus. — *Pol* Plaut. Amph. I, 1, 215: At *pol* profecto ingratiis. Cas. II, 6, 18: Per *pol* saepe peccas. Taubm.: „Servius I. Aen.: *Pol* per se plenum est iurantis adverbium, cui praepositio separatim nunquam cohaeret. Ter. Hec. I, 1, 1: *Per pol* quam paucos reperias, = perquam paucos." Plaut. Poen. V, 3, 16. Caecil. Stat. fr. Plocii 4: Soletne mulier decimo mense parere? — *Pol* Nono quoque atque octavo atque etiam septimo. Terent. Andr. IV, 4, 31: Dis *pol* habeo gratiam. Adelph. III, 4, 4. — *Praesertim* Caecil. Stat. Titthe fr. 1: *Praesertim* quae non peperit, lacte non habet. De *praeterquam* v. vol. I, p. 232. Adde Cato lib. I orig. ap. Festum p. 162 M. (Iordan. 8, 17). Plaut. Merc. I, 1, 94. Pers. III, 1, 38: Virgo atque mulier nulla erit, quin sit mala, Quae *praeter* sapiet *quam* placet parentibus (= plus s. aliter). *Praeterpropter* Cato ap. Gell. XIX, 10 (cf. Lion. 87). Ennii Iphigeniae fr. 4, v. 259 (Gell. XIX, 10): Incerte errat animus, *praeter propter* vitam vivitur. — *Proin* Ennii Telephi fr. 8. Plaut. Bacch. IV, 9, 138: *proin* tu quaeras qui ferat. *Proinde* Naev. Lycurg. fr. 21. Naev. fr. inc. trag. 11. Plaut. Pers. IV, 4, 21. Trin. I, 2, 27: Edepol *proinde* ut diu vivitur, bene vivitur. Truc. II, 3, 3: Si *proinde* amentur mulieres, diu quam lavant. Terent. Heaut. I, 1, 13: *proinde* quasi nemo siet, Ita tute illorum officia fungere, ubi Ruhnk.: „*Proinde* ponitur pro perinde." Phorm. II, 3, 35: *Proinde* expiscare, quasi non nosses. — *Propemodo* Plaut. Trin. III, 3, 50: Teneą iam? CA. *Propemodo*, atque ausculto perlubens. — *Propterea* Ennii Medeae exulis fr. 5, v. 286. Plaut. Merc. V, 4, 15. — *Quamvis*. In Cn. Marcii vatis carmine ap. Festum legitur: *quamvis* moventium duorum negumate. Ingeniose Scaliger: quamvis induitium duonum, negumate, h. e. quamvis initium bonum sit. Cato R. R. c. 1: Scito idem agrum quod hominem, *quamvis* quaestuosus siet, relinquere non multum. Plaut. Epid. I, 1, 14: audacter *quamvis* dicito. Most. v. 411. Men. II, 2, 43: *Quam vis* ridiculus est, ubi uxor non adest. Merc. IV, 1, 21: *Quamvis* insipiens. 3, 27. Pseud. IV, 7, 79: *quamvis* pernix hic homost (= admodum). Rud. II, 3, 42: *quamvis* fastidiosus Aedilis est, ad q. l. Gronovius: „i. e. admodum fastidiosus." Terent.

Adelph. II, 4, 15: *Quamvis* etiam maneo otiosus hic. — *Quapropter* Ennii Alexandri fr. 6. Plaut. Most. I, 3, 51. 116. II, 2, 52. III, 2, 140. Men. V, 1, 14. Pseud. I, 5, 83. Truc. II, 4, 37: *Quapropter*, o mea vita? Terent. Adelph. III, 2, 44. — Particula *quasi*, composita ex *quam si*, *si* coniunctionem in se comprehendit et coniungitur propterea cum coniunctivo, saepissime tamen in enunciatione contracta ponitur omisso verbo, ad quod *si* pertinet. Naev. Tarentilla fr. 2, v. 74: *quase* pila In choro ludens datatim dat se et communem facit. Naev. fr. inc. com. 22: Haec quidem hercle, opinor, praefica est: *quasi* mortuum collaudat. Plaut. Amph. prol. v. 115: Set ita adsimulavit se *quasi* Amphitruo siet. Capt. II, 2, 36: Videlicet propter divitias inditum id nomen *quasist*?, ubi sec. Lind. ad Mil. II, 2, 14 *quasi* significat: *ut videtur*, *ut coniicio*. Curcul. I, 1, 51: Tam a me pudicast *quasi* soror mea sit. Epid. III, 3, 7: Vel *quasi* egomet quidem, ad q. l. Taub.: „= *αὐτίκα*, exempli causa, Ut ego ipse, qui.“ Pers. I, 1, 11: Set *quasi* lippo oculo me erus meus manum abstinere hau quit tamen, v. Alciat. Rud. I, 2, 11: *Quasi* me tuum esse servom dicas, Daemones. III, 2, 46: Proripite hominem pedibus huc *itidem quasi* occisam suem. Stich. IV, 1, 33 sqq.: Fuit olim, *quasi* [nunc] ego sum, senex: ei filiae Duae erant, *quasi* nunc meae sunt. eae erant duobus nuptae fratribus, *Quasi* nunc meae sunt vobis, ad q. l. Taubm.: „Huius particulae vis omnis non omnibus est nota. Veteres autem hac saepe utebantur *συγκριτικῶς* et comparate, pro *quemadmodum*, *veluti*, *ut*. Ita h. l. et in Ter. Adelph. [IV, 7, 21]: Ita vitast hominum, *quasi* quom ludas tesseris, i. e. ut si ludas.“ Plaut. Stich. IV, 1, 46: Quis istuc, quaeso? an ille *quasi* ego? AN. Is ipse *quasi* tu. Truc. II, 5, 22. Plaut. fragm. Abroicus p. 475: *Quasi* lupus ab armis valeo. Fragm. Cistell. p. 476, v. 8: Non *quasi*, *ut* haec sunt cett. Ibid. p. 477, v. 12: *quasi* tolleno, vel Pilum Graecum reciproces plana via. Caecil. Stat. Plocium fr. 1, v. 146: Qui *quasi* ad hostis captus liber servio salva urbe atque arce. Terent. Eun. III, 2, 8: Adibo atque adsimulabo *quasi* nunc exeam. Nonnullis locis *quasi* etiam post comparativum positum est, qua de re v. Haas. ad Reisig. p. 426. Sic Plaut. Aul. II, 2, 54: Tu me bos *magis* haud respicias, gnatus *quasi* nunquam siem, ad q. l. Goell.: i. e. quam si. Id ipsum *quam si* repositum vult Sciopp. susp. lectt. p. 199 vel praefert lectionem Langianorum:

gnatus quam nunquam siem, vocula si eleganter, ait, omissa. At vulgatam pro *quam si* positam tuetur Acidal. divin. Plaut. ad Trinumm. p. 511." Alterum exemplum est Mil. II, 6, 2: *Plus* curat *quasi* non servitutem serviat?, ad q. l. Lindem.: „*Quasi*, quod legendum esse pro vulgato *quam si* versus praecipit viditque Acidalius, post comparativum etiam locum habere hoc exemplum non dubium ostendit." Numeralibus additum significat *fere*, *circiter*. Sic Most. III, 1, 95: Huice debet Philolaches — *Quasi* quadraginta minas, v. Taubm. Terent. Heaut. I, 1, 194: mercedem *quasi* talenta ad *quindecim* Coëgi, ad q. l. vide Ruhnk. Non obliterata significatione v. *si*, quae in *quasi* continetur, sed item per contractam orationem sive ellipsin dicitur etiam *quasi si*. Sic Plaut. Amph. V, 1, 26: Non secus est *quasi si* ab Acherunte veniam, ad q. l. Lindem.: „*Quasi si* Plauto usitatius est [quam *quam si*] post vv. *aeque*, *secus*, similia. Eandem formulam etiam alibi Plauto restituendam putem. In qua formula v. *quasi* pro *tanquam* accipi coeptum est, quemadmodum particula *nisi*, neglecta *si* coniunctione, exclusionis tantum vim retinuit. qua de causa postea, ubi coniunctione opus esset, *si* denuo additum." Asin. V, 1, 11: Putem ego quem videam esse maestum, *quasi* dies *si* dicta sit? Cas. prol. v. 46: *Quasi si* esset ex se nata, non multo secus.

Quidem restringit eoque intendit notionem enunciationis. Inprimis frequenter adiungitur pronominibus, maxime demonstrativis, sed etiam coniunctionibus, ut *cum*, *ut*, *si*, *nisi*. Maior vis additur particulae apposito *certe*: denique etiam *et quidem* dicitur ad unam notionem intendendam. v. Reisig. p. 454 ibique Haas. adnot. 429. Plaut. Amph. I, 1, 261: Hic *quidem certe* quae illi sunt res gestae memorat memoriter. Epid. II, 2, 74: Nam *ille quidem* aut iam hic aderit, cett. Mil. II, 4, 9: Eri concubinast *haec quidem*. IV, 6, 68: Nauclerus *hic quidem*st. Poen. V, 4, 29: Iam diu edepol tuam sententiam *haec quidem* abusast. Terent. Heaut. III, 3, 5: *istaec quidem* contumeliast. Adelph. III, 4, 23: nam *hoc quidem* ferundum aliquo modost. Plaut. Capt. II, 2, 57: *Et quidem* si proinde ut ipse fui imperator familiae Habeam dominum, non verear cett. Cist. I, 1, 89: *Nisi quidem* cum Alcesimarcho, nemine. Trin. II, 4, 28: *Ut quidem* illut perierit, ad q. l. Lindem.: „Particula *quidem* saepe cum quadam ironia ea sententia, qua *scilicet*, *nimirum*, ponitur." Licinius Imbrex Neaera v. 2: *Cum quidem* Mavorti

es in conubium data. — De *equidem*, quod non est contractum ex *ego quidem*, bene exposuit Handius, quare exempla nonnulla attulisse satis habeo. Plaut. Amph. I, 1, 255. Aul. II, 1, 18: decet *equidem* vera proloqui. 2, 38: Certe edepol *equidem*. Capt. II, 3, 34: Nam *equidem* nisi quod custodem habeo liberum me esse arbitror. Epid. IV, 2, 33: Adulescentem *equidem* dicebant emisse. Bacch. III, 3, 15. Men. II, 3, 18: *equidem* tecum, h. e. profecto tecum. Merc. III, 1, 10: Namque edepol *equidem* — non didici baiolare. IV, 3, 10: *Equidem hercle* oppido miser, de quo loco disputans Fleckeisenus exerc. Plaut. p. 20 sq. dicit: „frequens est apud Plautum *equidem hercle*, velut in hac ipsa fabula III, 3, 5.“ Pers. IV, 3, 76 Ritschelius scripsit *et quidem* secutus Bothium. Rud. IV, 4, 33: *Equidem* ego neque partem posco. Terent. Andr. V, 2, 17: Quid nam adportas? DA. Nil *equidem*. Eun. II, 3, 32. III, 5, 49.

De adverbio *quin* optime exposuit Haasius ad Reisig. adnot. 492. Ortum autem est ex ablativo pronominis interrogativi et antiqua negatione *ne*. Quapropter primum in interrogationibus adhortantibus ponitur, ut idem sit quod *quidni*. In quibus quum insit vis imperativi, usurpabatur etiam cum prima persona coniunctivi praesentis et cum imperativo. Ex hac significatione demum fluxit ea quae intensiva vocari potest, ut fere idem sit quod *adeo*, quae significatio ex contracta orationis forma explicanda est. Non pertinet autem huc coniunctio *quin*, quae cum coniunctivo coniungitur, orta illa ex abl. pronominis relativi et negatione *ne*. a. *Quin* in interrogationibus positum. Livius Andronicus Aegisthi fr. 8: *Quin* quod parere mihi vos maiestas mea Procat (h. e. poscit), toleratis —? Plaut. Amph. III, 2, 37: *Quin* huc adducis meum cognatum Naucratem —? Asin. I, 1, 15: *Quin* tu ergo rogas? II, 1, 6: *Quin* tu aps te socordiam omnem reicis —? 2, 25: *Quin* ego hanc iubeo tacere, quae loquens lacerat diem? v. 59: *Quin* rem actutum edisseris? v. 113: *Quin* tuum officium facis ergo ac fugis? III, 3, 7: *quin* tu hic manes? v. 69: *Quin* tu labore liberas te atque istam inponis in me? v. 71: *Quin* tradis huc cruminam erum pressatum? v. 90: *Quin* ad hunc — adgredimur —? V, 1, 21: *Quin* tu ergo hilarum das mihi? 2, 18: *Quin* tu illam iubes ancillas rapere sublimem domum —? Aul. V, v. 8: *Quin* ego illi me invenisse dico hanc praedam atque eloquor? Capt. III, 4, 60: *quin* fugis? v. 103: *quin* quiescis? Cas. II, 4, 6: *Quin*, si ita arbitrare,

emittis me manu? ST. *Quin* id volo. III, 4, 9. V, 2, 24: *quin* tu pergis? Epid. II, 2, 120: *quin* tu is intro atque huic (Δp atque hic, vulg. huc, huic Bothius) argentum promis? III, 4, 40. 43. V, 1, 9: *Quin* tu mihi adornas ad fugam viaticum —? Bacch. II, 3, 11. 24. IV, 9, 126: *Quin* ego istic quod perdundumst properem perdere? Most. V, 2, 10: *Quin* venis? Menaechm. II, 1, 22: *quin* nos hinc domum Redimus —? IV, 1, 3: *Quin* tu taces? 2, 75. v 97: *quin* refers pallam domum? V, 1, 47: *quin* respicis? 5, 14. 17. 18. 9, 55. Mil. II, 5, 16: *Quin* ego hoc rogem quod nesciam? IV, 4, 47: *quin* tu dicis quid facturus sum? So sage doch nur. Merc. II, 3, 50: *Quin* ego hunc adgredior de illa? CH. *Quin* ego hinc me amolior? 4, 26: *Quin* taces? III, 3, 21: *quin* ergo imus atque obsonium Curamus, pulcre ut simus? 4, 25: *Quin* tu illud potius nuntias quod nescis? IV, 1, 5: *quin* is ocius? 3, 25: *Quin* dicis? LY. *Quin* si liceat. 4, 33: *Quein* abeis? V, 2, 53: *Quin* commostras, si vides? v. 54: Ergo ego *quin* videam facis? v. 69: Sed *quin* ornatum hunc reicio? v. 74: Sed *quin* intro ducis me ad eam ut videam? v. 88. 91. 101. Pseud. I, 1, 38: ergo *quin* legis? v. 73: *Quin* fles? 2, 70: *Quin* conveniunt? *quin* una omnes peste hac populum liberant? 3, 12: *quin* revocas? v. 116: *Quin* tu ted occidis potius? II, 2, 43: erus si tuus domist, *quin* provocas —? 4, 23: *Quin* tu quod opus est mi audacter inperas? III, 2, 90: *Quin* tu inimicos potius quam amicos vocas? v. 101: *Quin* tu is adcubitum? i, convivas cedo. IV, 4, 11: *Quin* [hinc cito imus] gradibus militaribus? 7, 48: *Quin* tu mecum fabulare? v. 87: *Quin* tu emittis mihi mulierem aut reddis argentum? V, 2, 31: *quin* vocas spectatores semul? Poen. III, 2, 31: *quin* abis? V, 2, 12: Quid tu mihi testis? *quin* tu insistis fortiter? Pers. I, 3, 64: *quin* dicis quid facturus sis? II, 4, 69: *Quin* tu me ducis, si quo ducturu's, pater? III, 3, 19: *Quin* tu mi argentum reddis? v. 32: *quin* das? IV, 4, 73: *quin* tu hanc emis? v. 121: *quin* tu intro is? V, 1, 13: *quin* lectis nos actutum commendamus? 2, 32: *Set quin* tu meis contra item dictis servis Atque hoc, quod tibi suadeo, facis? Rud. I, 2, 34: *Quin* tu in paludem is exicasque harundinem. II, 6, 34: *Quin* tu hinc eis (= is) a me in maxumam malam crucem. III, 6, 3: *Quin* occidisti extemplo? Trin. I, 2, 81: *Quin* eum restituis? Trin. v. 291: *quin* me ad pluris penetravi prius? Truc. II, 7, 60: *Quin* manu nicerim?,

sec. scr. Bothii. III, 2, 22: *Quin* tu arrabonem dicis? Plaut. Fragm. Pers. Ang. Mai. p. 497: *Quin* taces? Caecil. Stat. Hymnis fr. 3, v. 69: *Quin* machaera licitari adversum aeneum coepsti sciens? Terent. Andr. II, 3, 25: *Quin* taces? Phorm. I, 4, 31: *quin* abeo? II, 3, 3: *quin* tu hoc ages? v. 82: *Quin* quod est Ferundum fers? III, 3, 5. b. Coniungitur cum prima persona coniunctivi praesentis. Plaut. Capt. IV, 2, 76: *Quin* ita *faciam*, quod tamen dubito an futurum sit. Terent. Eun. IV, 7, 41: quin redeamus. c. Cum imperativo. Plaut. Aul. IV, 4, 12: *quin* tu *eloquere* quicquid est suo nomine. Cas. V, 4, 9: *quin* responde. Epid. II, 2, 52: *Quin* tu, ut occepisti, *loquere*, de quo loco vide Ladewig. Zeitschr. f. Alterth. 1841, p. 1095, qui dicit per *quin* indignationem exprimi, quam Periphanes simulet, quod servus adeo familiae et rei publicae negotia curet. v. 91. Bacch. II, 3, 42. Most. III, 2, 129: *Quin* tu *i* intro. Merc. V, 2, 96. 114. 4, 42. Pseud. IV, 2, 59: *Quin sequere* ergo intro. Poen. III, 1, 8: *Quin*, si ituri hodie estis, *ite*, aut ite hinc in malam crucem! 4, 10: *Quin sequere* me ergo. Pers. V, 2, 12: *quin iube* eum adire. v. 24: *Quin elude* ut soles. Rud. IV, 3, 9: *Quin* post *eloquere* quid vis, ad q. l. vide intpp. Terent. Andr. I, 1, 18: *Quin* tu uno verbo *dic*, quid est quod me velis. II, 2, 9: *Quin* tu hoc *audi*. 6, 18: *Quin dic*, quid est? Phorm. III, 2, 1: *quin omitte* me. V, 6, 17. v. 42: *Quin* ergo *rape* me. 8, 42. d. In intensivam significationem se convertit, cui ut maior vis addatur, saepe additur *adeo* vel *etiam*. Plaut. Amph. I, 1, 203: *Quin* me esse huius familiai familiarem praedico. v. 254: *Quin* quae dixisti modo Omnia ementitu's? Amph. v. 636: *Quin* incommodi plus malique ilico adsit, boni si optigit quid. II, 1, 70: *Quin* intro ire in aedis numquam licitumst. III, 3, 17: *Quin* venis quando vis intro. Asin. I, 1, 101: *Quin* te quoque ipsum facio hau magni, si hoc patro. 3, 84: *Quin*, si tu voles, domi servi qui sunt castrabo viros. II, 2, 55: *Quin* si tergo res solvondast, rapere cupio puplicum. v. 110: *Quin* promitto, — hostire contra ut merueris. III, 3, 139: *Quin* nec caput nec pes sermonum adparet. Aul. II, 4, 20: *Quin* divum atque hominum clamat continuo fidem. v. 23: *Quin* quom it dormitum, follem obstringit ob gulam. v. 33: *Quin* ipsi pridem tonsor unguis dempserat. III, 6, 29: *Quin* exta inspicere in sole etiam vivo licet. IV, 4, 23: *Quin* equidem ambas profero. 10, 22: *Quin* tibi ultro sup-

plicatum venio ob stultitiam meam. v. 28: *Quin* tu eam iuvenies, inquam. Capt. III, 4, 28: *Quin* suum ipse interdum ignorat nomen. v. 57: *Quin* tute is es. v. 110. 111. V, 2, 22: *Quin* melius novi quam te et vidi saepius. 3, 13: *Quin* istic ipsust Tyndarus tuus filius. 4, 20: *Quin*, inquam, intus hic est. Saepissime repetitum est *quin* Cas. III, 4, 12—19, v. Douza. Locus Cist I, 2, 7 sec. Ritschelium parerg. p. 237 adnot. non est germanus. Cist. II, 1, 33: *Quin* ego commentor quidem. Epid. II, 2, 66, v. Ladewig. Zeitschr. f. Alt. 1841, p. 1045. Bacch. II, 3, 78. III, 3, 65: *Quin* ego quom peribat vidi. Bacch. v. 1138. Most. III, 1, 86: *Quin* feram, si quid detur, v. expl. Lamb. Men. IV, 2, 71. 3, 13: *quin* tibi Dico uxorem rescivisse. 9, 33. Mil. IV, 4, 11: *Quin etiam* aurum atque ornamenta — dat. Merc. II, 3, 77. v. 95: *Quin* ego, inquam. v. 123: *quin* ad navem iam hinc eo. IV, 4, 25: *Quin* nego. v. 47: Hercle *quin* tu recte dicis. V, 2, 94: *Quin* domist. v. 109. 4, 7 animum advertere iubenti alter respondet: *quin* tibi ambo operam damus. Pseud. I, 3, 61: *Quin* nomen quoque iam interiit mutuom. 5, 136: *Quin* rus ut irem iam heri constitiveram. v. 147: *Quin* tibi hanc operam dico. II, 4, 52: *Quin* in corde instruere quondam coepit thermipolium. III, 2, 6: *Quin* ob eam rem Orcus recipere ad se hunc noluit. Poen. I, 1, 22: *Quin* si feriri video te: extemplo dolet. III, 1, 67: *Quin etiam* deciderint vobis femina in talos velim. 2, 4: *Quin* edepol condoctior sum quam tragoedi aut comici. 3, 59: *Quin* hic quidem tuus est. v. 92: *Quin* hercle accipere tu non mavis quam ego dare. IV, 2, 86: *Quin* prius disperibit faxo, quam unam calcem civerit. v. 88: *Quin* meus hercle conlibertus faxo eris, si di volent. V, 2, 125: *Quin* mea quoque iste habebit, siquid me fuat. 6, 24. Pers. I, 1, 41. IV, 3, 16: *Quin* tibi me dico credere. Rud. II, 7, 28: *Quin* abeo hinc in Veneris fanum, ut edormiscam hanc crapulam. Stich. IV, 2, 13: *Quin* tum stans opstrussero aliquid strenue. Truc. II, 3, 6: *Quin* hercle lassus iam sum durando miser. 4, 69: *Quin* dis sacrificare hodie pro puero volo. 6, 25: *Quin*, ubi natust, machaeram et clipeum poscebat sibi. Fragm. Cist. Ang. Mai. p. 487: *Quin* adeo. Fragm. Pers. Ang. Mai. p. 493: *Quin* laudo inquam consilium tuum. Terent. Andr. IV, 2, 21: *quin* iam habeo. Eun. IV, 3, 3: *quin* etiam. Heaut. IV, 4, 15: *Quin* est paratum argentum. Ad. IV, 7, 16.

Saltem Plaut. Amph. I, 1, 282: Quis ego sum *saltem*, si non sum Sosia?, quod Lamb. expl. per: ad minus. II, 2, 190: *Saltem*, tuipte si pudoris egeas, sumas mutuom. Terent. Andr. II, 1, 13: Credo inpetrabo, ut aliquot *saltem* nuptiis prodat dies. *Satis* Plaut. Amph. III, 2, 8: Aut faciat *satis* ille, ubi Lind.: „*Satis* postponitur Asin. II, 4, 31: *Fecisse satis* opinor. Et alibi saepe." Poen. I, 2, 75: Eo illud satius est, quod *satis* est, habitu quam, quod plus *sat* est, ad q. l. Gronov.: „interdum τὸ *satis* minuit rem et est quodammodo non satis. Ut quum Catoni de re rust. c. 137 bonus locus est primus, *satis* bonus secundus, inde tertius." — *Scilicet*, ex *scire licet* ortum, saepe vim habet ironiae. Interdum propter originem suam acc. c. inf. coniungitur, de quo vide vol. I, p. 268. Ponitur etiam in responso affirmante. Plaut. Asin. IV, 1, 42: Ita *scilicet* facturam. Menaechm. II, 3, 41: *Scilicet* qui dudum tecum venit. Pseud. III, 2, 89: Set utrum tu amicis hodie an inimicis tuis Daturu's cenam? BA. Pol ego amicis *scilicet*. IV, 7, 81: Quid ais? tune etiam cubitare solitu's in cunis puer? SI. *Scilicet*. v. 83: Etiamne facere solitus es, scin quid loquar? SI. *Scilicet solitum esse*. Rud. II, 3, 64: Nunc *eum* cum navi *scilicet abisse* pessum in altum (= scire licet, perspicuum est eam demersam in profundum). IV, 3, 16: Ecquid est quod [id] mea referat? TR. *Scilicet*. 4, 54: Continuo hunc novisse dicent *scilicet*. Trin. II, 4, 178: Et gratulor meae sorori. ST. *Scilicet*, ad q. l. Lindem.: „ironica vi. Tanquam hoc dixisset: Scilicet hoc monere opus est. Das versteht sich doch wohl von selbst." Terent. Andr. I, 2, 14: Id populus curat *scilicet*, ad q. l. Ruhnk.: „Sententia est, non credo rumorem esse in populo, cur enim populus curet filii tui amorem? *Scilicet* et *videlicet* eleganter inserviunt ironiae. Vid. Bentlei. ad Adelph. V, 3, 5 (id nunc clamat *scilicet*)." Eun. II, 3, 55: Comites secuti *scilicet* sunt virginem? III, 1, 11. IV, 4, 9: non vides? PY. Videam? obsecro quem? PH. Hunc *scilicet*. V, 8, 10: Fratris igitur Thaïs totast? CH. *Scilicet*. Heaut. II, 3, 71: Eho sceleste, quo illam ducis? SY. Quo ego illam? ad nos *scilicet*. v. 117: *Scilicet* Facturum me esse. IV, 8, 15: *Scilicet* Daturum. V, 1, 19: Continuo iniecisse verba tibi Dromonem *scilicet*. cett. Hec. IV, 4, 47: Quidquid futurumst, huic suom reddas *scilicet*. Adelph. V, 3, 53: *Scilicet* ita tempus fert, Faciundumst. — *Videlicet* Plaut. Asin. III, 3, 9: *videlicet* Solonem Leges ut conscribat.

Stich. IV, 1, 49: *Videlicet* nequam fuisse illum adulescentem, v. intpp. Terent. Heaut. II, 3, 22: Hic de nostris verbis errat *videlicet*. III, 2, 3. Adelph. III, 4, 4. — *Tamquam* Cato R. R. c. 41: integitoque ad eundem modum, *tanquam* oleas. C. 48: Nuces pineas ad eundem modum, nisi *tanquam* alium serito, h. e. eodem modo quo allium. Oratio, si se M. Caelius trib. plebis appellasset: Numquam tacet quem morbus tenet loquendi, tamquam veternosum bibendi atque dormiendi, ad q. l. Meyerus p. 132: „non aliter atque veternosum morbus tenet bibendi atque dormiendi.“ Plaut. Most. II, 1, 55: *Tamquam* si intus natus nemo in aedibus habitet. III, 2, 122: Qualibet perambula aedis oppido *tamquam* tuas. v. 123: *Tamquam?* Mil. IV, 1, 38: quae te *tamquam* oculos amet. Pers. II, 4, 28. IV, 4, 32. Pers. v. 638. Terent. Eun. II, 2, 32: *Tamquam* philosophorum habent disciplinae ex ipsis Vocabula. Adelph. III, 3, 61: Inspicere, *tamquam* in speculum, in vitas omnium. — *Topper* Ennii fr. inc. libr. 11: *topper* quam nemo melius scit. (Festus p. 352 M.: „Sinnius vero sic: *topper* fortasse valet in Enni et Pacui scriptis.“) Dacer.: Iul. Caesar Scal. lib. 7 de re poët. cap. 1: Semper primam producit natura: fuit enim semiopere, sicut toper toto opere, nuper novo opere. Significat enim toper cito et expedite, ita ut opera absoluta sit. Huius vocis [tanquam ab ultimis et iam oblitteratis temporibus repetitae] meminit Quinctil. inst. orat. I, 6, 11. Quod Graeci τάχα, Latini *topper* dicebant: τάχα enim et *cito* et *fortasse* significat. Guyeto ut a *muncper nuper*, sic a *tuncper*, *tuper*, *toper*. BOTH. — *Usque* nihil aliud significat quam continue aut perseveranter (Sanct. Minerv. p. 157). Derivandum est cum Schmidtio de pronom. p. 101 ab *us*, quod significat qua ratione; usque igitur est omni, quae in rem aliquam cadere possit, ratione, diu, multum. valde, perpetuo. Inde fit, ut actionis continuationem atque etiam loci temporisve finem notet et ita praepositionis naturam induat (Schmidt. l. l.). Coniungitur cum praep. *ad*, *ab*, *ex*, deinde cum adverbiis temporis et loci *adeo*, *admodum*, *adhuc*, *antehac*, *illinc*. Adduntur coniunctiones temporis, unde hae formulae exsistunt: *usque dum*, *usque donec*, *usque adeo quo*, *usque adeo dum*, *usque adeo donec*, *usque admodum dum*. Plaut. Most. V, 1, 12: Pergunt turbare *usque*. Merc. V, 4, 17: Quibus est dictis dignus, *usque* oneremus ambo. Terent. Hec. I, 2, 50: *Usque* illud visumst Pamphilo ne utiquam grave. Adelhp.

II, 2, 5: Ego vapulando, ille verberando, *usque* ambo defessi sumus. v. 7: Qui potui melius, qui hodie *usque* os praebui? Plaut. Epid. V, 1, 17: *usque* ab unguiculo. Poen. III, 1, 31: Ubi bibas, edas de alieno, quam velis, *usque* adfatim, quod Perizon. ad Sanct. p. 157, adnot. 9 explicat: „h. e. usque ad tantum, quantum velis," coniungens inter se *usque* et *adfatim*, non recte, vide Handium v. *affatim*. Pers. IV, 1, 13: *usque* e Persia. Terent. Eun. III, 2, 18: *Ex Aethiopia*st *usque* haec. Cato R. R. c. 30: frondem *usque ad pabula* matura dato. Caecil. Stat. inc. fab. fragm. 13, v. 257: Veneris cursu veni, prolato pede *Usque ad scaphonem*. Cato R. R. c. 17: Postea *usque adeo* sunt plus menses VIII. Plaut. Pseud. IV, 7, 14: Nam in taberna *usque adhuc* siverat [me] Surus. Terent. Andr. I, 5, 27: usque adhuc. II, 1, 3: Ut animus in spe atque in timore *usque antehac* attentus fuit, v. Donat. Plaut. Truc. IV, 3, 79: Ne ista stimulum longum habet, quae *usque illinc* cor pungit meum. Cato R. R. c. 22: Aut armillis ferreis temperato, *usque dum* recte temperabitur. C. 30: Bubus frondem — ficulneam *usquedum* habebis, dato. Ovibus frondem viridem, *usquedum* habebis, praebeto. C. 107: Videto ne aduras. *usque* coquito, *dum* dimidium excoquas, = donec dimidium coquendo consumas. C. 110: saepius facito, *usque dum* odorem malum dempseris. C. 112: acina — decerpito *usque dum* impleveris. C. 160: *usque dum* coeant. C. 55: *usque adeo dum* ficus esse coeperint. C. 95: igni leni coquito — *usque adeo, dum* fiat tam crassum, quam mel. C. 40: artito *usque adeo quo* praeacueris. C. 43: *usque donec* trimae erunt. C. 54: *usque* ocinum dato, *donec* arescant. C. 156: coquito *usque donec* ea commadebit bene. C. 161: *Usque* licebit vellas, *donicum* in semen videris ire, de quo loco Theodericus ad Laur. Vall. elegant. lib. II, cap. 44, p. 78: „= donec in asparago videris semen fieri. De asparago enim loquitur Cato." C. 67: amurcam commutet *usque adeo, donec* in lacum — pervenerit. C. 76: item linito *usque adeo, donec* omne caseum cum melle adusus eris. C. 86: Lacte addat paulatim *usque adeo donec* cremor crassus erit factus. C. 88: Id aliquoties in die [quotidie] facito, *usque adeo donec* sal desiverit tabescere biduum. Ib.: *Usque adeo* in sole habeto, *donec* concreverit. C. 106: *usque adeo, donec* ovum gallinaceum coctum natabit. Plaut. Truc. I, 1, 18: *usque adeo, donicum* eduxit foras. Cato R. R. c. 156: Postea ubi occipit fervere, paulisper demittito *usque admodum dum* quinquies quinque numeres.

29. *Adverbia* (*et coniunctiones*) *negativa*. Antiquissima negatio est *ne*, de qua Handius Turs. IV, p. 29: „Antiquissimis temporibus quum subtiliores distinctiones nondum essent inventae, negationem cuiusvis generis Latini vocabulo *ne* expresserunt, ut hoc idem esset, quod *non*. Quare adhibebatur in componendis nominibus *nefas, neuter, nemo, nescire, nequaquam, nullum, numquam*, deinde in *ne vis*. Deinde vero maiore gravitate insigniebatur haec negatio, ut diceretur *ne quidem, nedum*, aliaque. In compositionibus verborum interponebatur *c* littera, ut esset *nec* in *necopinus*, *negotium*. Plaut. Most. I, 2, 29: Dominus indiligens reddere alias *nevolt*. Trin. V, 2, 32: Nisi tu *ne vis*. [Adde Aul. II, 4, 7 nevelles.] Most I, 2, 43 [= v. 124: Sibique aut materiae *neparcunt*]." Adde *ne utiquam*, quod legitur Ennii Alcumaeo fr. 5. Terent Hec. I, 2, 50, alibi. Exempla v. *ne* — *quidem* sunt Plaut. Mil. I, 1, 31: *Ne* hercle operae pretium *quidem*st Mihi te narrare, ad q. l. Lindem.: „Particularum *ne* — *quidem* maiori intervallo disiunctarum exempla rariora. Cf. Goerenz. ad Cic. de fin. IV, p. 516." Terent. Eun. I, 2, 19: *ne* hoc *quidem* tacebit Parmeno. IV, 4, 14: *ne* comparandus hic *quidem* ad illumst. Hecyr. III, 2, 7: Non visas? *ne* mittas *quidem* visendi causa quemquam. Repetita est per *ne* — *quidem* per pleonasmum negatio praegresso *non* Andr. I, 2, 30: Quid, hoc intellextin? an *non* dum etiam *ne* hoc *quidem*? Ad ea, quae *ne* recipiunt ad negandam unius nominis notionem, pertinet etiam comparativus *maius* in legg. XII tabb. III, fr. 3 ap. Gell. l. XX, c. 1: vincito, aut nervo aut compedibus, quindecim pondo *ne maiore*, aut si volet minore vincito. Deinde pertinet huc coniunctio *ut ne*, de qua vide cap. XII, § 19 f. Tum dicitur *qui ne* Terent. Andr. II, 1, 35: Ego id agam, mihi *qui ne* detur. Denique dicitur *utinam ne*, de quo vide cap. XII, § 16, et *dum ne*, v. ibid. § 26 et infra § 54 a.

30. Ad *non* particulam quod attinet, primum notandum est, quod Handius docuit Turs. IV, p. 261, ea verba, quae negationem in se habent, quando soluta particula efferantur, maiori vi negationem amplificari. Sic saepe apud Plautum et Terentium invenitur *non scio*, ut Ter. Eun. I, 2, 31: Certum *non scimus*, itidem *non queo* pro *nequeo* dictum est Hec. IV, 4, 51. Plaut. Cist. II, 3, 13: Utinam audire *non queas*. Potest *non* etiam cum substantivis et adiectivis et adverbiis coniungi,

quorum notionem tollit. Sic Cato R. R. c. 1: relinquere *non multum*. C. 5: Per tempus eam condito, *non peraridam*. C. 35: Fabam in locis *non calamitosis* serito. C. 36: ablaqueato prius *non alte*. C. 156: post ea aquam defundito *non omnem*. Plaut. Asin. IV, 1, 63: Haec sunt *non nugae*. Interdum *non* per ἔμφασιν repetitur, ut Ter. Phorm. II, 1, 73: *Non, non* sic futurumst: *non* potest. Adelph. I, 2, 22: *Non est* flagitium — adulescentulum Scortari —: *non est*: neque foris Ecfringere. De *non* in responsis negantibus posito vide § 23. Recte autem Handius p. 269 docuit, ubi simplex *non* in responsis ponatur, semper verbum, quo pertineat, ex iis, quae antea dicta sunt, intelligendum esse. Cum coniunctivo potentiali coniungitur *non*, sic Plaut. Capt. III, 4, 99: Meam rem *non cures*, si recte facias. Trin. I, 2, 95 sq.: Non ego illi argentum redderem? ME. *Non redderes*: Neque de illo quicquam neque emeres neque venderes Nec qui deterior esset faceres copiam; cum prohibitivo *ne*, paucis tantum locis *non* invenitur, quod per negligentiam quandam dictionis ex vulgari illam sermone repetendam (v. Hand. p. 265) factum est. Cf. Quintilian. I, 5, 50. Sic est in oratione P. Cornel. Scipionis Africani maioris adv. M. Naevium trib. pl. ap. Gell. IV, 18: *Non* igitur *simus* adversus deos ingrati. Terent. Andr. IV, 4, 48: Hic est ille: *non* te *credas* Davom ludere. Phorm. I, 2, 93: tantum modo *Non addit*, ubi *addit* est coniunctivus. Ad collocationem vocis *non* quod attinet, ponitur fere ante verbum enunciationis, nisi ubi non verbum ipsum est negandum, sed aliud quoddam vocabulum, ante quod tum ponitur negatio. Sic Cato R. R. c. 1: relinquere *non multum*. C. 36: ablaqueato prius *non alte*. Cato ap. Senecam epist. 94, sub med. (Lion. p. 80 sqq.): Emas *non quod opus est*, sed quod necesse est; quod non opus est asse carum est, ubi *emas* spectat ad totam enunciationem iamque in disiunctione ponuntur duae quae sequuntur notiones. Ante verbum autem positum est Plaut. Most. I, 2, 22: operam *non parcunt* suam. Poen. I, 2, 74: *Non* enim quaestus *consistet*, sumptus si im superat, soror. Trin. II, 2, 83: Eo *non* multa quae nevolt *eveniunt*. Terent. Eun. III, 1, 61: *non* in mentem *venerat*. Cum vi hoc factum est ita ut disiunctio fiat cum iis quae antecesserunt duobus locis Plautinis quos attulit Rostius commentatt. Plaut. p. 185, Asin. I, 3, 43: Quid, si *non est*? et Pseud. I, 3, 52: Quid si *non habui*? Docet Obbarius in cen-

sura vol. IV Handii Tursellini in Iahnii annal. 1850, vol. LIX, sect. 2, p. 152 semper praeponi negationem obtestandi vocabulo *hercle*, sic Plaut. Asin. II, 4, 44: *Non hercle* te provideram. Terent. Andr. I, 2, 23: *Non hercle* intellego. Ib. IV, 4, 36: *Non hercle* faciet. Eun. V, 8, 2: *Nemo hercle* quisquam.

31. De *nec*, *neque* Handius in Tursellino t. IV, p. 92 sq. haec habet: „*Ne*, quod, ut demonstravimus, maiori cum vi negat, assumpsit litteram *c* non modo ad corroborandam vocem aut ad evitandum hiatum, sed cum significationis incremento. Est enim illud demonstrativum *ce*, quod etiam in *illic*, *sic*, *tunc*, *nunc* apparet. Aliud nomen est *neque* ex *ne* et *que* factum. *Que* autem cum *quis* cognatum non modo copulat, sed etiam per eam, quae ei innata est, relativam naturam aequationi inservit. Quare *neque* significat modo *et ne* sive *et non*, modo *etiam non*. Habemus igitur duas formas, alteram demonstrativam *nec*, alteram relativam *neque*, quae quamquam in multis propriam sibi vindicant significationem, tamen non modo propter formae similitudinem, sed ob ipsam cognationem facile poterant inter se commutari et saepe a scriptoribus etiam commutatae sunt.

a. „*Nec* gravioris erat negationis vocabulum et usurpabatur pro *ne*, quod cum maiori vi pro *non* poni solebat. Itaque apud comicos aliosque poetas etiam medium in oratione locum obtinet et cum singulis nominibus coniungitur, ut *μή*. Sic *nec recte* dicebatur pro *male*, *nec opinans*.“ (Sic Handius p. 96). Sic est in lege tribunicia ap. Festum vv. *aliuta* et *sacer*: pariceida *nec* esto. Saepius in legg. XII tabb. Sic tab. V, fr. 3: cui suus heres *nec* sit, item fr. 5. 7. VIII, 16. Vide Festum v. *nec*. Cato R. R. c. 141: Mars pater, si quid tibi in illisce suovitaurilibus lactentibus *neque* satisfactum sit. Ib.: quod tibi illoce porco *neque* satisfactum est. Plaut. Asin. I, 3, 3: *Nec recte* quae tu in nos dicis. II, 4, 65: ni isti *nec recte* dicis. Bacch. I, 2, 11: Tu dis *nec recte* dicis. IV, 4, 83: Chrusalus mihi usque quaque loquitur *nec recte*. Most. I, 3, 83: *Nec recte* si illi dixeris, iam ecastor vapulabis. Pseud. IV, 6, 23: Nam quanti refert ei *nec recte* dicere (= male dicere, *κατὰ λιτότητα*). Poen. III, 1, 13: Si *nec recte* dicis nobis.

b. In coniungenda negativa sententia Latini negationem, quae totam enunciationem moderatur, ab initio ponunt eaque cum copulandi particula commissa pro *et non* dicunt *neque* et

nec. (Sic Handius p. 98). Ennii annal. l. I, fr. 13: terraque corpus Quae dedit ipsa capit *neque* dispendi facit hilum. Plaut. Aul. II, 1, 21: *nec* me tibi advorsarier Certumst de istac re umquam. Rud. III, 1, 8: *Neque* eas eripere quibat inde. Truc. IV, 3, 12: *Nec* quid peccavi scio. Terent. Andr. I, 3, 4: *Nec* quid agam certumst. Phorm. I, 2, 64: illa enim se negat *Neque* eum aequom alt facere.

c. Non raro duplex negatio per *nec* ponitur ad augendam negandi vim, inprimis apud comoediarum scriptores, quibus copia verborum abundare facile conceditur (v. Hand. p. 110). Non spectamus autem hoc loco ea exempla, in quibus nomini negativo submittitur disiunctio, de quibus vide infra. Cato R. R. c. 66: *neque* nucleis ad oleam *ne* utatur. nam si utetur, oleum male sapiet. Ennii Erechthei fr. 4: Lapideo sunt corde multi, quos *non* miseret *neminis*. (Fest. p. 162 M. Paulus p. 163 M.). Both.: „Ita dixit more Graecorum, quibus gemina negatio negat vehementius." Plaut. Curc. IV, 4, 23 sq.: Ut ego tua magnifica verba *neque* istas tuas magnas minas *Non* pluris facio quam cett. Epid. IV, 1, 6: *neque* nunc ubi sit, *nescio*. V, 1, 57: *Neque* ille *haut* obiiciet mihi. Bacch. IV, 9, 114: *Neque* ego *haut* conmittam, ut, siquid peccatum siet, Fecisse dicas de mea sententia. Taubm.: „Duae negationes magis hic negant, more Graecorum." V. etiam Gronov. Mil. glor. V, v. 18: Iura te nociturum *non* esse homini de hac re *nemini*, = cuiquam. Pers. IV, 3, 66: *Neque* mi *haut* imperito eveniet, tali ut in luto haeream, ad q. l. Pistor.: „Aut duplex negatio magis negat, aut ita construendum: Neque mihi, utpote non imperito, eveniet." Terent. Andr. I, 2, 34: Ne temere facias: *neque* tu *haud* dices tibi non praedictum.

d. Exemplum coniunctionis *neque enim*, de cuius significatione vide Handium p. 115, est Ter. Hec. V, 3, 36: *neque enim* est in rem nostram.

e. Transeamus iam ad disiunctivam formam orationis. Praeterea quod cuique negativae sententiae alia negatio adiicitur per *nec* et *neque*, etiam uni verbo submitti possunt duo nomina per *non* — *nec* sive *neque*, *nihil* — *nec* s. *neque* et quae sunt similia (v. Handium p. 123). Ennii epigr. 2, v. 5: Hic est ille situs, cui *nemo* civis *neque* hostis Quivit cett. Plaut. Rud. I, 2, 43 sqq.: *Non* hercle, adulescens, iam hos dies conplusculos Quemque istic vidi sacruficare: *neque* potest Clam me

esse, siqui sacruficat. III, 3, 3 sq: [*Nulla* spes] *nec* viast quae salutem adferat, [*Nec* scimus quam in] partem ingredi persequamur. IV, 3, 53: Vel quod in mari *non* natumst *neque* habet squamas ne feras. Terent. Andr. I, 2, 7: Qui — *Numquam* quoiquam nostrum verbum fecit *neque* id aegre tulit. 3, 1: *nil* locist segnitiae *neque* socordiae. Eun. I, 1, 5: *nil* prius *neque* fortius. II, 1, 20 sq.: hoc *nemo* fuit Minus ineptus, magis severus quisquam *nec* magis continens. Heaut. II, 3, 73: *Non* fit sine periclo faciuus magnum *nec* memorabile.

f. Componuntur cum *nec* verba, quae alteram negationem in se habent, veluti *negare, nolle, nequire*, ita ut in verbi istius iterum ponendi vicem succedat particula (v. Hand. p. 123). Plaut. Poen. III, 5, 32: *Negas*ne, apud te esse aurum *nec* servom meum? V, 3, 10: Mirari *noli neque* me contemplarier! Ter. Eun. III, 4, 9: *nequeo* satis mirari *neque* conicere.

g. In negativa sententia, ubi disiunctio per *aut* exprimi potest, interdum *nec* ponitur, negatione duplicata. Ter. Eun. V, 8, 47: magis opportunus *nec* magis ex usu tuo *Nemost*, de quo loco vide Haas. ad Reisig. p. 409, adnot. 406. Heaut. I, 1, 11: agrum his regionibus Meliorem *neque* preti maioris *nemo* habet, quod Haasius per disiunctionem ita explicat: nemo habet neque meliorem neque preti maioris. Adelph. III, 4, 34 sq.: *non* malus *Neque* iners.

h. In adiiciendis negativis sententiis, quae plures sunt, *neque* et *nec* bis et ter et quater poni potest. Plaut. Pseud. III, 7, 113 sq.:

Ego *nec* sucophantiose quicquam ago *nec* malefice
Neque istum Pseudulum mortalis qui sit novi *neque* scio.

Hoc autem loco quattuor illa *nec* et *neque* non sunt ἐκ παραλλήλου posita, sed prima enunciatio bipartita est per *nec suc.* — *nec malefice*, cui adiungitur illa *Neque* — *novi*, et huic iterum sine vi disiunctionis per repetitionem adnexa sunt *neque scio*. Terent. Andr. I, 5, 44 sq.: Ut *neque* me consuetudo *neque* amor *neque* pudor Commoveat *neque* commoneat, ut servem fidem. Hic tria priora *neque* sunt ἐκ παραλλήλου posita, quartum *neque* adiunctum est verbo prioris enunciationis *commoveat*. Adelph. I, 2, 61: *Nec* nil *neque* omnia haec sunt quae dicit. III, 2, 50 sq.: quando ego conscia mihi sum, a me culpam esse hanc procul, *Neque* pretium *neque* rem ullam intercessisse — indignam, — Experiar, ubi altera sententia per *Neque pret.* in-

cipiens ἀσυνδέτως adiecta est priori, nam *et* interponi potuisset.

i. Sententiae disiunctivae possunt communi negationi submitti et tamen utrumque membrum negari per *neque* — *neque*. Terent. Eun. I, 2, 67 sq.: habeo hic *neminem Neque* amicum *neque* cognatum. II, 3, 14: *nescio* hercle, *neque* unde eam *neque* quorsum eam. IV, 4, 54: Tu pol, si sapis, Quod scis *nescis*, *neque* de eunucho *neque* de vitio virginis.

k. Coniunguntur duae sententiae per *neque* — *et*. Cato R. R. c. 130: Ita *neque* fumosa erunt, *et* ardebunt bene. Terent. Eun. V, 4, 43: Vide, Parmeno, Quid agas, ne *neque* illi prosis *et* tu pereas.

l. Separatim affero eos locos, ubi *nec* ponitur coniunctum cum coniunctivo imperatorio. Ennii epigramm. 1, v. 3: Nemo me lacrumis decoret *nec* funera fletu *Faxit*. Plaut. Asin. IV, 1, 29 sqq.: Suspitiones omnis ab se segreget, *Neque* illaec ulli pede pedem [usquam] homini *premat*. Quom surgat, *neque* [illa] in lectum *inscendat* proxumum, *Neque* quom descendat inde, *det* quoiquam manum. Spectandum ne quoiquam anulum det *neque roget*. Capt. II, 3, 76: Tuque te pro libero esse ducas, pignus deseras, *Neque des* operam pro me ut huius reducem facias filium. III, 4, 73: *Neque* pol me insanum, Hegio, esse *creduis* Neque fuisse umquam neque esse morbum, quem istic autumat. Bacch. III, 3, 72: ipsus neque amat *neque* tu *creduas* (= neu). Terent. Eun. I, 1, 31 sqq.: Et ne te adflictes. PH. Itane suades? PA. Si sapis. *Neque* praeter quam quas ipse amor molestias Habet *addas*, et illas quas habet recte feras. Heaut. V, 2, 22: Ne te admisce: — *nec* tu aram tibi *Nec* precatorem *pararis*.

32. *Neve* sive *neu* dicitur pro *et ne*. Handius Tursell. IV, p. 173 sq.: „Negativa sententia, qua iubetur, ne quid sit aut fiat, sive imperativo sive coniunctivo expressa, ubi duae vel plures res significantur, in altero membro aut in utroque recipit *neve*. Ita fit *ne* — *neve* s. *neu*, *neu* — *neu*.“ Legg. XII tabb. X, 1. 3. 4 est imperativus coniunctus cum *ne*, quem sequitur *neu* cum imperativo. Ib. fr. 9 est *neve* cum imperativo positum, non praegresso *ne*. Cato R. R. c. 1: sic in animo habeto, *uti ne* cupide *emas neve* opera tua *parcas* visere, *et ne* satis *habeas* semel circumire. C. 3: Ita aedifices, *ne* villa fundum *quaerat neve* fundus villam. C. 5: Terram cariosam caveto *ne ares neve* plostrum *neve* pecus *impellas*. C. 37. C. 38:

Ignem caveto *ne intromittas*, quin semper siet, *neve* noctu *neve* ullo tempore *intermittatur* caveto. Ennii Phoenicis fr. 7. Plaut. Capt. II, 1, 29: *Ne* arbitri dicta nostra arbitrari *queant Neu permanet* palam haec nostra fallacia. Mil. glor. I, 1, 6: Nam ego hanc machaeram mihi consolari volo, *Ne lamentetur neve* animum *despondeat.* Pseud. I, 3, 88: *Ne* illam *vendas neu* me *perdas* hominem amantem. Stich. I, 1, 20: *Ne lacruma,* soror, *neu* tuo id animo *Face* quod cett. Terent. Andr. I, 5, 16. Phorm. I, 3, 6: Quod utinam *ne* Phormioni id suadere in mentem *incidisset Neu* me cupidum eo *inpulisset* cett. Hec. IV, 1, 30: nil cessavisti — *Ut* filiam ab eo *abduceres neu* quod ego egissem *esset ratum.* 2, 11: *Ne* mea praesentia *obstet neu* causa ulla *restet* relicua. Adelph. V, 3, 12: dictum hoc inter nos fuit — *ne* tu *curares* meum *Neve* ego tuom?

33. De *hau, haud, haut* vide Handium. Exempla sunt haec. Ennius ap. Gell. V, 15. Plaut. Amph. prol. v. 129. I, 1, 166. 199. II, 2, 47. V, 2, 12. Asin. I, 3, 71. Capt. III, 4, 29. 94. Curc. I, 3, 26: Nam hoc quidem edepol *hau* multo post luce lucebit. Bacch. IV, 8, 22. V, 2, 42. Most. II, 1, 60. Men. II, 3, 60. Mil. II, 3, 22: temere *hau* tollas fabulam = ne tollas. III, 1, 35. IV, 2, 80. Pseud. I, 2, 80. Pers. III, 1, 49. IV, 3, 29: *Hau* dudum. Rud. V, 3, 25. 27. Trin. I, 2, 78. II, 4, 44: *Hau* nosco tuum. III, 1, 24. Terent. Andr. III, 1, 2. IV, 1, 28. Eun. II, 3, 22. III, 2, 41. Hec. IV, 2, 15. Cum alia negatione coniunctum invenitur Plaut. Aul. II, 4, 7: Post siquis vellet, te *haut* (sic Δp) *nevelles* dividi. Terent. Eun. IV, 2, 13: certe extrema linea Amare *haud nil* est, i. e. est aliquid.

Antiqua negatio *nenum* (Nonius p. 565, 35. *Nenum*, pro *non*) legitur ap. Plaut. Aul. I, 1, 28: *Nenum* mecastor quid ero dicam meo — evenisse — Queo comminisci.

Vix Terent. Hec. III, 1, 16 sq.: *Vix* me illim abstraxi atque inpeditum in ea expedivi animum meum, *Vix*que huc contuleram: em nova res ortast.

34. *Coniunctiones copulativae.* Discrimen quod intercedit inter coniunctiones copulativas, Handius Tursell. vol. II, p. 467 sq. sic describit: „Notiones et sententiae aut coniunguntur simpliciter, aut adiunguntur accessione, aut iniunguntur aequatione. Idque Latini propriis verbis distinguunt. Nam *atque* res componit ex aequo, *que* autem adiungit id, quod

alienum aut externum videri possit, et quod accedit. *Et* vero coniungit simplici et externo nexu notiones uni rationi submittendas et ita saepe cohaerentes, ut unam notionem efficiant. Sed quum haec particula simplicem copulationem exhibeat, nihil impedit, quo minus etiam ea omnia complectatur, quae aliis istis vocabulis proprie designantur. Sic fit, ut *et* pro *atque* ponatur, ubi, quae singulari ratione cohaerere possunt, simpliciter coniunguntur, atque ista ratio, per *atque* significanda, aliis verbis vel ordine verborum exprimitur. — Coniunguntur per *et* notiones atque sententiae et aequales et contrariae, si quae ratio intercedit inter eas vel externa vel interna, simplici copulatione comprehendenda."

a. Coniunguntur igitur singulae partes sententiae inter se per *et* particulam, quo fit ut non tantum semel, sed etiam saepius ponatur. Cato R. R. c. 2: possitne quae reliqua sient conficere: *et* quid factum vini, frumenti aliarumque rerum omnium, ubi ex praegressis mente addendum est *roget*. Ib.: quae opera fieri velit *et* quae locare velit, uti imperet, *et* ea scripta relinquat. Ib.: Vendat — servum morbosum, *et* si quid aliud supersit, vendat. C. 5: Circum oleas autumnitate relinquas *et* stercus addito. C. 7: Aminaeum minusculum *et* maiusculum *et* Apicium. Ib.: mala mustea *et* Punica. Ib.: Orchites ubi nigrae erunt *et* siccae. C. 8: avellanas Praenestinas *et* Graecas. Plaut. Aul. V, 9: ibo *et* eloquar. Stich. V, 2, 16: Ibi voster cenat cum uxore adeo *et* Antipho, v. Gronov. Trin. prol. v. 6. Terent. Eun. I, 1, 24: Restinguet, *et* te ultro accusabit, *et* dabis Ultro ei supplicium. V, 8, 45.

b. Nonnunquam tamen *et* postremae tantum complurium sententiae partium additur. Cato R. R. c. 7: Pira volema, Aniciana *et* sementiva —, Tarentina, mustea *et* cucurbitina. Sic cap. 11 compluribus ferramentorum generibus postremum additum est: *et* cuneos IIII, quod eo magis offendit, quod in hoc toto capite omnia, quae enumerantur, sine copula inter se coniunguntur. Similiter ib. cap. 12: *et* cuneos VI.

c. Nonnunquam alterum membrum priori additur per *et item*, de quo vide Handium vol. III, p. 516 sq. Cato R. R. praef.: Est interdum praestare mercaturis rem quaerere — *et item* foenerari. Ib. c. 98 Schneiderus *et* omitti vult ante *item*. Plaut. Trin. IV, 2, 32.

d. In sententiis, quae aequalitatem significant, post v.

iter ponitur *et* (v. Hand. II, p. 481). Ter. Ad. V, 8, 34: ıc mihi germanu's *pariter* animo *et* corpore.

e. Praemisso imperativo pergit oratio per *et* ad id, quod nceps et certo quidem eventurum sit. Ita nexus rerum ›essarius declaratur. (Sic Handius II, p. 485). Cato R. R. 6: Circum coronas et circum vias ulmos *serito* et partim po-os, uti frondem ovibus et bubus habeas, *et* materia, si quae ıs sit, parata erit.

f. Non tantum partes sententiae alicuius hac particula ›ulantur, sed etiam sententiae ipsae. Atque antiquissimi iptores, quorum sermo nondum erat aptius compositus, saesime usurpant eam in initio sententiarum, quemadmodum it Cato. (Sic Handius p. 487). Cato R. R. praef.: *Et* virum ıum cum laudabant, ita laudabant, bonum agricolam bonumque onum. C. 9: *Et* id videto. Plaut. Most. I, 3, 137 sq.: are tecum conlubitumst mihi. PHIL. *Et* edepol mihi tecum. rent. Eun. I, 1, 19: *Et* quod nunc tute tecum iratus cogi-cett.

g. Praemittitur sic *et* vocabulo affirmationis *certe*. Terent. n. V, 5, 4: Sed estne ille noster Parmeno? *et certe* ipsus est. elph. I, 1, 53: Sed estne hic ipsus, de quo agebam? *et certe* est.

h. Dicitur *et* etiam pro *etiam*, de qua re egregie Han-s p. 503 sq. sic disputat: „*Et* particula, quae verba et ıtentias coniungit, eam in se habet vim propriam, ut alia e dictis vel ante cogitatis adiiciat sive complementi causa, e in partium compositione. Ergo significat *et ad hoc, et ıd*. Haec vero ipsa accessio rei si ita designanda est, ut atur res esse praeterea sive praeter id, quod dictum cogi-umve sit, Latini dicunt *etiam*. — *Et*, quod copulat et ab tio sententiae ponitur, quum uni alicui nomini peculiarem icit designationem, ut sit *et ad hoc illud*, mutat locum et ›upat eum post primum nomen sive est coniunctio sive aliud. trahitur enim *et* ab uno aliquo nomine, quod sequitur.“ dit deinde *et* sic posito priorem partem, cui altera per *et* ungatur, iam animo vel verbis ante dictis tenendam esse ıceptam. Etiam a Plauto hunc usum particulae non esse enum exempla, quae infra ponemus, comprobabunt. Perne-: id Fleckeisenus in Iahnii annal. 1851, vol. LXI, sect. 1, 59, quod quomodo facere potuerit, equidem non intelligo.

Cato R. R. c. 156: eodem addito *et* oleum. C. 157: sic *et* laserpitium cett. Plaut. Amph. I, 1, 110: quoniam formam huius cepi in me et statum, Decet *et* facta moresque huius habere me similis item. Curc. V, 2, 6: Meminero: de istoc quietus esto: *Et nunc* idem dico = etiam nunc. Rud. prol. v. 8: *Et* alia signa de caelo ad terram accidunt. Terent. Adelph. I, 2, 49: *Et* mihi curaest. Inprimis sic positum invenitur *et* in mutua salutatione. Sic Plaut. Mil. IV, 8, 42: Iam vale. PY. *Et* tu bene vale. Poen. V, 2, 116: *et* tu salve, Agorastocles. Pers. IV, 6, 27: Vale. SA. *Et* vos. Rud. II, 4, 3: Salve, adulescens. SC. *Et* tu multum salveto, adulescentula. Stich. II, 1, 44: *Et* tu salve. Trin. I, 2, 11: *Et* tu edepol salve, Callicles. Terent. Hec. I, 2, 122: Vale. PA. *Et* tu bene vale, Philotium.

i. Coniunguntur voculae *et etiam*. Sic Lingius quaest. Plaut. p. 63 Aul. III, 3, 4 *et* inserit ante *etiam* scribens: *Et etiam* introduce, si vis, et explicat *et etiam* per *atque adeo*. Terent. Phorm. IV, 3, 51.

k. Ubi duae vel plures res non modo coniunguntur, sed aequantur ita, ut alterum non minus intelligatur quam alterum, Latini dicunt *et — et*. Est igitur id quod *tum — tum*, vel *ut — sic, non minus quam, aeque*. Unde exsistit ratio necessaria et nexus artior, intelligunturque partes unius rei aequales. (Sic Handius p. 524). Cato R. R. praef. § 4: At ex agricolis *et* viri fortissimi *et* milites strenuissimi gignuntur. C. 3: *et* rei *et* virtuti *et* gloriae erit. C. 8: Sub urbe hortum omne genus, coronamenta omne genus, bulbos megaricos, murtum coniugulum *et* album *et* nigrum, laurum Delphicam, *et* Cypricam *et* silvaticam — haec facito uti serantur. Plaut. Capt. III, 1, 2: Set illest miserior, qui *et* aegre quaerit *et* nihil invenit. Cist. I, 3, 1: Utrumque haec, *et* multiloqua *et* multibibast anus. Trin. V, 2, 60: Ego ducam, pater, *Et* eam *et* siquam aliam iubebis. Terent. Eun. IV, 6, 12: *Et* habetur *et* referetur, Thaïs, tibi ita ut merita's gratia.

l. Eodem modo dicitur etiam *et — que* ab Ennio annal. l. VI, fr. 12:

Qui antehac invicti fuerunt, pater optime Olympi,
Hos *et* ego in pugna vici victus*que* sum ab isdem.

m. De *et autem* vide Hand. Tursell. vol. I, p. 583: „Adiungitur *autem* particulis copulativis, et quidem ea ratione,

qua per *autem* id, quod ab altera parte apparet, designatur. Id dicitur a comicis *et autem, et — et autem.* Sic *et — autem* emendavit Hermannus Plaut. Bacch. III, 3, 91: Serva tibi sodalem *et* mi [*autem*] filium. Mil. IV, 4, 13: Facile istuc quidemst, si *et* illa volt *et* ille *autem* cupit. Poen. IV, 2, 104:

Nam *et* hoc docte consulendum, quod modo concreditumst,
Et illud *autem* inserviendum consiliumst vernaculum.

n. Coniungitur *et* cum *quidem* ab initio orationis, sic Plaut. Capt. III, 4, 30, ubi sec. Lindem. vim habet ironicam, = ut nimirum. Mil. II, 2, 104: Abeo. PA. *Et quidem* ego ibo domum, ad q. l. Lindem.: „*Et quidem* notissimi usus formula, quae partim amplificandae sententiae, partim confirmandae inservit. Cf. Schuetz. doctr. part. L. L. p. 175. Saepe posteriore hac notione ponitur in colloquio, quum altera persona aliquid facturam se ostendit, quod altera tanquam confirmans consilium prioris, idem se facturam ait. Igitur apud Plautum Pers. II, 2, 35 tale colloquium exstat.

SO. Ergo hoc mi expedi,
Quo agis te? PAE. Quo tu? SO. Dic tu: prior rogavi.
PAE. At post scies.
SO. Eo ego hinc haut longe. PAE. *Et quidem* ego eo haut longe.

Simili modo h. l., ubi Peripl. dixerat: *Abeo*, pariter se facturum ostendit Palaestrio."

o. *Et*, quod iis verbis, quae coniungit, antecedat necesse est, a poetis, ubi metri causa intercedat, etiam post aliquot nomina ponitur (Handius II, p. 538). Sic Liv. Andron. fr. Inonis: Balteus *et* revocet volucres in pectore sinus. Plaut. Rud. prol. v. 7: Inter mortalis ambulo [*et* ego] interdius.

35. De significatione particulae *que* v. § 34 init. Legg. XII tabb. VI, 9: quando*que*, ad q. l. Funccius adnotat ex legg. XII tabb., ex columna rostrata Duilii monumentisque Scipionum apparere priscos Latinos rarius *et* particula, frequentissime autem *que* enclitica uti. Naev. bell. Pun. l. I, fr. 18, p. 12 Vahlen.: Titani Bicorpores Gigantes magni*que* Atlantes. Cato R. R. inscriptio cap. 1: quomodo agrum emi parari*que* oporteat. C. 2: ubi cognovit quomodo fundus cultus siet opera*que* quae facta infecta*que* sient, postridie eius diei vilicum vocet. Ib.: quid factum vini, frumenti aliarum*que* rerum omnium. Ib.: Ubi eas alias*que* causas multas dixerit, ad rationem operum ope-

rarum*que* vilicum revoca. Ib.: funes veteres sarciri novos*que* fieri. Ib.: Vendat oleum, si precium habeat, vinum frumentum*que* quod supersit. C. 5: rapinam, pabulum lupinum*que* serito. Ib.: Aratra vomeres*que* facito uti bonos habeas. C. 7: In eodem fundo suum quidquid conseri oportet, arbusto*que* vitem copulari. Plaut. Pseud. I, 2, 51: Eo vos vostros*que* adeo pantices madefacitis. Poen. prol. v. 121 sq.: Is hodie huc veniet reperiet*que* hic filias Et hunc sui fratris filium, ubi Rostius comment. Plaut. p. 308 ante *hodie* inserere volebat pron. relativum *qui*. Potest autem notionem, quae additur prioribus notionibus per *que* adnexa, sequi alia per *et* adiuncta, ut in sacris Argeorum ap. Egger. p. 87:

Volturnalem, Palatualem, Furrinalem
Floralem*que* Falacrem *et* Pomonalem fecit
Hic idem.

Similiter sequitur *que* alia notio per *atque* adiuncta Plaut. Most. I, 3, 36 (= v. 193): Nisi ego illam anum interfecero siti fame*que* *atque* algu. Possunt etiam complures notiones per *que* particulam adiungi, ita ut *que* saepius ponatur, ut factum est in lege Papiria tribunitia ap. Fest. v. *sacramentum* (Egger. p. 113): Quicunq. praetor post hoc factus erit, qui inter cives ius dicet, tres viros capitales populum rogato, hique tres viri [capitales], quicunque [posthac fa]cti erunt, sacramenta ex[igunto], indicanto*que*, eodem*que* iure sunto, uti ex legibus plebeique scitis exigere indicare*que* esse*que* oportet. Item Cato R. R. praef. § 4: At ex agricolis et viri fortissimi et milites strenuissimi gignuntur, maxime*que* pius quaestus stabilissimus*que* consequitur, minime*que* male cogitantes sunt, qui in eo studio occupati sunt. H. l. primum et quartum, secundum et tertium *que* inter se ἐκ παραλλήλου posita sunt.

Sed ponitur *que* etiam in prima enunciatione, nulla alia antecedente, et sequuntur aliae item per *que* aut per *et* adiunctae. Nonnunquam tertia enunciatio etiam per *atque* adiungitur. Sic hae existunt formulae: *que* — *que*, *que* — *et*, *que* — *que* — *et*, *quae* — *et* — *et*, *que* — *que* — *atque*, *que* — *et* — *atque*. Exempla sunt Plaut. Amph. prol. v. 5: peregri*que* *et* domi. v. 7: Quas*que* incepistis res quas*que* inceptabilis. Liv. Andronic. fr. inc. fab. 3, v. 30 sq.:

celsos*que* in ocris,
Arva*que* putria *et* mare magnum.

Terent. Hec. III, 5, 38: Amo*que et* laudo *et* vementer desidero. Plaut. Asin. III, 2, 31: Ut me*que* te*que* maxume *atque* ingenio nostro decuit. Poen. prol. v. 3: Silete*que et* tacete *atque* animum advortite.

36. *Atque* secundum Handium in Turs. I, p. 452 factum est ex *at*, quae una vox est cum praep. *ad*, et *que*. Huius decurtata forma est *ac*. De significatione Handius p. 458 sqq. haec habet: „In notionibus et sententiis coniungendis quum duplex esse possit ratio, altera, qua partes simpliciter iungantur externo nexu iunctaeque ad aliquid commune referantur, altera, qua notiones et enunciationes duae aequali conditione ita componantur, ut aut utriusque aequalis dignitas exprimatur, aut necessitudo, qua utraque aequali modo cohaereat vel continuetur, significantius appareat, Latini hunc interiorem nexum non fortuitum exprimunt per *atque*. Id undique comprobatur quum aliis omnibus exemplis, tum maxime eo usu, quo particula in comparatione et in ratiocinatione usurpatur. — Universum huius nominis usum ad duo exemplorum genera recte referri posse putamus. Nam et notionibus coniungendis et sententiis nectendis inservit una hac significatione, qua duae res non tantum apponuntur, sed aequiparantur. Ita coniuncta non adhaerent, sed inhaerent invicem sibi. — Haec autem eadem est causa, quapropter partes orationis, quae per *atque* coniunguntur, artius cohaerere videntur. Nam inhaerent sibi invicem et quasi confluunt. Unde etiam fit, ut haec particula eam in se recipiat vim demonstrativam, qua, ut rerum connexus percipiatur, animum ad aliam rem simul comprehendendam perducit eamque aequo modo considerandam monstrat. — Coniungitur *atque* cum pronominibus demonstrativis et personalibus ipsa sua vi ac natura, et quod attrahuntur pronomina, id non sola consuetudine fit, sed ratione.“ Iam Handii distributionem sequens potissima genera huius particulae recensebo.

a. Ac primum particula *atque* id proprium habet, ut unitatem notionum interiorem nexumque rerum in aequali ratione conspicuam significet. Unitas enim illa vel ipsa apparet in rebus unius generis, vel conficitur rebus ad unam rationem aequo modo conferendis. Quo quidem *atque* differt ab *et*, quod meram coniunctionem denotat atque, ut dixi, ubicumque obtinet locum suum. In connectendis autem his

notionibus similibus et cognatis sive sua natura cohaerentibus sensus particulae *atque* reddi potest verbis: *ut* — *ita, itemque.* Saepe haec dictio amplificationi unius nominis inservit. (Sic Handius p. 460). Cato in or. pro Rhodiensibus origg. lib. V inclusa: Scio solere plerisque hominibus rebus secundis *atque* prolixis *atque* prosperis animum excellere *atque* superbiam *atque* ferociam augescere *atque* crescere. v. Bolhuis. p. 85. Meyer. p. 105. Plaut. Mil. III, 3, 14: male atque malitiose. Merc. prol. v. 40 sq.: Principio ut aetas ex ephebis exiit *Atque* animus studio amotus puerilist meus. Caecil. Stat. Synephebi fr. 3: omnium adulescentium Clamo postulo obsecro oro ploro *atque* inploro fidem! Terent. Andr. I, 1, 47: vitam *parce ac duriter* Agebat. Eun. I, 2, 67: ut suis *Restituam ac reddam.* v. 95: Utinam istuc verbum *ex animo ac vere* diceres. Ad. III, 1, 10: tali *ingenio atque animo.*

b. Quare indicat *atque* alteram rem simul cum altera positam esse vel exsistere. Plaut. Aul. II, 3, 3: vascula intus pure *propera atque elue,* ad q. l. Casaub.: = propera eluere."

c. Quod ita in cognatis notionibus apparet, id etiam in qualibuscunque iis locum habet, quae composita aequiparantur atque hoc artiori nexu comprehenduntur. Quo fit, ut *atque* idem sit quod *et* — *et,* vel *ut* — *ita,* vel *aeque ac.* (Handius p. 461). Ennii Medea exul fr. 3, v. 292: Caelo atque terrae. Euhemerus fr. 3, 14: Iuppiter atque Iuno. Plaut. Amph. II, 2, 30: an ille me temptat sciens *Atque* id se volt experiri cett. Bacch. v. 632: Eum ego meis dictis malis foribus *atque* hac [muliere] Reppuli reiecique hominem. Terent. Heaut. II, 2, 103: hodie sero *ac* nequiquam voles. Hec. V, 4, 4: timeo ne aliud credam *atque* aliud nunties.

d. Nomen posteriori loco positum et per *atque* nexum universam aliquam rem significat, ad quam id, quod antea dictum est, tamquam pars attinet. (Hand. p. 464). Plaut. Capt. II, 2, 105: Solvite istum nunc iam, *Atque* utrumque.

e. *Atque* quum duas res aequa ratione componat et notionum seriem continuet ideoque in iis ponatur, quibus ea, quae antea dicta erant, distinctius confirmantar aut aliquid maioris momenti additur, critici docuerunt *atque* dici pro *atque adeo* et *immo.* (Hand. p. 466). Terent. Eun. III, 5, 43: ego illud vero item feci *ac* lubens. Heaut. IV, 5, 15: Faciam boni tibi aliquid pro ista re, *ac* lubens.

f. Id praesertim in responsis iis apparet, quibus non
tum id, quod ab altero colloquentium dictum erat, conce-
tur, sed aut additur aliquid maius et gravius aut distinctius
id constituitur, utrumque autem uni aequali rationi sub-
ttitur (Handius p. 467). Plaut. Bacch. III, 6, 9: Numquae
venienti aegritudo obiectast? MN. *Atque* acerruma. Men. I,
40: Ecquid audes de tuo istuc addere? PEN. *Atque* hilaris-
ne. Mil. II, 3, 66. 4, 15. Pseud. II, 4, 49: Ecquid [autem]
no habet aceti in pectore? CH. *Atque* acidissumi. Pers. V,
49: hic eius geminust frater. DO. Hicinest? TO. *Ac* gemi-
sumus. Terent. Andr. II, 1, 39: fugin hinc? BY. Ego vero
lubens. Eun. V, 3, 6: PY. Iamne ostendisti signa nutrici?
[. Omnia. PY. Amabo, quid aït? cognoscitne? CH. *Ac* me-
riter, id est, quomodo Schuetzius explicat: non cognoscit
um, sed etiam memoriter cognoscit. Ruhnk.: „*Ac* intendit
ıtionem, quasi dicas *etiam, vel, et quidem*."

g. Non diversa est res, ubi addita alia notione ea, quae
tecedit, pressius magisque definitur: quod interdum etiam
r *atque adeo* exprimitur. Nec multum id differt a verbis
quidem. Quare ipsum *quidem* adiici potest. (Hand. l. c.).
ıut. Asin. III, 3, 126: Fortunam *atque* Opsequentem. Cas.
., 6, 12: Ego servos? ST. *Atque* meus. Epid. III, 4, 34:
que ita profecto, ut eam ex hoc exoneres agro. Bacch. III, 6,
sq.: Quid? amas Bacchidem. PI. Duas ergo hic intus
ıas Bacchides. MN. Quid, duae? PI. *Atque* ambas sorores.

h. In comparationibus, quia res duae ex aliqua parte
quiparantur, propriam sedem occupat *atque*, ubi alia ex
ione *quam* dicitur. Sufficere poterat in his, expresso ipso
ıilitudinis nomine, simplex particula copulativa: quare
aeci etiam *καί* usurpabant. Non item Latini. Ii enim ne-
ıssariam putabant aequationis particulam et ad hunc usum
'ersitatis quoque et dissimilitudinis comparationem revoca-
nt, utramque eodem modo per particulam *atque* designantes.
and. p. 468 sq.). Sic ponitur *atque* post *aeque* et *adaeque*.
ıut. Capt. V, 4, 3: verum enimvero nulla *adaeque*st Acheruns
que ubi ego fui in lapicidinis. Terent. Andr. IV, 2, 19: Quis
leor? CH. Miser, *aeque atque* ego. Phorm. I, 2, 43: num-
ım *aeque* — *ac* modo Paupertas mihi onus visumst et miserum
grave. IV, 1, 15: Te mihi fidelem esse *aeque atque* egomet
n mihi Scibam. — post *idem* Cato R. R. c. 48, 1: ad *eundem*

modum *atque*. Terent. Heaut. II, 3, 24: Nam et vitast eadem et animus te erga *idem ac* fuit. — post *par* Plaut. Mil. glor. IV, 6, 36: Si amavit umquam aut si *parem* hic sapientiam habet *ac* formam, Per amorem siquid fecero, clementi ignoscet animo. — post *pariter* Ennii Hecubae fr. 4, v. 230: Nam opulenti cum locuntur *pariter atque* ignobiles. Plaut. Men. V, 1, 52: *pariter* hoc *atque* alias res soles. Terent. Phorm. V, 3, 3: *Pariter* nunc opera me adiuvas, *ac* re dudum opitulata es. — post *similis* et *consimilis* Plaut. Amph. I, 1, 287: tam *consimilis atque* ego. Mil. II, 4, 48: Ut ad id exemplum somnium *consimile* somniavit, *Atque* ut tu suspicatus es [te] eam vidisse auscultantem, ubi Lindemannus non recte, puto, verba *atque suspicatus es* refert ad v. *ad id exempl.*, immo *ad id exempl. consimile* unam efficiunt notionem, ad quam refertur particula *atque*. Ceterum *ut* recte dicit Lindemannus abundare. Terent. Phorm. prol. v. 31: Ne *simili* utamur fortuna, *atque* usi sumus. — post *talis* Ter. Phorm. V, 9, 39: Faxo *tali* eum mactatum *atque* hic est infortunio.

i. Eodem modo Latini dicunt in conferenda re dissimili. Post *alius* Plaut. Asin. I, 3, 54: Aliam nunc mi orationem — praedicas, *Aliam atque* olim quom inliciebas cett. Pseud. I, 5, 59: haut *alio* modo Me verberare *atque* ego te soleo cogitas, quem locum explicat Ladewigius in Zeitschr. f. Alterth. 1842, p. 1074. Pseud. IV, 7, 35: *alio* sunt illi ingenio *atque* tu. Terent. Andr. III, 3, 13: *Alium* esse censes nunc me *atque* olim quom dabam? Phorm. IV, 4, 3: Eho, verbero, *aliud* mihi respondes *ac* rogo? — post *aliorsum* Eun. I, 2, 2: *aliorsum atque* ego feci.

k. In his comparandi formulis particula *atque* sibi coniunctum habere potest vocabulum *ut*, unde fit *aliter atque ut*. Caecil. Stat. Plocium fr. 14: Insanum auspicium haut aliter histrionium est, *Atque ut* magistratus, publice quando auspicant. Plaut. Amph. IV, 1, 11: *Pariter* hoc fit *atque ut* alia facta sunt. Adde locum Mil. II, 4, 48 paullo supra allatum.

l. Ipsa, quae in his clare expressa est, comparatio interdum paullo obscurior aliis verbis continetur. Plaut. Mil. III, 1, 167: Haut centensumam Partem dixi *atque*, otium rei si sit, possum expromere. Huc pertinet etiam verbum *mutare*, quod ponitur pro *aliud esse*. Plaut. Amph. I, 1, 118: Neque se luna quoquam *mutat atque* uti oxortast semel. Mil. IV, 3, 37: Num-

quid videtur *demutare atque* ut quidem Dixi esse vobis dudum hunc moechum militem, ad q. l. Lindem.: „*Demutare* intransitiva notione, *alium esse, alium fieri*. Quapropter sequitur particula *atque*, quae verba similitudinis et dissimilitudinis comitatur."

m. Sed etiam vocabulo, quod similitudinem vel dissimilitudinem significet, omisso *atque* comparationi inservit ita, ut *aeque, tantopere* vel aliud huius generis verbum intelligendum sit. Id facile e contextu verborum colligitur. (Handius p. 472). Plaut. Cas. IV, 4, 21. Bacch. III, 6, 20: Sicut est hic quem esse amicum ratus sum *atque* ipsus sum mihi. Sic etiam in formula *ac si*. Ennii satur. fr. inc. libri 2: Meum non est, *ac si* me canis memorderit.

n. *Atque* ponitur etiam post adiectivorum comparativos, v. c. XIV, § 9. Plaut. Merc. V, 2, 56: *amicior* mihi nullus vivit *atque* is est. Terent. Andr. IV, 2, 15: Non Apollinis *magis verum atque* hoc responsumst. Antecedente negatione sequitur *atque ut*. Plaut. Cas. V, 1, 7 sq.: *Nec* fallaciam *astutiorem* ullus fecit Poeta *atque ut* haec est fabre facta a nobis.

o. Transgredimur nunc ad usum particulae in coniungendis sententiis. Atque ille, quem in notionibus copulandis usque adhuc demonstravimus, nexus aequalitatis idem inter duas sententias locum habet, ubi aut alteri, quae sequitur, aequalem vim et dignitatem tribuimus, aut altera cum altera priori caussae ratione vel temporis continuitate vel argumentationis consequutione cohaeret. (Handius p. 475). Haec ad comparationem externam magis spectant. Alia interiorem nexum sententiarum comprobant. Usurpatur enim *atque* in adiiciendo eo, quod id, de quo antea sermo erat, sive ex ratione caussae sive temporis consequitur, ideoque in iis locum habet, quae necessitate quadam continuitatis vel consequutionis arte cohaerent. Nimirum nexus ille proximus eo significatur, quod altera res cum altera aequa ratione componitur nec simpliciter adiungitur, sed ad alteram illam refertur aequiparatione. Ita intelligimus caussae nexum, ubi ex duabus rebus agendis altera alteram secum ducit aut ei originem praebet: quod explicari potest per *et ita*. (Hand. p. 478.) Cato in or. pro Rhod. ap. Iord. p. 24, 12: *atque* nos omnia plura habere volumus, et id nobis impune est. Plaut. Bacch. v. 756:

Atque ibidem ubi nunc sunt lecti strati potetis cito. v. 1185 sq.: isne hac mecum intro *Atque* [induces animum haec] ut eis delicta ignoscas? Trin. II, 2, 60: Qui quidem nusquam per virtutem rem confregit *atque* eget. Terent. Adelph. IV, 4, 15: sed reprendi me tamen, Nequid de fratre garrulae illi dicerem *ac* fieret palam.

p. Quae temporis nexu proxime et continua serie cohaerent, coniunguntur per *atque*: quo notatur id, quod factum est, aequali vel eodem modo continuari et transire in aliam rem sibi per ipsum temporis successum cognatam. In his vero exemplis plurima pronomen demonstrativum cum *atque* coniunctum exhibent. Plaut. Most. II, 2, 55 (Hand. p. 480).

q. Quum igitur ea, quae proximo et continuo tempore evenerunt, statim evenisse dicuntur, *atque* saepe ita ponitur, ut explicari liceat per *et statim, et illico.* — Sed non modo ea, quae continuo se excipiunt, ita designantur, sed etiam nexus rerum necessitate quadam cohaerentium, qui grammatica forma apodosis exprimitur. (Handius p. 480. 483). Ennii annal. inc. sedis fragm. 67: *Atque atque* accedit muros Romana iuventus. Gellius X, 29: „*atque* particula gemina si fit, auget intenditque rem, de qua agitur, ut animadvertimus in Q. Ennii annalibus" cett. Nonius p. 530, 3 „*atque* particula, si diligentius intelligitur, multam habet significationem, ut vel illud est Enni: atque . . . iuventus, quod est festine et intrepidanter accendit." (*accendit* Nonii libri). Plaut. Amph. II, 1, 13: Malum quod tibi di dabunt *atque* ego hodie Dabo, de quo loco vide Handium p. 482. Capt. III, 1, 19: *atque* illi tacent. Epid. II, 2, 33: Quom venio ad portum (sic Acidal. Δp ad portam), *atque* illam illi ego video praestolarier, = καὶ τότε Becker. p. 6. Bacch. II, 3, 45: Dum [me] circumspecto, *atque* ego lembum conspicor. Most. V, 1, 9: Quom eum convocavi, *atque* illi me ex senatu segregant.

r. Ut antea vidimus in notionibus coniungendis, ita etiam in sententiis conserendis oratio per *atque* adscendit ad graviora et maiora, reliquis aequiparanda. Tum explicari potest per *et adeo, adque adeo.* (Hand. p. 484). Plaut. Bacch. IV, 7, 27: *Atque* orabis me quidem ultro ut auferam.

s. Loquitur deinde Handius p. 487 sqq. de eo usu, quo per *atque* transitus fieri dicitur docetque adversativam vim omnino abhorrere ab hoc vocabulo, sed poni tamen posse pro

ac tamen. Sic positum videtur a Terentio Eun. III, 1, 61: Bene dixti: *ac* mihi istuc non in mentem venerat. Andr. V, 1, 22: tibi sum oblitus hodie, *ac* volui, dicere, ubi Donatus falso explicat *contra quam volui.* Adelph. I, 1, 15: *Atque* ex me hic natus non est, sed fratre ex meo. Sosipater Charisius loquens de hoc loco *atque* pro *et* positum dicit et addit: „ubi Acron, argute, inquit. nam per hanc coniunctionem transitum fecit ad narrationem. [Neutrum rectum est]. Cn. Naevius in Agitatoria, sed et in Tarentilla [fr. 14].“

t. *Atque* eam vim habet, ut aliud quid adiiciat aequali ex ratione, quo simul comprehenso conclusio conficitur: nec tamen necesse est conclusio ipsa verbis exprimatur. Quam formam grammatici assumptionem vocant. (Hand. p. 492). Plaut. Aul. II, 4, 8: *Atque* (sic Δp, vulg. *atqui*) ego istuc, Anthrax, aliovorsum dixeram.

u. De *ac quidem* vide Handium p. 502. Plaut. Aul. IV, 9, 18: *Atque* hic *quidem* Eucliost, ut opinor.

v. *Atque etiam* Plaut. Asin. II, 4, 76: *Atque etiam* Pro dictis nostris maledicis poenae pendentur mi hodie. Bacch. V, 1, 6: Perditus sum *atque etiam* eradicatus sum, ubi habet significationem intensivam.

x. *Ac quoque* Plaut. Pseud. I, 3, 133: Verberavisti patrem atque matrem. BA. *Atque* occidi *quoque* Potius quam cibum praehiberem, ubi *atque* habet vim intensivam atque augendi. Coniunguntur adeo tres particulae Amph. prol. v. 30: *Atque* ego *quoque etiam.*

37. *Etiam* compositum est ex *et iam.* In describendis generibus huius particulae iterum sequar Handium.

a. *Etiam* adiicit ei, quod aut dictum aut cogitatum est, aliud quid, et significat *ad haec, praeterea, insuper.* Naev. fr. 3 inc. com., ubi est ab initio positum. Ib. fr. 23. Plaut. Amph. II, 1, 21: Rogasne, inprobe, *etiam* qui ludos facis me? 2, 113: An *etiam* id tu scis? v. 128: Opsecro, *etiam*ne hoc negabis, te auream pateram mihi Dedisse dono hodie —? Capt. prol. v. 53: Set *etiam*st paucis vos quod monitos voluerim, ad q. l. Boxhorn.: „*Etiam*, insuper, praeterea.“ Bacch. v. 274: *Etiam* quid porro? Mil. IV, 8, 63: *Etiam* nunc vale, ad q. l. Lindem.: „est *nunc iterum vale.*“ Terent. Andr. I, 3, 10: Ad haec mala hoc mi accedit *etiam*: haec Andria — gravida e Pamphilost. Eun. II, 2, 55: *Etiam* nunc hic stas, Parmeno. III, 5, 22: Neque is deductus *etiam* tùm ad eam. Hecyr. I, 2, 70: Narrat-

que, ut virgō ab se integra *etiam* tum siet. Heaut. II, 1, 17: neque *etiam* dum scit pater. (de *etiam dum* vide in universum Hand. p. 322 sq.). Adelph. III, 3, 91: vivere *etiam* nunc lubet.

b. In colloquiis saepe haec particula usurpatur cum leviori vi, ut Ter. Ad. II, 1, 34: Leno sum, pernicies communis, fateor, adulescentium, Periurus, pestis: tamen tibi a me nullast orta iniuria. AE. Nam hercle *etiam* hoc restat.

c. In numerandis rebus *etiam* de eo dicunt, quod numero additur: *etiam unum* i. e. noch einō. Ter. Eun. V, 8, 54: *unum etiam* hoc vos oro, ut cett.

d. Coniunguntur verba *etiam insuper*. Terent. Ad. II, 2, 38: *Etiam insuper* defrudet?

e. *Tam* (quod est pro *tamen*) *etiam* invenitur in Naev. fr. inc. com. 23: ... quid si taceas? dum te videat, *tam etiam* sciat, Quid scriptum sit.

f. Ex his, quae de primaria significatione diximus, facile colligitur, quomodo *quoque* et *etiam* inter se differant. Hoc enim proprie non dicitur de rebus aequandis, sive de re ob aequalitatem cum alia componenda, nec significat *item*. Sed ut hoc designetur, dicitur *quoque*, et ubi aequale adiicitur, *etiam quoque* sive *quoque etiam*. In *etiam* inest vel accessionis vel amplificationis indicium. Nam ut *quoque* est *eodem modo*, ita *etiam* significat *non minus hoc quam illud*. Plaut. Amph. I, 1, 305: Nisi *etiam* is *quoque* me ignorabit. II, 2, 70: *Etiam* tu *quoque*. Asin. II, 4, 95: Atque *etiam* tu *quoque* ipse cett. III, 2, 21: Verum edepol *etiam* tua *quoque* male facta cett. Most. V, 1, 61: Immo *etiam* cerebrum *quoque* omne e capite emunxisti meo. Pseud. I, 1, 20: Pietatis caussa vel *etiam* matrem *quoque*. 3, 118 sq.: Iuravistin te illam nulli venditurum nisi mihi? BA. Fateor. CA. Nempe conceptis verbis? BA. *Etiam* consultis *quoque*. De *quoque etiam* Lingius quaest. Plaut. p. 65: „semper subiecto adiicitur nullo verbo intercedente.“ Plaut. Amph. prol. v. 30: Atque ego *quoque etiam*, qui Iovis sum filius. v. 81: Hoc *quoque etiam* mihi [ille] in mandatis dedit. I, 1, 125: Eam *quoque* edepol *etiam* cett. II, 2, 85. 121. Asin. I, 3, 32: et *quoque etiam* cett. Epid. II, 2, 50: Cani *quoque etiam* ademptumst nomen. IV, 2, 19: Hanc *quoque etiam*, si me adpellet filiam, matrem vocem. Menaechm. V, 9, 98: Uxor *quoque etiam* vaenibit. Merc. II, 2, 28. 56: Quin mihi *quoque etiam*st ad

portum negotium. Pseud. IV, 1, 22: Te *quoque etiam*. Poen. prol. v. 40: Et hoc *quoque etiam*, quod paene oblitus fui. Pers. I, 3, 65: me *quoque etiam* vendas, si lubet. IV, 9, 7: Ego pol te faciam — Te *quoque etiam* ipsum ut lamenteris. Truc. I, 1. 76: Cum ea *quoque etiam* mihi fuit conmercium. IV, 2, 18: Thetis *quoque etiam* lamentando lausum fecit filio (sic Ribbeck. in Iahnii nov. annal. 1858, p. 182 *lausum* sec. Par. cod. Pall. et Vat., non *lessum*). 4, 22: tibi *quoque etiam* proderit. Terent. Hec. IV, 1, 28: at pol iam aderit, se *quoque etiam* quom oderit. V, 1, 8: Ego pol *quoque etiam* timida sum. v. 36: ego *quoque etiam* credidi.

g. De *immo etiam* vide Handium p. 562. Plaut. Bacch. II, 3, 82.

h. Additur *etiam* comparativis, ut quantitas rei maior esse ea ratione designetur, ut res, quacum illa comparatur, ipsa esse magna praesumatur. Terent. Eun. I, 2, 63: sed quantum suspicor, Ad virginem animum adiecit. PH. *Etiam*ne *amplius?* Adelph. III, 4, 21 sq.: non dum audisti, Demea, Quod est gravissumum. DE. An quid est *etiam amplius?*

i. Qui respondet esse rem, affirmationem suam exprimit vocabulo *etiam* pro *ita est*. Plaut. Amph. I, 3, 46: numquid vis? AL. *Etiam*. Most. v. 999: Numquid processit ad forum hic hodie novi? SI. *Etiam*.

k. Affirmatio est, in qua vocabulo *etiam* exprimitur rem vere fieri vel vere factam esse. Atque utitur verbis *nihil etiam* is, qui vehementius affirmat aut suae sententiae novum additurus est momentum affirmationis. Terent. Phorm. III, 1, 10: Numquid subolet patri? GE. *Nil etiam*.

l. *Etiam*, quum in se habeat *iam*, ad tempus refertur. Significat enim rem continuam, nondum finitam, sed adhuc perpetuam, quae alibi vocabulo *adhuc* designatur. Plaut. Amph. I, 2, 138: Amphitruonis ego sum servos Sosia. ME. *Etiam* denuo? Trin. II, 4, 193. Terent. Andr. I, 1, 89: Nil *etiam* suspicor mali, v. Ruhnk. III, 2, 23, v. Donat. Hec. III, 4, 16: Ere, *etiam* tu hic stas? IV, 3, 8. De temporali significatione v. *etiam* vide etiam Halm. ad Cic. Verr. IV, 45, 99.

m. De continuata re est id, quod diutius, ulterius. Terent. Heaut. IV, 4, 20.

n. Unum hoc vocabulum interdum idem exprimit quod *amplius*, pro tota sententia positum. Plaut. Asin. I, 1, 27.

o. Cum negatione coniunctum *etiam* significat rem nondum factam. Tempus adhuc est, in quo non facta sit res. Sic *etiam non* pro *nondum*, et *nihil etiam*. Et componuntur verba *nondum etiam*. Plaut. Pseud. I, 3, 45 sq.: Hunc pudet, quod tibi promissit quaque id promissit die, Quia minas viginti tibi pro amica *non etiam* dedit. Terent. Andr. I, 1, 88: Egomet quoque eius causa in funus prodeo, *Nil etiam* suspicans mali. 2, 30. III, 2, 23: *Non* satis me pernosti *etiam*, qualis sim. Heaut. III, 3, 35.

p. De interrogatione praeter ea, quae cum communi particulae usu conveniunt, haec sunt observanda. Interrogatione quum praesumitur id, quod vel fieri iubemus, vel quod ut fiat in votis habemus, ponitur *etiam*, quo certior fiat res. (Sic Hand. p. 574). Plaut. Asin. III, 3, 124: *Etiam* tu, ere, istunc amoves aps te atque me ipse adgredere —?, ad q. l. Douza pro *quin* positum esse dicit. Terent. Andr. V, 2, 8: *Etiam* tu hoc respondes, quid istic tibi negotist? Heaut. II, 2, 6: *Etiam* caves, ne videat forte hic te a patre aliquid exiens?

q. Idem exprimitur imperativo, sed distinctius. Plaut. Most. II, 2, 42: Tutum probest. TR. Circumspice *etiam*. TH. Nemost: loquere nunc iam.

r. Accedit indignatio. Nam qui miratur aliquid, quod alienum aut ineptum aut nimium videatur, fieri posse ideoque indignatur, is interrogat addita particula *etiam*, qua inexspectatae rei accessio exprimitur. Amph. I, 1, 120: *Etiam* clamas, carnufex? v. 225. Most. II, 2, 89.

s. Alia est interrogationis forma, qua aliquid statim fieri ita vehementius iubemus, ut cum indignatione quaeramus, num res nondum facta sit. Plaut. Pers. II, 4, 4: Scelerate, *etiam* respicis? v. 7: *Etiam* dicis mi, ulmitriba tu? (sic Bergk. Philol. 1861, I, p. 40). Terent. Phorm. III, 3, 9: *etiam* tu hinc abis? Ad. IV, 2, 11: *etiam* taces? Vide in universum etiam de his diversis interrogationum generibus quae *etiam* particulam adiunctam habent, § 16, ubi plura exempla.

t. De *etiam atque etiam* vide Handium p. 576. Enn. Iphigeniae fr. 1, v. 245 sqq.: Temo superat Cogens sublime *etiam atque etiam* Noctis iter. Terent. Eun. I, 1, 11: dum est tempus, *etiam atque etiam* cogita.

38. *Quoque* Ennii heduphagetica v. 11: dulces *quoque* echini. Plaut. Amph. II, 2, 192: Mihi *quoque* adsunt testes.

Epid. II, 3, 9: atque id *quoque* habeo. Bacch. IV, 8, 51: Immo est *quoque*. Poen. V, 2, 125: Quin mea *quoque* iste habebit, siquid me fuat.

39. *Coniunctiones adversativae. Ast, at* unius vocabuli duplex forma est. Sec. Handium in Tursell. I, p. 418 propria et una vis huius coniunctionis cernitur in oppositione, quae esse potest et contrarii et diversi. Quare non inservit copulationi sententiarum simplici neque usquam, nisi alia causa intercedente, ab initio orationis poni potest. Omnem particulae usum Handius p. 420 ad tria genera revocat, quorum primum ob simplicem oppositionis significationem vocari potest grammaticum, alterum rhetoricum, tertium patheticum. De discrimine autem, quod intercedit inter *at* et *sed*, Handius p. 425 haec habet: „*Sed*, ex *se* factum, propriam vim habet secludendi, eoque nomine differt ab *at*. Id enim indicat rem contrariam aut contra oppositam, *sed* non opponit, sed secernit et apponit id, quod distinguendum videtur. Veluti qui dicit *dives est, sed non probus*, hoc vult, praeterea, quod aliquis dives sit, eum non probum esse: sive qui dicit *non dives est, sed probus*, in eo, quod non dives est, probitatem distinguit. Quum autem dico *dives est, at non probus*, divitiis oppono probitatis defectum ita, ut illas esse concedens hanc tamen esse negem, nec tantum diversitatem, sed oppositionem rei deficientis et rei non deficientis agnoscam.“

a. Oppositione, quam particula *at* exprimit, aut res distinguuntur ex adverso positae, aut sententiae contrariae. Atque in rebus opponendis ea significat *ex altera parte, e contraria parte*. Sic Handius p. 420, qui deinde impugnat sententiam Rostii comment. Plaut. p. 240 sqq. (Plautin. cuped. fercul. 13) docentis *at* non poni nisi ubi quis suae aut alius hominis sententiae veritatem facultatemque impugnet atque ita diversas et contrarias sententias, non ipsas diversas res opponi. Fragm. legis Servii Tullii ap. Festum v. *plorare*: si parentem puer verberit, *ast* olle plorassit pareri puer diris parentum sacer esto. Cato R. R. praef. § 4. Ennii annal. v. 82 sqq. ap. Cic. de div. I, 48: Remus auspicio se devovet atque secundam Solus avem servat . *at* Romulus pulcher in alto Quaerit Aventino. Epicharmus fr. 5: terra corpus est, *at* mentis ignis est. Euhemerus fr. 3, 21. Plaut. Capt. III, 5, 26: Si ego hic peribo, *ast* ille, ut dixit, non redit: *At* erit mi hoc factum mortuo memora-

bile, ubi alterum *at* pro *tamen* positum est. Lindem.: „*ast* h. l. differt a seq. *at* et fere idem valet quod *contra, vicissim*."

b. Praemissa sententia, in qua aliquid non esse dicitur, ponitur *at* ita, ut in vicem negatae rei substituat aliud contra, ideoque saepe significet *tamen* vel *saltem*. (Sic Hand. p. 426). Terent. Andr. IV, 1, 55: Parum succedit quod ago: *at* facio sedulo.

c. *At* ponitur in apodosi enunciationum concessivarum et conditionalium vel cum negatione coniunctarum, vel notionem aliam negativam vel disparem in se habentium. Quare usurpatur, ubi antecedunt coniunctiones *etsi, quamquam, si non*, et *si*, quod pro *etiamsi* dicitur. (Handius p. 426 sq.). Cato R. R. c. 2: *si nón* eo die, *at* postridie. Plaut. Bacch. II, 3, 131: *Si* illi sunt virgae ruri, *at* mihi tergum domist. IV, 8, 46: *Si* tibi machaera, *at* nobis vervinast domi. Trin. II, 4, 127: *etsi* scelestus est, *At* mi infidelis non est. Truc. V, v. 42. Terent. Eun. V, 2, 27: *si* ego digna hac contumelia Sum maxume, *at* tu indignus qui faceres tamen.

d. *At quom* Plaut. Pseud. I, 2, 9: *At* faciem *quom* aspicias eorum, hau mali videntur.

e. Ad rhetoricum usum spectat, si obiectio per *at* infertur. Haec obiectio autem iterum reprimi et confutari potest alia contraria sententia, quae per particulam *sed* coniungitur (Hand. p. 433 sqq., cum quo confer Schuetzium doctr. part. p. 87). Ter. Ad. IV, 2, 32:

Sed estne frater intus? SY. Non est. DE. Ubi illum inveniam cogito.
SY. Scio ubi sit, verum hodie numquam monstrabo. DE. Hem, quid ais? SY. Ita.
DE. Dimminuetur tibi iam cerebrum. SY. *At* nomen nescio
Illius hominis, *sed* locum novi ubi sit.

f. In colloquiis, in quibus aliquid concessum erat, per *at* conditio adiicitur, quae rem maioris momenti indicat aut id, quod diligentius animadverti aut instantius mandari volumus. (Sic Handius p. 436). Ter. Eun. II, 1, 1: Fac, ita ut iussi, deducantur isti. PA. Faciam. PH. *At* diligenter. PA. Fiet. PH. *At* mature. PA. Fiet. Ad. II, 1, 7: Leno ego sum. AE. Scio. SA. *At* ita, ut usquam fuit fide quisquam optuma.

g. Sententia, quae opponitur, potest cum graviori asseveratione proferri. Quare opponuntur vocabula *pol, edepol*. Plaut.

Amph. I, 1, 215: *At pol* profecto ingratiis. Asin. IV, 2, 14. Capt. III, 4, 65. Trin. II, 4, 73.

h. Est huius particulae aliquis usus, quo ad interiectionis formam propius ita accedit, ut admirationem rei antea non cognitae, nunc supervenientis exprimat. (Sic Handius p. 438). Terent. Eun. I, 2, 75: *at* ego nescibam, quorsum tu ires.

i. Ponitur ab initio interrogationis, si cum ea coniuncta est indignatio, admiratio, acrimonia. Sic formulis *at scin quomodo? at scin quemadmodum?* admixta est indignatio, saepe etiam minae et convicium. Plaut. Amph. I, 1, 200. Aul. I, 1, 8. II, 4, 28: *at scin* etiam *quomodo?* Bacch. V, 2, 59. Mil. IV, 4, 26. Rud. III, 5, 18. — Terent. Andr. V, 1, 9: *At* rogitas? Hec. IV. 1, 11.

k. Tertium genus patheticum vocamus. Nam ponitur *at* in oratione, quae ex animo vehementius commoto profecta eum qui audit ad aliam rem abripit et ad eam ex adverso positam potissimum attendere iubet. Quare saepissime coniungitur cum imperativo, quo aliquid petimus vel iubemus. (Sic Handius p. 439). Terent. Andr. IV, 2, 32: *At* matura, ubi *at* a Fleckeiseno insertum est.

l. Tum ponitur *at* in ea exclamatione, qua dolorem et aegritudinem et iram significamus. (Hand. p. 440). Plaut. Amph. II, 2, 160: Hic patera nulla in cistulast. AM. Quid ego audio? SO. Id quod verumst. AM. *At* cruciatu iam, nisi adparet, tuo.

m. Deinde hoc modo exprimitur animi vehementior vis in votis, quibus bona imprecamur amicis vel nobis ipsis, et in imprecationis indignatione atque exsecrationibus. Sic etiam haec particula in minatione ponitur: nam vehementiam quamdam addit orationi subita oppositione. (Hand. p. 441). Plaut. Curc. I, 3, 38: *At* ne tu hercle cum cruciatu magno dixisti id tuo. Most. I, 1, 37. Men. V, 7, 32. Pers. IV, 3, 18: *At* tibi di bene faciant omnes. Terent. Andr. IV, 1, 42: *At* tibi di dignum factis exitium duint, ubi Ruhnkenius affert Eun. III, 1, 41: *At* te di perdant, et dicit: „*At* in principio positum eleganter inservit indignationi et imprecationi.“ Hec. I, 2, 59: *At* te di deaeque faxint.

n. Apud omnes scriptores *at* primo loco sententiis praefigitur. Nonnunquam tamen praemissae relativae sententiae postponitur. Sic in legg. XII tabb. X, fr. 9: Neve aurum

addito. Quoi auro dentes vincti escunt, *ast* im cum illo sepelire urereve se fraude esto. Plaut. Capt. III, 5, 32: Qui per virtutem perit, *at* non [is] interit, de quo loco vide Rost. comment. Plaut. p. 241.

o. De *at enim* v. Handium p. 444 sqq. Naev. Gymnasticus fr. 7. Plaut. Cist. IV, 2, 73: *At enim* ille quidem argentum expetit. HA. *At enim* expetit nequiquam. Bacch. v. 991: *At enim* quod te iubeo facias. IV, 10, 6: *at enim* id rare. Most. III, 2, 121: *at enim* mulieres. 3, 19: *At enim* ne quid captioni mihi sit, si dederim tibi. Men. V, 2, 39: *At enim* ille hinc amat meretricem ex proxumo. Pseud. I, 5, 21: *At enim* nequiquam nevis. v. 124: *At enim* scin quid mihi in mentem venit? II, 2, 46: *At enim* scin quid est? Poen. III, 3, 49: *At enim* hic clam, furtim, esse volt. IV, 2, 92: *At enim* nihil est, nisi, dum calet, hoc agitur. V, 4, 26: *At enim* volo hoc agas. HA. *At enim* ago. Pers. V, 2, 51: *At enim*, quod ille meruit, tibi id obsit volo. Stich. I, 2, 72: *At enim* nos quarum res agitur aliter auctores sumus. Trin. III, 3, 77: *At enim* nimis longo sermone utimur: Diem conficimus, quom iam properatost opus. Terent. Heaut. IV, 3, 21: SY. Videndumst — amici quoque res, Clinia, tui in tuto ut conlocetur. Nam si nunc a nobis abis et Bacchidem hic relinquis, Senex resciscet ilico esse hanc Clitiphonis: Si abduxeris, celabitur, itidem ut celata adhuc est. CL. *At enim* istoc nil est magis, Syre, meis nuptiis advorsum, ubi dictum est in occupatione alienae vel contrariae sententiae, v. Schuetz. doctr. part. p. 85. Phorm. III, 2, 2: Audi quod dicam. DO. *At enim* taedet iam audire eadem miliens. Adelph. II, 1, 14: *At enim* non sinam.

p. *At etiam* Plaut. Amph. IV, 2, 5: Sceleste *at etiam* quid velim, id tu me rogas? Asin. V, 2, 73: *At etiam* cubat cuculus: surge amator. Capt. v. 454 sq.: Expedivi ex servitute filium, si dis placet. *At etiam* dubitavi hos homines emerem an non emerem diu. III, 4, 31: *At etiam*, furcifer, Male loqui mi audes? Mil. IV, 4, 6: Ut lepide deruncinavit militem. MI. *At etiam* parum. Rud. III, 4, 6. Trin IV, 2, 149: *At etiam* maledicis? Terent. Eun. IV, 4, 1: Exi foras, sceleste: *at etiam* restitas, Fugitive? V, 6, 8: *At etiam* primo callidum et disertum credidi hominem.

q. *At iam, at nunc.* Plaut. Amph. I, 1, 188: Mentire nunc. ME. *At iam* faciam ut verum dicas dicere. Trin. V, 2,

63: *At iam* posthac temperabo. Terent. Andr. I, 2, 8: *At nunc* faciet.

r. *At quin* Plaut. Rud. III, 4, 55: *At quin*, quia votas, utramque iam mecum abducam semul.

s. *At saltem* Plaut. Merc. III, 4, 52: *At saltem* hominis faciem exquireres.

t. *At vero* Plaut. Aul. prol. v. 18: *At* ille *vero* minus minusque impendio Curare (Nonius p. 556, 53 citat: *Atque ille vero*).

u. *At tamen* Naev. Tarentilla fr. 2, v. 79. Terent. Andr. IV. 2, 28: Dave, *at tamen*. DA. Quid ergo? CH. Ut ducam. DA. Ridiculum. CH. Huc face ad me ut venias, siquid poteris. DA. Quid veniam? nil habeo. CH. *At tamen* siquid. Phorm. IV, 3, 25: *at* tandem *tamen* Non capitis ei res agitur, sed pecuniae.

40. De *atqui* vide Handium. Exempla sunt: Catonis apophthegmata (Lion. 96) ap. Plin. hist. nat. XV, 18 (20): Interrogo vos — quando hanc pomum demptam putetis ex arbore? — *Atqui* tertium — ante diem scitote decerptam Carthagine; tam prope a muris habemus hostem. Plaut. Asin. III, 3, 80: *Atqui* pol hodie non feres, ni genua confricantur. Bacch. IV, 7, 26: *Atqui* iam dabis. Merc. IV, 3, 28: *Atqui* dicundumst tamen. Rud. III, 4, 14: *Atqui* mecum agundumst. Trin. III, 3, 18. Terent. Andr. II, 6, 4: *Atqui* expectabam quidem. III, 2, 45: *Atqui* hauscio an quae dixit sint vera omnia. Eun. V, 1, 9: *Atqui* certo comperi. Phorm. I, 4, 26: *Atqui* opus est nunc quom maxume ut sis, Antipho. II, 1, 33: *Atqui* nil fecit, patrue, quod suscenseas. Ad. V, 5, 5: et tibi Lubens bene faxim. SY. Gratiam habeo. DE. *Atqui*, Syre, Hoc verumst et re ipsa experiere.

41. De coniunctionis *autem* significatione eiusque usu vide Handium. Plaut. Amph. prol. v. 36: Nam iniusta ab iustis impetrari non decet, Iusta *autem* ab iniustis petere insipientiast. v. 144: Tum meo patri *autem* torulus inerit aureus Sub petaso. III, 2, 20: Heia *autem* inimicos? Merc. IV, 4, 8: ecce *autem* perii. v. 52: ecce *autem* haec abiit. Poen. V, 3, 5: Ecce *autem* mala! Pers. IV, 2, 3: Tum hanc hospitem *autem* crepidula ut graphice decet. Rud. III, 2, 44: Iterum *autem* imperabo? Stich. V, 4, 50: Tecum ubi *autem*st, mecum [ea] itidemst. Truc. II, 2, 11: Pergin male loqui, mulier, mihi? AST. Quid tibi ego *autem* dico? Caecil. Stat. Syracusiorum fr. 3:

hic amet,
Familiae fame perbitant, ager *autem* stet sentibus.
Terent. Eun. III, 2, 22: Quid tu ais, Gnatho? Numquid habes quod contemnas? quid tu *autem* Thraso? Hec. V, 3, 19: Quot commodas res attuli! quot *autem* ademi curas! Ad. IV, 2, 50: Ctesipho *autem* in amorest totus. Plaut. Amph. I, 3, 41: Pergin *autem?* Pertinet hoc exemplum ad primum genus, quo *autem* in interrogatione ponitur, de quo Handius I, p. 575: „exprimit quaerentis impetum et vehementiam, sive ea ab admiratione proficiscitur sive ab indignatione et iracundia, maxime in reprehensione.“ Similiter Pseud. I, 3, 70: metuo credere. PS. Credere *autem*? eho an paenitet te, quanto hic fuerit ussui? Ter. Eun. IV, 7, 28: ego non tangam meam? CH. Tuam *autem*, furcifer? Hec. II, 3, 10: Vae misero mi, quanta de spe decidi! CLIT. Qui istuc? quae res te sollicitat *autem*? Ad. II, 1, 31: Egon debacchatus sum *autem* an tu in me? Alibi hac interrogationis forma utitur is, qui aliud opponendo reprehendit eum, qui antea loquutus est, vel se ipsum. (v. Handium p. 576). Sic Plaut. Aul. V, 11: iamne *autem*, ut soles, deludis? Bacch. I, 1, 58: Sumne *autem* nihili qui nequeam ingenio moderari meo? — Saepe fit in sententiis per *autem* oppositio, ut in prosequenda demonstratione non modo idem vocabulum alia ratione subiecta iterum ponatur, sed etiam id, quod ab altera parte considerandum, in antecedentibus iam commemoratum sit atque ex priori sententia posterior prodire videatur: quo in nexu eadem res bis nominatur. — Si quando idem verbum iterum ponendum est, distinguitur per *autem*, utpote ad alteram partem pertinens, ita ut ab eadem notione nova incipiat cogitatio. Ita saepe etiam res antea nominata, sed propius iam spectata per *autem* distinctiori declarationi committitur. (Sic Handius p. 568). Sic Plaut. Most. III, 2, 92: Vehit hic clitellas, *vehit hic autem* alter senex. Mil. III, 1, 83: Liberae sunt aedes, *liberum autem* [esse] egomet me volo, ad q. l. vide Lindem. Trin. v. 385: Set ad istam adde gratiam unum. PH. Quid id est *autem unum*? De collocatione huius particulae Handius p. 577 docet comicos nomen vi praestantius non semper primo loco posuisse nec particulam ei verbo adiunxisse, in quo fiat oppositio. Plaut. Asin. III, 3, 126: Quem te deum *autem* nominem? Cist. I, 3, 25: Tum illic *autem* Lemnius. Epid. III, 3, 39: Ego illic me *autem* sic adsimulabam. V, 1, 15: haec illast *autem*.

Bacch. IV, 9, 137: Ego ad forum *autem* hinc ibo, absolvam militem. Men. V, 2, 27: quid ille *autem* abs te iratus destitit? Similiter v. 32: Quid istuc *autemst*? Poen. V, 5, 27: Quid tibi negotist *autem* cum istac? Terent. Eun. V, 2, 10: quid mea *autem*? Heaut. II, 3, 10: Qui istuc? quae res te sollicitat *autem*? Adiungitur *autem* etiam particulae copulativae *et*. Ita dicitur a Plauto *et autem*, *et* — *et autem*. Sic Truc. IV, 3, 64: Agite, abito tu domum, *et* tu *autem* domum. Mil. IV, 4, 13: Facile istuc quidemst, si *et* illa volt *et* ille *autem* cupit. Merc. I, 2, 9: *Et* currendumst *et* pugnandum *et* iurigandum *autem* in via, de quo usu v. *autem* Lamb. ad Poen. V, 2, 9: „sunt quaedam vocabula in comicis, qui negligentiorem vulgi sermonem imitantur, quorum vis occulta γεωμετρικῶς ostendi non potest." De coniunctione *set autem* v. § seq.

42. De significatione particulae *set* v. § 39, quomodo autem differat ab *autem*, v. Hand. Tursell. I, p. 559. Plaut. Asin. III, 3, 29: Ere, salve, *set* num fumus est haec mulier quam amplexare?, ad q. l. Pistor.: „Usitatum est Plauto, post salutationem statim per particulam *sed* aliud quid subiungere." Post responsum affirmans additur *sed* ad rem distinctius declarandam Cas. III, 5, 51: Habet (gladium), *sed* duos. Pro particula sumptiva *nisi* positum est *set* Mil. III, 2, 39: Non hercle tam istic valide cassabant cadi. *Set* in cella paulum loculi erat nimis lubrici, h. e. nisi in cella fuisset. De iterato *set* contiguis versibus duobus vide Ritschelium in parerg. praef. p. XXIX sq. Coniunguntur inter se *set autem*, de cuius significatione vide Handium I, p. 583. Plaut. Rud. II, 5, 15: *Set autem* quid si hanc hinc apstulerit quispiam Sacram urnam Veneris? Truc. II, 3, 14: *Sed* haec quid *autem* hic tamdiu ante aedis stetit? Terent. Phorm. IV, 2, 11: *sed* quid pertimui *autem* belua? *Sed vero* Plaut. Poen. I, 2, 16: *Sed vero* duae cett. *Sed enim* Cato in orat. pro Rhod. ap. Iordan. p. 23, 9.

43. *Tamen* ex adverso ponitur sententiae concessivae, quae exprimitur per particulas *si*, *etsi*, *quamquam*, *cum*, *utut*: saepe enunciatio, quae antecedit, elata est quidem sine his particulis, sed semper tamen sententia concessiva ex ea erui potest. Cato origg. l. IV, p. 19, 9 Iord.: *cum* saucius multifariam ibi factus esset, *tamen* vulnus capiti nullum evenit. l. V, p. 23, 12: atque Rhodienses *tamen* Persen publice numquam adiuverunt. lin. 16: quod illi *tamen* perpessi. p. 24, 15: quod

bene facere voluisse quis dicit, neque fecit *tamen*. Ab initio enunciationis ib. l. VII, p. 27, 4: *Tamen* dicunt deficere voluisse. Or. dierum dictarum de consulatu suo p. 33, 4: Atque *quamquam* multa nova miracula fecere inimici mei, *tamen* nequeo desinere mirari cett. ib. p. 34, 1: id *tamen* maturrime [me] comparavisse. Carmen de moribus p. 83, 6: *si* non exerceas, *tamen* rubigo interficit. Plaut. Aul. IV, 10, 75: Nisi etiam hic opperiar *tamen* paulisper. Curc. I, 1, 4 sqq. Cist. I, 1, 111: *utut* erga mest meritus, mihi cordist *tamen*. Pseud. I, 4, 9: Quaerit quod nusquamst gentium, reperit *tamen*. Pers. I, 1, 11: Set quasi lippo oculo me erus meus manum abstinere hau quit *tamen*. Caecil. Stat. Plocium fr. 1, v. 144: Ut si taceam, *tamen* indicium sim. Iuventius inc. fab. fr. 1: gaudia Sua *si* omnes homines conferant unum in locum, *Tamen* mea exsuperet laetitia. Coniungitur cum *etsi* in unam notionem, si sententia concessiva simul oppositionem efficit, ita ut dicatur *tamen etsi* et *etsi tamen*, de qua re vide Handium Tursell. II, p. 606. Sic Enn. annal. inc. sed. fragm. 54, v. 512: At Romanus homo, *tamen etsi* res bene gesta est, Corde suo trepidat. Plaut. Mil. IV, 5, 10: postremo *tamen Etsi* istuc mihi acerbumst cett., ubi Lindem.: „*Tamen etsi* unam vocem efficiunt versu diremptam.“ Poen. V, 2, 124: Facito sis reddas, *etsi* hic habitabit *tamen*. Similiter in una enunciatione coniunguntur *quamquam* — *tamen* Amph. I, 2, 29: *Quamquam*, ut iam dudum dixi, resciscet *tamen*. Ad collocationem huius particulae quod attinet, notandum est eam et ab initio enunciationis et in media et extrema poni posse. Sic ab initio posita est Terent. Adelph. I, 2, 61: *tamen* Non nil molesta haec sunt mihi, item II, 1, 35: *tamen* tibi a me nullast orta iniuria. Media autem et extrema enunciatione in his exemplis: Plaut. Amph. I, 1, 45: Verum quasi adfuerim *tamen* simulabo atque audita eloquar, ad q. l. Lindem.: „solet Plautus *tamen* postponere et saepe ad extremum enunciati locum reiicere.“ 2, 29. Capt. II, 3, 33: Istuc ne praecipias, facile memoria memini *tamen*, ad q. l. Lindem.: „*Tamen* saepe ultimum sententiae locum occupat, ubi vehementiorem reddit vim oppositionis. Sic v. 44: Beneque ero gessisse morem in tantis aerumnis *tamen*. Notandum vero est, ubicunque hunc locum obtinet *tamen*, plerumque ita verba ordinata esse, ut verbum illud, ad quod particula *tamen* vi sua proxime spectat, statim ante hanc ipsam particulam legatur. Igitur Amphitr. I, 3, 44:

Ut quom apsim me ames, me tuam apsentem *tamen*, part. *tamen* non ad *ames*, sed ad *absentem* referenda est, ut sit: *tamen absentem etiam*, h. e. quamvis ego absim. Adde Terent. Adelph. II, 1, 20. In aliis locis, ubi ultimum locum sententiae occupat ista particula, hoc propterea factum videtur, quod non ad unum sententiae vocabulum, sed totum enunciatum eius vis referenda est. Interdum etiam bis ponitur, in principio et in fine sententiae. Plaut. Miles glor. III, 2, 51 sq.:

Quaeso *tamen*, tu partem infortuni meam,
Si dividetur, me absente accipito *tamen*.

Ubi prius *tamen* ad *quaeso*, alterum ad *accipito* pertinet." Mil. IV, 8, 31: Bene quaeso inter vos dicatis et mihi apsenti *tamen*, ubi Dousa Plaut. expll. III, 13 *absenti tamen* exponit *quamvis absenti*. Rud. IV, 3, 67: hunc non amittam *tamen*. Coniungitur *tamen* cum *at, set, verum, et* particulis. De *at tamen* vide § 39 extr., de *verum tamen* § 44. *Set tamen* Plaut. Cas. prol. v. 20: *Set tamen* absentes prosient praesentibus. Terent. Andr. prol. v. 11: Non ita sunt dissimili argumento, *sed tamen* Dissimili oratione sunt factae ac stilo. De *et tamen* vide Krueger. gramm. lat. p. 722. Terent. Andr. I, 1, 32: Horum ille nil egregie praeter cetera Studebat, *et tamen* omnia haec mediocriter.

Dicitur a priscis scriptoribus etiam *tam* pro *tamen*. Sic a Naevio fr. inc. com. 23: . . . quid si taceas? dum te vident, *tam* etiam sciat, Quid scriptum sit. (Festus p. 360 M. „at antiqui *tam* etiam pro *tamen* usi sunt.") Ennius fr. 5 Achillis: meae *tam* potis Pacis potiri (Festus l. c.). Plaut. Mil. IV, 8, 45: Quamquam alios fideliores semper habuisti tibi Quam me, *tam* tibi habeo magnam gratiam rerum omnium. Rud. V, 2, 63. De Plauto vide omnino Fleckeisen. ed. Plaut. praef. p. XV. Quemadmodum *tamen etsi*, dicitur etiam *tam etsi*, ut Plaut. Pseud. I, 3, 16: *tam etsi* 's occupatus. Poen. I, 2, 129: Proba merx facile emptorem reperit, *tam etsi* in abstruso sitast. Stich. I, 1, 40: *tam etsi* 's maior. Terent. Eun. II, 1, 10: Memini, *tam etsi* nullus moneas.

44. De significatione particulae adversativae *verum* vide Kruegerum in gramm. lat. p. 720.

a. *Verum* Naev. fr. Hesionae: Ne mihi gerere morem videar lingua, *verum* lingula. Cato R. R. praef. § 3. Plaut. Amph. prol. v. 24: *Verum* profecto hoc petere me precario A vobis iussit. II, 2, 130: *verum* ita animatus fui. Rud. IV, 3, 56:

Verum raro capitur. (Vulg. *vero.*) Truc. II, 4, 36: *Verum* adsimulavi, me esse praegnatem. V, v. 69: *Verum* utrique mos geratur amborum ex sententia. Terent. Eun. II, 3, 97: si certumst facere, faciam: *verum* ne post conferas Culpam in me.

b. *Verum enim* Plaut. Cist. I, 1, 82: *Verum enim* meretrix fortunatist oppidi simillumа. Terent. Phorm. III, 3, 22: Salvos est, ut opinor. GE. *Verum enim* metuo malum, quod Ramsh. p. 565 ita explicat: „verum sollicitus sum de eo; metuo enim —". Adelph. II, 1, 47: *Verum enim* quando bene promeruit, fiat.

c. De *verum enim vero* vide Herz. ad Sall. Cat. 2, 9. Cato origg. l. VII ap. Iord. p. 27, 2 (Gell. XIII, 24, § 15). Plaut. Capt. V, 4, 2: *verum enimvero* nulla adaequest Acheruns cett. Terent. Adelph. II, 3, 1 sq.: Abs quivis homine, quomst opus, beneficium accipere gaudeas: *Verum enim vero* id demum iuvat, si quem aequomst facere is bene facit, h. e. verum hoc gaudium non dico (non curo); enim vero — (sic explicat Ramsh. p. 565).

d. *Verum tamen* nonnunquam in apodosi enunciationis concessivae pro *tamen* ponitur. Terent. Eun. I, 2, 92 sqq.:

Quamquam illam cupio abducere atque hac re arbitror
Id fieri posse maxume: *verum tamen*
Potius quam te inimicum habeam, faciam ut iusseris.

Phorm. II, 3, 60: Etsi mihi facta iniuriast, *verum tamen* Potius quam litis secter cett.

Discernendum est ab hac particula adversativa *verum*, quod vix particulis adnumeraverim, sed per ellipsin verbi explicandum puto, quod invenitur nonnullis locis Plauti et Terentii. Sic Plaut. Poen. I, 2, 191: *Verum.* Etiam tibi hanc amittam noxiam, Agorastocles, ubi Acidal.: „Adsentientis particula passim est *verum.* Terent. Eun. II, 3, 55: Comites secuti scilicet sunt virginem? CH. *Verum.* Ubi Donatus notat *inceptivam* esse particulam, non *relativam.* at, melius dicerent, affirmativam esse. Frequens illi comico, et valet idem prorsus, quod *immo.*" Heaut. V, 3, 11: *Facies?* CH. *Verum.*

Verumvero legitur ap. Caton. orat. de aedilibus vitio creatis ap. Gell. XIII, 7 (Iordan. p. 67).

Coniunctiones disiunctivae. Handius Tursell. I, p. 527 sq.: „Disiunctio ea est enunciationis forma, qua diversa et ex adverso posita comprehenduntur una ratione ita, ut alterumutrum

obtineat locum. Haec vero diversitas aut in ipsis rebus apparet et res dicuntur sua natura distare, aut cogitatione ponitur esse, etiamsi in rebus ipsis non obstet nec in hac, quam ponimus, diversarum notionum coniunctione valeat. Illam appellamus disiunctionem rebus inhaerentem, sive cum logicis assertoriam, hanc a cogitatione factam sive problematicam. Illa quum ipsam rem diversam et contrariam ante oculos ponat, maiori vi distinguit, haec quum cogitatione tantum diversa apponat, non modo non negat ea in ipsa re convenire, sed quae disparia videantur, locum obtinere posse aut obtinere concedit: illa rem, qualis ipsa sit, significat, haec qualis res esse possit. Atque illam Latini exprimunt per particulam *aut*, hanc per *vel*. Nam per *aut* mutatur et tollitur res, quae dicta erat, aliaque substituitur, per *vel* mutatur cogitatio et aliud substituitur cogitatione: id quod convenit cum origine verbi *vel*." Et p. 529 sq.: „Accedit aliud momentum hoc. Disiunctio utriusque generis aut opposita habet cum quadam necessitate, ut alterumutrum aequa ratione obtineat locum nec quidquam intermedium admittatur et tertium, quod dicitur, excludatur, aut disiunctio non plena est et necessitate expers ita, ut non aequa ratio inter utrumque, quod distinguatur, intercedat, sed alterum in alterius locum substituatur et arbitrio fieri videatur compositio. Latini illam necessitatem exprimunt particula in utraque parte posita *aut* — *aut*, *vel* — *vel*. In disiunctione rebus inhaerente necessitas apparet, quum altero posito alterum tollatur, altero sublato alterum obtineat. Disiunctio cogitatione facta eam in se habet necessitatem, qua absolvitur cogitatio, ut ei nihil amplius hac quidem in parte addi possit et altero reiecto alterum cogitetur. In utraque disiunctione necessaria plus uno verum esse non potest et totum ac plenum est, quod complectimur. In disiunctione non necessaria, quam arbitrariam vocare possumus, sive re sive notione constituta partes unius generis ex adverso ponuntur, quarum una si locum obtinet, alteram non esse praedicamus, quamquam fieri potest, ut utraque tollatur aut aliud quid substituatur: non absolutus est rei vel notionis ambitus. Logici dicunt partes esse contrarias, non contradictorias. Igitur hi modi relatione differunt: in altero enim partes referuntur ad totum, in altero partes inter se conferuntur. Nam quum dico *cuncti aut magna pars*, utraque notio

ad se invicem refertur, nec quidquam impedit, quo minus tertium ponas: at quum dico *aut cuncti aut nemo*, relatio fit utriusque partis ad *esse* vel quidquid intelligitur, quo illae partes continentur."

a. Per *aut* — *aut* igitur necessitas absolutae disiunctionis exprimitur et aequa est oppositionis ratio. Antecedere potest disiunctioni coniunctio utramque partem regens, ut Ter. Andr. III, 1, 5: *Utinam aut* hic surdus *aut* haec muta facta sit. (Hand. p. 531 sq.).

b. Per se intelligitur, in disiunctione non numerari nomina seu partes, modo eae totum comprehendant. (Hand. p. 533). Sic ter positum est *aut* Andr. I, 1, 29 sq.: *aut* equos Alere *aut* canes ad venandum, *aut* ad philosophos.

c. Peculiari modo *aut* — *aut* dicitur in negativa sententia, ubi negatio transit in particulam ita, ut pro *neque* — *neque*, *neu* — *neu* dictum videatur. Atque possunt ita res distingui, quae eiusdem generis et coniungendae potius videantur. (Hand. p. 534). Andr. I, 1, 11: *ne aut* ille alserit *aut* ceciderit aliqua.

d. Quae in *aut* — *aut* aequa ratio conspicitur, in *aut* iniqua est, et quum in alterius locum alterum substituatur, potest illud ipsum pro primario haberi, unde fit plerumque descensus a maiori ad minus. Significat *aut* simplex: aut etiam. Cato R. R. c. 7: eo lotium suillum *aut* stercus ad radicem addere oportet. Ib.: Item alia genera quamplurima serito *aut* inserito. Origg. l. IV ap. Iord. p. 16, 17. 18: quotiens lunae *aut* solis lumine caligo *aut* quid obstiterit. ib. 17, 8: Siquis membrum rupit *aut* os fregit. Or. in M. Fulvium Nobiliorem Iord. 46, 2: cum oppidum captum non esset *aut* castra hostium non incensa essent? Or. in L. Veturium ap. Iord. 47, 19: si cui ibidem servo *aut* ancillae dormienti evenit. Or. de re Floria 64, 4: Sed nisi qui palam corpore pecuniam quaereret *aut* se lenoni locavisset. Carmen de moribus 83, 3: siquis in ea re studebat *aut* sese ad convivia adplicabat. Nonnunquam tamen *aut* dictum est pro duplicato *aut* — *aut*, quod plerumque fit in oratione irata aut cum indignatione prolata, veluti Plaut. Curc. V, 2, 14. Terent. Hec. IV, 4, 76: Redduco uxorem, *aut* quam obrem non opus sit cedo, ubi *aut* significationem habet v. *alioqui*. (Hand. p. 536 sq.).

e. Hoc usu potest alterum et tertium et quartum *aut* subiungi, nec mutua est eorum ratio. (Hand. p. 537). Cato

ap. Iord. 49, 3: Asinum *aut* musimonem *aut* arietem. Id. de re militari ap. Iord. 82, 1. 2: Sive forte opus sit cuneo *aut* globo *aut* forcipe *aut* turribus *aut* serra, uti adoriare. Terent. And. I, 5, 43: Adeon porro ingratum *aut* inhumanum *aut* ferum.

f. Nonnunquam minuitur et pene tollitur prorsus illa inaequalitas partium. Quare *aut* simplex componit saepe etiam ea, quae aequalia et unius generis sunt et ea, quae synonyma esse videntur. Id criticos multos permovit, ut partic. *aut* vim copulativam tribuerent atque pro *et* acciperent. (Hand. p. 540). Vide de hac re etiam Vogelmannum de coniunctionibus disiunctivis Latinis in Iahnii annal. supplem. vol. XI, sect. 4 (1846), p. 618 sqq., qui affert haec duo exempla ex Plauti Milite, III, 3, 5 sq.:

Stultitia atque insipientia [insulsitasque hercle] haec sit,
Me ire in opus alienum *aut* tibi meam operam pollicitari.

et ibid. v. 14 sqq.:

Siquid faciundumst mulieri male *atque* malitiose,
Ibi ei inmortalis memoriast meminisse id sempiterno:
Sin bene quid *aut* fideliter faciundumst cett.,

ubi vide variatum esse a poeta inter *atque* et *aut*. Adde Terent. Andr. I, 1, 56 sq. observabam mane illorum servolos Venientis *aut* abeuntis.

g. Numquam sibi mutuo respondent *nec* — *aut* ita, ut *aut* in se recipiat vim negandi ex antecedente negatione, sed, sicubi invenitur *aut* post *nec* positum, hae particulae non sunt ἐκ παραλλήλου positae, sed *aut* adhaeret proximo substantivo per disiunctionem arbitrariam. Sic Plaut. Capt. V, 5 (caterva), v. 3: *Neque* in hac subigitationes sunt *neque* ulla amatio *Nec* pueri suppositio *aut* argenti circumductio, *Neque* ubi amans adulescens scortum liberet, ubi vide Bosscham. Singulari modo dictum est Most. I, 2, 43: Sibique *aut* materiae *neparcunt*.

h. Additur post interrogationem novae interrogationi, quae potiora opponit, ubi *an* particulae locus non esset (v. Hand. p. 551). Terent. Adelph. III, 3, 42: Sinerem illum? *aut* non sex totis mensibus Prius olfecissem —?

Reliqua de usu huius particulae vide apud Handium.

46. a. *Vel* — *vel*. Cato R. R. c. 7: Oleas orchites, posias, eae optime conduntur *vel* virides in muria, *vel* in lentisco contusae. Cato ap. Iordan. p. 58, 6: Frusto panis conduci potest, *vel* uti taceat *vel* uti loquatur. Ennii sat. reliq. l. III, fr. 9:

Vel tu dictator *vel* equorum equitumve magister Esto *vel* consul. (Paulus Festi p. 369 M.: „*Vel* colligatio quidem est disiunctiva ... earum (rerum) ... e quibus quae eligatur nihil inter est, ut Ennius: vel" e. q. s.), Plaut. Mil. IV, 2, 29: Set hic numquis adest? PA. *Vel* adest *vel* non, ad q. l. Lindem.: „Ut vis; optio tibi datur; et adesse potest et abesse. *Vel* enim origine sua et prima notione coniunctum est cum verbo *velle*, e quo veluti fonte omnes eius notiones commode derivari possunt. Cf. Baumgarten-Crusius in indice ad Sueton. sub h. voce." Terent. Eun. II, 3, 28: hance tu mihi *vel* vi *vel* clam *vel* precario Fac tradas: mea nil re fert, dum potiar modo.

b. Simplex *vel* Cato R. R. c. 7: *vel* ad fabrum ferrarium pro passis eae recte servantur. Ib.: postea — in solem ponito — *vel* sine sale in defrutum condito. Sorba in sapa cum vis condere *vel* siccare, aride facias cett. Ad Plautum et Terentium quod attinet, accurata et subtilis extat disquisitio Muelleri in Iahnii annal. 1861, sect. 4, p. 262—271, qui omnibus Plauti et Terentii locis, qui huc pertinent, excussis demonstrat simplex *vel* apud comicos semper unam eandemque significationem habere, quae haec est: *per me quidem licet hac in re statim hoc vocabulo utaris, hoc factum accipias.* Exempla sunt Plaut. Amph. I, 1, 288: Sura, pes, statura, tonsus, oculi, nasum, *vel* labra. Pseud. I, 3, 110 sq.:

Meam tu amicam vendidisti? BA. Valide: viginti minis.

CA. Viginti minis? BA. Utrum vis, *vel* quater quinis minis.

Trin. III, 3, 18: atqui ea conditio huic *vel* primariast. Terent. Eun. III, 1, 7: *Vel* rex semper maxumas Mihi agebat quidquid facerem, ad q. l. Ruhnk.: „Particula *vel* idem valet ac si dixisset: ex hoc uno satis apparet, ut dicere de aliis non opus sit." Heaut. IV, 6, 2: *vel* me haec deambulatio, Quam non laboriosa, ad languorem dedit, ubi Ruhnk.: „Particula *vel* eleganter significat ut alia omittam, ut de aliis taceam." Hec. I, 1, 3: *Vel* hic Pamphilus iurabat quotiens Bacchidi, Quam sancte, ut quivis facile posset credere, Numquam illa viva ducturum.

47. *Ve*, quod pro *vel* dicitur minori cum vi, non ipsas res diversas opponit aut alterum altero posito excludit, sed ad cogitationem provocat et iudicio, quod problematicum vocamus, optionem facit, utrum hoc an illud accipiamus. Haec voluntatis notio iam in etymologia verborum *vel*, *velle* apparet.

(Sic Handius in Tursellino IV, p. 173). Legg. XII tabb. V, fr. 3: Ut legassit super pecunia tutela*ve* suae rei, ita ius esto, ubi falso Funccius praeeunte Paulo de verb. signif. *ve* pro *que* positum accipit. Cato R. R. c. 2: videto quot dies quae*ve* opera per imbrem fieri potuerint. Ib.: quae*ve* reliqua opera sunt. Ennii Andromacha Aechmalotis fr. 9: quo*ve* nunc Auxilio — freta sim? Satur. l. III, fr. 7, v. 17: Quam*ve* columnam. Terent. Eun. V, 5, 25: Numquid est Aliud mali damni*ve* quod non dixeris Relicuom?

48. *Coniunctiones causales.* De particulis *enim* et *nam* vide in universum disputantem Hand. II, p. 374 sq. Utriusque autem particulae cum hoc commune esse dicat, ut veritatem alicuius rei vel sententiae veritate alius rei vel argumenti demonstret, particulae *enim* vim triplicem esse docet, expositionis, comprobationis, asseverationis.

a. Primum igitur *enim* usurpatur in expositione, qua, quod antecedentis sententiae veritatem illustret aut stabiliat et constituat, apponitur, ubi Germani dicunt nämlich. (Hand. p. 376.) Comici dixerunt *ut enim*, *ne enim* et *quia enim*. Plaut. Cas. II, 3, 50: *Ut enim* frugi servo detur potius quam servo inprobo. Epid. II, 2, 94: *Ut enim* praestines argento. Most. V, 1, 46: Quid ita? TR. Nullam rem sapis: *Ne enim* illi huc confugere possint cett. Amph. II, 2, 34: *Quia enim* sero advenimus. Capt. IV, 2, 104: *Quia enim* item asperae Sunt cett. Lindem.: „scilicet quia, nimirum quod.“ Curc. III, 1, 72. 79. Cas. II, 3, 44 non *quia enim* legendum est, quod *quia* monosyllabum esse non potest, quapropter Hermannus in cens. Kampmanni de *AB* part. praeeunte Reizio recte *enim* delevit. Cas. II, 6, 33: *Quia enim* metuo, ne in aqua summa natet. Epid. II, 2, 116: Quidum? EP. *Quia enim* mulierem alius illam adulescens deperit. Bacch. I, 1, 16: *Quia enim* intellego. Most. V, 1, 49: *Quia enim* id maxume volo, ut cett. Mil. III, 2, 21: *Quia enim* opsorbui. Lindem.: „nimirum hac de causa non bibi, quia sorbui.“ IV, 2, 11. 4, 4: *Quia enim* non sum dignus prae te, ut figam palum in parietem. Merc. III, 4, 63: *Quia enim* me adflictat amor. Pseud. I, 3, 91: *Quia enim* non venalem iam habeo Phoenicium. III, 2, 15. Pers. IV, 4, 43: Quid ita? TO. *Quia enim* te ex puella prius percontari volo. Rud. IV, 4, 72: *Quia enim* neque loquens es neque tacens umquam bonus. Truc. II, 2, 11: *quia enim* me Truculentum no-

minas. IV, 2, 20: *Quia enim* plus dedi. Terent. Phorm. II, 2, 18. Hec. III, 1, 31.

b. De *enim* in interrogatione posito vide Hand. p. 383 sq. Plaut. Amph. II, 2, 62: Quid *enim* censes?

c. *Enim* habet vim asseverationis. Sic Plaut. Trin. III, 2, 82: Non *enim* possum quin exclamem. Terent. Andr. III, 2, 23: Certe *enim* scio.

d. Asseveratio coniuncta esse potest cum quadam ironia aut cum irrisione aut cum indignatione. (Hand. p. 391.) Plaut. Capt. III, 4, 36: Tu *enim* repertu's, Philocratem qui superes veriverbio, ad q. l. Lindem.: „Vis ironiae particulae *enim* proxime accedit ad cavillandi notionem, quae est in vocibus *nimirum*, *nempe*, *scilicet*, quibus contrarium ei, quod dicitur, significatur. Recte scilicet dicis; tu enim, o ridicule, repertus es, qui Philocratem veracitate vincas. Hoc est, nemo facile me superat veracitate, multo autem tu minus.“ Trin. I, 2, 23: *Nempe enim* tu, credo, me inprudentem obrepseris.

e. Asseverationem particula addit imperativo et futuro, quod pro imperativo ponitur. Plaut. Most. V, 2, 12: Non *enim ibis*: ego ferare faxo, ut meruisti, in crucem. Pers. II, 2, 54. Caecil. Stat. inc. fab. fragm. 4: *auferte* istam *enim* superbiam.

f. *Enim* idem est quod *enimvero*. (v. Hand. p. 392.) Plaut. Cas. III, 1, 11: nunc *enim* te demum nullum scitum scitiust. Menaechm. II, 1, 26: Hem, Illoc *enim* verbo iam esse me servom scio. Terent. Phorm. I, 2, 63: obsecrat, Ut sibi eius faciat copiam. illa *enim* se negat.

g. In responsione, sive interrogatio antecedit sive alia rei expositio alterius assensum excitat, *enim* ab eo ponitur, qui rem, de qua agitur, accurate definit aut qui dictam rem affirmat aut cum quadam conclusione ad rationem reducit. Oratio saepe ita pergit, quasi ea, quae quis antea dixerat, ab eo, qui respondet, dicta essent. (Sic Handius p. 394.) Plaut. Cas. II, 5, 15: Negavi *enim* ipsi me concessurum Iovi. 6, 14: mihi *enim*? Bacch. IV, 4, 51: *Enim* nil nisi ut ametis inpero. Most. III, 1, 24: Quid tute tecum? TR. Nihil *enim*. Mil. II, 5, 19: *Enim* ne [nos] nosmet perdiderimus uspiam. Pers. II, 2, 46: Male operam locas. SO. Qui? PAE. Quia *enim* nihil amas, quom ingratum amas. Terent. Andr. II, 2, 23: Certe *enim* scio. Hec. V, 4, 10: Nil *enim*, ad q. l. Schmiederus:

„*enim* h. l. est indignantis.“ Adelph. IV, 5, 22: Quid ipsae? quid aiunt? MI. Quid illas censes? nil *enim*.

h. Et potest alia sententia contraria opponi. Id distinctius exprimitur *immo enim*. Sed simplex *enim* etiam ita infertur, ut ex sententia ab altero colloquentium proposita alia constituatur sententia, quae sit contraria. (Hand. p. 395.) Plaut. Pseud. I, 1, 29: Lege vel tabellas redde. PS. *Immo enim* pellegam. Ling. quaest. Plaut. p. 38 de h. l.: „*Enim*, ut γάρ in responsione usurpatur, sed non *etenim*.“ Terent. Andr. V, 1, 4: *Immo enim* nunc quom maxume abs te postulo atque oro, ad q. l. Ruhnk.: „*Enim* ponitur pro *vero*.“ Plaut. Pers. IV, 4, 119: etiam pro vestimentis huc decem accedent minae. DO. *Abscedent enim*, non accedent.

i. Ita fit etiam in iis responsis, in quibus cum quadam confidentia concluditur ex re haud dubia, aut dubitanti demonstratur res conspicua. (Hand. l. c. Schuetz. doctr. part. p. 159.) Terent. Adelph. IV, 7, 12: Quid nunc futurumst? MI. Id *enim* quod res ipsa fert. Sic formula *dicam enim* Plaut. Cas. II, 6, 20: *Dicam enim*, mea mulsa. Most. IV, 2, 27: Qui parasitus Ego sum? ADV. [Tibi] *enim dicam*: cibo perduci poteris quovis. Mil. III, 1, 213: Ego *enim dicam*.

k. Cum aliis particulis *enim* coniungitur, et saepe quidem cum adversativis. Sic *at enim*, *sed enim*, *verum enim*, v. § 39. 42. 44. *Certe enim* idem significat quod *enimvero*. (Hand. p. 396.) Plaut. Amph. I, 1, 175: *Certe enim* hic nescio quis loquitur. II, 2, 26: *Certe enim* me illi expectatum optato venturum scio, ad q. l. Lindem.: „*Enim* in affirmativa responsione quasi rationem reddit suppressae affirmationis, quare pro ipsa affirmatione est vel affirmativam sententiam astruit.“ Asin. III, 3, 24: *Certe enim* tu mihi vita's.

l. *Enim* antiquo tempore non unam in ordine verborum habebat sedem, sed et ab initio ponebatur et post alia verba. Sed postponitur, ut sententiam nexu magis adstricto iungat, aliquod verbum quasi complectens. (Sic Handius p. 397.) Lindem. ad Plaut. Amph. II, 2, 26: „Tum recte reiicitur *enim* post alterum vel tertium vocabulum, si priora unam velut notionem conficiunt.“ Ab initio est positum Ennii Iphigeniae fr. 4, v. 257: *enim* neque domi nunc nos nec militiae sumus. Plaut. Aul. III, 5, 26: *Enim* mihi quidem aequomst purpuram atque aurum dari. Capt. III, 4, 60: *Enim* iam nequeo con-

tineri. Cas. V, 2, 14: *Enim* iam magis adpropero. Most. V, 2, 23: *enim* istic captiost. Mil. IV, 2, 28: *Enim* cognovi nunc. Pers. II, 2, 54: *Enim* non ibis nunc, vicissim nisi scio. 5, 18: *Enim* metuo. IV, 4, 60: *Enim* volo te adesse. Trin. V, 2, 10: *Enim* me nominat. Plaut. fragm. Amphitr. p. 486, v. 5: *Enim* tu certe aut larvatus aut cerritus es. Terent. Heaut. I, 1, 20. Phorm. V, 8, 90: *Enim* nequeo solus. Hec. II, 1, 41: *Enim* lassam oppido aibant tum esse.

De *etenim* vide Handium. Plaut. Amph. prol. v. 26. Cist. V, 4: *Etenim* non placet.

49. *Enimvero*, quum sit compositum ex *enim* et *vero*, exprimit veritatem alicuius rei, cui *vero* vehementiorem addit affirmationem. Sequar Handium.

a. Primum igitur *enimvero* affirmat rem cum eo animi affectu, qui cum cognitione veritatis conspicuae coniunctus est et graviorem vim iniicit affirmationi aut negationi, ut sit, profecto, re vera, sed una cum conclusione ex ipsa re facta. Plaut. Amph. I, 1, 110: Et *enimvero* quoniam formam huius cepi in me et statum. II, 2, 91: *Enimvero* praegnati oportet [mulieri] malum dari. v. 140: *Enimvero* illut praeter alia mira miror maxume. Capt. III, 4, 76: Immo *enimvero*, Hegio, Istic qui volt vinciatur. Cist. II, 1, 43: *Enimvero* ita me Iuppiter etc. Poen. I, 3, 26: *enimvero* serio. Terent. Andr. I, 3, 1: *Enim vero*, Dave, nil locist segnitiae neque socordiae. Hec. IV, 4, 51: *Enim vero* prorsus iam tacere non queo.

b. Id imprimis usurpatur, ubi certum quoddam tempus certave rei conditio indicanda est. Quare coniungitur vocabulum *nunc*. Plaut. Capt. III, 4, 2: *Enim vero nunc* ego occidi. Caecil. Stat. fr. Obolostat. 1 (4):

nunc enim vero est, cum meae morti remedium
Reperibit nemo.

c. In aliis conclusionis indicium magis apparet. Ita dicitur *enimvero* de re, quam veram esse ex aliis rebus concludimus aut quae negari non potest. Plaut. Capt. prol. v. 22: *Enimvero* di nos quasi pilas homines habent, v. Lindem., qui fere idem esse dicit *at enim*. Terent. Andr. I, 1, 64: *enim vero* spectatum satis Putabam.

d. Affirmationem certissimam exprimit in responso. Plaut. Amph. I, 1, 188: aio *enimvero*. v. 254: Ita *enimvero*. II, 2, 127: Nego *enimvero*. Asin. II, 2, 72: Ita *enimvero*. III, 3, 98:

Amandone exorarier te vis an ausculando? LI. *Enimvero* utrumque. Capt. III, 4, 95: *Enimvero* non fuit, nugas agit. Trin. IV, 2, 145: Is *enimvero* sum. v. 147: *Enimvero* sero quoniam [huc] advenis, Vapulabis.

e. Saepe etiam factum est, ut haec particula ironiam et indignationem et quemvis doloris affectum designaret. Plaut. Curc. V, 2, 10: *Enimvero* irascor. Merc. IV, 3, 38: *enim vero* haereo. Poen. I, 2, 83: *Enimvero*, ere, meo me lacessis ludo et delicias facis. Pers. III, 1, 21: *Enimvero* odiosa's. Terent. Phorm. III, 1, 1: *Enim vero*, Antipho, multimodis cum istoc animo es vituperandus.

50. De significatione particulae *nam* sive *namque* Handius Tursell. IV, p. 3 haec habet: „*Nam* habet vim designandi. Ubi enim res aliqua accuratius definienda est, id, quo ea constat aut quod in ea verum est, vel alia re vel aliquo argumento demonstratur atque confirmatur. Sunt vero sententiae per *nam* adiungendae triplicis generis, expositionis, comprobationis, asseverationis. Expositione intelligimus qualis sit res: comprobatione cognoscimus, unde et qua ratione fiat aut facta sit: asseveratione demonstratur eam veram esse.“ Handium sequar etiam in distributione.

a. Primum de expositione, qua res aliqua declaratur. Atque hoc modo aut notio aliqua aut res definitur et qualis ea sit distinctius demonstratur. Terent. Ad. II, 1, 39: Quid? si ego tibi illam nolo vendere, Coges me? AE. Minume. SAN. *Namque* id metui.

b. Ubi narratio vel demonstratio alicuius rei facienda est, sive praemisso prologio sive non praemisso incipit oratio ab *nam* vel *namque* eo modo, quo alias *igitur* usurpamus. Plaut. Amph. prol. v. 120. Poen. V, 4, 95: mage qui credatis, dicam: *Nam* nutrix primum vostra me cognovit. Terent. Andr. I, 1, 24: Rem omnem a principio audies: Eo pacto et gnati vitam et consilium meum Cognosces, et quid facere in hac re te velim. *Nam* is postquam excessit ex ephebis cett. Heaut. prol. 16.

c. Usurpantur in explicationibus verba *nam quod*, quae ad rem expositionis perducunt aut rem refellendam suscipiunt. Terent. Heaut. prol. 16: *Nam quod* rumores distulerunt malivoli cett., quibus verbis incipit defensio poetae.

d. In aliis causa et ratio per particulam *nam* exponitur eius rei, quae ante dicta est, et demonstrato argumento com-

probatur res. Tum germanicum denn respondet. Cato R. R. c. 6, 4. Plaut. Amph. prol. v. 101. Cist. II, 3, 54: Quid negotist? *nam* occupatus sum ampliter. Rud. I, 3, 15: *Nam* quid habebunt posthac [insigne] inpii —?

e. Causa, quae post rei expositionem addenda est, interdum in accelerata oratione praemittitur. Plaut. Amph. prol. v. 104 Mercurius dicere voluit: pater meus occepit Alcmenam clam virum amare: nam credo vos novisse, ut ille sit et quam liber harum rerum. Sed dixit: *Nam* ego vos novisse credo iam ut sit meus pater, Quam liber harum rerum [et] multarum siet Quantusque amator, si ei quid conplacitumst semel. Is amare occepit Alcumenam clam virum.

f. In colloquiis is, qui respondet, per *nam* affirmationem exprimit ita, ut simul rationem affirmationis complectatur. Omissum dicunt grammatici vocabulum affirmandi, quod tamen adest. Sed contrahitur oratio. Plaut. Cist. IV, 1, 7: *Nam* hinc ab ostio iacentem sustuli. Terent. Eun. IV, 4, 13: *Namque* alium habui neminem.

g. Adiunguntur ad augendam orationis vim vocabula asseverationis *mehercle, hercle, edepol,* alia. Plaut. Capt. IV, 2, 116: *Nam hercle,* nisi [ego] manticinatus probe ero, fusti pectito. Cist. I, 1, 71: *Namque ecastor* amor et melle et fellest fecundissumus. Mil. III, 6, 11: *Namque edepol* vix fuit copia adeundi atque impetrandi. Terent. Ad. II, 1, 36: *nam hercle* etiam hoc restat.

h. Interrogatio, quae ex animo magis commoto proficiscitur, significantior fit per particulam *nam,* quae aut praemittitur aut uno accentu comprehensa enclitico more adiicitur. Ea vero aut perhibet intensivam vim et ad designandam rem vehementius evocat, aut per ironiam indicat eum qui quaerit mirari. Praemitti licebat *nam* omnibus nominibus, sed obsolevit haec loquendi consuetudo comicis propria, nec multa manserunt nomina istius encliticae formae in usu. Sic dicebatur a priscis etiam *quianam.* Per omnia tempora *nam* componebatur cum pronominalibus, *quis, quando,* et cum *ubi,* unde *quidnam, ecquidnam, quandonam, ubinam.* Comici antiqui et *nam* removerunt a suo nomine et alteram formam *nam quis* saepius usurpabant. Plaut. Amph. II, 1, 45: *Quo* id, malum, pacto potest *nam* — Fieri, v. Gronov. Aul. II, 1, 17: *quis* east *nam* optuma? Bacch. V, 1, 27: *Quid* tibi ex filio *nam,* opsecro,

aegrest? V, 2, 3: *Quid* hoc est negoti *nam*, amabo? Merc. V, 4, 6: *quid* negotist *nam* quaeso istuc? — Amph. II, 1, 2: Nam quamobrem? II, 2, 28: *Nam quid* ille revortitur —? Aul. I, 1, 3: *Nam cur* me miseram verberas? v. 5: Nam qua cett. Epid. I, 2, 13: *Nam quid* te igitur rettulit cett. v. 29: *Nam qui* perdidi? Menaechm. II, 1, 8: *Nam quid* modi futurumst illum quaerere? Poen. V, 3, 3: *Nam quem* ego aspicio? Truc. IV, 2, 11: Da mi operam, ut narrem, quae volam. DI. *Nam quid* id est? (sic Both. vulg. *nam quid est?*). — Cist. IV, 1, 17: Non ecastor cassa memoro! *Nam*, obsecro, unde haec gentium —? Asin. I, 1, 29: Etiam amplius. DE. *Nam quo* usque? — Aul. II, 2, 26: *Quonam* abis? Bacch. v. 246: Salve . set *ubinam*st Mnesilochus?, de quo loco Ritschelius in prolegom. ad Trinumm. p. 212: „quanquam ibi non inepte Bothius *ubi Mnesilochus nam est*? proposuit, quae collocatio interrogativae *nam* particulae aliquoties oblitterata est.“ Rud. II, 3, 60: *Ubinam* ea fuit cistellula? Truc. I, 2, 34: *Quinam* arbitrare? (sic ΔΘpg, vulg. *quianam*).

i. Sed *nam* ipsum non est interrogativum, immo vero semper exprimitur admirationis vel exspectationis vel cupiditatis motus. Eadem de causa componitur *nam* cum interrogativa *num*: non tamen veteres dixerunt *cur nam*, sed *nam cur*: dixerunt *quianam*. De *numnam* v. § 20 d. Terent. Adelph. III, 4, 42: Num nam illa quaeso parturit? — Plaut. Amph. II, 1, 33: *Nam quor* istuc [mi] dicis? Aul I, 1, 3: *Nam cur* me miseram verberas —? Naev. bell. Pun. Fragm. inc. 1:

summe deum regnator
Quianam genuisti (Festus p. 257 M.)

Ennii annal. l. II, fr. 6 (v. 130): *quianam* legiones caedimus ferro. (Servius in Aen. X, 6 „*quianam*, cur, quare.“). l. VII, fr. 18 (v. 264): [Heu] *quianam* dictis nostris sententia flexa est? (Festus l. c.: „*quianam* pro quare et cur positum est apud antiquos.“ Paulus p. 256 M. „*quianam* pro *quare* et *cur* ponitur“).

51. *Coniunctiones conclusivae.* In coniunctione *ergo* explicanda iterum sequar Handium.

a. *Ergo* = ob hanc causam. Plaut. Asin. II, 2, 49: *Ergo* mirabar quod dudum scapulae gestibant mihi. Cist. I, 1, 74: *Ergo* in me peculatum facit. Poen. V, 2, 93: *Ergo* hic apud me hospitium tibi praebebitur.

b. Potest causa, ad quam *ergo* refertur, postea demum addi, ipsum autem praemitti. Amph. I, 1, 122: *Ergo* istuc magis, Quia vanilocu's, vapulabis.

c. Usurpatur in conficienda argumentatione et in finienda conclusione. Exempla vide ap. Handium p. 445—449.

d. Alia potestas huius vocabuli confirmationem rei verae exhibet. Atque in sententiis rem universam affirmantibus usurpatur, sed etiam in quavis dubitatione expellenda. Amph. I, 1, 20: *Ergo* in servitute expetunt multa iniqua. Rud. II, 3, 71: *Ergo* animus aequos optumumst aerumnae condimentum.

e. Ita per *ergo* additur affirmatio rei, quae aut negari aut mira esse videtur. Quod etiam tum fieri potest, quum sententia, ad quam comprobatio referatur, omissa est. Bacch. III, 6, 39: Duas *ergo* hic intus eccas Bacchides.

f. Affirmatio augescit additis vocabulis asseverationis *profecto*, *edepol*, *ecastor*, *hercle*. Mil I, 1, 63: '*Ergo* mecastor pulcer est' inquit mihi Et liberalis, ubi Lind.: „Ergo = certo, revera, ut saepe. Cf. Dousa Plaut. expl. III, 7."

g. Affirmatio potest in eum modum intendi, ut res, de qua loquimur, tamquam eximia distinctius designetur aut ab omni dubitatione remota per se intelligi existimetur. Terent. Andr. V, 2, 9: Mihin? SI. Tibi *ergo*.

h. Affirmandi vis inservit indignationi et ironiae. Plaut. Bacch. I, 2, 17: Nemo *ergo* tibi Hoc adparavit.

i. Coniungitur cum imperativo, v. Hand. p. 451 sq. Men. II, 3, 76. Mil. II, 2, 100. Merc. V, 2, 114. Pseud. II, 2, 57: *Dato* istunc sumbolum *ergo* illi. Pers. II, 2, 57: dic ergo.

k. Saepe *ergo* componitur cum verbo *age*. Most. III, 1, 133: *Age* comminiscere *ergo*.

l. Coniunctivus et futurum eodem modo usurpatur, quo imperativus. Mil. I, 1, 78: Age *eamus ergo*. II, 5, 66 (v. 476): *Ergo* si sapis, *Mussitabis*.

m. Ponitur in interrogatione, v. Hand. p. 453. Bacch. IV, 4, 58: Ubi nunc Mnesilochus *ergo*st? IV, 2, 6: Utramne *ergo?* 4, 38: Nempe *ergo* hoc ut faceret quod loquor? Most. II, 2, 59 sq.: Ait venisse illum in somnis ad se mortuom. TH. Nempe *ergo* in somnis? IV, 2, 56: Philolachesne *ergo?* Rud. III, 3, 56: Quam mox mi argentum *ergo* redditur?

n. De *quin ergo* v. Hand. p. 455. Asin. I, 1, 15: *Quin* tu *ergo* rogas?

o. *Ergo igitur* comici antiqui coniungere solebant, *itaque ergo* Terentius dixit. Plaut. Trin. III, 3, 27: Quo pacto *ergo igitur* dos depromi potest? Terent. Eun. II, 3, 26: *Itaque ergo* amantur.

p. De loco, quem particula obtineat, v. Handium p. 466 sq. Plaut. Bacch. II, 3, 112: Ubi nunc est *ergo* meus Mnesilochus filius? Adde Raspium de colloc. verb. p. 45. Trin. IV, 2, 146: Ipsus, inquam, Charmides sum. SI. *Ergo* ipsusne's?

52. Primitiva notio particulae *igitur* est *ita*, ad indicandam consequentiam in collatis duobus iudiciis. Relativam sive demonstrativam vocamus hanc vim, qualis apparet in *is* et *ita*, eamque adhibemus ad componendam rationem cum eo, quod consequens est. Nam praemissa conditione sive causa apodosin, quae consequentiam exprimit, format. Et sunt aliae dictiones, in quibus *igitur* cum futuro compositum consequentiam significat. (Sic Hand. III, p. 185). Festus v. *Igitur* nunc quidem pro completionis significatione valet, quae est *ergo;* sed apud antiquos ponebatur pro *inde* et *postea* et *tum*. Dubium est num huc pertineat ex legg. XII tabb. I, fr. 1: Si in ius vocat, ni it, antestator; *igitur* em capito, v. Dirksen. p. 132. Plaut. Amph. I, 1, 55: sin aliter sient animati neque dent quae petat, Sese *igitur* summa vi virisque eorum oppidum oppugnassere, v. Taubm. ad h. l.: „*Igitur* pro *deinde* explicat hic Nonius, ut et Donatus ad Ter. Eun. I, 1, 1.“ Aul. III, 5, 24: Nulla *igitur* dicat, v. Goell. Cas. II, 2, 40: *Igitur* tecum loquar. Mil. III, 1, 177: Quando habebo, *igitur* rationem mearum fabricarum dabo. Amph. I, 1, 145: *Igitur* demum magis maiorem in sese concipiet metum, ad q. l. Boxhorn.: „*Igitur*, ut alibi Plauto significat *proinde*.“ Bacch. III, 4, 19: *Igitur* mi inani atque inopi subblandibitur.

b. *Igitur demum* a Plauto dicitur, quod sec. Handium II, p. 252 etiam in apodosi ponitur, ut significet dann erst, vel ut modo intendatur vis consecutionis. Amph. I, 1, 45, ubi vide Lindem. 2, 11: *igitur demum* omnes scient. III, 1, 16: Post *igitur demum* faciam [ut] res fiat palam. Most. II, 1, 33: miserumst opus, *Igitur demum* fodere puteum, ubi sitis fauces tenet, ad q. l. Taubm.: „*Igitur* = deinde.“ Merc. III, 2, 9:

Demum igitur, quom seis iam senex, tum in otium Te conloces.

c. Abundare videtur in formulis *igitur tum, igitur deinde.* (Hand. p. 186). Plaut. Most. I, 2, 51: *Igitur tum* specimen cernitur, quo eveniat aedificatio. Stich. I, 2, 29: Post id *igitur deinde* ut animus meus est, id faciam palam.

d. Accipit igitur vim monstrativam et pro *enim* ponitur. (Schuetz. doctr. part. p. 217. Hand. p. 186). Plaut. Most. V, 1, 53: consulerest *igitur* quiddam quod tecum volo.

e. Eiusdem originis est formula *igitur ut*, quae apud Plautum invenitur. Significat ea *ita quidem ut*, vel etiam *ea causa ut* (Hand. p. 187). Asin. II, 1, 4. Epid. III, 3, 1 sqq.:

Non oris causa modo homines aequom fuit
Sibi habere speculum, ubi os contemplarent suom,
Sed qui perspicere possent cor sapientiae.
Igitur perspicere ut possent cordis copiam.

f. Ponitur in conclusione, in qua duo iudicia ratione coniunguntur. Plaut. Bacch. IV, 2, 17: Tuo ego istaec *igitur* dicam illi periculo. 8, 61: Abeo ad forum *igitur*.

g. De *igitur* in interrogatione posito vide Handium p. 190. Plaut. Amph. II, 2, 98: Quor *igitur* praedicas —? v. 158: Unde haec *igitur* est nisi aps te —? Cist. II, 1, 35: Quid agis *igitur*? ME. Animum advorte iam, ut, quid agam, scias. v. explicationem Ladewigii huius loci in adnot. ad Cist. in mus. Rhen. III, p. 535 sq. II, 3, 58: Ehodum quam vos *igitur* filiam Nunc quaeritatis alteram? Terent. Andr. II, 3, 1: Quid *igitur* sibi volt pater? Eun. I, 1, 1: Quid *igitur* faciam? (Menander: εἶτα τί ποιήσω;)

h. De collocatione huius particulae vide Handium p. 197 sqq. et cf. Plaut. Asin. II, 1, 4, ubi est ab initio enunciationis positum. Bacch. IV, 2, 17. 8, 61. Merc. III, 2, 9.

53. De *itaque* vide Handium. Ponitur primum pro *et ita*, ut Plaut. Amph. prol. v. 15. II, 2, 130. Terent. Andr. III, 3, 18: Immo ita volo *itaque* postulo ut fiat. Deinde in annectendis iis, quae ex ante dictis prodeunt aut cum iis causali nexu cohaerent, = atque hoc modo, atque eo facto, et ita factum est. Sic Plaut. Mil. v. 778. v. 790: Ut ad ted eam iam deducas domum *Itaque* eam huc ornatam adducas. Denique ponitur in conclusione, ut Plaut. Amph. I, 1, 112. Capt. prol. 37. De

itaque ergo v. §. 51. o. *Itaque adeo* invenitur apud Aquilium Boeotia fr. 1, v. 8. Terent. Hec. II, 1, 4.

54. Haec hactenus de iis coniunctionibus, quae in enunciationibus primariis ponuntur. Transeamus ad eas, quae in secundariis enunciationibus usurpantnr et initium faciamus a temporalibus.

a. De *dum* coniunctione in doctrina temporum et modorum iam satis dictum est. Addo quarta significatione (v. c. XII, § 7 d) si negatio apponitur, semper hanc esse *ne*. Sic Cato R. R. c. 33: Quam altissimam vineam facito alligatoque recte, *dum ne* nimium constringas. C. 50: Quae crassissima et aquosissima erunt, ea postremum arato, *dum ne* prius obdurescant. Plaut. Capt. III, 5, 24: *Dum ne* ob malefacta, peream: parvi [id] aestumo, ubi vide Lindem. Sed *dum* coniunctio quibusdam in formis fit adverbium et significat *ad hunc temporis terminum usque, adhuc.* Ita componitur cum *etiam* et dicitur *etiamdum,* quod est *adhuc.* (Sic Handius II, p. 322). Plaut. Mil. IV, 2, 2: Dissimulabo hos quasi non videam neque esse hic *etiamdum* sciam. Pseud. IV, 2, 2: Nam nihil *etiam dum* harpagavit praeter cuathum et cantharum. 3, 11: [Tum] metuo ne erus redeat *etiam dum* a foro. Rud. v. 1381. Terent. Heaut. II, 1, 17: neque *etiam dum* scit pater. Memorabilis est locus Plaut. Epid. III, 4, 69: Postquam liberast, Ubi habitet *dum,* incerto scio. (sic Iacob.). Coniungitur *dum* verbis negationis, unde existunt v. *nondum, necdum.* Sic Plaut. Pseud. II, 2, 30: *neque dum* rettulit. 4, 40: *nec dum* erit ex aedibus. Denique quum *dum* significet tempus duabus rebus commune, proficiscitur ex hac ratione adverbii sive enclitici usus, quo aliis verbis adiunctum indicat rem in ipsum illud, quod agitur, tempus incidere aut rem praesenti designatione terminari. Ita fit in verbis cohortantibus, imperativis et interiectionibus. Sic *agedum, adesdum, manedum,* ἄγε δή. Latinus usus maxime sermonibus colloquentium continebatur, nec quisquam praeter comicos has formas usurpabat, uno verbo *agedum* excepto. (Sic Handius p. 328 sq.). Plaut. Capt. V, 3, 6: si vera dicis, *memoradum* mihi. Poen. V, 2, 103: *Memoradum* mihi. v. 89: *Agedum,* huc ostende. Truc. V, 49 *dicdum.* Per tmesin est *dum* ab imperativo seiunctum Men. II, 3, 27: Set *sine* me *dum* hanc compellare. Terent. Phorm. II, 2, 15: cedo dum. Plautus peculiari modo usurpavit *primumdum* in enumerandis rebus.

Tum idem poeta adiungit *dum* interrogativo *qui*. (Hand. p. 329). Mil. II, 3, 26 *Primumdum*. Trin. I, 2, 61: *Primumdum* omnium, ubi Lindem.: „*πρῶτον δή, καὶ πρῶτον μὲν δή*." Mil. II, 3, 54 et Trin. I, 2, 129 *Quidum?*

b. De *donec* vide Handium. Ter. Ad. IV, 6, 5 sq.: domi Certum obsidere est usque, *donec* redierit. Antiqua forma est *donicum*, quod legitur Plaut. Aul. I, 1, 19 et alibi.

c. *Priusquam* aut coniunctim scribitur, ut Plaut. Most. I, 1, 76. 3, 64, aut *prius* a *quam* divulso, una vel pluribus vocibus interpositis, ut Terent. Heaut. II, 2, 8: Pergin istuc *prius* diiudicare, *quam* scis quid veri siet?

d. Exempla coniunctionis *postquam* sunt Plaut. Cas. prol. v. 11: Nam *postquam* populi rumore intelleximus (sic Ritschl. parerg. p. 181. *rumorem* Δg et Ladew. mus. rh. III, p. 185). ib. v. 47: *Postquam* ea adolevit ad eam aetatem (sic Ritschl. parerg. p. 237).

e. *Cum* s. *quom* sec. Handium Tursell. II, p. 261 temporis definitioni eo modo inservit, ut duas res interno quodam nexu in tempore cohaerentes significet. Sed haec coniunctio in doctrina temporum et modorum iam satis tractata est. Vide praeterea de coniunctione *quom extemplo* vol. I, p. 102, de *quom* — *tum* ib. p. 109.

55. *Coniunctiones causales.* a. De *quod* v. vol. I, p. 244, quibus exemplis adde Plaut. Bacch. IV, 9, 150: vos nunc ne miremini *Quod* non triumpho (post verbum affectus positum). Poen. V, 2, 117: *Iterum* mihi gnatus videor, *quod* te repperi.

b. *Quia* Naevii Proiectus fr. 2: *Quia* imperas. Cato R. R. c. 6: eo *quia* foditur. Plaut. Capt. II, 1, 9: At nos pudet *quia* cum catenis sumus. Curc. II, 3, 64: „set quid eum vis?" '*quia* de eo emi virginem —'. De loco Cas. II, 3, 44 vide § 48 a. Cist. I, 1, 85: *quia* ego nolo me meretricem dicier. v. 104: iratast — *Quia* non redierim. Epid. IV, 2, 6: *Quia* hanc ego quae siet Neque scio neque novi. v. 26: *quia* tuam gnatam ratu's? Bacch. I, 1, 24 sq.: ob eam rem — *Quia*. Pseud. I, 1, 105: Atqui id futurum unde, unde dicam nescio, Nisi *quia* futurumst, ubi *quia* pro acc. cum inf. positum est simili modo ac *quod* As. I, 1, 37, de quo loco vide vol. I, p. 244. Poen. V, 4, 40: *quia* me amare hanc scit. v. 69. Truc. II, 2, 16: *Quia* tibin suaso infecisti, propudiosa, pallulam. v. 34 sq. Terent. Andr. IV, 3, 13 sq.: Quam obrem id tute non facis?

DA. *Quia*, si forte opus sit ad erum iurato mihi Non adposisse, ut liquido possim, ubi *quia* abundat. Eun. IV, 4, 16. 17. Heaut. III, 1, 96: eo — *quia*. Adelph. I, 2, 20. De *quianam* v. § 48 a.

c. *Quoniam*, compositum ex *quom iam*, primum habet significationem temporalem (cf. Donat. ad Terent. Adelph. prol. init.), quae deinde simili modo atque in *quom* particula fieri vidimus, in causalem se convertit: nonnullis locis utraque significatio coniuncta apparet, ut vix discernere possis utra praevaleat. Lindem. ad Plaut. Capt. III, 1, 30: „*Quoniam*, si recte coniicio, causae notionem cum temporis significatione coniungit.“ Idem ad Trin. prol. v. 14 (*Quoniam* ei qui me alat nil video esse relicui): „*Quoniam* causam cum temporis sive occasionis notione iunctam habet.“ Acidalius ad h. l.: „i. e. postquam. Non enim ratio datur, cur adolescens rem perdiderit: sed illa perdita, postquam nil superfuit, ei filiam suam Luxuria dicitur iunxisse.“

α) *Significatio temporalis.* Plaut. Aul. prol. v. 9: Is *quoniam* moritur, ita avido ingenio fuit, Nunquam indicare id filio voluit suo (*Δ*p *quoniam* (qm), *Δ*g qm). Bacch. II, 3, 58. v. 70: *Quoniam extemplo* — vident. Trin. I, 2, 112 (= v. 149): *Quoniam* hinc profectust [ire] peregre Charmides, ad q. l. Lindem.: „*Quoniam* h. l. meram temporis notionem habet, ut fere idem sit quod *quum, postquam.*“

β) *Significatio causalis.* Ennii Epicharmus fr. 7, v. 12. Plaut. Amph. II, 2, 205. Asin. I, 3, 9. Stich. v. 483: Sic *quoniam* nil processit. Trin. I, 2, 75 (= v. 112). Truc. II, 4, 48. Terent. Andr. II, 1, 5: *quoniam* non potest id fieri quod vis, Id velis quod possit.

d. *Quippe* Ennii annal. l. XVI, fr. 2: *Quippe* vetusta virum non est satis bella moneri (Festus p. 257 M. „*quippe* significare quid ni testimonio est Ennius l. XI, idem l. XVI.“ *moneri* Bergkius; Vahlen. *moveri*). l. XI, fr. 1: *Quippe* solent reges omnes in rebus secundis (Festus l. c., ubi tamen Dacerius: „Attamen in versibus Ennii, quos Festus ad exemplum addùcit, *quippe* non *quidni*, sed *quoniam* significat. Neque unquam *quippe* pro *quidni* scriptum reperias, sed *quippe ni*.“ Plaut. Amph. II, 2, 113: *Quippe* ex te audivi cett. Epid. III, 1, 13: *Quippe* tu mihi aliquid aliquo modo alicunde ab aliquibus cett. Ironice ib. V, 1, 12: *Quippe* ego cett. Terent. Phorm. II, 3,

15: *quippe* homo iam grandior cett. Coniungitur cum pronomine relativo Plaut. Pers. IV, 6, 17: *Quippe qui* frater siet. Truc. I, 1, 49: *quippe qui* certo scio. Terent. Heaut. III, 2, 27: *Quippe qui* Magnarum saepe id remedium aegritudinumst. Cum coniunctione *cum* Ennii satur. l. VI, v. 26. Plaut. Rud. IV, 3, 40: *Quippe quom* extemplo in macellum pisces prolati sient cett.

56. *Coniunctiones conditionales.* Spectemus primum particulam sumptivam s. conditionalem *si*.

a. *Si* ponitur in sumptione. Ennii Heduphaget. v. 4: hunc magnus *si* erit tibi sume. Plaut. Aul. II, 2, 30: salvomst, *si*quid non perit. Curc. V, 2, 67:

Quia illic ita repromissit mihi,
Si quisquam hanc liberali adseruisset manu,
Sine controversia omne argentum reddere.

Mil. III, 1, 90: Nam bona uxor, *si* ea duci [potis] est usquam gentium, Ubi eam possiem invenire?, ubi Lindem.: „*Si* = siquidem, videlicet si.“ Poen. V, 2, 156. Rud. V, 3, 22 sq.: *Si* vidulum Hunc redegissem in potestatem eius, iuratust dare Mihi talentum magnum argenti. Terent. Adelph. III, 2, 42: *si* maxume Fateatur. v. 49: *Si* infitias ibit, testis mecum est anulus quem amiserat.

b. Significatio sumptiva nonnunquam prope accedit ad temporalem Plaut. Asin. I, 3, 75: Remeato audacter, mercedem *si* eris nanctus: nunc abi, ad q. l. I. Gul.: „*Si* pro *cum, postquam, simul atque* poni amat.“ Casin. I, 18: huc quod veni in urbem, *si* inpetravero. (*Δ*pg *nisi*), ad q. l. Gronov.: „*Si* particula utuntur interdum ea vi, qua alioqui *ubi* vel *simul-atque*.“

c. *Si* significationem habet concessivam, = etsi. Iuventius inc. fab. fr. 1: gaudia Sua *si* omnes homines conferant unum in locum, *Tamen* mea exsuperet laetitia.

d. Enunciatio sumptiva ponitur pro interrogativa. Plaut. Cist. I, 3, 37: *si* possiet, ob er könnte. Mil. III, 1, 19: Sat volo scire, eodem consilio quod intus meditati sumus *Si* gerimus rem, ad q. l. Lindem.: „pro an geramus rem. *Si* cum indicativo, ut Graecorum *εἰ* in eodem significatu. Exempla, ubi *si* pro *an*, multa congessit Pareus in lexico Plautino.“ Pseud. IV, 7, 49: Iam dudum, *si* des, porrexi manum, ob du geben möchtest. Poen. prol. v. 12. Terent. Heaut. I, 1, 118: visam *si* domist.

e. *Siquis* cum maiore vi dicitur pro pronomine relativo *qui*. Plaut. Rud. II, 3, 42: Novi, Neptunus ita solet: quamvis fastidiosus Aedilis est: *si*quae inprobae sunt merces, iactat omnis.

f. Dicuntur *si modo* et *si quidem*, de quarum coniunctionum discrimine v. Handium Tursell. III, p. 632: „*Si quidem* conditionem singularem et necessariam supponit, *si modo* opponit aliquid, quod ipsum dubium si ex altera parte negatur, omnis enunciatio tollitur. Quae in praesenti per *quidem* exprimuntur, ad futurum tempus, quod incertum est, relata per *si modo* dici possunt. Saepe etiam fit, ut in hac conditione proposita id insit, quod optamus.“ Plaut. Pseud. II, 4, 34: *Si modo* hominem mi invenietis propere. Asin. III, 3, 111: verum *si quidem*st decorum erum vehere servom, Inscende. Epid. V, 1, 23: *Siquidem* istius gratia et Id remoratu's, quod ista voluit, nimium advenisti cito.

g. *Si* — *si* dicitur pro *sive* — *sive*. Plaut. Capt. I, 2, 5: Sinito ambulare, *si* foris, *si* intus volent, ad q. l. Lindem.: „Pro eo, quod vulgo dicitur: *sive* — *sive*. Illustrat hanc formulam Scioppius suspect. lectt. I, 21, ubi multa e Plauto exempla. Et variare licet: *si* — *sive; si* — *seu; si* — *sive* — *seu*, id quod idem Scioppius demonstrat.“ Rud. IV, 7, 31: *Si* aurum, *si* argentumst, omne id ut fiat cinis, ad q. l. Gronov.: „Particula *si* iterata utebantur pro *sive*.“

h. *Sis* per contractionem dicebatur pro *si vis*. Plaut. Amph. I, 1, 130: *Sis* veni. Donatus: „Quia imperativa verba sunt contumeliosa, addebant veteres *sis*, quod significat *si vis*.“ Asin. II, 2, 43: *Sis* amanti subvenire familiari filio. Most. III, 2, 163: Mane *sis* videam, ne canis. Poen. V, 2, 63: Hem, cave, *sis*, feceris. v. 124: Facito *sis* reddas.

i. *Sin* cum sumptiva particula coniungit adversativam, ut dicatur pro *si autem*. Dicitur etiam *sin autem* maiori vi. Cato R. R. c. 6: *Sin* in loco crasso aut caldo severis. Ennii Thyestis fr. 8. Plaut. Cas. II, 6, 25: *Sin* secus, patiemur animis aequis. Poen. prol. v. 51: *sin* odiost. Plaut. Fragm. Scytha Liturgus p. 483, v. 2: *Sin* ea mihi insignitos pueros pariat postea. Terent. Ad. III, 4, 46: Haec primum ut fiant deos quaeso ut vobis decet. *Sin* aliter animus voster est, cett. Plaut. Pers. IV, 1, 6: Si malus aut nequamst, male res vortunt quas agit: *Sin autem* frugist, eveniunt frugaliter.

57. Sed transeamus ad negationem, quae cum et per *si non* et per *nisi* exprimatur, videndum est primum, quomodo hae duae particulae inter se differant. Singularem disquisitionem de hac re instituit Loeschkius in libro qui prodiit Budissa 1843. Audiamus Handium in Tursell. IV, p. 215 sqq.: „Quando negatio accedit ad conditionem, aut res tollitur per conditionis notionem, quo fit *nisi*, aut res per negationem sublata in conditionem recipitur, unde fit *si non*: quod utrumque etiamsi in eadem sententia admitti potest, tamen utrique etiam manet proprietas quaedam. Quare in differentia istorum verborum declaranda multam operam consumpserunt grammatici. Omnes intellexerunt quidem in *nisi* negationem attrahi et cum coniunctione copulari, in *si non* eam pertinere ad verbum aut ad aliud nomen singulare. Atque utriusque dictionis similem esse rationem tum eae linguae ostendunt, in quibus una tantum dicendi forma exstat, tum multitudo earum sententiarum, quae utroque modo Latine exprimi possunt. Nam per *nisi* negatur id, quod conditionis nomine intercedit, per *si non* ponitur conditio, quae negationem in se habet: utrumque vero saepe ad idem redit, sive conditionem totam, sive primariam eius partem negando tollas. — Omnes, qui de hoc usu disseruerunt, in eo falluntur, quod ab *nisi* tamquam a fundamento incipientes demonstrare student, quibus in locis mutetur legitimus usus et *si non* pro *nisi* ponatur. Contra enim demonstrandum erit, quo modo Latini *nisi* pro *si non* dixerint. — Conditionalis quaevis sententia, qua aliquid esse ponitur, ex quo res, de qua loquimur, ut fiat aut non fiat sequitur, semper est affirmativa: potest tamen in se habere negatam notionem. Duplex autem est forma huius sententiae, quae negationem in se habet, duplex usus verborum *si non* et *nisi*. Primum enim simpliciter componitur sententia cum conditione sua ita, ut consequentia exsistat et protasis cum apodosi coniungatur. Quare ubicumque conditio, quae aliquam rem negatione tollit, ita ponitur, ut ex directa conclusione consequatur aliquid, dicitur *si non*. Tum ex conditionali parte pendet altera, nec mutatur adiecta negatione universa ratio vocabuli *si*, sed negatio, quae non duas enunciationis partes coniungit, unam tantum notionem unamve sententiae partem tollit. Quaestio igitur redit ad unum hoc, quem locum negatio in his sententiis obtineat.“ Etiam in distributione sequar Handium.

a. Ponitur igitur *si non*, ubi inter conditionem et rem intercedit consequentiae necessitas. Habemus in his plenam et exactam ratiocinationis speciem: unde intelligitur id, quod Gernhardus tranquillitati animi tribuit, ad ratiocinationis aequabilitatem referri debere. Atque saepe fit, ut sententia primaria sine adiecta conditione stare non possit. Cato R. R. c. 54: *si non* laborabunt, pascantur satius erit. C. 147: *si non* ante ea exportaveris. Ennii satur. inc. libr. fr. 1. v. 35: *si* ille *non* est frustra. Plaut. Asin. V, 2, 57: *Si non* didicisti fulloniam, Non mirandumst. Men. III, 3, 11: Redde igitur, *si non* meministi. Mil. II, 6, 35: *si* istaec *non* est haec. Pseud. I, 2, 78: Memorabilis est locus ib. 3, 138 sqq., ubi in eadem enunciatione *nisi* et *si non* eadem significatione coniuncta sunt: Verum quamquam multa malaque dicta dixistis mihi, *Nisi* mihi [hodie] attulerit miles quinque quas debibet minas, Sicut haec est praestituta summa ei argento dies: *Si* id *non* adfert, posse opinor facere me officium meum. III, 1, 11. IV, 3, 17: Cor conligatis vasis expectat meum, *Si non* educat mulierem secum semul, Ut exulatum ex pectore aufugiat meo. Rud. I, 2, 70: *Si non* moneas, nosmet meminimus. Plaut. fragm. Caec. v. 10: *Si non* strenue fatetur, ubi sit aurum, membra eius exsecemus serra. Caecil. Stat. inc. fab. fr. 29: *Si non* sarciri quitur. Terent. Andr. I, 3, 3: Quae *si non* astu providentur, me aut erum pessum dabunt. 5, 2: quid est, *si* hoc *non* contumeliast? II, 1, 27: Sed *si* id *non* potest Aut tibi nuptiae sunt cordi. IV, 2, 9: Age, *si* hic *non* insanit satis sua sponte, instiga. 4, 51: *si* pol Glycerio *non* omnia haec . . . Eun. III, 2, 49 sq.: *si* id *non* commodumst, Ut maneat: *si* id *non* poterit, ad me adducito. Heaut. I, 1, 55: sed *si* id *non* facis, Ego quod me in te sit facere dignum invenero. Hec. III, 1, 9: *Si non* rediisses, haec irae factae essent multo ampliores. Adscendit oratio per *ne quidem* in apodosi Eun. IV, 2, 10: *si non* tangendi copiast, Eho *ne* videndi *quidem* erit?

b. Idem est usus, quando conditionali sententia res ex parte aliqua restringitur, ut quod restet concedatur. Tum saepe *si non* vim habent verborum *etiamsi non*, et sequuntur *at*, *saltem*. Cato R. R. c. 2: *Si non* eo die, *at* postridie. Terent. Eun. IV, 2, 11: *si* illud *non* licet, *Saltem* hoc licebit.

c. Enunciationem per *si* formatam altera sequitur per *si non* elata. Cato R. R. c. 2: Paterfamilias ubi ad villam venit,

ubi larem familiarem salutavit, fundum eodem die, *si* potest, circumeat: *si non* eo die, at postridie. C. 8: Pratum *si* irriguum habebis, foenum non deficiet: *si non* erit, siccum, ne foenum desiet, summittito. Cato carmen de moribus Iord. p. 83, 5: Nam vita humana prope uti ferrum est. *si* exerceas, conteritur; *si non* exerceas, tamen rubigo interficit. Plaut. Pseud. III, 2, 87: *Si* credis, nummo: *si non*, ne mina quidem. Poen. V, 3, 23 sq.: *Si* respondebunt, Punice pergam loqui; *Si non* cett.

58. „*Nisi* (Hand. p. 220 sq.) est *ne si*, et in his negatio ea, quae antiquo usu [uti § 29 expositum est] pro *non* dicitur: unde etiam facta sunt vocabula *nihil, nimirum*. Negando igitur per *nisi* removetur id, quod conditionis nomine accedit. Negatur universa sententia conditionalis contracta oratione. Nam ubi dico *actum de te est, nisi provides*, plenus sententiarum ambitus hic est: actum de te est: non est, si (*ne, si*) provides. Contrahuntur autem haec ita, ut altera pars conditionalis ex altera procedere eique ex adverso apponi videatur et coniunctio *nisi* ad indicandam hanc vicissitudinem intercedat. Sicuti ergo, ubi *si non* dicitur, primaria sententia e conditionali pendet, ita contra in *nisi* conditionalis nectitur e primaria sententia. Ad eam enim accedit nec protasin constituit directam, sed ex alia sententia sumptam, nec necessitatem prae se fert, qualis inest in absoluta conclusione. Hinc vero intelligitur, quo modo in eiusmodi sententia recondita sit affirmatio contrarii: intelligitur etiam, quomodo duae coniunctiones componi possint *nisi quia*, *nisi quod* in contractis sententiis. Conspicua est eadem ratio in dictione *nisi non vis* (Plaut. Men. V, 2, 37). Ne quis tamen existimet, id, quod modo dixi, non quadrare in eas sententias, in quibus *nisi* in priori parte sententiae positum exhibere videatur directam protasin, duplex est respicienda causa. Nam coniunctio semel facta *nisi* etiam toto officio suo fungitur et potest cum suis verbis etiam inverso ordine atque primo loco poni. Id enim, quod addendum est, anticipatur, et id, quod adhaerere solet, etiam interseri potest. Tum vero vulgaris linguae usus, ut paulo post videbimus, eam licentiam obtinet, qua *nisi* et *si non* commutantur. Nam saepe non multum aut nihil refert, utrum cogitem, si alterum fiat, alterum esse: in quibus per consequentiam directe componuntur res: an de una re praedicem eam esse, sed non esse, si altera sit. Discrimen enim in eo cernitur, ut,

ubi *nisi* dicitur, vis cogitationis contineatur in affirmata sententia, ubi autem *si non*, in negata, ex qua altera deducitur. Illud est *cogita rem non esse:* hoc est *noli cogitare rem esse.*" In distributione item sequar Handium.

a. Per *nisi* significatur exceptio, quae ad aliquam sententiam accedit. Ponimus aliquam rem esse vel fieri non per consequentiam ex alius rei conditione, sed ita, ut reprimatur id, quod, si est, ipsam rem vel id, quod dictum erat, tollit vel impedit vel coercet. Ennii annal. inc. sedis fragm. 35: Qui vincit non est victor *nisi* victus fatetur. Plaut. Asin. I, 1, 82: Tene ego defraudem, quoi ipsi nihil est in manu, *Nisi* quid tu porro uxorem defraudaveris? Poen. IV, 2, 92: At enim nihil est, *nisi*, dum calet, hoc agitur. Truc. II, 1, 21: Nugae sunt, *nisi*, modo quom dederit, dare iam lubeat denuo. V, 31: Nam quanquam bella's, malo tuo's, *nisi* tecum aliqui gaudeo (sic Goeller.).

b. Contracta sive breviata oratione coniunctio in vicem adverbii cedit et eam, quam modo diximus, exceptionem indicat simpliciter, ut sit *excepto.* Unde variae exsistunt ellipticae formae. In iis praecipue notandae sunt sententiae relativae. Negatione praemissa collocantur vocabula *non nisi*, *nihil nisi* aliaque. (Sic Handius p. 222). Fabius Pictor ap. Egger. p. 107: Capillum Dialis, *nisi* qui liber homo est, non detonset. Cato R. R. c. 5: Rem divinam *nisi* compitalibus in compito aut in foro *ne* faciat. C. 48: Nuces pineas ad eundem modum, *nisi* tanquam alium serito, quae ita bene explicat Handius: „serito in eumdem modum, uno hoc excepto, ut fiat sicut in allio." C. 77: Quantum voles pro ratione, ita uti placenta fit, eadem omnia facito, *nisi* alio modo fingito in solo tracta. C. 89: Eodem modo anserem alito, *nisi* prius dato bibere et bis in die. C. 157: Qui sic purgatus erit, diutina valetudine utetur, neque ullus morbus veniet, *nisi* sua culpa. Plaut. Cist. I, 1, 89: *nisi* quidem cum Alcesimarcho, nemine. Bacch. II, 2, 2: Homini amico quist amicus ita uti nomen possidet *Nisi* deos ei nil praestare. Rud. II, 4, 20: [*Nisi* multis blanditiis a me gutta non ferri potest.] IV, 4, 48: Hic [ego] *nisi* de opinione certum nil dico tibi. Truc. II, 1, 20: Neque erit quisquam unquam probus amator, *nisi* qui re inimicust suae. IV, 3, 27: Cave tu, *nisi* quod te rogo, mi! Terent. Andr. III, 2, 39: Quis igitur eum ab illa abstraxit *nisi* ego? IV, 2, 14: hanc *nisi* mors mi adimet nemo. Hec. I, 2, 67: nam nemo ad te venit *Nisi* cupiens tui.

c. Ab universa illa exceptionis ratione non recedunt eae dictiones, quibus post nomina multitudinis vel quantitatis adduntur ea, quae excipiantur. Dicitur igitur *nisi* eadem fere significatione, qua *praeter*. Plaut. Men. prol. v. 59: Ei liberorum, *nisi* divitiae, nil erat, ubi vide Boxhorn. Caecil. Stat. Plocium fr. 1, v. 144: Quae *nisi* dotem omnia, Quae nolis, habet.

d. *Nisi* quum semel facta esset coniunctio conditionalis, facile fieri potuit, ut in vulgari sermone cum *si non* commutaretur. Plaut. Most. I, 3, 35 sq.: Di deaeque me omnes pessumis exemplis interficiant, *Nisi* ego illam anum interfecero. Rud. V, 3, 59: Perii hercle: *nisi* me suspendo, occidi. Trin. II, 4, 114: Plane periimus, *Nisi* quid ego comminiscor. Caecil. Stat. inc. fab. fr. 12: nomen virginis *Nisi* mirum est, deintegrabit (h. e. deminuet). Terent. Adelph. II, 2, 23: *Nisi* eo ad mercatum venio, damnum maxumumst. (Haas. ad Reisig. p. 458).

e. Usus interdum liberior negligentiae speciem prae se fert. Sic non satis accurate dictum est a Plauto Mil. IV, 4, 48 sqq.:

matris verbis Philocomasium arcessito,
Ut, si itura sit Athenas, eat tecum ad portum cito —
Nisi eat, te soluturum esse navem.

f. Saepe accedit vel adhaeret sententia per *nisi* formata, quod cognoscitur eo, quod eiusmodi sententia antecedenti opponitur, et quod haec coniunctio componitur cum aliis *quia*, *quod*, *quum* et cum *tamen*. In his structuris *nisi* fere idem significat ac *sed, attamen*. Vide de hoc usu c. XII, § 2, n. 4. Cato R. R. c. 37: stercus egerito, *nisi* intermestri lunaque dimidiata, ubi vide adnotationem Schneideri. Fleckeisenus in Iahnii annal. 1851, vol. LXI, sect. 1, p. 24 comparat germanicum doch aber et affert haec exempla Plautina: Trin. 233. Rud. 751. Stich. 269. Pseud. IV, 6, 40. Quibus adde haec: Capt. III, 3 v. extr. (= 532): Quam, malum? quid machiner, quid conminiscar, haereo: [*Nisi*] nugas ineptiasque [ego] incipisso maxumas, de q. l. Ritschl. prolegom. ad Trin. p. 180 dicit: „*Nisi* i. e. 'nisi quod certum est maximas me nugas et ineptias incipissere', non insolito eius particulae usu." Mil. I, 1, 23: *nisi* unum epityrum estur [insanum] insane bene. II, 2, 24: Te video: *Nisi* mirumst facinus cett., ad q. l. Lindem.: „*nisi*, ut saepe, pro *sed*, ut Graecorum πλήν. De qua notione

cf. Parei lexic. s. h. v.“ Poen. III, 3, 37: *Nisi* dudum a mane ut ad portum processimus. IV, 2, 66: Nunquam edepol mortalis quisquam fiet e me certior, *Nisi* meo uni ero indicasso. Terent. Adelph. I, 2, 73: *nisi* quidquid est Volo scire. IV, 2, 6: nequeo satis decernere: *Nisi* me credo huic esse natum rei cett. V, 2, 10: quid ego nunc agam? *Nisi*, dum hae silescunt turbae, interea in angulum Aliquo abeam.

g. Formula est *nescio nisi* saepe a Terentio usurpata. Andr. IV, 1, 39: *Nescio, nisi* mihi Deos satis fuisse iratos, qui auscultaverim. Eun. V, 1, 11: *Nescio: Nisi* amasse credo Pamphilam. Heaut. III, 2, 31: Iocon an serio ille haec dicat *nescio*, *Nisi* mihi quidem addit animum. Phorm. V, 8, 60: *Nescio*, *Nisi* me dixisse nemini certo scio.

h. De *nisi quod*, *nisi quia*, *nisi quom* vide Handium p. 235 sq. Plaut. Capt. III, 4, 88: Neque tenere neque mi esse ullum morbum *nisi quod* servio. Truc. IV, 3, 12: *nisi quia* timeo tamen. Aquilius Boeotia fr. 1, v. 6: Ubi ubi monebat esse, *nisi quom* nil erat.

i. Eadem est ratio, ubi *tamen* adiectum videmus. Plaut. Aul. IV, 10, 75: *Nisi* etiam hic opperiar *tamen* paulisper.

k. *Nisi si* Latini eo modo dicunt, quo Graeci *εἰ μὴ εἰ*. Ennii satur. l. III, fr. 2: Numquam poëtor *nisi si* podager . . . Plaut. Pers. V, 2, 52: *Nisi si* dignust, non opust. Trin. II, 4, 73: Edim, *nisi si* ille votet, ad q. l. Lindem.: „*πλὴν ἐάν*. Dicitur autem ut *quasi si*, quum *nisi* et *quasi* longo usu nativam notionem amiserint.“ Truc. III, 2, 2:

Mirum videtur, ruri erilem filium
Strabacem non redisse, *nisi si* clanculum
Collapsus est hic in corruptelam suam.

IV, 3, 8: *Nisi si* ad tintinaculos vos voltis educi viros. V, v. 35. Terent. Andr. I, 5, 14: *nisi si* id est, quod suspicor. IV, 1, 47: *Nisi si* id putas (= nisi forte). Eun. V, 2, 63: Non credo, Chaerea, *Nisi si* commissum non erit. Adelph. IV, 3, 3: *Nisi si* me illo credidisti esse hominum numero cett.

59. De *ni* particula, quae non est contracta ex *nisi* quaeque non idem quod *nisi*, sed idem quod *si non* significat, bene exposuit Handius, quem vide. Exempla sunt Plaut. Amph. I, 1, 284. As. II, 2, 96. IV, 1, 19. Aul. II, 8, 23: Nimirum occidor, *ni* intro huc propero currere. Bacch. III, 4, 5. IV, 8, 6. Most. I, 3, 55. 65. Men. V, 2, 96. Merc. III, 4, 4: *Ni* oculi

lacrumis defendant, iam ardeat credo caput. IV, 2, 2. De *mirum ni* vide Handium p. 193. Plaut. Amph. I, 1, 163: *Mirum ni* hic me quasi muraenam exossare cogitat. Capt. IV, 2, 25. Bacch. III, 3, 46: *Mira sunt ni* Pistoclerus Ludum pugnis contudit. Terent. Andr. III, 4, 19: *Mirum ni* domist, ad q. l. Ruhnk.: „i. e. sine dubio, nimirum. Eun. II, 3, 53: *Mirum ni* hanc dicit.“ Nonnullis tamen locis pro eo *nisi* dictum est. Plaut. Amph. I, 1, 127: *Mira sunt nisi* invitavit sese in cena plusculum, et v. 275: *Mira sunt nisi* latuit intus illic in illac hirnea. Ponuntur particulae *si* et *ni* etiam in sponsionibus, de qua re disseruit Rostius comment. Plaut. p. 72 sqq. Si duo membra in sponsione componuntur, in altero ponitur *nive*, sive praemisso *ni*, sive *si*. Exempla sunt Plaut. Cas. prol. v. 75:

Id *ni* sit, mecum pignus, siquis volt, dato
In urnam mulsi.

Epid. V, 2, 35:

— *ni* ergo matris filiast,
In meum nummum, in tuum talentum pignus da.

Poen. V, 4, 72: Da pignus, *ni* nunc peieres, in savium, uter utri det. Rud. III, 4, 7—9:

[Ergo dato]
De senatu Cyrenensi quemvis opulentum [arbitrum],
Si tuas esse oportet *nive* eas esse oportet liberas,
Nive in carcerem compingi te aequomst.

Rud. V, 3, 22 sqq.:

— *Si* vidulum
Hunc redigissem in potestatem eius, iuratust dare
Mihi talentum magnum argenti. LA. Cedo quicum habeam iudicem,
Ni dolo malo instipulatus sis *nive* etiamdum [hau] siem
Quinque et viginti annos natus. GR. Habe cum hoc. [Immo][19]) aliost opus.
DAE. Iam ab isto auferre hau sinam [te], *ni* istunc condemnavero.

Illud *nive* etiam in quavis disiunctione usurpatur, quum sit

---

[19]) *Immo* inseruit Fleckeisenus, sed hoc num verum sit admodum dubitat in Iahnii annal. 1851, vol. LXI, sect. 1, p. 52 et dicit fortasse scribendum esse *con*.

vel si non. Rud. V, 3, 62: spectatores, vos quoque ad cenam vocem, *Ni* daturus nil sim neque sit quicquam pollucti domi, *Nive* adeo vocatos credam vos esse ad cenam foras.

60. In disiunctione ponitur *sive (seu).* De significatione huius coniunctionis exposuit Vogelmannus de coniunct. disiunct. Lat. in Iahnii annal. supplem. XI, sect. 4 (1846) p. 618 sqq. Differt a ceteris particulis disiunctivis eo, quod, cum compositum sit ex *si* et *ve*. periodum conditionalem incipiens enunciationem secundariam constituit, convenit autem cum *ve* et *vel* eo, quod itidem notionem optionis continet. Saepe tamen per ellipsin conditio non integram efficit enunciationem, quo fit ut singulae notiones per *sive* disiungi possint, ubi *si* per pleonasmum additur et *sive* idem significat quod *ve* s. *vel.* Ponuntur autem in disiunctione *si* — *sive* (ut apud Graecos εἰ — εἴτε pro εἴτε — εἴτε), *sive* — *sive*, sed potest etiam prius membrum sine particula efferri et *sive* ad alterum tantum membrum addi, ita tamen, ut itidem fiat inter ambo membra disiunctio. In Catonis fragmentis particula *sive* tribus locis legitur, de re militari p. 82, 1, Iord.: *Sive* forte opus sit cuneo aut globo cett. Orat. pro L. Turio p. 62 Iord.: Atque ego a maioribus memoria sic accepi, siquis quid alter ab altero peterent, si ambo pares essent, *sive* boni *sive* mali essent cett. Or. de dote p. 68, 8 Iord.: *si* adulterares *sive* tu adulterarere. Apud Ennium semel *sive*, semel *seu* legitur. Annal. l. XIV, fr. 6: Nunc est ille dies cum gloria maxima sese Nobis ostendat *si* vivimus *sive* morimur. Ann. inc. sedis fragm. 11: tibi vita *Seu* mors in mundo est. Ad Plautum et Terentium quod attinet, extat de hac particula post Ritschelium prolegom. in Trinumm. p. 84 sqq. disquisitio Muelleri in Iahnii annal. 1861, vol. LXXXIII et LXXXIV, sect. 4, p. 260—262, qui docet, particulam *sive (seu)* apud Terentium tribus, apud Plautum autem decem et septem locis inveniri, et Plautinis quidem omnibus *si* — *sive (seu)* scriptum esse, duobus tantum *sive* — *sive (seu* — *seu)*, ita ut in his duobus de veritate lectionis dubitari liceat. Apponam locos quosdam. Plaut. Amph. prol. v. 69 sqq.:

> [Nam] siqui palmam ambissit histrionibus: —
> *Si* quoiquam artifici *seu* per scriptas literas
> *Seu* qui ipse ambissit *seu* per internuntium:
> *Sive* adeo aediles perfidiose quoi duint: —

Sirempse legem iussit esse Iuppiter,
Magistratum quasi sibi alterive ambiverit.

Curc. I, 1, 4 sqq.: *Si* media nox est *sive* prima vespera, *Si* status condictus cum hoste intercedit dies, Tamen est eundum quo inperant ingratiis, ad q. l. I. Gul.: „Sponsionum et stipulationum formulas certis verbis concipiebant et fere ordiebantur a *si, sive, ni, nive.* Vid. Merc. II, 2, 40: *Sei* movero me *seu* secari sensero, — sum auctor ut me amando hic enices, et Pseud. IV, 6, 8 sqq.: Roga me viginti minas, Ille hodie *si* illa potitus muliere *Sive* eam tuo hodie gnato, ut promissit, dabit.“ Menaechm. II, 2, 21: *Seu* tu Culindrus *seu* Caliendrus, perieris. Merc. II, 2, 35: *Si* canum, *sei* istuc rutilum *sive* atrumst, amo. Rud. III, 2, 15 sqq.: Teque oro et quaeso, *si* speras tibi — *Seu* tibi confidis fore multam magudarim cett. Stich. III, 1, 8: Ere, *si* ego taceam *seu* loquar. Trin. v. 183: Haec sunt, *si* recte *seu* pervorse facta sunt cett. Truc. IV, 3, 58 sq. Terent. Andr. I, 2, 19: Dehinc postulo *sive* aequomst te oro = postulo, vel, si aequum est, te oro (Vogelm. l. c.), v. Ruhnk. 5, 57 sqq.: *Si* te in germani fratris dilexi loco *Sive* haec te solum semper fecit maxumi *Seu* tibi morigera fuit in rebus omnibus, Te isti virum do.

61. *Coniunctiones concessivae.* „*Etsi* concessivam format sententiam, quae vel praemittitur, vel media interponitur, vel adiicitur alteri sententiae.“ (Hand. Tursell. II, p. 601). Ennii fr. Hecubae 4: Haec tu *etsi* perverse dicis, facile Achivos flexeris. Plaut. Bacch. v. 1201: Age iam, utut est, *etsi*st dedecori, patiar. Mil. II, 4, 53: non vidi eam, *etsi* vidi. Terent. Heaut. II, 3, 85 sq.: Harum duarum condicionum nunc utram malis vide, *Etsi* consilium quod cepi rectum esse et tutum scio. Sequitur in primaria sententia *tamen.* Ter. Heaut. II, 1, 13: Nam hic Clinia, *etsi* is quoque suarum rerum sat agit, *tamen* habet Bene et pudice eductam. Hec. II, 2, 1. Inversa structura Plaut. Rud. V, 2, 63: *Tam* fiet, *etsi* tu fidem servaveris. Item sequitur *verum tamen.* Terent. Phorm. II, 3, 60: *Etsi* mihi facta iniuriast, *verum tamen* Potius quam litis secter aut quam te audiam cett. Coniungitur *tamen* et *tam* in unam notionem, de qua re vide § 43. Plaut. Poen. V, 4, 31: Non eo sumus prognatae genere, *tametsi* sumus servae, soror.

62. Enunciatio per *quamquam* elata item modo antecedit enunc. primariam, modo sequitur. Plaut. Pseud. I, 3, 138

sqq.: Verum *quamquam* multa malaque dicta dixistis mihi — posse opinor facere me officium meum. Truc. V, v. 30: *Quanquam* ego tibi videor stultus cett. v. 31: Nam *quanquam* bella's, malo tuo's. Caecil. Stat. fr. Chrysionis v. 22: *quamquam* ego mercede huc conducta tua Advenio, ne tibi me esse ob eam rem obnoxium Reare. Terent. Ad. II, 1, 51: Id quoque possum facere, modo si reddat, *quamquam* iniuriumst. In enunciatione primaria sequuntur particulae *tamen*, *at*, *verum tamen*. Cato or. dierum dictarum de consulatu suo Iord. p. 33, 4: quamquam — tamen. Plaut. Truc. V, v. 42: *quanquam* hic squalidus, *quanquam* hic horridus est, *at* est bellus mihi. Terent. Eun. I, 2, 92: *Quamquam* illam cupio abducere atque hac re arbitror Id fieri posse maxume: *verum tamen* Potius quam te inimicum habeam, faciam ut iusseris.

63. *Interiectiones*. *Ah* Terent. Adelph. I, 2, 47: *Ah*, si pergis, abiero. cf. V, 3, 67: *Ah*, pergisne? *Attat* sec. Schuetzium doctr. part. p. 82 interiectio est ex improviso aliquid deprehendentis idque vel mirantis vel metuentis. Naev. Corollaria fr. 3, v. 41: attat tattatae. Tarentilla fr. 5: attat tatae! Cato orat. de sumptu suo ap. Fronton. ep. ad Antonin. lib. I, 1, p. 109. Terent. Andr. I, 1, 98: *attat* hoc illud est. Eun. IV, 5, 1: *Attat* data hercle verba mihi sunt. IV, 6, 18. *Attate*. Lamb. ad Plaut. Cas. II, 8, 32 „interiectio est vel se ipsum, ut hic, vel alterum, ut infra non longe, [III, 1, 14] increpantis. *Au* Terent. Ad. III, 2, 38: *Au au*, mi homo, sanun es? — *Babae* Plaut. Pseud. I, 3, 131: Fur. BA. *Babae*. PS. Fugitive. BA. *Bombax*, ad q. l. Lamb. „*Babae*, ut et *Bombax*, h. l. interiectiones sunt hominis cum admiratione approbantis vel negligentis, aut etiam laete alterius dicta ferentis.“ — *Ehem*, v. Handium. Plaut. Stich. I, 3, 71: *Ehem*, adnuistin? Terent. Andr. IV, 2, 3: *ehem* Pamphile. Ad. III, 3, 19: *Ehem* Demea, haud aspexeram te: quid agitur? V, 7, 3: *Ehem*, pater mi, tu hic eras? — *Eheu* cum voc. Plaut. Rud. II, 6, 28: *Eheu*, Palaestra atque Ampelisca, ubi estis nunc? — *Eho* Plaut. Most. v. 843: *Eho*, istum, puere, circumduce hasce aedis et conclavia. Pseud. I, 3, 114: *Eho*, Pseudule, I, gladium adfer. Poen. V, 3, 1. v. 9: Atque *eho*. v. 17: *Eho* an huius sunt illae filiae? (sic Herm. elem. p. 190.) Terent. Andr. I, 2, 13: Dave. DA. Hem, quid est? SI. *Eho* dum ad me. III, 2, 20: *Eho* an tute intellexti hoc adsimulari? 5, 10: *Eho* dum bone vir,

quid ais? IV, 1, 43: *Eho*, dic mihi, si omnes hunc coniectum in nuptias Inimici vellent, quod nisi consilium hoc darent? Heaut. III, 2, 26: *Eho* quaeso laudas, qui eros fallunt? — *Ei* Naevii Tarentilla fr. 9: *Ei ei.* Caecil. Stat. Aethrio fr. 2: *Ei* perii. Terent. Andr. II, 1, 2: *Ei* misero mihi. — Idem est *hei* Plaut. Amph. I, 1, 165: *Hei* [mihi], numnam ego obolui? Aul. II, 2, 43: *Hei* Megadore! haud decorum facinus tuis factis facis. Sic Lingius de hiatu p. 45 pro vulg. *heia*, qui dicit: „Magis convenit *hei* sermoni senis timidi et ingemiscentis ac deludi se ab altero suspicantis, quam *heia*, quod non nisi in cohortatione et ironia locum habet.“ IV, 9, 10: *Hei* me miserum, miserum. — *Em* Plaut. Epid. V, 2, 17: *Em* (sic Δp), ostendo manus! Idem est *hem*. Haec interiectio habet a) significationem demonstrativam. Plaut. Aul. II, 1, 16 *Hem* addidit Herm., recepit Goell. Balbachius observ. Plaut. p. 57 haec attulit exempla: Poen. I, 1, 79: *Hem* amores tuos. Merc. II, 2, 42: Si umquam vidistis pictum amatorem, *em* illic est. Rud. I, 2, 88: *Hem*, Errabit illaec hodie. Truc. II, 8, 4: iamne abisti? *hem*, sic datur. Terent. Andr. II, 6, 27: Nam si malist quicquam, *hem* illic est huic rei caput. IV, 4, 46: *hem* Scelera. Item Reinius quaest. Plaut. p. 14 haec: Plaut. Asin. II, 2, 91: dice. LI. *Hem* istuc ago. V, 1, 13: *Hem*, Aspecta, video. Curc. I, 3, 39: *Hem* tibi male dictis pro istis. V, 2, 26: *Hem*, ut scias me liberum esse. Adde Pseud. I, 5, 103. V, 2, 20: *Hem*, [hercle] hoc ego numquam ratus sum fore mihi. Pers. V, 2, 29: *Hem*, serva rusum, de quo loco disputat Fleckeisen. exerc. Plaut. p. 22 dicens: „*hem serva* est formula verberantium, vid. Ter. Ad. II, 1, 18 *(Em, serva)*, ubi Ruhnk. recte explicat: 'habe tibi hunc colaphum'. Diversa sententia *Hem, serva* dictio legitur in Ter. Andr. II, 5, 5.“ De *hem* part. in hac re usurpata cf. etiam Rost. opusc. Plaut. I, p. 128: „*hem* aut per se solum (ut in Curcul. V, 2, 26), aut adiecto *tibi* (ibid.), aut sic etiam: *Hem ergo hoc tibi* (Asin. II, 4, 25 [ubi Taubm.: „verberantis est“]), aut cum accusativo nominis rei, ob quam quis verberatur (ut in Poenulo I, 2, 169 et 170: *Hem voluptatem* tibi! *Hem mel! hem cor! hem colostram! hem salutem! hem suavium* [Δp sualum]) usurpare solebant, qui manibus ab aliquo poenas repetebant.“ Terent. Andr. III, 4, 25: *Hem* astutias. b) Alterum genus exemplorum attinet ad animum vehementiori motu concitatum. Atque ita loquuntur ii, qui aut inopi-

nata re obstupefacti sunt, aut admirantur rem novam et mirificam. (Sic Handius III, p. 51.) Plaut. Amph. I, 1, 151: *Hem*, nunc iam ergo: sic volo. Bacch. v. 276: *Hem*, avidi ingenium hau pernoram hospitis. Poen. V, 2, 63: *Hem*, cave, sis, feceris.

Eu sec. Handium II, p. 609 sq. eius est, qui laetitiam ex improviso perceptam exprimit, etiam in rei approbatione, ergo laudantis. Ennii inc. trag. fragm. 20. Terent. Eun. I, 2, 74: *Eu* noster, laudo. — *Euax* laetantis est interiectio. Ennius ap. Charis. II p. 240 K. v. *euax* ex libro incerto Annalium: *euax* aqūast aspera Latinis (sic restituit hoc fragmentum Bergkius in Iahnii annal. 1861, vol. LXXXIII et LXXXIV, sect. 9, p. 637). Plaut. Curc. I, 2, 3: *evax*, habeo. Bacch. IV, 4, 73, ad q. l. Schmiederus: „*evax* est hilare adprobantis." Men. I, 2, 18, ad. q. l. Taubm.: „exultantis interiectio. ab *Evoe*, quae bacchantium vox est, εὐοῖ. unde *Evan* Liberi patris cognomen." *Euge* sec. Schuetzium in doctr. part. interiectio est, qua vel laudamus, miramur, gratulamur vel exsultamus et laetitiam significamus, vel denique aliquid nobis nec opinato accidisse prodimus. Plaut. Epid. I, 1, 7 Δρ *Euge*, quod Iacob. retinet, Both. *eugepae*. Most. III, 1, 59: *Euge* strenue, de quo versu disputat Lingius de hiatu p. 37, ubi dicit: „est particula admirantis et laudantis, sed h. l. ut saepe cum ironia, ut Mil. II, 2, 58 et 86 (*Euge, euge* lepide)." Pseud. I, 3, 89: *Euge*, homo lepidissume. Terent. Adelph. V, 7, 13: *Eugae*, iam lepidus vocor. *Eugepae* Plaut. Amph. IV, 1, 10, ubi Lamb.: „Interiectio est gaudentis et probantis. Sed hic ironia est." Capt. II, 2, 24, ubi I. Gul.: „gestientis laetitia interiectio est." — *Euoe* Plaut. Men. V, 2, 82: *Euoe* Bacche: *heu*, Bromie, quo me in silvam venatum vocas? — De *fu* vide Handium. Plaut. Most. I, 1, 38. De significatione v. *heia* v. Handium II, p. 362. Plaut. Amph. III, 2, 20: *Heia* autem inimicos? Pseud. I, 3, 41. Terent. Heaut. V, 5, 19: *Heia*, ut elegans est! Hec. II, 2, 8: *Heia* vero. — *Heu* Ennii Thyestis fr. 12: *Heu heu*. — De *heus* Donatus ad Ter. Andr. IV, 1, 11: „*heus* significatio est modo nominis, ad intentionem considerationemque revocandi." Plaut. fragm. Foeneratric. v. 1, p. 480: *Heus* tu. Terent. Andr. III, 3, 47: *heus*, evocate huc Davom. IV, 1, 12: *Heus*, proxumus sum egomet mihi. Eun. III, 1, 44: sed *heus* tu, purgon ego me de istac Thaidi —? IV, 1, 10:

„*heus*" inquit, „puer, arcesse Pamphilam —." Heaut. II, 3. 107: Syre. Syre inquam, *heus heus*, Syre. Ad. V, 2. 1: *Heus* Syre. — *Ilicet* Plaut. Amph. I. 1, 182: *Ilicet:* mandata eri perierunt una et Sosia. Cist. IV, 2, 17. Epid. V, 2, 19. Terent. Phorm. I, 4, 30, ad q. l. Donat.: „Semper *ilicet* finem rei significat, ut: *Actum est.* Per συγκοπήν. Sic iudices de consilio dimittebantur sententia dicta, quum praeco pronuntiasset *ilicet*, quod significat *ire licet.*" — *Malum* Plaut. Amph. I, 1, 247. Pseud. IV, 7, 69: Quin *malum*, id totum tuum, ad q. l. Acidal.: „*malum* interiectiva particula, in indignatione sollemnis, sed et damnum et cruciatum notat." Terent. Eun. IV, 7, 10: Qui *malum* „alii"?, ad q. l. Donat.: „per parenthesin suaviter infertur et interiectio est." — *O* Terent. Andr. III, 2, 12: *O* Dave, itan contemnor abs te? V, 3, 5: *O* ingentem confidentiam. Phorm. II, 2, 10: *O* vir fortis atque amicu's. — *Oh* Plaut. Most. I. 3, 86: *Oh*, probus homo sum, ad q. l. Taubm.: „*Oh* interiect. laetitiae index." — *Ohe* Plaut. Asin. II, 3, 4, vox significantis satis esse. Aul. I, 1, 16. — *Oiei* Plaut. Mil. V, 1, 3: *Oiei*, satis sum verberatus. cf. Bentl. ad Terent. Eun. IV, 4, 48. — *Pax* Plaut. Mil. III, 1, 213: *Pax*, abi, ad q. l. Scaliger: „*Pax* interiectio comprimentis et quasi cum verecundia silentium sibi aut alteri imponentis. Hesychius πάξ, ἐπὶ τῷ τὸ τέλος ἔχειν. Pax, Graecum est, quando significat tantummodo, ait Prisc. lib. 15. Diphilus πάξ τι πάξ. Satis constat, *Pax* tum Graecum esse, tum etiam silentii esse, non admirationis, quod volunt quidam. Dum enim sibi silentium imponebant, opposito ad os digito, tanquam ulterius sermonem procudere vererentur, aut cum, quae dicta erant, indicta vellent, aut cum ex sermone praesentes dimitterent, tum πάξ dicebant." Lindem. ad h. l.: „*Pax* interectio silentium iubentis. Cf. Priscian. XIV, 2. Adde Hesych. Κόγξ ὁμοίως πάξ, τοῖς τετελεσμένοις, secundum Lobeckii emendationem." Stich. V, 7, 3, ubi vide Gronov. Trin. IV, 2, 97 (= v. 889): Quid [id] est tibi nomen, adulescens? SU. *Pax*, id est nomen mihi: Hoc cotidianumst. CH. Edepol nomen nugatorium: Quasi dicas, siquid crediderim tibi, *pax* periisse ilico, ad q. l. Lindem.: „*Pax* interiectio est finem imponentis vel silentium iubentis. Tum indicat, non esse amplius, quod de ea re, de qua sermo est, dicas, rem ad finem productam esse. Sic apud Terent. Heaut. II, 3, 50: Capillus passus prolixe et circum caput Reiectus neglegenter, *pax*.

Idem ibid. IV, 3, 39: Unus est dies, dum argentum eripio: *pax*: nil amplius.“ Vide etiam Meursium ad locum Trinummi in ed. Taubmanniana et Salmasium in ed. Boxhorniana. — *Pro.* Donatus de octo partibus orationis p. 169: „Licet autem pro interiectione etiam alias partes orationis singulas pluresve supponere,“ ad q. l. Caesarius: „Sic *pro.*“ Vide de hac interiectione etiam Herz. ad Sall. Cat. p. 102 sq. Plaut. Amph. I, 1, 220: *Pro* fidem, Thebani cives. A loco autem Cas. II, 4, 5 *pro* alienum est, v. Handium Tursell. IV, p. 572 et Ladewigium in adnot. ad Cas. in mus. rh. p. 197, qui dicit *pro* et *vae* interiect. apud Plautum nunquam solas poni, sed semper additis aliis vocabulis. Poen. V, 5, 3: *Pro* supreme Iuppiter. Caecil. Stat. Synephebi fr. 3: *Pro* deum inploro fidem. Terent. Andr. I, 5, 2, v. Ruhnk. v. 11: *Pro* deum atque hominum fidem! Phorm. II, 3, 4: *pro* deum inmortalium! — *St st* Plaut. Most. II, 2, 75, v. Gronov. — *Tatae* Naev. Tarentilla fr. 5. Plaut. Stich. V, 7, 3. Charis.: „*ἐκφώνησις ἀρχαϊκή.*“ De *vae* interiect. et casibus cum quibus coniungatur v. Ladewig. in Zeitschr. f. Alt. 1842, p. 1079. — *Vah* Most. I, 3, 99. *Vaha* Cas. IV, 4, 25.

Index.

Numeri paginas significant.

A.

Ab cum abl. gerundii 58. Ab postpositum 219.
Abin 266.
Ablativus gerundii 58—61. Abl. absoluti 235 sq.
Absente cum plur. 196.
Absque hoc esset 155.
Abundantia sermonis 211 sq.
Abnueo c. inf. 39.
Abussa pass. 18.
Accusativus gerundii et gerundivi 56—58. Acc. c. inf. cum ne particula coniunctus 263 sp.
Ad praep. cum acc. gerundii 57 sq. Ad postpositum 219.
Adaeque cum comparat. 210. seq. atque 335.
Adest ut 157.
Adfectare c. inf. 39.
Adformido ne 173.
Adgredias 14.
Adhuc 295.
Adiectivum 202 sqq. Adi. pro adverbio 202. Adiectiva in praedicato 5. Adiectiva cum genit. gerund. 54. cum dat. gerund. 56.
Adigere ut 159. seq. coni. om. ut 170.
Admodum in responso 284 sq.
Admoliri ut 159.
Adorno c. inf. 39.
Adparare c. inf. 41. seq. ut 159.
Adsectari pass. 17 sq.
Adverbia in praedicato 6—8. Adverbia duo inter se coniuncta 202. Adv. loci 285 sqq. Adverbia temporis 295 sqq. Adverbia negativa 320 sqq.
Aeque cum comparat. 210. seq. atque 335.
Aequomst c. inf. 28.
Aequom videtur ut 157.
Aetas ad ducendum 57.
Affatim 301.
Age 301. seq. imperat. et fut. 135. age ergo 364.
Agedum 367.
Agere 12.
Agitandumst vigilias 52.
Agitare c. inf. 39.
Ah 381.
Ain tu? 265.
Alias 286.
Alibi 286.
Alicubi 286.
Alicunde 285.
Alio 292.
Aliorsum 292. seq. atque 336.
Aliovorsum 292.
Aliquantisper 295.
Aliquis cum plur. verbi 200.
Aliquo 292.
Aliter 301. Aliter atque ut 336.
Aliunde 285.
Alius atque 336.
Alius alium cum plur. verbi 200.
Alter alterum, alter ab altero cum plur. verbi 199.
Altercasti 14.
Altrinsecus (altrim secus) 285 sq.
Amabo 281 sq. amabo, ut 160.
Amare sign. intrans. 9.
An 271 sqq. An non 271—274. 278. 284. An vero non 284. An non collocatio 220. An quod, an quia 283.
Anacoluthon 222.
in animo habere, ut; animum inducere ut 159.
Anne 283 sq.
Ante (adv.), antea, antehac, antidhac 295.

Antequam cum coni. 184 sq.
Apisci pass. 17.
Aposiopeses 22 sq.
Apstinere c. inf. 43.
Arbitretur pass. 18.
Arbitro 14.
Ast, at 343—347. At 381.
Asyndeton 212—214.
Atque, ac 333 sqq. Atque post comparativum 208 sq.
Atqui 347.
Attat 381.
Attate 381.
Attractio 222. in praedicato 5.
Au 381.
Auctor sum ut 158.
Aucupare 14.
Augeo 12.
Auspicare 14.
Aut 353—355. aut — aut cum sing. verbi 196.
Autem 347—349.

B.

Babae 381.
Beat 16.
Bombax 381.
Breviloquentia 212—217. Br. verborum 20 sq.

C.

Caletur 19.
Causa cum genit. gerund. 53.
Cavere c. inf. 37. seq. ne 172. seq. coni. om. ne 174 sq.
Cedo (adv.) 301.
Censebo 82.
Censeo ut 158.
Certare c. inf. 43.
Certa res est c. inf. 29.
Certe 269. Certe enim 359.
Certumst c. inf. 28.
Cessare c. inf. 43.
Citus pro adv. 202.
Clam 301.
Cogere c. inf. 42 sq. seq. ut 159.
Cogitare c. inf. 37.
Collocatio verborum 217 sqq.
Commodum (adv.) 295.
Comparatio adiectivi 205 sqq. C. relativa 208 sqq.
Comparativus 206.
Concedere ut 158.
Concedi pass. 19.
Concomitata pass. 18.
Condecet c. inf. 26.
Conditionalis significatio imperf. coni. 72 sq.
Confessus pass. 17.
Confestim 295.
Conflictare 14.
Coniugatio periphrastica 88 sq.
Coniunctiones copulativae 327 sqq. C. adversativae 352 sqq. C. causales 357—363. 368 sqq. C. conclusivae 363—367. C. temporales 367 sq. C. conditionales 370—380. C. concessivae 380 sq. C. concess. c. ind. 133.
Coniunctivus 136 sqq. Coni. praes. pro fut. 69. Coni. imperfecti 71 sqq. Coni. perfecti 79 sq. Coni. conditionalis 136—138. Coni. potentialis 136. 138 sqq. Coni. imperatorius 145—147. Coni. in interrogationibus obliquis et enunciationibus obiectivis 148—152. in sumptione ficti 152. Coni. in enunc. relativis 187—190. Coni. in oratione obliqua 191—196.
Conmemini c. inf. 40.
de conpecto 18.
Conpercere c. inf. 39.
Conpescere c. inf. 39.
Conpotivit 18.
Consecutio (convenientia) temporum 89 sqq.
Consentaneum est ut 157.
Consequi absolute 17.
Considо intrans. 10.
Consilium dare, ut 158.
Consiliumst c. inf. 29.
Consimilis atque 336.
Constituere c. inf. 42. seq. ut 159.
Consuetus 17.
Consuevi c. inf. 40.
Contemplare 14.
Continere 13.
Continuo 295. Continuo protinam 202.
Contuo 14.
Convenit c. inf. 26. seq. ut 159.
Copia cum genit. gerund. 53. Copia est ut 158.
Cras 295.
Credibile est ut 157.
Criminare 14.
Cum (quom) 368. cum praes. ind. 63. cum praes. hist. 66 sq. cum perf. ind. 79. cum ind. 118—127.

Quom — tum 124 sq. Cum cum coniunctivo 180 sq. Cum sumptivum cum coni. 152. 155. Collocatio 221.
Cunctas 14.
Cupere c. inf. 40.
Cupidus cum genit. gerund. 54.
Cur 301 sq.
Cura est ut 158.
Curare ut 158 sq. seq. coni. om. ut 167. Curo cum partic. perf. pass. 235.

D.

Damnosus passive 203.
Dare cum inf. 31 sq. c. acc. gerundivi 57. cum coni. om. ut 167. cum part. perf. pass. 235. Dare operam ut 161.
Dativus cum inf. 26. Dativus gerundii et gerundivi 55 sq.
De cum abl. gerundii 61.
Decet cum inf. 26. seq. coni. om. ut 170.
Declinatus 20.
Decretumst c. inf. 27. seq. coni. om. ut 170.
Defessus c. inf. 43.
Deflagrata 17.
Dehortari c. inf 43.
Demensum pass. 18.
Demum 295 sq.
Demutare 12. seq. atque ut 337.
Denique 296.
Denuo 302.
Deorsum 292.
Deponens 16 sq.
Deproperare c. inf. 42.
Derepente 296.
Desideo intrans. 10.
Desistere c. inf. 43.
Desitumst 19.
Despicatam pass. 18.
Desubito 296.
Deterrere seq. ne 172.
Dicam enim 359.
Dicere ut 159. seq. coni. om. ut 170. Dixeram 81.
Digitus pollex 219.
Dignumst c. inf. 28.
Discere c. inf. 40
Divinitus 286.
Dolere intrans. 10.
Donec (donicum) 368. cum coniunctivo 184. Donicum cum fut. exacto 85.
Dubitare c. inf. 40.
Dudum 296 sq.
Dum 367. cum praes. histor. 65 sq. cum praes. pro futuro 68 sq. cum imperf. ind. 71. cum fut. 82. Dum cum ind. 127 sqq. cum coniunct. 181 — 184. Dum ne cum coni. 183 sq.
Dummodo cum coni. 183 sq.
Dumtaxat 302.

E.

Eccere 303.
Edepol 303.
Efficio ut 156.
Egone 264 sq.
Egregie 211.
Ehem 381.
Eheu 381.
Eho 281 sq. 381 sq.
Ei interiect. 382.
Ellipsis verborum 21 — 24.
Em 382.
Emergi 18.
Eminus 286.
En, ecce 302 sq.
Enim 357 — 360.
Enimvero 360 sq.
Enumquam 297.
Enunciationes 211 sqq. Enunc. primariae 222 sqq. En. conditionales 232 sq. En. secundariae 233 sqq. En. interrogativae 236 sqq.
Equidem 314.
Erga postpositum 219.
Ergo cum genit. gerund. 53.
Ergo coniunctio 363—365.
Erilis 203 sq.
Ero in coniug. periphrast. 89.
Esse om. 1—5.
Est cum inf. 25 sq. Est ut 157.
Et 328—331. postpositum 222. Et autem 349. Et tamen 351.
Etenim 360.
Etiam 339 — 342.
Etiamdum 367.
Etsi 380. cum coni. 186. Etsi tamen 350.
Eu 383.
Euax 383.
Euge, eugepae 383.
Euoe 383.
Evenit ut 157.
Ex cum abl. gerundii 58 sq. Ex adversum 286.
Examussim 286. cum superlat. 208.

Exoleta virgo 17.
Exoptare c. inf. 41.
Exorare ut 160. exorare ne 173.
Expedire intrans. 9. Expedit c. inf. 26.
Expetere c. inf. 40.
Exsequi cum inf. 40.

F.

Fabulare 14.
Facere ut 155 sq. seq. coni. om. ut 167—169. Facere ne 172. Facio cum partic. perf. pass. 235. Facito 135.
Factum = factum est 2 sq. in responso 284.
Facultas cum gerund. 54.
Fateor = fatebor 68.
Faveo = volo c. inf. 39.
Faxo 87.
Fere, ferme 303.
Festino intrans. 10.
Fiere 14. Fieri 16. Fieri seq. ut 157.
Finem facere cum genit. gerund. 54. c. dat. gerund. 56.
Foras 292 sq.
Fore ut 69.
Foris 286 sq.
Formidare c. inf. 40. seq. ne 172 sq.
Fortasse 303. cum inf. 28.
Frequens pro adv. 202.
Fu 383.
Fugitare c. inf. 42.
Fui in coniug. periphrast. 88 sq.
Funditus 286.
Futurum 82. Futurum exactum 82—88.

G.

Gaudere c. inf. 42.
Geminissumus 207.
Genitivus gerundii et gerundivi 52—55.
Genus adiectivi 204 sq. G. neutrum 205.
Gerundium et gerundivum 44 sqq.
Gestio 10 sq. Gestire c. inf. 40.
Gratia cum genit. gerund. 53.
Gratus sign. passiva 203.

H.

Habeo cum acc. gerundivi 57. cum partic. perf. pass. 235.
Hau, haud, haut 327. Haud vidi magis 210 sq. Haut scio an 275.
Hei 382.
Heia 383.
Hem 382 sq.
Hercle 303. collocatio 220.
Heu 383.
Heus 383 sq.
Hoc = huc 293.
Hoc vide ut c. ind. 115.
Homoioptotum 232.
Huc 293.
Humanitus 286.
Hypallage 232.
Hyperbaton 221.

I.

I, imper., collocatio 219 sq. i hac mecum 220.
Iam 297. Iam nunc 298. Iam olim 299.
Ibi 287.
Ibidem 287 sq.
Idem, collocatio 219. Idem atque 335 sq.
Igitur 384.
Illo 293.
Imitabo 14.
Immo 303—308. Immo certe in responso affirmante 285. Immo enim 359. Immo etiam 341.
Imperativus 134—136.
Imperfectum 69 sqq.
Impero ut 159.
Impersonalia passiva 18.
Impertiri 16.
Impetrare seq. coni. om. ut 170 sq.
Impraesentiarum 297.
In cum abl. gerundii 60 sq.
Incendere 12.
Incipio c. inf. 39.
Inclamitor 18.
Indicativus 101 sqq. Ind. hypotheticus 102. Ind. in enunciationibus conditionalibus 102 sqq. in interr. obliquis et enunciationibus obiectivis 110 sqq. in enunc. relativis 116 sq. post coniunctiones concessivas 133. in enunc. secundariis 133 sq.
Indicens 234.
Indidem 286.
Inducere et inducere animum c. inf. 42. Inducere animum, ut 159.

Infinitivus 24 sqq. Inf. passivi 19. Inf. subst. verbale 25. Inf. loco subiecti positus 25—29. Inf. historicus 29—31. Inf. de consilio 31 sq. Inf. pro obiecto 32 sqq. Inf. in exclamatione et interrogatione 44. Inf. praes. pro fut. 69. Inf. perfecti 80. Inf. et accus. c. inf. in interrogatione 253.
Inibi 288.
Inmemor c. inf. 43.
Inperare c. inf. 42.
Inquam, collocatio 220.
Insectabo 14.
Insistere c. inf. 40.
Insperans 234.
Instituere c. inf. 42.
Insuper 288.
Inter cum acc. gerundii 58.
Interea, interibi 297.
Interdicere ne 173.
Interiectiones 381—385.
Interrogatio recta pro obliqua 236 sq. Interr. sine interrogationis nota 237 sqq.
Intro 293.
Intus 288. Intus pateram ὑφ' ἓν 8.
Ipsissumus 207.
Istoc adv. 293.
Ita in responso 284 sq. Ita — ut in obtestationibus 102. Itane 264.
Itaque 366. Itaque ergo 365.
Iterum 303.
Iubere ut 159. iub. seq. coni. om. ut 171.
Iurare seq. inf. praes. 69. Iuratus est 17.
Ius est ut 158.
Iuxtim 288.

L.

Lavare 12 sq.
Lenire 13.
Libens pro adv. 202.
Libet c. inf. 26.
Licet c. inf. 26. seq. coni. om. ut 170. Licet part. affirmativa 308 sq. Licitumst c. inf. 29.
Locare cum acc. gerundivi 57.
Locus cum genit. gerund. 54.
Longe 288 sq. cum superlat. 210.
Longumst 101.
Longus 203.
Lubido cum genit. gerund. 53. Lubido est c. inf. 29.
Luctare 14.

M.

Magis circumscribit comparativum 206. additur comparativo ib.
Malo c. inf. 39. seq. ut 161. seq. coni. om. ut 167.
Malum interiectio 384.
Mandare ut 159. seq. coni. om. ut 171.
Manere 9.
Manibus pedibusque 220.
Medicabo 14.
Meditatus pass. 18.
Medius 203.
Medullitus 286.
Meliust c. inf. 28 sq. melius est ut 157.
Memini c. inf. 40. cum inf. praes. 67.
Memorabile est ut 157.
in mentemst, in mentem venit, ut 159. in mentem venit c. inf. 27.
Mereo ut 159.
Metuere c. inf. 40. seq. ut 160. seq. ne 173.
Migrare 9 sq.
Minitas 14.
Minume gentium 220.
Mirum ni 2. 378. Mirum quin 176. Mirum videtur, ut 157.
Misereo 15. Miseritumst 17.
Miseriast c. inf. 29.
Mittere c. inf. 40 sq.
Modi 101 sqq.
Modo 297 sq. Modo = dummodo cum coni. 184. Modo ut 162.
Moneo ut 158. Moneo ne 174.
Morare 15. Morari c. inf. 41.
Morigerare 14 sq.
Mos est c. inf. 29.
Mox 298.
Mutare seq. atque 336.

N.

Nam, námqu'e 361—363.
Nardinum 205.
Ne adv. negativum 321. Ne — quidem, ne utiquam ib.
Ne coniunctio ellipt. 23. Cum imperativo 136. Cum coni. 171—174. Ne coniunctum cum coni. imperatorio 145. Ne om. 174 sq. Collocatio 221. Ne enim 357.
Ne dubitativum 255—268.
Ne part. affirmativa 309.
Nec, neque 323—326. Nec — aut 355.

Necdum 367.
Necesse est c. inf. 26. seq. coni. om. ut 170.
Necne 271 sq. 273. 278.
Nedum 174.
Negligere c. inf. 41.
Nempe 309. in interrogatione 253—255.
Nenum 327.
Neparco 321.
Nequeo c. inf. 39. Nequitum et nequitur 20.
Nequoquam 293.
Nescire c. inf. 38. Nescio nisi 377. Nescio quis c. ind. 115 sq.
Neuter cum plur. verbi 199.
Neve (neu) 174. 326 sq.
Ni 377—379.
Nil etiam 342. Nil supra 4. 210.
Nimirum 310.
Nisi 201. 372. 374—377. cum ind. 103. 109 sq. cum coniunct. 152. 154.
Niti c. inf. 43.
Nive 378 sq.
Nolo c. inf. 39. seq. coni. om. ut 167. Nolim 138. 143.
Nominativus c. inf. 31.
Non 321—323. coniunctum cum coni. imperatorio 145 sq. in interrogatione 249—253. = nonne 268. in responso 285.
Nondum etiam 342.
Nonne 268.
Notus 202 sq.
Nox = noctu 298.
Nubilabitur 18.
Nullus pro adv. 202.
Num 268—271.
Numeri verborum 196—200. Numerus adiectivi 205.
Numnam 270. 363.
Numne 269 sq.
Numquam 298.
Numquid vis? 270 sq.
Numquidnam 270.
Nunc 298. Nunc hominum, ὑφ' ἓν 8.
Nuntiare ut 159.
Nuper 298.
Nuptus 17. 19.
Nusquam 292.
Nutricant 15.

O.

O 384.
Obsecro 281 sq. obsecro ut 160.
Obsonari pass. 18.
Obviam 289.
Occasio cum genit. gerund. 53.
Occasus (sol) 17.
Occupare c. inf. 39.
Officiumst ut 158.
Offirmare c. inf. 41.
Oh 384.
Ohe 384.
Oiei 384.
Olim 298 sq. Olim quondam 202.
Omittere c. inf. 41.
Operam dare et operam sumere cum dat. gerund. 56. Operam dare ut 158. 160 sq.
Opino et opinor 15.
Oportet cum part. perf. pass. pro inf. 3 sq. 80. c. inf. 26 sq. seq. coni. om. ut 170.
Oppido 310.
Optare c. inf 41.
Optestor ut 160.
Optineo ut 160 sq.
Optio cum genit. gerund. 53.
Optumumst seq. coni. om. ut 171.
Opus est c. inf. 26. seq. ut 158. seq. coni. om. ut 170.
Orare ut 160. Orare ne 174.
Oratio recta pro obliqua 222. 227—232.
Oriundus 51.
Osa sum 17. cum inf. 41.
Otium cum genit. gerund. 54.

P.

Pacisco 15. Pacisco ut 161. seq. coni. om. ut 166. Paciscor ut 158.
Paene 310. cum ind. 101 sq.
Par, pariter seq. atque 336. par videtur ut 157.
Paratus c. inf. 43. Paratumst ut 158.
Parcere c. inf. 43.
Parentheticae enunciationes 227.
Paritare c. inf. 41.
Pars cum plurali verbi iunctum 198.
Participium 233 sqq. Participia cum esse coniuncta 5. Particip. fut. act. in coniug. periphrast. 89.
Particulae 285 sqq.
Partim 310 sq.
Partita est pass. 18.
Parumst cum dat. gerund. 56.

ıns. 9.
orum 18.
ıs 207.
ı.
384 sq.
situm 219.
0.
o 219.
ıppis 51.
5—80.
ıf. 39.
i pass. 18.
212.
9.
inf. 40.
erbi 200—202.
ut 158. Persua-
ıf. 28.
acc. gerundivi 57.
c. inf. 29.
ı 51. Placitus, com-
7.
bi 196—200.
rfectum 80 sq.
232.
o inf. fut. 69. cum inf.
t ut 157. Possitur,
20.
, postea, posthac,
postilla, postmo-
368. cum praes. ind.
praes. hist. 66. cum
cum perf. 76—78. cum
um ind. 131.
99 sq.
203.
. inf. 37 sq. seq. ut
ı 174.
significatio imperf.
5.
m genit. gerund. 53.
3. 7. Potis c. inf.
267. Potin' ut 11.
tis est ut 157. Pot-
ni. om. ut 171. Pot-
18. Potivit 15. 18.
9.
Praedicatum attributivum 1 sqq.
Praeoptare c. inf. 41.
Praequam 289.
Praesens 61—69. Praes. historicum 64—67. Praesens pro futuro 67—69. Praes. coni. in enunc. optativis 69.
Praesente cum plur. 196.
Praesertim 311.
Praestat c. inf. 27.
Praeter omnes, praeter ceteros 210 sq.
Praeterire c. inf. 41.
Praeterpropter 311.
Praeterquam 311.
Praeut 289.
Precor ut 160.
Pridem 300.
Primum 300. Primumdum 367 sq.
Primus 203.
Priusquam 368. cum ind. 132 sq. cum coni. 184—186.
Pro cum abl. gerundii 61.
Pro interiectio 385.
sese procellere 14.
Procul 286.
Proeliant 15.
Proficisco 15.
Profiteri intrans. 9.
Prohibere c. inf. 41.
Proin 311.
Propemodo 311.
Properare c. inf. 41 sq.
Propino cum acc. gerundivi 57.
Propter praep. postposita 219. Propter adv. 289 sq.
Propterea 311.
Prorsus, prorsum 293 sq.
Protinam 294.
Publicitus 286.
Pudeo 15. Puditumst 17. Pudet cum inf. 27.
Pugnitus 286.

Q.

Quaeso ut 160. seq. coni. om. ut 171. seq. ne 174.
Quam cum positivo 208. post comparativum 208 sq. om. 209 sq. Quam maxume — tam maxume 207 sq.
Quamprimum 300.
Quamquam 380. cum ind. 133.
Quamvis 311 sq. cum coni. 186.
Quando 300. cum ind. 118.

Quandoquidem cum ind. 118.
Quapropter 312.
Quasi 312 sq. cum ind. 101. cum coni. 152. 154 sq. Quasi si 216.
Que 331—333.
Queo c. inf. 39. Quitur, quitast pass. 20.
Qui quidem cum coni. 190.
Qui = utinam cum coni. 188. Qui ne 321.
Quia 368 sq. cum ind. 117. Quia enim 357 sq.
Quianam 362 sq.
Quid cum plur. verbi 200. Quid illum censes? 23 sq.
Quidem 313 sq.
Quidni 302.
Quidum 368.
Quiescere c. inf. 44. Quiesci pass. 18.
Quin coniunctio 99. cum coniunct. 176—180.
Quin adverbium 314—317. cum imperativo 136. Quin ergo 365.
Quine 262.
Quippe 369 sq. Quippe qui cum ind. 116.
Quippini 302.
Quis cum plur. verbi 199 sq.
Quis est qui 236.
Quisquam cum plur. verbi 199.
Quisque cum plur. verbi 199 sq. cum superlat. 207.
Quo coniunctio cum coni. 190 sq.
Quoad cum coni. 186.
Quod coniunctio 368. cum ind. 117. cum coniunct. 181.
Quoniam 369. cum praes. histor. 67. cum ind. 118.
Quopiam 294.
Quoque 342 sq. Quoque etiam 340 sq.
Quoquo 294.
Quorsum 294.
Quotannis 300.
Quoties 300.
Quotiescunque 300.
Quovis 294.

R.

Radicitus 286.
Rectum est ut 157.
Reddo cum partic. perf. pass. 235.
Referre gratiam 220.
Refert c. inf. 27.
Reflexiva significatio verbi activi 12—14. verbi passivi 20.
Reliquus cum dat. gerund. 56.
in rem est ut 157.
Remittere c. inf. 41.
Repente subito 202.
Resideo trans. 10.
Responsa 284 sq.
Retro 294.
Rogare cum acc. gerundivi 57. seq. coni. om. ut 171.
Ruere trans. et intrans. 13.
Rugare 13.
Rumpere 13.
Rursum 294. Rursum (rursus) denuo 202.

S.

Saltem 318.
Salutaris cum dat. gerund. 56.
Sane in responso 284 sq.
Satis 7. 318. Satin 266 sq satin ut 157. Satiust c. inf. 29.
Scilicet 318. c. inf. 36.
Scin quomodo 265 sq.
Scire c. inf. 38. Sciri 19. Scio an 274.
Scitus cum dat. gerund. 56.
Semper lenitas ὑψ' ἓν 8.
Sero 300.
Servare intrans. 9.
Set 343. 349. Set tamen 351.
Si 370 sq. collocatio 221 sq. in sponsionibus 378. Si — sive 379 sq.
Si est in responso 284 sq.
Similis atque 336.
Simul 300.
Simul, simulac c. perf. ind. 79.
Sin 371.
Singularis verbi 196.
Sino ut 161. seq. coni. om. ut 169 sq.
Siquis 371.
Sis = si vis 371.
Sive (seu) 379 sq.
Solens pro adv. 202.
Solus 202.
Sortio 15.
Spatium cum genit. gerund. 53.
Sperare seq. inf. praes. 69.
Spes cum genit. gerund. 53.
Stat 385.
Statim 300.
Strenuare 13.
Studere c. inf. 38. cum dat. gerund. 56. seq. ut 161.

Studiosus cum genit. gerund. 54.
Suadere ut 158. seq. coni. om. ut 171. seq. ne 172.
Subigere c. inf. 44. seq. ut 159.
Substantiva in praedicato 5. Subst. cum gen. gerundii 52—54.
Sumptio dati 102—105. Sumptio dandi 102 sq. 105—108. Sumptio ficti 102. 108 sq.
Superlativus 207 sq. de duobus 210.
Suppeditare 9.
Suppeto intrans. 11.
Surgere 13.
Susque deque 286.
Susum 294.
Synchysis 221 sq.

T.

Talis atque 336.
Tam = tamen 351.
Tamen 349—351. 380 sq.
Tamen etsi cum ind. 183.
Tametsi 380.
Tamquam 319. cum coni. 152. 155.
Tandem 300 sq.
Tantisper 301.
Tantum cum plur. verbi 200.
Tatae 385.
Temperare c. inf. 43. seq. ne 173.
Tempora 61 sqq.
Tempus cum genit. gerund. 53. Tempus est cum inf. 43. Tempus est ut 158.
Tenere c. inf. 42.
Tenus 290.
Testatur pass. 17.
Timere c. inf. 40. seq. ne 173.
Tmesis 219.
Topper 319.
Transtinere 13.
Tumultuas 15.
Tutari intrans. 9.

U.

Ubi 290—292. ubi primum 290 sq. ubi — quomque, ubi ubi 292. Ubi cum praes. histor. 67. cum perf. 78. Ubi primum cum plusq. 81. Ubi in enunc. frequentativa 105. Ubi, ubi primum cum ind. 131. Ubi cum coni. 186. Ubi sumptivum cum coni. 152. 155.
Ubinam 362 sq.
Ulciscerem 15.
Ultimus 203.
Ultro 294 sq.
Una semul 202.
Undique 286.
Uspiam 292.
Usquam 292.
Usque 319. Usque dum 129.
Usust ut 158.
Ut coniunctio cum coniunct. 155—166. in cohortationibus 161 sq. in votis s. optatis 162. de consilio 162 sq. ut consecutivum 163 sq. ut ne 164. ut in interrogationibus 164 sq. ut repetitur 165 sq. om. 166—171. Collocatio 221 sq. Ut enim 357. Utin 263.
Ut adv. temporis 301. cum perf. 78 sq. cum ind. 131. cum coniunctivo 186.
Ut qui cum coni. 190.
Uter cum plur. verbi 199.
Uterne 263.
Uterque cum plur. verbi 199.
Utinam cum coni. 147 sq.
Utito 15.
Utpote qui cum coni. 190.
Utroque 295.
Utrubi 292.
Utrum, utrum — ne 271 sq.

V.

Vacuus ad narrandum 57 sq.
Vae 385.
Vagas 15.
Vah 385.
Vaha 385.
Valetur 18.
Vapulare 11 sq.
Ve 356 sq.
Vel 353. 355 sq.
Venero = veneror 15. Veneror ut 160.
Venor pass. 17.
Verbum 8 sqq. Verba intransitiva 9 sqq. Verba impersonalia activae formae 15. Verba cum dat. gerundii 56.
Vereor c. inf. 40. seq. ut 160. om. ut ib. vereor ne 173.
Vero in responso 284 sq.
Verum in responso 284 sq.
Verum coni. adversat. 351 sq. Verum tamen 352. 380 sq.
Verumvero 352.
Videlicet 318 sq.
Video ut 161. seq. coni. om. ut 170. seq. ne 172.

Vincere ne 173.
Visumst ut 158.
Vivitur 19.
Vix 327.
Volo c. inf. 38 sq. seq. ut 161. seq. coni. om. ut 166 sq. volo cum partic. perf. pass. 235. Velim 138 sqq.
Volup est c. inf. 29.
Volvendus 51.
Vortere 13 sq.

Z.

Zeugma 216 sq.

Errata.

p. 8 lin. 30 scribe *filia*. — p. 12 lin. 11 scribe *statuas*. — p. 105 lin. 15 scribe *verisimilius*. — p. 185 l. ult. scribe *edant*. — p. 192 lin. 1 scribe *quaequomque*. — p. 221 lin. 28 scribe *quum* pro *quam*. — p. 256 lin. ult. scribe *Iamne*.

6756

PA2285
H6

Stanford University Libraries
3 6105 124 428 827

Stanford University Lib
Stanford, Californi

Return this book on or before d